CODEX
IURIS CANONICI

PII X PONTIFICIS MAXIMI

IUSSU DIGESTUS

BENEDICTI PAPAE XV

AUCTORITATE PROMULGATUS

PRAEFATIONE, FONTIUM ANNOTATIONE ET
INDICE ANALYTICO-ALPHABETICO AB EMO
PETRO CARD. **GASPARRI**
AUCTUS

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS MDCCCCXLVII

KODEKS
KANONSKOG PRAVA

UREĐEN PO ODREDBI

SV. OCA PAPE PIJA X.

PROGLAŠEN PO NALOGU

PAPE BENEDIKTA XV.

S PREDGOVOROM, IZVORIMA I STVARNIM
KAZALOM STOŽERNIKA **PETRA GASPARRIJA**

PREVEO
FRANJO HERMAN

PRIREDIO I UVOD NAPISAO
MATIJA BERLJAK

GLAS KONCILA – ZAGREB, 2007.

CODEX IURIS CANONICI

Nemini liceat, sine venia Sanctae Sedis, hunc Codicem denuo imprimere aut in aliam linguam vertere. Ius proprietatis vindicabitur.

Papinsko povjerenstvo za autentično tumačenje kanona Kodeksa dopustilo je, 01. lipnja 1948. – Prot. N. 1/1948., da se objavi hrvatski prijevod *Kodeksa kanonskog prava* zajedno s cjelovitim latinskim tekstom izvornika.

Biskupski ordinarijat u Đakovu dao je 'Imprimatur' za tiskanje *Kodeksa kanonskog prava* na hrvatski jezik 21. svibnja 1948. – br. 992/1948.; dr. Andrija Živković, imenovani ocjenjivač, dao je 14. kolovoza 1948. potrebni 'Nihil obstat'.

Urednički odbor:
Matija Berljak, Josip Šalković, Nikola Škalabrin i Mato Mićan

Jezični savjetnici:
Tomo Matić, Ivanka Bilić i Ante Vlatko Bilić

Suradnici:
Domagoj Grečl, Ines Karačić, Danijel Lončar i Dragica Šantić

Izdaje: Glas Koncila, Zagreb
Odgovara: Nedjeljko Pintarić, Kaptol 8, Zagreb
Tisak i uvez: Zrinski d.d., Čakovec
Tiskano u ožujku 2007.

ISBN: 978-953-241-064-8

CIP zapis dostupan u računalnom katalogu Nacionalne i sveučilišne knjižnice u Zagrebu pod brojem 624843

UVODNA RIJEČ PRIJEVODU *KODEKSA KANONSKOG PRAVA* FRANJE HERMANA

Prvi službeni zakonik Katoličke Crkve *Codex iuris canonici* bio je uređen po odredbi pape Pija X., a proglašen po nalogu Benedikta XV. na Duhove 27. svibnja 1917., te je stupio na snagu sljedeće godine na isti blagdan 19. svibnja. Kad se vrednuje važnost i značenje tog Zakonika potrebno je imati na umu opći pregled povijesnog i znanstvenog razvoja kanonskoga prava od početaka Crkve do tada. Treba naglasiti da je to prvi put da Crkva dobiva modernu kodifikaciju svoga prava. Prijelomna je to točka u povijesti kanonskoga prava, a potom, na neki način, i u povijesti Crkve, jer s tim Zakonikom započinje novo doba u zakonodavstvu Božjeg naroda. Stoga nije ni čudno da je njegovo donošenje veliki događaj za Crkvu pa i za svijet u kojem ona djeluje.

U Zakoniku je izneseno opće zakonodavstvo na odgovarajućoj centralističkoj pozadini onoga vremena, dok partikularno pravo zahvaća vrlo sužen prostor. *Codex* je zapravo djelomična sinteza teološkog i kanonskog nastojanja i naučavanja katoličke obnove i predstavlja domet, doduše statički, prijašnjeg stoljetnog teološkog i povijesnog hoda Crkve. On predstavlja ne samo nastojanje da se kodificiraju i na zgodan način povežu stari i novi zakoni nego donekle predstavlja i malu teološku *sumu* Tridentskog sabora. Sav je materijal bio sustavno uređen u pet knjiga prema poznatom načelu rimskoga prava: »Omne ius quo utimur, vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones pertinet«. Taj prvi službeni crkveni Zakonik razlikuje se od prijašnjih zbirki crkvenoga prava ponajviše po tome što donosi svu opću kanonsku stegu a ne samo neke zakone i odlomke starih zbirki. Uz to se predstavlja kao i moderni zakonici u skladnom, sustavnom i preciznom obliku, s jasnim i kratkim odredbama i imao je snagu u cijeloj latinskoj Crkvi sve do 1983. godine.

Poslije proglašenja Pio-Benediktova Zakonika bilo je manjih ili većih pokušaja njegovog prevođenja na hrvatski jezik. Ovdje spominjemo samo cjelovite prijevode profesora na Katoličkom bogoslovnom fakultetu Sveučilišta u Zagrebu Josipa Pazmana i Franje Hermana. Prijevode je pronašao u arhivu Papinskog hrvatskog zavoda sv. Jeronima u Rimu nekadašnji rektor dr. Ratko Perić.

Dr. Josip Pazman (* Pakrac 18. veljače 1863. † Zagreb 05. prosinca 1925.), kad je bio, kao hrvatski rodoljub, u zatvoru 1919. godine, preveo je *Codex*, ali nije preveo ostale sastavne dijelove, i predao ga dorađenoga tadašnjem nunciju Ermenegildu Pellegrinettiju da od Svete Stolice pribavi dopuštenje za tisak. Službeni stručni ocjenitelj naznačio je pogreške, nedostatke, prigovore i prijedloge uz dodatak da se »poprave pogreške i ispune praznine kako su navedene u prilogu« prije nego se tiska pod naslovom *Zakonik crkvenog prava.* No, *iniuria temporum*, Pazmanov prijevod Zakonika nažalost nije tiskan. Danas, koliko nam je poznato, postoji samo jedan njegov sačuvani rukopis u spomenutom rimskom Zavodu, a zahvaljujući nekadašnjem rektoru dr. Đuri Kokši, načinjena su njegova četiri preslika.

Dr. Franjo Herman (* Osijek 14. studenoga 1882. † Zagreb 07. veljače 1949.) jedini je preveo cijeli Pio-Benediktov *Codex iuris canonici* i sve njegove sastavne

dijelove, štoviše neke kanone je i protumačio. On je dovršio taj hrvatski prijevod 1944., a dorađivao ga sve do smrti. Taj *Kodeks kanonskog prava* nije doživio do danas svoj prvotisak. Naime, Herman je svoj prijevod 1947. poslao na odobrenje Papinskom povjerenstvu za mjerodavno tumačenje Zakonika. Dobio je to potrebno odobrenje 01. lipnja 1948.; dobio je također 21. svibnja 1948. *Imprimatur* od Biskupskog ordinarijata u Đakovu, te 14. kolovoza 1948. *Nihil obstat* od imenovanog ocjenjivača dr. Andrije Živkovića. Tako je sve bilo spremno za tisak, no tadašnja vlada NR Hrvatske u kolovozu 1948. godine odgovara da »ne raspolaže potrebnim papirom« za tiskanje, napominjući da će papira biti »vjerojatno tek polovicom naredne godine«. To Herman nije doživio jer je u veljači 1949. smrtno stradao u prometnoj nesreći. Jedini, koliko nam je poznato, rukopisni primjerak Hermanovog prijevoda, uvezan u tri sveska, nalazi se u spomenutom Zavodu u Rimu iz kojeg su načinjena tri preslika. Nemilost i nesklonost teških prilika i vremena nisu dosudile uspjeh naporima i djelu Franje Hermana sve do sada.

Mnogi planovi za tisak Hermanovog prijevoda redom su propadali, tako da priprave za ovaj tisak imaju svoju povijest. Osim spomenutog prvog pokušaja koji je nakon Drugoga svjetskog rata osujetila komunistička vlast, ni kasniji pokušaji nisu uspjeli zbog novčanih poteškoća, a uz to tijekom vremena primjerci prijevoda su se zagubili. Kad je pronađen prijevod u Rimu, bila je velika želja biskupa dr. Đure Kokše da se prijevod objavi, no prerana smrt u tome ga je spriječila. Sadašnji rektor Papinskoga hrvatskog zavoda sv. Jeronima u Rimu dr. Jure Bogdan svestrano se zauzeo da se ta želja ostvari.

Tiskati danas usporedno izvorni latinski tekst *Codex iuris canonici* i Hermanov hrvatski prijevod s izvorima i stvarnim kazalom vrijedno je s više naslova:

- Kodeks iz 1917. godine jest najznačajnije kanonsko-pravno djelo u dvadeset stoljeća djelovanja Crkve, on je prvi službeni Zakonik latinske ili zapadne Katoličke Crkve i bio je na snazi šezdeset i pet godina, u njemu je na neki način sažeto crkveno zakonodavstvo dvadeset stoljeća ali na neki način on je i teološka *suma*;
- Hermanov prijevod jest veoma uspješan i znanstveno je djelo; on je načinio doista pothvat vrijedan divljenja i hvale;
- usporedno tiskani latinski izvornik i hrvatski prijevod *Kodeksa* bit će pristupačniji stručnjacima raznih struka: prava, teologije, povijesti, sociologije, politike, filologije, ... Prijevod omogućuje novi, potpuniji i sadržajniji susret s pravnom baštinom Crkve. Tiskanje i objava Hermanovog rukopisa višestruki je prinos znanosti i kulturi, koristit će proučavateljima kanonsko-pravnih, pravno-povijesnih, jezično-povijesnih sastavnica toga Kodeksa;
- Hermanov prijevod je jedini cjeloviti hrvatski prijevod *Kodeksa* iz 1917. sa svim njegovim sastavnim dijelovima, a koji je do sada bio nepristupačan znanstvenim istraživanjima;
- povijesni put prevođenja crkveno-pravnih stručnih naziva i kanonskih tekstova jest dug, složen i bogat. Tiskani prijevod *Kodeksa* iz 1917. godine obogaćuje, i to ne samo, crkveno-pravno stručno nazivlje; dakle, Hermanov prijevod važan je za izgradnju hrvatskog kanonsko-pravnog nazivlja;
- tiskati ga znači ispraviti povijesnu nepravdu tadašnje vlade NR Hrvatske koja za tako važno djelo »nije imala papira za tiskanje«;

- kolegijalnost i zahvalnost prema prof. Hermanu koji je uložio puno truda i znanja prevodeći Zakonik iz 1917. godine. Tiskati prijevod znači spasiti od neopravdana zaborava taj kulturno-povijesni spomenik i krupan konstitutivni element crkvenog zakonodavstva na hrvatskom jeziku;
- sada važeći *Zakonik kanonskoga prava* iz 1983. (preveden na hrvatski jezik i tiskan u izdanju Glasa Koncila u Zagrebu 1988. te s izvorima 1996.) kao svoj izvor na prvom mjestu navodi kanone *Kodeksa* iz 1917.; nije moguće ili je barem teško razumjeti današnje važeće, i to ne samo crkvene zakone, ako se ne poznaje glavni izvor.

Zbog svega spomenutoga smatrali smo važnim da usprkos svim teškoćama i makar nakon više od šezdeset godina Hermanov prijevod *Kodeksa kanonskog prava* doživi svoj prvotisak.

Franjo Herman je prevodio *Codex iuris canonici* na hrvatski jezik prema raznim vatikanskim izdanjima, a konačnu verziju uvrštenih dokumenata preveo je i uvrstio iz službenog izdanja iz 1947. godine. Za njega je pitanje prevođenja bilo tim teže što on, u dotadašnjoj hrvatskoj kanonsko-pravnoj literaturi, nije imao siguran uzorak. Prevodio je s latinskog izvornika i donekle se služio spomenutim prijevodom Josipa Pazmana. Kad je riječ o pravnom nazivlju onda možemo reći da je Herman preuzimao u svoj prijevod neke riječi iz latinskog jezika a upotrebljavao je uobičajeno hrvatsko nazivlje, a ponekad i susjednih naroda. Ovom projektu pristupili smo svjesni delikatnosti zadaće, intervenirali smo lektorski minimalno, otprilike kao što se radi prilikom pripreme reprinta. Lekturu smo ograničili samo na očite nehotične pogrješke u tipkanju i grube jezične nepravilnosti, a ostalo smo ostavili kao znak vremena u kojem je prijevod nastao. Prijevod pravnog, teološkog i drugog nazivlja nije uvijek dosljedan - isti pojam prevodi se na različitim mjestima različito; Herman, uglavnom, slijedi u pisanju velikog i malog slova latinski izvornik, također preuzima iz latinskog teksta interpunkcije - veliko mnoštvo zareza ponekad otežava povezivanje misli u rečenici.

Iako Zakonik nije bio preveden na hrvatski jezik on zato nije bio neprisutan u našoj Crkvi pa i šire. Naime, malo ima latinskih knjiga koje su imale tako značajno mjesto i utjecaj u povijesti kako opće tako i partikularnih Crkava, dakle i na našem području kao spomenuti *Codex*. Pravnička dimenzija Kodeksa nije jedino na čemu se temelji vrijednost ovog djela. Predajući ga sada hrvatskoj javnosti također u prijevodu, vjerujemo da iznosimo na vidjelo blago iz kojega se šire vidici na mnogo strana. Uvjereni smo da će ovo dvojezično izdanje, obogaćeno uvrštenim pomagalima, olakšati i učiniti privlačnijim poznavanje crkvenog zakonodavstva.

Zahvaljujemo svima koji su doprinijeli da se ovaj Kodeks objavi, a posebno novinsko-izdavačkoj kući Glas Koncila, bez koje ne bi bilo tiskano ovo velebno djelo, značajno za život Katoličke Crkve i za život ljudi i naroda u kojem ona djeluje.

U Zagrebu, na svetkovinu *Bogojavljenja 2007.*

Dr. Matija Berljak

PRAEFATIO

Id fuit constans catholicae Ecclesiae propositum, ex quo potissimum tempore imperii romani leges sunt in Corpus iuris redactae, ut sacri item canones in unum colligerentur, sicque eorum scientia et usus et observantia facilior unicuique fieret. Quamobrem nihil mirum si ecclesiasticarum legum syllogae satis multae decursu temporis confectae editaeque sunt.

Quo in genere, nemo sane ignorat, leges, quae ante Gratianum (intra ann. 1140-1150) latae sunt, *ius antiquum,* nostra quoque aetate, appellari; quae a Gratiano ad Concilium Tridentinum (ann. 1545-1563), *ius novum,* etsi iam nobis antiquissimae sunt; quae denique post Tridentinam Synodum, *ius novissimum.* Vix autem dicere attinet, novi iuris collectionibus, de quibus inferius agendum, iuris etiam antiqui leges contineri, eas videlicet, quae ante Gratiani tempora promulgatae sunt.

In comperto etiam est, antiqui iuris syllogas privato consilio compositas esse et Sedis Apostolicae iniussu. Prioribus saeculis, canonicae syllogae nihil aliud fuerunt nisi ipsae leges, praesertim a Conciliis latae, ordine temporis dispositae; quas inter praestat vetus collectio canonum ab orientalibus Conciliis, praesertim Nicaeno, editorum, quae antiquarum collectionum fere omnium quasi principium et fons habenda est. Hanc DIONYSIUS EXIGUUS in latinam linguam convertit, praetereaque aureas illas decretales epistolas Romanorum Pontificum collegit quae saeculis IV et V conscriptae sunt. Opus vero Dionysii Exigui, cum apud Romanam Ecclesiam in usum venisset, multum auctoritate valuit, ita ut, accessionibus auctum, ab Hadriano papa Carolo Francorum regi quasi proprius Romanae Ecclesiae codex dono datum sit; et apud Francos receptum, dici coepit proprio nomine *Liber canonum.*

Inter chronologicas quas vocant collectiones, fere ultima tempore, usu tamen, etsi privato, notissima, fuit sylloge, quae medio IX saecu-

PREDGOVOR

Katolička je Crkva oduvijek, a napose od vremena, kada su zakoni rimskoga carstva sabrani u Corpus-u iuris, nastojala oko toga, da bi se isti tako sabrali u zbirku i sveti kanoni, kako bi na taj način bilo lakše svakomu, da ih upozna, upotrebi i izvršuje. Stoga je sasvim razumljivo, da su tokom vremena sačinjene i izdane u dosta znatnom broju zbirke crkvenih zakona.

Poznato je u tom pogledu bez sumnje svakomu, da se zakoni, koji su izdani prije Gracijana (između g. 1140. – 1150.), još i u naše vrijeme nazivaju *drevnim pravom;* oni od Gracijana do Tridentskog Sabora (1545. – 1563.), *novim pravom* premda su za nas već veoma stari; oni konačno poslije Tridentskog sabora *najnovijim pravom.* Dakako da zbirke novoga prava, o kojima će biti niže govora, sadržavaju, što je jedva potrebno i napomenuti, također zakone drevnoga prava, to jest takove, koji su proglašeni prije Gracijana.

Zbirke drevnoga prava, što je također svakomu poznato, objavljene su na privatni poticaj, a ne po odredbi Apostolske Stolice. Kanonske su se zbirke u prvim vjekovima sastojale samo u tom, da su sadržavale same zakone, osobito one, što su ih izdali crkveni Sabori, poredane vremenskim slijedom među takovima se ističe drevna zbirka kanona izdanih od istočnih Sabora, napose Nicejskoga, koju valja smatrati glavnim vrelom gotovo za sve stare zbirke. Ovu je preveo na latinski DIONIZIJE MALI, a osim toga sabrao je zlatne one listove – dekretale Rimskih Prvosvećenika, koji su napisani u vjekovima četvrtom i petom. To je djelo Dionizija Maloga, jer je bilo u upotrebi u Crkvi Rimskoj, zadobilo veliki ugled tako, da ga je, prošireno nekim dodacima, papa Hadrijan dao na dar franačkom kralju Karlu kao posebni neki zakonik Rimske Crkve; a pošto je kod Franaka usvojen, počeo se je nazivati posebnim imenom *Knjiga kanona.*

Među zbirkama, što ih zovu kronološkim, po vremenu postanka gotovo posljednja, ali zbog upotrebe, iako samo privatne, najpoznatija

lo edita, supposito ISIDORI MERCATORIS nomine evulgata est. Ignotus huius auctor, amplissimae collectioni apud Hispanos receptae multas addidit epistolas Romanis prioris aevi Pontificibus falso adscriptas. Attamen subditiciis pseudo-isidorianis decretalibus disciplinam Ecclesiae penitus immutatam fuisse, prout contendebant catholici nominis hostes, nemo est hodie qui asserat.

Ex eo autem tempore collectiones prodierunt, quas *systematicas* dixeris; in iis enim canones undique quaesiti secundum eorum sensum remque ipsam de qua agunt sub variis titulis ordine quodam logico disponuntur. Saeculo XI eiusmodi syllogae adornatae sunt non paucae ut auxilio essent praestantibus illis viris qui, duce sancto Gregorio Papa VII, Ecclesiae iura libertatemque tuebantur; eas vero omnes Gratiani Decretum paene oblitteravit.

Sub medium enim saeculum XII GRATIANUS, monachus, vir acerrimi ingenii, cum probe intellexisset, quanti ad commune bonum referret, tot canones, qui dispersi disiunctique essent et haud raro inter se pugnarent, apte compositos in unum colligi, novam atque unicam ecclesiasticarum legum ordinare syllogen aggressus est: quae primum *Concordia discordantium canonum,* post vero quam Gratianus ipse decesserat, *Decretum Gratiani* nuncupata est. At non ille nudum et collecticium tantummodo digessit opus, sed etiam, pro temporum ratione, rem tam erudite sapienterque tractavit, ut studiorum iuris canonici tum veluti fundamenta iecerit, tum initia posuerit, cum praeclara posterorum utilitate.

Materiam Decreti sui amplissimam mutuatus est Gratianus ab omnibus collectionibus quae antecesserant; innumeris Synodorum canonibus et Pontificum decretalibus et rescriptis satis multos addidit locos ex sacra Scriptura, ex SS. Patrum et scriptorum ecclesiasticorum operibus; quaedam etiam deprompsit ex libris apud Romanam aliasque peculiares Ecclesias receptis, cuiusmodi erant *Ordo Romanus, Liber diurnus RR. Pontificum,* itemque ex nonnullis poenitentialibus libris; denique attulit locos ex iure romano et germanico non paucos.

Gratiani Decreto publica nullo tempore accessit auctoritas. Quamvis enim illud emendandum edendumque Apostolica Sedes haud semel curaverit, nunquam tamen authenticum declaravit, nec vim legis omnibus et singulis contulit canonibus qui in eo referebantur: quod quidem cur minime fecerit, facile omnes animadvertent, quotquot eosdem canones mente animoque perpendant. Quapropter canonibus in Gratiani Decretum inductis constat non aliam un-

je ona, što je izdana sredinom devetog vijeka, a širila se je pod krivim imenom IZIDORA MERKATORA. Njezin je neznani sastavljač umetnuo u onu vrlo obimnu zbirku, koja je bila usvojena kod Hispanaca, mnoge listove lažno podmetnute Rimskim Prvosvećenicima prvih stoljeća. No da je uslijed ovih krivotvorenih lažno – izidorskih listova posvema bio izmijenjen sav pravni poredak Crkve, kako su kušali dokazivati neprijatelji katoličkog imena, to danas više nitko ne tvrdi.

Iza toga vremena objavljivane su zbirke, koje se mogu nazvati *sustavnima;* u njima su naime kanoni, odasvud sakupljeni, raspoređeni pod različitim naslovima nekim smislenim redom prema njihovom smislu i predmetu samom, o kojemu rade. U jedanaestom je vijeku sačinjen nemali broj ovakovih zbirki, pa su one služile kao pomagalo odličnim onim muževima, koji su pod vodstvom svetoga Grgura Pape VII. branili prava i slobodu Crkve; no sve su one uslijed Dekreta Gracijanovog gotovo posvema pale u zaborav.

Sredinom naime dvanaestog vijeka dao se je na to, da sačini novu i jedinstvenu zbirku crkvenih zakona, GRACIJAN, monah, čovjek vrlo oštrouman, koji je ispravno shvatio, koliko bi to koristilo općem dobru, kad bi se toliki kanoni, štono su raspršeni i porazbacani i često u međusobnom protuslovlju, složili kako treba i sakupili u jednu zbirku: ova je najprije prozvana *Slogom nesložnih kanona (Concordia discordantium canonum),* a poslije, pošto je Gracijan već bio umro, *Dekretom Gracijanovim (Decretum Gratiani).* No nije on sačinio samo posve običnu i zgoljnu zbirku kanona, nego je svoje djelo izradio tako učeno i pametno, da je time udario na neki način temelje kanonsko-pravnoj znanosti i postao njezinim začetnikom na veliku korist potomstva.

Gradivo je za svoj Dekret Gracijan uzeo iz svih onih ranije izdanih; bezbrojnim je kanonima Sinodâ, te listovima i otpisima Prvosvećenika pridodao dosta mnogo mjesta iz Svetoga Pisma, iz djela Sv. Otaca i crkvenih pisaca; ponešto je također povadio iz knjiga usvojenih u Rimskoj i u drugim pokrajinskim Crkvama, kakove bijahu *Porednik Rimski, Dnevnik R. Prvosvećenikâ (Ordo Romanus, Liber diurnus RR. Pontificum),* a isto tako iz nekih knjiga pokorničkih; konačno je još dometnuo nemalo navoda iz rimskog i germanskog prava.

Gracijanov Dekret nikada nije zadobio krepost javne zbirke. Iako je naime Apostolska Stolica više puta odredila, da se on popravljen izda, ipak ga nije proglasila autentičnim, niti je ikada svima i pojedinim kanonima, što su bili u njemu sadržani, dala krepost zakona: a zašto toga nije učinila, lako će razumjeti svi, koji god te kanone valjano i točno prouče. Stoga je jasno, da kanoni, koji su stavljeni u Gracijanov Dekret, nigda nisu imali druge obvezne kreposti do

quam fuisse auctoritatem, nisi quae fontibus esset; fatendum vero, bene multos ex variis collectionibus, praesertim ex pseudo-isidoriana, nullam fidem mereri.

Post editum Gratiani Decretum, duo habita sunt Concilia Oecumenica, idest Lateranense III et IV; Pontifices autem, qui ea aetate Ecclesiae praefuerunt, atque in primis Alexander III et Innocentius III, quos in praeclarissimorum legumlatorum numerum merito retuleris, non modo Ecclesiam sapientissimis auxere legibus, sed etiam nonnulla disciplinae capita definierunt, et quidem maximi momenti, quae vel incerta adhuc erant, vel ex usu non rectam interdum interpretationem habuerant.

Cum igitur ad complendum supplendumve Gratiani Decretum novae syllogae necessariae opportunaeve viderentur, nonnullae, alia post aliam, compositae sunt *Collectiones,* quarum praecipuae, quinque numero, appellatae sunt *Prima Collectio, Secunda Collectio, etc.* In *Primam Collectionem* seu *Compilationem* (an. 1190), cui etiam nomen *Breviarium extravagantium,* BERNARDUS PAPIENSIS, qui eam edidit, canones qui Gratiano exciderant legesque postea latas congessit; quem vero is secutus est rerum partitionumque ordinem, eundem syllogae retinent quae hanc primam exceperunt. Quae *Tertia Collectio* seu *Compilatio* dicta est, iussu et cura INNOCENTII III prodiit, laborum socio PETRO BENEVENTANO, huius Pontificis subdiacono et notario; eandemque, decretales complectentem omnes a primo ad duodecimum pontificatus sui annum (1198-1210) latas, ipsemet INNOCENTIUS III promulgavit constitutione apostolica *Devotioni vestrae,* data die 28 mensis decembris an. 1210 ad magistros et auditores Universitatis studiorum Bononiensis, «... *ut eisdem, absque quolibet dubitationis scrupulo, uti possint, cum opus fuerit, tam in iudiciis quam in scholis*». MOX IOANNES GALLENSIS seu WALLENSIS, nullo tamen Apostolicae Sedis mandato munitus, in unum collegit quasdam leges inde a tempore Gratiani ad Innocentium usque III latas, praesertim Clementis III et Caelestini III decretales; ob eamque rem, haec *Compilatio,* quamvis post tertiam confecta sit, *Secunda* tamen nuncupata est. *Compilationem Quartam,* quae decretales Innocentianas, ad annum usque 1215 latas, canonesque Concilii Lateranensis IV, eo intervallo habiti, comprehendebat, in incerto est quisnam confecerit: scriptores complures, quos inter Benedictus Pp. XIV, eam ipsomet Innocentio auspice redactam esse arbitrantur. *Collectio* denique seu *Compilatio Quinta,* qua HONORII III decretales continebantur, huius Pontificis iussu composita est, qui in bulla promulgationis *Novae causarum,* die 31 mensis ianuarii an. 1226 data ad magistrum Tancre-

one, koja pripada njihovim izvorima; a valja priznati, da zaista mnoge od tih raznovrsnih zbirki, napose pseudoizidorska, ne zaslužuju nikakove vjere.

Pošto je Gracijanov Dekret izdan, održana su dva Opća Sabora, to jest Lateranski III. i IV.; Prvosvećenici pak, koji su u to vrijeme vladali Crkvom, a u prvom redu Aleksandar III. i Inocent III., koje s pravom ubrajamo među najznamenitije zakonodavce, nisu samo obogatili Crkvu vrlo mudrim zakonima, nego su potpunoma uredili neka pravna područja, i to vrlo važna, koja su dotle bila nesigurna ili se nisu pri obdržavanju ispravno tumačila.

Budući da se je dakle vidjelo, da je potrebito i zgodno Gracijanov Dekret nadopuniti i proširiti novim zbirkama, sačinjene su, jedna za drugom, nekoliko *Kolekcija,* od kojih su najznamenitije, njih pet na broju, prozvane *Prva Kolekcija, Druga Kolekcija, itd.* U *Prvu Kolekciju* ili *Kompilaciju* (g. 1190.), štono se zove i *Brevijar Ekstravaganata*, sabrao je BERNARD PAVIJSKI, koji ju je izdao, one kanone, koji su Gracijanu izmakli, i one zakone, što su izdani kasnije; a onaj poredak i razdiobu gradiva, kojih se je on držao, zadržavaju jednako i zbirke izdavane poslije ove prve. Ona, što je nazvana *Treća Kolekcija* ili *Kompilacija,* izdana je po odredbi i nastojanjem INOCENTA III., uz suradnju PETRA BENEVENTINCA, podđakona i bilježnika ovoga Prvosvećenika; ovu Kolekciju, što je sadržavala sve dekretale od prve do dvanaeste godine (1198. – 1210.) njegovog prvosvećeništva, isti je INOCENT III. proglasio apostolskom uredbom *Devotioni vestrae,* s nadnevkom od 28. mjeseca prosinca g. 1210., nastavnicima i slušačima Bolonjskog Sveučilišta, »... *da se mogu njima poslužiti, kada treba, bez ikakove dvojbe i bojazni, i u sudu i u školi.*« Skoro zatim sakupio je IVAN GALŠANIN ili VALŠANIN, a da nije za to dobio nikakova naloga od strane Apostolske Stolice, neke zakone izdane počevši od vremena Gracijanovog pa do Inocenta III., napose dokretale Klementa III. i Celestina III.; zbog toga je ova *Kompilacija,* premda je sačinjena poslije treće, ipak nazvana *Drugom.* Za *Kompilaciju Četvrtu,* koja je sadržavala dekretale Inocentove, izdane sve do 1215. i kanone IV. Lateranskog Sabora, štono je međutim održan, ne zna se, tko ju je sačinio; mnogi pisci, a među njima i papa Benedikt XIV., drže, da je ona sačinjena po nalogu samoga Inocenta. *Kolekcija* konačno ili *Kompilacija Peta,* koja je sadržavala dekretale HONORIJA III., sačinjena je po nalogu ovoga Prvosvećenika, koji je u proglasnoj pečatnici *Novae causarum,* od 31. mjeseca siječnja 1226., upravljenoj

dum archidiaconum Bononiensem, ita mentem suam significavit: «*Quocirca discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus eis solemniter publicatis absque ullo scrupulo dubitationis utaris et ab aliis recipi facias tam in iudiciis quam in scholis*». Quae quidem paucis at satis perspicue ostendunt, ex iis collectionibus tertiam et quintam certo, quartam autem probabiliter fuisse authenticas; priores vero publica destitutas esse auctoritate, licet canones, cum fere ad unum genuini essent, vim legis nativam retinerent.

Verum, cum, in tanta collectionum mole, fieri non potuisset quominus iudicia difficultatibus implicarentur, iniit Apostolica Sedes consilium novae atque unicae sylloges publice conficiendae: confecit autem GREGORIUS IX, qui, adiutore usus S. RAYMUNDO DE PEÑAFORT, O. P., quinque Decretalium Libros an. 1234 edidit. Quibus vero de causis gravissimum suscepisset opus, idem Pontifex, in bulla promulgationis *Rex pacificus,* die 5 mensis septembris eodem anno data, distincte his verbis exposuit: «*Sane diversas Constitutiones et Decretales epistolas Praedecessorum Nostrorum, in diversa dispersas volumina, quarum aliquae propter nimiam similitudinem, et quaedam propter contrarietatem, nonnullae etiam propter sui prolixitatem, confusionem inducere videbantur; aliquae vero vagabantur extra volumina supra dicta, quae tamquam incertae frequenter in iudiciis vacillabant, ad communem, et maxime studentium, utilitatem per dilectum filium, fratrem Raymundum, Capellanum et Poenitentiarium Nostrum, illas in unum volumen, resecatis superfluis, providimus redigendas, adiicientes Constitutiones Nostras et Decretales Epistolas, per quas nonnulla, quae in prioribus erant dubia, declarantur*».

Abrogatis subinde collectionibus post Gratiani Decretum ad eum diem editis, vetuit, ne ullae in posterum sine peculiari Apostolicae Sedis mandato componerentur: «*Volentes igitur, ut hac tantum compilatione universi utantur in iudiciis et in scholis districtius prohibemus, ne quis praesumat eliam facere absque auctoritate Sedis Apostolicae speciali*». Qua constitutione, ut patet, etiam authenticis Innocentii III et Honorii III *Compilationibus* publica auctoritas adempta est omnis.

Sed, quatuor et sexaginta post annos, cum leges satis multae identidem latae essent, quae extra quinque Decretalium Libros consisterent, BONIFACIUS VIII quinque iis libris sextum adiecit, eadem huic vi et auctoritate collata, qua Gregorii IX Decretales pollebant. «*Sacrosanctae Romanae Ecclesiae* - haec Bonifacius in bulla promulgationis die 3 mensis maii an. 1298 data - *quam imperscrutabilis divinae providentiae altitudo universis, dispositione incommutabili, praetulit ecclesiis, et totius*

naučitelju Tankredu, bolonjskom arhiđakonu, očitovao misao svoju ovako: »*Stoga proviđenju tvojemu ovim apostolskim pismom nalažemo, da se njima, pošto su svečano proglašene, poslužiš bez ikakve dvojbe i bojazni, te zatražiš, da ih i drugi primaju i u sudu i u školi.*« Time je kratko i dobro utvrđeno, da su od ovih zbirki treća i peta bile sigurno autentične, a četvrta vjerojatno; a prve dvije da nemaju značaja javne zbirke, iako u njima sadržani kanoni, jer su skoro svi do jednoga izvorni, imaju po svom postanku krepost zakona.

No jer se je nužno moralo dogoditi, da su radi tolike množine zbirki, nastale poteškoće kod sudova, odlučila je Apostolska Stolica, da se sačini nova i jedinstvena javna zbirka: to je izvršio GRGUR IX., koji je, poslužívši se suradnjom Sv. RAJMUNDA OD PENJAFORTA, O.P., izdao g. 1234. pet Knjiga Dekretala. Isti je Prvosvećenik u proglasnoj pečatnici *Rex pacificus,* izdanoj 5. dana mjeseca rujna iste godine, jasno izložio razloge, zbog kojih je poduzeo ovo vrlo važno djelo, i to ovim riječima: »*Tako su eto raznolike Uredbe i Dekretalna pisma Naših Predšasnika bila porazbacana u raznolikim zbirkama, pa su neka od njih bila uzrokom zabune zbog toga, što su bila jedno drugom odviše slična, a neka zbog toga, što su sebi međusobno protuslovila, dok neka opet zato, što su bila preopširna; neka su međutim postojala i izvan gore rečenih zbirki i kolala, pa je glede njih često bilo kod sudova nesigurnosti i kolebanja. Stoga smo, zbog općenite koristi, a u prvom redu đačke, po ljubljenom sinu, bratu Rajmundu, Kapelanu i Pokorničaru Našemu, odredili, da se, ispustivši što je suvišno, složе u jednu zbirku, te da se dodadu Naše Uredbe i Dekretalna Pisma, u kojima se ponešto, što je bilo u ranijima dvojbeno, objašnjava*«.

Pošto je zatim stavio van snage zbirke koje su poslije Dekreta Gracijanovog do onda izdane, zabranio je, da se ne smiju ubuduće izdavati bez posebnog dopuštenja Apostolske Stolice nikakove druge: »*Dok dakle hoćemo da se svi služe u sudovima i u školama samo ovom zbirkom, najstrože zabranjujemo, da se nitko ne usudi sačiniti drugu koju bez posebne odredbe Apostolske Stolice*«. Ovom je uredbom, kako se vidi, oduzeto, također autentičnim *Kompilacijama* Inocenta III. i Honorija III. svaka javna krepost.

No šezdeset i četiri godine nakon toga, pošto je međutim izdano dosta mnogo zakona, pridodao je BONIFACIJE VIII. uz onih pet Knjiga Dekretala šestu, pa je ovoj podijelio jednaku snagu i krepost, koju su imali Dekretali Grgura IX. »*Svetoj Rimskoj Crkvi*« - ovako Bonifacije VIII. u proglasnoj pečatnici izdanoj dne 3. prosinca svibnja god. 1298. - *štono ju je Svevišnja i nedokučiva providnost Božja uzdigla nepromjenljivom odlukom nad sve crkve i odredila, da ona ima nad cijelim*

orbis praecipuum obtinere voluit magistratum, regimini praesidentes, curis sollicitamur continuis et assidua meditatione urgemur ut, iuxta creditae Nobis dispensationis officium, subditorum commodis, in quorum prosperitate utique prosperamus, iugi, quantum Nobis ex alto concessum fuerit, sollicitudinis studio intendamus. Amplectimur quippe voluntarios, pro ipsorum quiete, labores, et noctes quandoque transimus insomnes, ut scandala removeamus ab ipsis. Et quas humana natura (novas semper deproperans edere formas) lites quotidie invenire conatur, nunc antiquorum declaratione, nunc vero novorum editione iurium, prout Nobis est possibile, reprimamus. Sane cum post volumen Decretalium a felicis recordationis Gregorio Papa nono, Praedecessore Nostro, tam provide et utiliter compilatum, nonnullae ab eo et ab aliis Romanis Pontificibus successive super diversis dicerentur articulis editae Decretales: de quarum aliquibus, an Decretales existerent, earumque auctoribus dubitabatur sollicite in iudiciis et in scholis: Nos ambiguitatem et incertitudinem huiusmodi, dispendium pluribus afferentem, omnino tollere ac elucidare volentes, quae de Decretalibus ipsis teneri, quaeve deberent in posterum refutari... Decretales huiusmodi diligentius fecimus recenseri; et tandem, pluribus ex ipsis (cum vel temporales, aut sibi ipsis, vel aliis iuribus contrariae, seu omnino superfluae viderentur) penitus resecatis, reliquas, quibusdam ex iis abbreviatis, et aliquibus in toto vel in parte mutatis, multisque correctionibus, detractionibus et additionibus factis in ipsis, in unum Librum, cum nonnullis Nostris Constitutionibus, redigi mandavimus et sub debitis titulis collocari. Quem Librum, aliis quinque Libris dicti voluminis Decretalium annectendum, Sextum censuimus nuncupari ut idem volumen, senarium librorum, illo adiuncto, numerum comprehendens, perfectam in rebus agendis formam tribuat et in moribus disciplinam». Qui autem maluissent, quinque Decretalium Libros, accessionibus adiunctis, denuo edi, quam novum confici Librum, iis sic Pontifex obloquitur: *«Nec sine causa morem Praedecessorum Nostrorum omisimus in hac parte servare: haec enim fecimus, ne infinitos libros destrui et alios non sine maximis dispendiis, laboribus et expensis de novo fieri oporteret».* Postremo, Decretales omnes abrogat Decessorum suorum, quae in Sexto minime reperiantur nec in eo sint specialiter reservatae: *«Universitati vestrae igitur per Apostolica dicta mandamus, quatenus Librum huiusmodi, cum multa maturitate digestum, quem sub Bulla Nostra vobis transmittimus, prompto suscipientes affectu, eo utamini de cetero in iudiciis et in scholis: nullas alias, praeter illas, quae inseruntur, aut specialiter reservantur in eo, Decretales aut Constitutiones a quibuscumque Praedecessoribus Romanis Pontificibus, post editionem dicti voluminis promulgatas, recepturi ulterius aut pro Decretalibus habituri».*

svijetom vrhovno poglavarstvo, stojeći na čelu bez prestanka se brinemo o tomu i trajno mislimo, kako da što brižljivije, u povjerenoj Nam po milosti službi, poradimo oko dobra podređenih, jer je njihov napredak ujedno i Naš. Rado se naime za njihov mir prihvaćamo posla, pa katkada provodimo besane noći, da od njih odvratimo sablazni. A sporove one, što ih ljudska priroda (iznalazeći u žurbi za njih uvijek nove oblike) danomice nastoji pronaći, da suzbijamo, koliko možemo, bilo time, da objašnjavamo stare zakone, bilo pako time, da izdajemo nove. Kako su pak poslije zbirke Dekretala, koju je Predšasnik Naš papa Grgur deveti tako brižno i mudro sačinio, on i drugi Rimski Prvosvećenici tokom vremena izdali daljnje Dekretale, koji rade o raznim predmetima: a za neke od ovih su se pred sudom i u školi iznosile osnovane sumnje o tom, da li su to zaista Dekretali i tko ih je izdao: Mi u želji, da posvema uklonimo ove dvojbe i nesigurnost, koja je mnogima škodila, te da razjasnimo koji se od tih Dekretala imaju zadržati, a koji ubuduće zabaciti... Dali smo se na to, da ove Dekretale točnije ispitamo; te smo onda izdali nalog, da se oni, pošto su više njih (bilo zato, što se je vidjelo, da su imali samo privremenu vrijednost, bilo zato, što su bili u protuslovlju s drugim zakonima ili su bili posve suvišni) u cijelosti brisani, ostali, posto su neki od njih skraćeni, a neki posvema ili djelomično izmijenjeni tako, da je bilo ispuštano u njima i dodavano, slože, uz neke Naše Uredbe, u jednu Knjigu i razvrstaju pod odnosnim naslovima. Odlučismo, da se ova Knjiga, jer se ima dodati uz pet ostalih Knjiga rečene zbirke Dekretala, nazove Šestom, da ova zbirka time, što će biti uz druge knjige dodana kao šesta, poda izgled savršenstva u djelovanju i poretku.« Onima pako, koji bi bili radije vidjeli, da se je iznova izdalo pet Knjiga Dekretala s odnosnim umecima mjesto da je sačinjena nova Knjiga, odgovara Prvosvećenik ovako: *»Nismo bez razloga u toj stvari postupali drugačije od Naših Predšasnika: jer smo to učinili zato, da se ne moraju uništiti bezbrojne knjige i izraditi iznova druge, što je skopčano s nemalim neprilikama, poslom i troškovima.«* Konačno je dokinuo sve Dekretale svojih Prethodnika, koji u Šestu nisu nikako uvršteni niti su u njoj posebice pridržani: *»Sveučilištu dakle vašemu Apostolskom odredbom izričito nalažemo, da ovu Knjigu, koja je brižljivo uređena i koju vam Pečatnicom Našom dostavljamo, najpripravnije primite i njom se služite pred sudovima i u školama: time da ubuduće ne ćete primiti ili smatrati nijedne druge Dekretale ili Uredbe, bili oni proglašeni poslije rečene zbirke ma od kojih Rimskih Prvosvećenika Predšasnika Naših, osim onih, koji su u ovoj knjizi uvršteni ili posebice zadržani«.*

Haud alio sane consilio permotus, IOANNES XXII sex Decretalium Libris constitutiones Decessoris sui Clementis V addidit, quae, e nomine auctoris *Clementinae* nuncupatae, per bullam *Quoniam nulla,* die 25 mensis octobris an. 1317 datam, Avenione promulgatae sunt.

Cum denique Parisiis, an. 1500, *Corpus iuris canonici* denuo typis mandaretur, IOANNES CHAPPUIS, qui editionem curabat, addidit tum viginti Decretales *Extravagantes* Ioannis XXII, quae inde ab anno 1325, in appendicis modum, Clementinis apponebantur, tum septuaginta Decretales *Extravagantes* aliorum Pontificum, *Extravagantes Communes* idcirco appellatas, quod in *Corpus iuris canonici* communiter, appendicis instar, inseri solebant. Utrique certe *Extravagantium sylloge,* qua sylloge erat, Apostolicae Sedis nunquam adprobatio accessit; liquet tamen, Decretales in utramque collectas, cum authenticae essent et pro universa Ecclesia latae, vim legis in catholico orbe habuisse, nisi abrogatas eas esse constitisset.

Hae igitur praecipuae erant *novi iuris* syllogae, quibus constabat *Corpus iuris canonici* quod vocant, quamvis nonnulli negarent, *Extravagantes* Ioannis XXII et *Extravagantes Communes* posse in eo comprehendi, cum Corpori iuris, privato tantum consilio, adiectae essent. Idem de cetero *Corpus iuris canonici* universum an. 1582 Gregorius XIII accuratissime edi iussit.

Ab anno 1500 ad Concilii Tridentini convocationem nulla canonum sylloge, nec privata nec publica auctoritate, confecta est. Tridentina Synodus, cui christianae disciplinae ab aetate media acceptae emendationem catholica debet Ecclesia, ius inchoat *novissimum;* illius vero Acta haberi merito possunt sylloge canonum de fide et moribus praestantissima.

GREGORIUS XIII, quem supra memoravimus, praeterquam quod novam Corporis iuris canonici editionem curavit, decrevit quoque pleniorem redigi syllogen, quae pontificios complecteretur canones ante Tridentinum latos et in Corpore iuris minime comprehensos, quippe quod vel *Clementinis,* vel, ad summum, *Extravagantibus* Ioannis XXII et *Extravagantibus Communibus* terminabatur, ut in volumine Parisiis edito an. 1500. Rem trium Cardinalium Consilio commissam mors intercepit Pontificis anno 1585, post Tridentinam Synodum absolutam altero et vicesimo. Decessoris sui inceptum SIXTUS V, qua solebat alacritate, perficiendum suscepit, idque muneris Cardinali Pinellio detulit, datis eidem sociis consortibusque laborum aliquot doctissimis viris; verum, cum, re adhuc infecta, Sixtus obiisset, CLEMENTI VIII contigit, ut finem operi imponeret. Cal. enim augustis an. 1598, Car-

S istom je bez sumnje nakanom IVAN XXII. dodao uz šest Knjiga Dekretala Uredbe Prethodnika svojega Klementa V., koje su po imenu izdavača nazvane *Klementine* i proglašene pečatnicom *Quoniam nulla,* izdanom u Avinjonu dne 25. mjeseca listopada god. 1317.

Kada je konačno u Parizu, god. 1500., bilo spremljeno za tisak novo izdanje *Corpus iuris canonici,* dodao je IVAN CHAPPUIS, koji je izdanje priredio, i dvadeset Dekretala *Ekstravaganata* Ivana XXII., koji su se počevši od godine 1325., stavljale uz Klementine kao dodatak i sedamdeset Dekretala *Ekstravaganata* drugih Prvosvećenika, koji su nazvani *Ekstravaganti Obični,* jer su se obično uvrštavali kao dodatak u *Corpus iuris canonici.* Sigurno je, da ove obje *zbirke Ekstravaganata,* ukoliko su zbirke, nikada nisu bile odobrene od strane Apostolske Stolice; no nema sumnje o tom, da su Dekretali što su sadržani u jednoj i u drugoj ovoj zbirci sadržani, jer su bili autentični i izdani za cijelu Crkvu, imali u cijelom katoličkom svijetu snagu zakona, osim kad bi bilo utvrđeno, da su dokinuti.

Ovo su dakle bile poglavite zbirke *novoga prava,* koje su sačinjavale *Corpus iuris canonici,* kako je nazvan, premda ima nekih, koji poriču, da bi u nj mogli spadati *Ekstravaganti* Ivana XXII. i *Ekstravaganti Obični,* jer su u Corpus iuris umetnute samo od privatne strane. Uostalom je Grgur XIII. god. 1582. bio odredio, da se isti takav *Corpus iuris canonici* u cijelosti izda u posve točnom izdanju.

Od godine 1500., pa sve to Tridentskog Sabora nije izdana nikakva zbirka kanona ni od strane posebničke ni od javne vlasti. S Tridentskim Saborom, kojemu duguje katolička Crkva obnovu kršćanskog pravnog poretka, štono ga je primila iz srednjega vijeka, započimlje *najnovije pravo;* a njegovi se Zaključci mogu s pravom smatrati najizvrsnijom zbirkom kanona u pogledu vjere i ćudoređa.

GRGUR XIII., koji je gore spomenut, osim što je dao objelodaniti novo izdanje Corpus iuris canonici, odredio je također, da se sačini opsežnija jedna zbirka, koja je imala sadržavati prvosvećeničke kanone izdane prije Tridenta, a koji nisu bili sadržani u Corpus iuris, budući da je taj završavao ili *Klementinama* ili, najviše, *Ekstravagantima* Ivana XXII. i *Ekstravaganitima Običnima,* kako je to bilo u pariškom izdanju od g. 1500. Stvar, koja je bila povjerena Vijeću trojice Stožernika, obustavljena je smrću Prvosvećenika g. 1585., dvadeset i dvije godine poslije Tridenta. Djelo započeto od svojega Prethodnika htio je s njemu svojstvenom gorljivošću dovršiti SIKSTO V., pa je tu zadaću povjerio Stožerniku Pinelliju, a njemu je pridijelio nekoliko vrlo učenih muževa, da mu u tom poslu budu drugovi i suradnici; međutim kako je Siksto, umro prije, no što je stvar završena, zapalo je KLEMENTA VIII.,

dinalis Pinellius eidem Pontifici volumen obtulit, quod inscribebatur *Sanctissimi D. N. Clementis Papae VIII Decretales;* sed haec nova sylloge, quae tantis studiis et laboribus steterat, nescimus quo pacto, tum adprobatione, tum promulgatione caruit. Liber vero Septimus Decretalium, privata auctoritate a iurisconsulto PETRO MATTHAEO Lugduni editus an. 1590, etsi multis editionibus Corporis iuris canonici in Appendicem appositus, nunquam tamen ab Apostolica Sede approbatus est, quin imo in Indicem librorum prohibitorum est relatus.

Iacuit profecto res ad aetatem usque nostram; nisi quod BENEDICTUS XIV, Decessorum vestigia persecutus, quas primo Pontificatus sexennio ediderat constitutiones, eas et collectas voluit et promulgavit, datis litteris ad magistros et auditores Bononiensis studiorum Universitatis: ea igitur pars Bullarii Benedictini quin authentica habenda sit, nemo dubitat.

Quod *iuris novissimi* reliquum erat, id Bullario Romano continebatur, quod, privatorum hominum opera pluries editum, Actis Gregorii XVI concludebatur. Adde tamen leges proximorum Pontificum, Cancellariae Apostolicae Regulas, Sacrarum Congregationum et Tribunalium Romanae Curiae decreta et responsa. Qua in re cognitum est omnibus, responsa Congregationum Sacris Ritibus et Indulgentiis praepositarum in authenticas syllogas redacta esse.

In eiusmodi condicione, ad postremos hosce annos, ius canonicum versabatur. Ex iis autem quae diximus, perspicue apparet, saluberrimum Innocentii III, Honorii III, Gregorii IX, Bonifacii VIII et Ioannis XXII consilium, proponendi videlicet Ecclesiae sacros canones in unum collectos, quos populus christianus et facilius nosset et diligentius servaret, depositum insequentibus aetatibus fuisse, quamvis causae illud exsequendi permanerent, immo potius procedente tempore invalescerent. Si cui enim libuisset, arte hodiernum diem, dispicere, quid Ecclesia de certo quodam disciplinae capite praescriberet, varios quidem eos fontes, quos enumeravimus, consulere cogebatur. Itaque nemo non videt quantum negotii antehac facesseret iuris canonici studium: idque erit tam manifestum quam quod maxime, si attendatur ad ea quae consequuntur: 1° In Bullario, in collectionibus quae Sacrarum Congregationum et Tribunalium ecclesiasticorum decreta et responsa continent, in Actis Synodi Tridentinae, in Actis Romanorum Pontificum qui Gregorio XVI successerunt, unus servatur ordo temporis; in Gratiani Decreto vix ullus; mancus denique et imperfectus in aliis Corporis iuris canonici partibus; exempli gratia, de iis quae sacram ordinationem impediunt, quod est argumentum satis involutum, agi-

da taj posao dovrši. Na dan je naime Kalenda augusta god. 1598. predao istomu Prvosvećeniku Stožernik Pinelli zbirku, koja je nosila naslov *Presvetoga G. N. Klementa Pape XIII. Dekretali;* ali nova ova zbirka, u koju je bilo uloženo toliko truda i posla, nije bila, ne zna se s kojega razloga, ni odobrena ni proglašena. A Sedma Knjiga Dekretala, koja je s posebničkim značajem izdana u Lionu g. 1590. od strane PETRA MATEJEVOG, iako se u mnogim izdanjima Corporis iuris canonici nalazi kao Dodatak, nije ipak nikada odobrena od strane Apostolske Stolice, naprotiv bila je dapače stavljena u Popis (indeks) zabranjenih knjiga.

Ovo je stanje potrajalo sve do naših dana, osim što je BENEDIKT XIV., slijedeći primjer svojih Prethodnika, odredio da se saberu one uredbe, koje je on izdao za prvih šest godina Prvosvećeništva, te ih je objavio pismom upravljenim nastavnicima i slušačima Bolonjskog Sveučilišta: taj se dakle svezak Benediktovog Bularija mora smatrati autentičnim, o čemu nitko ne dvoji.

Ostatak *najnovijeg prava* sadržan je u Rimskom Bulariju, koji se, izdavan više puta od privatne strane, završavao Djelima (aktima) Grgura XVI. K tomu valja dodati zakone posljednjih Prvosvećenika, Pravila Apostolske Pisarne, odluke i rješenja Svetih Zborova i Sudišta Rimske Kurije. U tom je pogledu općenito poznato, da su rješenja Zborova za Obrede i za Oproštenja sabrana u autentičnim zbirkama.

U takvom se je stanju nalazilo kanonsko pravo sve do ovih posljednjih godina. No iz svega onoga, što smo rekli, jasno se vidi, da je zdrava zamisao Inocenta III., Honorija III., Grgura IX., Bonifacija VIII. i Ivana XXII., dati naime Crkvi jedinstvenu zbirku svetih kanona, da bi ih puk kršćanski i lakše upoznao i što bolje obdržavao, bila u vremenima poslije njih napuštana, iako su razlozi za to i dalje postojali, dapače tijekom vremena i porasli. Ako je netko, u prijašnje vrijeme, htio da vidi, što Crkva u kojoj stvari pravnoga poretka propisuje, bio je prinužden, da potraži one raznovrsne izvore, koje smo nabrojili. Svatko će stoga uvidjeti, koliko je truda prije iziskivalo proučavanje kanonskog prava: a to će biti još daleko očitije, ako se skrene pažnja na ovo: 1° U Bulariju, u zbirkama, koje sadržavaju odluke i rješenja Svetih Zborova i crkvenih Sudišta, u Djelima Tridentskog Sabora, u Djelima Rimskih prvosvećenika poslije Grgura XVI., postojao je isključivo red vremenski; U Dekretu Gracijanovom jedva ikakav a manjkav i nepotpun u drugim dijelovima Corporis iuris canonici; tako se, na primjer, radi o zaprekama svetoga ređenja, što je stvar dosta zamršena, u I., III., i IV. knjizi, i to s jedne strane manjkavo i nepotpuno, bez ikakve međusobne veze. 2° Među dokaznicama, koje se

tur libris I, III et IV, tum minus plene et perfecte, tum sine ullo rerum contextu. 2° Ex documentis, quae in fontibus iuris canonici afferuntur, haud pauca omni carent utilitate, et saepe impedimento sunt ad iuris canonici studium, utpote quae vel easdem res crebro recinunt vel legem proprii nominis nullam habent. 3° Documenta quaedam responsionem exhibent pro singulari casu datam, ex qua quidem legem communem seu generalem colligi et exprimi oporteat; multa igitur in eiusmodi documentis supervacanea, multo plura, eademque saepe ardua, labori privato relicta. 4° De certis quibusdam capitibus lex canonica omnino silebat; quapropter confugiendum erat vel ad ius romanum (ut, ex. gr., ad statuendum quonam spatio temporis consuetudo praescriberetur), vel ad iurisprudentiam, vel ad consuetudinem, vel ad doctorum sententias (ut, ex. g., in notione quasi-domicilii definienda). 5° Leges complures, etsi contraria consuetudine aut legibus postea latis abrogatae erant pro catholico orbe universo vel ita pro maiore eius parte ut leges particulares factae essent, exstabant tamen adhuc in fontibus, maximamque studiosorum mentibus perturbationem afferebant. Ut exemplo rem confirmemus, in iure communi decernebatur Episcopos a canonicorum ordine esse deligendos, et capita fere omnia tituli *De Electionibus* ad hanc eligendi rationem pertinent, quanquam ea hodie non obtinet nisi in paucis Germaniae et Helvetiorum dioecesibus; legitimi ritus, qui in iudiciis ecclesiasticis servandi erant ad praescripta tum alterius Decretalium Gregorii IX Libri, tum Sexti, magnam partem obsoleverunt; Concordata, quae, post absolutum *Corpus iuris canonici,* Apostolica Sedes cum rerum publicarum Gubernatoribus iniit, ius commune aliqua ex parte immutarunt.

Quae cum ita essent, merito videbatur haud secus definiri ius canonicum posse, atque Livius ius romanum appellaverat, *«immensum aliarum super alias coacervatarum legum cumulum»* (l. III, c. 34); nec profecto mirari licebat, quod ii ipsi, qui ad sacrorum canonum studia se totos contulissent, haud raro ignorarent utrum lex de hac aut illa re exsisteret necne, aut dubitarent an aliqua lex vigeret adhuc vel quo sensu accipienda esset, etiamsi de rebus ageretur quae maximi essent momenti et ad usum pertinerent. Quare iuri canonico perdiscendo dare operam, siquidem non e rivulis sed e fontibus plenam eius doctrinam haurire placuisset, pauci tantum e clero poterant, quibus videlicet et natura ad eiusmodi studia proclivis et otium et magna librorum copia esset, cum, contra, Caelestinus Papa, ut in Gratiano legimus, haec ad Episcopos Apulos et Calabros scriberet: *«Nulli sacerdotum liceat sacros canones ignorare, nec quidquam facere quod Patrum possit regulis obviare»;* et Gregorius IX, l. 1, tit. 2, *De Constitutionibus: «Canonum statuta custodiantur ab omnibus, et*

nalaze u izvorima kanonskog prava, dosta ih je mnogo, što su bez svake koristi i često samo smetaju pri proučavanju kanonskog prava, jer ili opetovano govore o istoj stvari ili ne sadržavaju zapravo nikakvog zakona. 3° Neke dokaznice sadržavaju samo rješenje dano za pojedinačni slučaj, a iz toga bi trebalo izvesti i razabrati zajednički ili opći zakon; u tim je dakle dokaznicama mnogo toga, što je suvišno, preopširno, a često puta i preteško i prepušteno zamornom privatnom trudu. 4° Preko mnogih je predmeta kanonsko pravo s mukom prelazilo; stoga je bilo potrebno potražiti pomoć ili kod rimskog prava (tako npr. da se utvrdi vrijeme, koje je propisano za zastaru kod običaja), ili u pravnoj nauci, ili u običajnom pravu, ili u mišljenju naučitelja (tako npr. kada je trebalo odrediti pojam do-prebivališta). 5° Mnogo je zakona, premda su bili dokinuti za cijeli katolički svijet protivnim običajnim pravom ili kasnije izdanim zakonima ili su na taj način postali većim dijelom krajevnim zakonima, ostalo i dalje u izvorima, pa je to uzrokovalo u đačkim glavama veliku zbrku. Da stvar razjasnimo primjerom: u općem je pravu bilo propisano, da se Biskupi moraju izabrati od strane kanonika, pa se sva gotovo poglavlja u naslovu *Izbori (De Electionibus)* odnose na ovu vrst izbora, iako takav danas više ne postoji, osim u nekim malobrojnim biskupijama Njemačke i Švicarske; zakoniti oblici, koji su se morali obdržavati kod crkvenih sudišta prema propisima sadržanima u drugoj Knjizi Dekretala Grgura IX. i u Šestoj, pali su s većega dijela u zaborav; konkordati, što ih je Apostolska Stolica, pošto je *Corpus iuris canonici* već bio zaključen, sklopila s državnim Vladarima, djelomično su izmijenili opće pravo.

Kada je stvar stajala tako, s pravom se je smatralo, da se kanonsko pravo ne može označiti drugim riječima nego onima, kojima je Livije nazvao rimsko pravo, *»ogromna gomila zakona pobacanih jedan preko drugoga«* (knj. III., pogl. 34), pa nije doista bilo nikakovo čudo, da dosta često nisu ni oni sami, koji su se sasvim dali na proučavanje svetih kanona, znali, da li za ovu ili onu stvar postoji zakon ili ne, ili su bili u dvojbi o tom, da li je neki zakon još u kreposti, odnosno u kojemu ga smislu treba razumjeti, iako se tu radilo o stvarima od najveće važnosti i svagdanje upotrebe. Stoga ih je samo malo bilo između duhovnika, koji su se mogli dati na to, da proučavaju kanonsko pravo, razumije se ako im je bilo stalo do toga, da crpe puninu ove nauke ne iz zamuljenih potočića, nego iz izvora, to su naime bili samo takvi, koji su imali ne samo prirodnu sklonost za takvo proučavanje, nego i dosta vremena i veliku množinu knjiga, dok je naprotiv, kako čitamo kod Gracijana, Celestin Papa napisao Biskupima Apulijskim i Kalabrijskim ovo: *»Nijednom svećeniku nije slobodno ne poznavati svetih kanona niti išta počiniti, što*

nemo in actionibus vel iudiciis ecclesiasticis suo sensu, sed eorum auctoritate ducatur». Nostra etiam aetate eiusmodi studia Apostolica Sedes commendare non destitit, et conquesta praecipue est, quod praecepta hac de re data in pluribus dioecesibus neglegerentur. Quanquam fatendum causam eiusmodi vel ignorationis vel neglegentiae magna ex parte fuisse statum quo, ut diximus, ius erat canonicum.

Huc denique aliud accedit non minoris momenti, idest nonnullas leges ecclesiasticas, initio prudentissime latas, mutatis rerum temporumque condicionibus, factas fuisse aut ad exsequendum difficiles aut minus ad animorum salutem conducibiles: videbantur igitur necessario emendandae, quemadmodum Ecclesia, ut est societas pro hominibus constituta, facere in causis haud dissimilibus consuevit. Constat, ex. gr., Concilium Lateranense IV impedimentum ex consanguinitate in linea collaterali idcirco ad quartum contraxisse gradum, quia *«in ulterioribus gradibus iam non potest, absque gravi dispendio, prohibitio generaliter observari»;* at vero, eadem de causa, non pauci, postremis hisce temporibus, opinabantur, eiusmodi impedimentum ad tertium gradum contrahi oportere. Postulabatur itidem undique ut rectius atque ad nostram aetatem accommodatius temperarentur tum leges, quae decreto *Tametsi* accesserunt, tum quae de ieiunio et abstinentia vigebant, et ita porro.

Quae qui omnia perpenderit, mirari iam desinet, quare et iuris canonici cultoribus et plurimis catholici orbis Episcopis iamdudum esset persuasum, ius canonicum nova quadam ratione esse tandem aliquando ordinandum.

Communium votorum interpretes praestiterunt se Patres Concilii Vaticani. Episcopi enim, inde ab an. 1865, cum ad litteras rescriberent ab Apostolica Sede de Concilio Oecumenico Romae habendo datas, Pontificem Maximum rogarunt, vellet rem, quae tantam paritura esset Ecclesiae utilitatem, considerare; deque eadem, cum in Concilium coiverunt, postulata deferre cunctati haud sunt.

Primi de sacris canonibus in unum apte redigendis postularunt Neapolitanae dicionis Episcopi: *«Novum iuris canonici Corpus conficere necesse esse videtur; ac vel in primis quoad processum causarum: qui magis ac magis expeditior sit»*.

Eos exceperunt plurimi ex Galliarum Episcopis: *«Evidentissimum est et ab omnibus iamdiu agnitum et ubique conclamatum, iuris canonici aliquam revisionem et reformationem necessariam esse valdeque urgentem; siquidem, ob tam multiplices gravesque rerum et societatis humanae mutationes, leges permultae, quaedam inutiles, aliae observatu impossibiles aut*

bi se protivilo pravilima Otaca«; a Grgur IX., knj. I. nasl. 2, *Uredbe: »Odredbe kanona dužni su obdržavati svi i nitko se ne smije u tužbama i crkvenim sudovima dati voditi svojim shvaćanjem, nego njihovom krepošću«*. Ni u naše vrijeme nije Apostolska Stolica prestala preporučivati ove vrsti proučavanja, i mnogo se je tužila na to, što su se odredbe u toj stvari izdane zanemarivale u mnogim biskupijama, iako valja priznati, da je uzrokom za ovu nebrigu i nemarnost većim dijelom bilo stanje, u kojemu se je, kako rekosmo, nalazilo kanonsko pravo.

K tomu napokon pridolazi još nešto, što je od nemanje važnosti, to jest da su poneki crkveni zakoni, koji su s početka bili izdani najmudrije, postali zbog promijenjenih stvarnih i vremenskih prilika ili preteški, da se obdržavaju, ili za spasenje duša manje korisni: vidjelo se je dakle, da ih je potrebno ispraviti, kako je to Crkva, koja je za ljude ustanovljena zajednica, običavala u sličnim slučajevima činiti. Znamo npr. da je Sabor Lateranski IV. stegnuo zapreku srodstva u pobočnoj lozi do četvrtog koljena zato, jer se *»u daljnjim koljenima, više ne može zapreka obdržavati bez velikih neprilika«;* međutim bilo ih je dosta, koji su s istoga razloga u posljednje ovo vrijeme iznosili mišljenje, da bi trebalo ovu zapreku stegnuti do trećeg koljena. Isto se je tako sa svih strana tražilo, da bi se bolje i više prema našemu vremenu uskladilo i one zakone, koji su izdani uz dekret *Tametsi,* kao i oni, koji su obvezivali u pogledu posta i nemrsa, i tako dalje.

Tko sve ovo drži na umu, više se neće čuditi, što je i kod stručnjaka u kanonskom pravu i kod premnogih biskupa širom katoličkog svijeta prevladalo mišljenje, da je skrajnje vrijeme, da se kanonsko pravo iznova uredi.

Kao tumači općih želja nastupili su Oci Vatikanskog Sabora. Biskupi su naime, tamo od g. 1865., odgovarajući na pismo, koje je Apostolska Stolica objavila o sazivu Općega Sabora, molili Velikog Prvosvećenika, da bi imao dobrotu ovu stvar, koja će biti od tolike koristi za Crkvu, uzeti u razmatranje; a onda, kada su na Sabor došli, bez prestanka su u toj stvari podnosili predstavke.

Prvi su predstavku o tom, da se sveti kanoni primjereno srede u jednu zbirku, podnijeli Biskupi Napuljske pokrajine: *»Čini se, da je potrebno prirediti novi Zbornik kanonskog prava, i to osobito u pogledu parničnog postupka: taj postupak ima biti što brži«*.

Iza njih dolaze premnogi Biskupi francuski: *»Posve je očito i odavno već od svih priznato, te je odasvud jasno rečeno, da je potrebito, da se nekako iznova pregleda i obnovi kanonsko pravo, jer su velike promjene, što su nastale u poretku i ljudskom društvu prouzrokovale, da je vrlo mnogo zakona postalo ili beskorisno ili ih je nemoguće, odnosno preteško obdržavati. Ima*

difficillimae evaserunt. De innumeris quoque canonibus ambigitur, utrum adhuc vigeant, necne. Demum per tot saeculorum decursum ita excrevit legum ecclesiasticarum numerus et leges illae in ingentibus iuris Collectionibus adeo cumulatae sunt, ut aliquo sensu dicere possimus: OBRUIMUR LEGIBUS. *Hinc fit ut studium iuris canonici infinitis prope et inextricabilibus difficultatibus implicetur, controversiis ac processibus latissimus locus pateat; et conscientiae mille anxietatibus angantur et in contemptum legis impellantur.*

«Concilium igitur ad grande hoc et necessarium opus reformationis iuris canonici attendere omnino optandum est; quod ut convenienter fiat:

«1° Concilium per seipsum decerneret praecipuos et magis urgentes reformationis articulos, simulque indicaret qua mente et quonam generali conceptu reformatio iuris peragi debeat.

«2° Institueretur Congregatio aliqua specialis doctissimorum theologorum et canonistarum, simul et virorum maxime practicorum et ex omnibus assumptorum nationibus, qui universum ius canonicum attentissima revisione introspicerent et, reiectis quae reiicienda, modificatis quae modificanda, additis quae addenda viderentur, novum Corpus iuris conficerent, quod statui praesenti Ecclesiae aptius accommodatum, titulis, capitibus et articulis iuxta materiarum ordinem digestum huic Concilio vel alteri proximo convocando, examinandum sanciendumque proponeretur».

Haec deinde Germaniae Episcopi: *«Quia autem in Corpore iuris canonici permulta inveniuntur praescripta, quae in praesentiarurn non amplius habent vigorem, maxime optandum est, ut nova collectio fiat eorum canonum, qui adhuc vigent, omissis omnibus, qui iam abrogati esse dignoscantur».*

Concinebant Belgarum Episcopi: *»Expleto Concilio Vaticano committere velit Sanctissimus Dominus viris in sacris canonibus versatis munus redigendi integrum complexum legum ecclesiasticarum in novum Codicem hodiernae praxi accommodatum, et in varios titulos, capita, etc., pro materiarum varietate distributum«.*

Tum vero Archiepiscopi et Episcopi ex provinciis ecclesiasticis Quebecensi et Halifaxiensi: *«Postulatum ut totius iuris ecclesiastici, curante Summo Pontifice, peracto Concilio Vaticano, fiat Codificatio cum iis additionibus, quae praesenti rerum statui utiliores et accommodatiores videbuntur.*

«Rationes postulati: 1° Facilior et communior evaderet cognitio huius iuris, quae nunc pene innumeris constitutionibus et canonibus constat. 2° Multa in desuetudinem abierunt, vel impossibilia facta sunt, vel in maximum Ecclesiae bonum mutari possunt».

bezbroj kanona, o kojima se dvoji, da li su još na snazi ili ne. Napokon je kroz toliko stoljeća broj crkvenih zakona tako narastao i ti su zakoni tako nagomilani u ogromnim pravnim Zbirkama, da u nekom smislu možemo reći: ZASUTI SMO ZAKONIMA. *Odatle dolazi, da je proučavanje kanonskog prava skopčano s neizmjernim gotovo i nesavladivim poteškoćama, da su prijeporima i parničenju vrata širom otvorena, te da savjesti muče hiljadu sumnja i nagone ih na prezir zakona.*

»Treba dakle bezuvjetno poželiti, da Sabor svrne pažnju na ovo veliko i potrebito djelo o obnovi kanonskog prava; u tu bi svrhu trebalo:

»1° Da sam Sabor donese zaključak o tom, koja poglavlja za obnovu dolaze u obzir u prvom redu i najhitnije, te ujedno izjavi, u kojem se smislu i prema kojoj osnovnoj misli ima izvršiti obnova.

»2° Da se ustanovi posebni neki Zbor od najučenijih bogoslova i kanonista, a ujedno i od muževa s velikim iskustvom, uzetih iz svih naroda, koji bi imali kanonsko pravo najpomnije pregledati, pa da odbacivši što bude izgledalo da treba odbaciti, izmijenivši što treba izmijeniti i dodavši što treba dodati, sačine novi Zbornik prava, koji se onda, bolje prilagođen sadanjem stanju Crkve, ima razvrstan prema sadržaju u naslove, poglavlja i članke predložiti ovomu Saboru ili drugomu, koji se što prije ima sazvati, da se preispita i prihvati«.

Zatim su njemački Biskupi rekli ovako: *»A jer se u Zborniku kanonskog prava nalazi vrlo mnogo propisa, koji sada više nemaju obavezne kreposti, vrlo je opravdana želja, da se sačini nova zbirka onih kanona, koji i sada još obavezuju, izbacivši sve one, za koje se znade, da su već dokinuti«.*

Belgijski su Biskupi dali ovu izjavu: *»Kada Vatikanski Sabor bude dovršen, neka bi Njegova Svetost imala dobrotu povjeriti muževima vještima svetim kanonima dužnost, da srede sve crkvene zakone u novi Zbornik, koji će biti prilagođen današnjem crkvenom životu i razvrstan prema raznolikom sadržaju u raznovrsne naslove, poglavlja, itd.«*

Zatim Nadbiskupi i Biskupi iz crkvenih pokrajina Quebeca i Halifaxa: *»Podnosimo prijedlog, da se izvrši pod vodstvom Vrhovnoga Prvosvećenika, pošto bude Vatikanski Sabor završen, kodifikacija cjelokupnog crkvenog prava s onim dodacima, za koje će se vidjeti da su u sadanjim stvarnim prilikama što korisniji i primjereniji.*

»Obrazloženje prijedloga: 1° Poznavanje toga prava, koje je sada sadržano u gotovo bezbrojnim uredbama i kanonima, postalo bi lakše i pristupačnije. 2° Mnogo je toga, što se više ne obdržava, ili je postalo nemogućim, ili je takovo, da se može izmijeniti s najvećom korišću za Crkvu«.

Deinde plures Italiae mediae Episcopi: «*Ne studiosis scientiae canonicae iter scabrosum nimis peragendum sit, ob molem earum legum, quae iam obsolevere, petunt ut Corpus iuris canonici quam diligentissime recognoscatur*».

Tres denique et triginta ex variis orbis regionibus Episcopi huic postulato subscripserunt: «*Ut ecclesiasticae leges in mores, in vitam, in instituta christianorum populorum suam cumulate exserant efficacitatem; nihil profecto accommodatius est nihilque opportunius, quam si sapienti ordine digestae in unum codicem colligantur, ad cuius normam sacrum ius et dicatur in foro et tradatur in scholis et, in usus quotidianos religiose deducatur. Quod cum probe sentirent Romani Pontifices nullo tempore commiserunt ut ipsorum vigilantia et prudentia in hac parte deesset. Huc sane spectavit Innocentius III, huc Honorius III, quorum in curandis Decretalium Collectionibus electissimae curae praeclara adhuc monumenta suppetunt. Quem vero latet de sacra iurisprudentia quam bene meruerit Gregorius IX, cuius auspiciis et ope et auctoritate amplissimus Pontificii iuris codex editus est? Neque minor habenda est gratia Bonifacio VIII, qui opus Gregorii uberrima atque in primis opportuna accessione ditavit, perfecit*».

«*Sed hae providae curae Summorum Pontificum, quamvis superiorum temporum commoditati plane satis fuerint, aliquid tamen aetate nostra desiderare patiuntur. Neque mirum cuiquam esse debet, si parumper consideret disciplinares leges variae temporum conditioni sic accommodari oportere, ut labentibus annis immutentur, novisque obvenientibus causis augeantur. Quare plures Romanorum Pontificum Constitutiones Decretaque Conciliorum in Corpus iuris canonici nondum illata sunt, quae tamen dispersa non evagari diutius, cum iudiciorum, tum scientiae iuris magnopere interest. Nam quamdiu in pluribus documentis, veluti disiecta corporis membra, sparsim circumferuntur, difficile est, qua late patet christianus orbis, rite a cunctis dignosci; et si dignoscantur, opus est exquisita admodum notitia circumstantiarum (quae est paucorum) ad declinandam rerum atque temporum in iis interpretandis confusionem*».

«*Haec omnia mature cogitantibus subiit demisse atque enixe petere a Sanctissimo Domino Nostro Pio IX, ut, adhibita opera atque ingenio virorum huius temporis doctissimorum, novum iuris canonici codicem digerere et Apostolica auctoritate edere non gravetur. Opus sane arduum; sed quo plus difficultatis habet, eo magis est tanto Pontifice dignum*».

Cuius quidem rei necessitatem cum ipsa Apostolica Sedes haberet compertam, facere certe non poterat quin tot Ecclesiae Pastorum votis et postulationibus concederet, in iis saltem quae ad disciplinam

Zatim mnogi Biskupi iz srednje Italije: »*Da onima, koji se daju na proučavanje kanonskog prava, ne bude zbog goleme množine takovih zakona, koji su pali u zaborav, put, što ga moraju prevaliti, odviše mučan, mole, da se Zbornik kanonskog prava podvrgne što temeljitijoj pregledbi*«.

Konačno su trideset i tri Biskupa iz raznih krajeva svijeta potpisala ovaj prijedlog: »*Za to da crkveni zakoni imadu što jači utjecaj na ćudoređe, na život, na ustanove kršćanskih naroda, ništa zaista nije primjerenije i ništa zgodnije od toga, da se oni sakupe dobro raspoređeni u jednom zborniku i da se prema njegovim odredbama sveto pravo i izriče u sudovanju i predaje u školama i zdušno primjenjuje u svakidašnjem životu. To su Rimski Prvosvećenici dobro znali, pa stoga su u svim vjekovima ovoj stvari posvećivali svoju pažnju i brigu. To je zacijelo imao pred očima Inocent III., pa Honorije III., štono su oko izdavanja Zbirki Dekretala vodili izvanrednu brigu, o kojoj i danas još svjedoče veličajni spomenici. A komu nije iz nauke svetoga prava poznato, kako ogromne zasluge pripadaju Grguru IX., čijom je zaštitom, pomoću i odredbom izdan najopsežniji zbornik Prvosvećeničkog prava? A ne ide manja slava ni Bonifacija VIII. koji je obogatio i nadopunio djelo Grgurovo vrlo obilatim i nadasve podesnim dodatkom*«.

»*No iako su ova dalekovidna nastojanja Rimskih Prvosvećenika potpunoma dostajala za prijašnja vremena, za naše doba ipak više nisu sasvim dovoljna. A nikomu ne smije biti, ako i malo skrene pažnju na to, da se pravni zakoni moraju prilagođivati raznovrsnim prilikama vremena, čudno, što se oni tokom mnogih godina moraju mijenjati i umnožavati poradi novih prilika, koje su nastale. Zato postoji mnogo Uredaba Rimskih Prvosvećenika i Saborskih Odluka, koje još nisu uvrštene u Zbornik kanonskog prava, a na veliku bi ipak korist bilo i sudovanju i pravnoj nauci, da ne ostanu vani na sve strane raspršeni. Jer dokle god se oni u mnogobrojnim ispravama po svud raznose kao raskomadani udovi tijela, teško je, da ih širom kršćanskog svijeta svi valjano upoznadu, a kad se za njih i znade, treba imati (a takovih je malo) posve izvanredno poznavanje prilika, da se pri njihovom tumačenju ne padne u stvarne i vremenske zablude*«.

»*Dok smo o svemu tomu ozbiljno razmišljali, došlo nam je na um, da ponizno i smjerno zamolimo Njegovu Svetost Gospodina Našega Pija IX., da bi se udostojao uz suradnju najumnijih učenjaka našega vremena, izraditi i Apostolskom vlasti izdati novi zbornik kanonskog prava. Posao bez sumnje težak; no koliko je teži, toliko je i tako velikog Prvosvećenika dostojniji*«.

Pa kako je i sama Apostolska Stolica bila osvjedočena, da je ta stvar potrebna, nije se nipošto mogla oglušiti željama i molbama tolikih Pastira Crkve, barem u pogledu onoga, što se odnosi u prvom redu na

propius pertinerent et magis urgere viderentur. Eo utique consilio Pius IX per constitutionem *Apostolicae Sedis* censurarum *latae sententiae* numerum imminuit; Leo XIII constitutiones dedit *Officiorum* et *Conditae a Christo,* quarum altera aequius et accuratius librorum editioni et prohibitioni consulebat, altera decernebat quibus regendae essent legibus Congregationes religiosae votorum simplicium; Sacra denique Congregatio EE. et RR. die 11 iunii an. 1880 *Instructionem* edidit «de modo quo oeconomice procedere debent Curiae ecclesiasticae in causis disciplinaribus et criminalibus clericorum». Reliqua tamen iuris praescripta cum in eo statu mansissent, quo ante, Episcopi plerique et nonnulli etiam Purpurati Patres Apostolicae Sedi instabant adhuc, ut ius canonicum emendaretur et in aptiorem componeretur ordinem, capto a recentioribus omnibus civitatibus exemplo, quemadmodum Gregorius IX Iustinianum imitari non dubitaverat.

PIUS fel. rec. Papa X, qui, ante quam Pontificatum iniret, probe perspexerat quam praeclara Ecclesiae emolumenta eiusmodi emendatio polliceretur, arbitratus tempus iam esse tanti operis initia facere, convocatis haud semel, ineunte mense martio an. 1904, S. R. E. Cardinalibus qui in Urbe degebant, ut eos de proposita re sententiam rogaret, cum Eminentissimi ii viri consilium probassent, datis die 19 eiusdem mensis ad orbem catholicum litteris *Arduum sane munus,* nuntiavit, quod iam dudum in communibus fuisset optatis, id velle se, *«ut universae Ecclesiae leges, ad haec usque tempora editae, lucido ordine digestae, in unum colligerentur, amotis inde quae abrogatae essent aut obsoletae, aliis, ubi opus fuisset, ad nostrorum temporum conditionem propius aptatis».* Quod ut recte ad effectum deduceretur, motu proprio, certa scientia et matura deliberatione, haec decrevit quae sequuntur:

«I. Consilium, sive, ut aiunt, Commissionem Pontificiam constituimus quam penes erit totius negotii moderatio et cura, eaque constabit ex nonnullis S. R. E. Cardinalibus, a Pontifice nominatim designandis.

«II. Huic Consilio ipse Pontifex praeerit et, Pontifice absente, Cardinalis decanus inter adstantes.

«III. Erunt praeterea iusto numero Consultores, quos Patres Cardinales e viris canonici iuris ac theologiae peritissimis eligent, Pontifice probante.

«IV. Volumus autem universum Episcopatum, iuxta normas opportune tradendas, in gravissimum hoc opus conspirare atque concurrere.

«V. Ubi fuerit constituta ratio in huiusmodi studio sectanda, Consultores materiam parabunt suamque de ipsa sententiam in conventibus edent, praeside illo, cui Pontitex mandaverit Consilii Cardinalium esse ab actis.

pravni poredak i što je izgledalo vrlo hitnim. Zato je Pijo IX. uredbom *Apostolicae Sedis* smanjio broj kaznenih zabrana *unaprijed izrečenih*; Leo XIII. izdao uredbe *Officiorum* i *Conditae a Christo,* od kojih je u prvoj prikladnije i točnije uređeno izdavanje i zabranjivanje knjiga, a drugom je određeno, kojim se zakonima moraju upravljati redovnički Zborovi s običnim zavjetima; a konačno je Sveti Zbor EE. i RR. objavio dne 11. lipnja g. 1880. *Naputak* »o načinu po kojemu imaju skraćeno postupati crkvene Kurije u disciplinskim i kaznenim parnicama duhovnika«. No budući da su drugi pravni propisi ostali i dalje u onomu stanju, u kojemu su bili i prije, podastirali su Apostolskoj Stolici mnogi biskupi, pa i neki grimizom odlikovani Oci, i dalje molbe, da bi se pristupilo ispravljanju i boljem uređenju kanonskog prava povodeći se za primjerom svih suvremenih država, onako kako Grgur IX. nije krzmao da se povede za Justinijanom.

PIJO bl. uspom. Papa X., koji je već prije, nego što je postao Prvosvećenikom bio dobro uvidio, koliku bi korist imala Crkva od takvoga posla, smatrajući da je već vrijeme, da se s tim velikim poslom započne, sazvao je više puta početkom mjeseca ožujka 1904. S. R. C. Stožernike, koji su boravili u Gradu, pa je zatražio o toj stvari njihovo mišljenje. Pošto su Uzoriti ovi muževi naum odobrili, objavio je katoličkom svijetu pismom *Arduum sane munus,* izdanim 19. dana istoga mjeseca, da određuje ono, što je odavna bilo općenitom željom, *»da se saberu u jednu zbirku dobro raspoređeni svi crkveni zakoni do danas izdani, tako da se odbace oni, koji su dokinuti ili pali u zaborav, a drugi, gdje bi trebalo, da se bolje prilagode sadanjim prilikama«.* Da se to izvrši kako treba, propisao je, vlastitom pobudom, po sigurnom znanju i zrelom razmišljanju, ovo:

»I. Ustanovili smo Vijeće, ili kako se kaže, Prvosvećenički Odbor, na koji će spadati uprava i briga oko cijeloga toga posla i koji će sastojati od nekoliko S. R. C. Stožernika, što će ih Prvosvećenik poimence označiti.

»II. Ovomu će Vijeću predsjedati sam Prvosvećenik, a kada je Prvosvećenik otsutan, najstariji Stožernik između prisutnih;

»III. Osim toga postojat će u potrebnom broju Savjetnici, koje će izabrati, s odobrenjem Prvosvećenika, Oci Stožernici između najboljih stručnjaka u kanonskom pravu i bogoslovlju.

»IV. A želimo, da cjelokupni Episkopat, prema pravilima, što će se po potrebi izdati, sudjeluje kod toga prevažnoga posla svojim mišljenjem i suradnjom.

»V. Čim bude ustanovljen poslovni red za taj rad, spremat će Savjetnici gradivo i o njemu predlagati svoje mišljenje u sjednicama pod predsjedanjem onoga, kojega Prvosvećenik bude postavio bilježnikom Stožerničkog Vijeća.

In eorum deinde studia et sententias PP. Cardinales matura deliberatione inquirent. Omnia denique ad Pontificem deferantur, legitima approbatione munienda».

Interea, ut Episcopi universi, quemadmodum litteris, quas memoravimus, statuerat, ad tam grande tamque arduum opus conspirarent quod in totius Ecclesiae bonum apparabatur, primum omnium Pontifex id curavit, ut Cardinalis a publicis Ecclesiae negotiis, datis ad omnes et singulos catholici orbis Archiepiscopos litteris die 25 martii eiusdem anni, iisdem mandaret, ut, auditis Suffraganeis suis aliisque, si qui essent, Ordinariis qui Synodo provinciali interesse deberent, quamprimum, idest non ultra quatuor menses a receptis litteris, Sanctae Sedi paucis referrent an et quaenam in vigenti iure canonico, sua eorumque sententia, immutatione vel emendatione aliqua prae ceteris indigerent. Praeterea singularum nationum Episcopis ius tribuebatur ut unum vel alterum virum, sacrorum canonum ac theologiae scientia praestantem, communi consensu electum, atque ipsorum Episcoporum sumptibus alendum, Romam mitterent, qui Consultorum coetui adscriberetur. Quod si mallent, possent item Episcopi unum ex illis designare, qui iam a Patribus Cardinalibus inter Consultores adnumerati essent, eique sua optata transmittere cum Consultorum coetu communicanda; vel etiam aliquem e sua natione nominare, qui, licet extra Urbem commorans, per epistolas Consultoribus adiutricem operam praestiturus esset. Quid vero ea de re concordi animo consilii cepissent, Episcopi singularum nationum per digniorem vel antiquiorem ex iis Sanctam Sedem certiorem redderent.

Tum vero Pontifex Consilium seu *Commissionem*, de qua in litteris *Arduum sane munus,* constituit, in eamque adscivit Patres Cardinales Seraphinum Vannutelli, Antonium Agliardi, Vincentium Vannutelli, Franciscum Satolli, Marianum Rampolla del Tindaro, Hieronymum M. Gotti, Dominicum Ferrata, Franciscum a Paula Cassetta, Franciscum Desideratum Mathieu, Casimirum Gennari, Beniaminum Cavicchioni, Andream Steinhuber, Franciscum Segna, Iosephum Calasanctium Vives y Tuto, Felicem Cavagnis et Raphaelem Merry del Val. Haud ita multo post, quo res celerius et expeditius procederet, deliberavit Pontifex aliud peculiare Consilium instituere, inque illud Patres Cardinales cooptavit Dominicum Ferrata, Felicem Cavagnis, Beniaminum Cavicchioni, Casimirum Gennari et Iosephum Calasanctium Vives y Tuto; iis vero, morte interceptis, suffecit deinceps Cardinales Sebastianum Martinelli, Caietanum De Lai, Basilium Pompili, Caietanum Bisleti, Gulielmum van Rossum, Vincentium Vannutelli, Michaelem Lega et Philippum Giustini.

Zatim će njihov rad i mišljenja podvrći OO. Stožernici svestranom ispitivanju. Konačno se ima sve podnijeti Prvosvećeniku, da bude propisno odobreno«.

Međutim je Prvosvećenik, kako bi svi Biskupi, kao što je bio odredio u spomenutom pismu, sudjelovali kod toga velikog i teškog posla, koji se je spremao za dobrobit cjelokupne Crkve, odredio prije svega to, da je Stožernik za javne poslove Crkve, listom od 25. ožujka iste godine upravljenim svim i pojedinim Nadbiskupima katoličkog svijeta, ove pozvao, da saslušavši svoje Područnike (sufragane) i druge, ako ih ima, Ordinarije koji su dužni prisustvovati pokrajinskom Saboru, izvijeste što prije, to jest najdulje za četiri mjeseca od primitka lista Svetu Stolicu nakratko, da li se i što se ima, po njihovom i njihovih drugova mišljenju, u kanonskom pravu izmijeniti i u nečemu ispraviti. Povrh toga bilo je Biskupima pojedinih naroda dano pravo, da pošalju u Rim jednoga ili dva muža vješta kanonsko–pravnoj i bogoslovskoj nauci, kojega će jednodušno izabrati i na trošak istih Biskupa poslati u Rim, da bude primljen u taj zbor Savjetnika. Isto tako mogu Biskupi, ako bi im to bolje odgovaralo, označiti jednoga između onih, koji su već od strane Otaca Stožernika određeni za Savjetnike i njemu dostavljati svoje želje, da ih priopći zboru Savjetnika, ili također da mogu imenovati kojega svojega sunarodnjaka, koji će putem pisama surađivati sa Savjetnicima, iako neće stanovati u Gradu. A ono, što budu Biskupi pojedinih naroda jednodušno u toj stvari zaključili, neka po onomu, koji je između njih u najvišem dostojanstvu ili najstariji, priopće Svetoj Stolici.

A tada je Prvosvećenik postavio Vijeće ili *Odbor,* spomenut u pismu *Arduum sane munus,* i u taj odredio Oce Stožernike Serafina Vannutelli, Antonija Agliardi,Vincencija Vannutelli, Franju Satolli, Marijana Rampolla del Tindaro, Jeronima M. Gotti, Dominika Ferrata, Franju Paulskog Cassetta, Franju Desirea Mathieu, Kazimira Gennari, Benjamina Cavicchioni, Andriju Steinhuber, Franju Segna, Josipa Kalasankcija Vives y Tuto, Feliksa Cavagnis i Rafaela Merry del Val. Malo zatim odlučio je Prvosvećenik postaviti, da bi posao što brže i uspješnije napredovao, drugo uže Vijeće, te je u to pozvao Oce Stožernike Dominika Ferrata, Feliksa Cavagnis, Benjamina Cavicchioni, Kazimira Gennari i Josipa Kalasankcija Vives y Tuto; a na njihovo je mjesto, pošto ih je zatekla smrt, postavio onda Stožernike Sebastijana Martinelli, Kajetana De Lai, Bazilija Pompili, Kajetana Bisleti, Vilima van Rossum, Vincencija Vannutelli, Mihaela Lega i Filipa Giustini.

Delegit autem Pontifex Cardinalem Petrum Gasparri, tum Archiepiscopum titulo Caesariensem et a Secretis Sacrae Congregationis extraordinariis Ecclesiae negotiis praepositae, qui ei Consilio esset ab actis: totum simul opus, quod *cancellariae* vocant, eidem Sacrae Congregationi; curam vero quaecunque occurrerent edendi officinae typographicae Vaticanae demandavit.

Pontificium Consilium id in primis studuit, ut idoneos adscisceret sibi, Romano Pontifice probante, Consultores; delegit vero tum ex peritissimis Romanae Curiae Praelatis, tum ex egregiis cleri regularis sodalibus, tum ex aliis sacrarum disciplinarum cultoribus, ita quidem, ut ex iis omnibus, et italis et externis, frequens brevi amplissimumque Collegium coalesceret, cui de mandato Pontificis, praefuit idem Cardinalis Gasparri.

Quo autem expeditius negotium conficeretur, peculiares duo e gremio ipsius Collegii eliciti constitutique sunt Coetus seu *Commissiones* quas vocant, quae tam diligentem studiosamque in canones expendendos apteque redigendos contulerunt operam, ut exspectationem omnem expleverint. Id tamen nullo pacto obstitit, quominus, quotiescumque pars aliqua Codicis potissima ad finem perducebatur, eius exempla ad omnes aeque Consultores mitterentur, ut si quis eorum aliquid animadversione dignum reperisset, id scripto significaret. Ceterum, praeter Consultores, confectionem operis complures tum itali tum externi canonistae ac theologi, titulo *Collaboratores,* etsi extra Urbem degebant, egregie adiuvarunt.

Peculiaribus Coetibus seu *Commissionibus* ita constitutis, lex quaedam propria condita est et a Summo Pontifice die 11 mensis aprilis eiusdem anni adprobata, qua praefinitae sunt normae ad quas gravissimum explicaretur opus iidemque Coetus operam suam dirigerent. Ea quoque lege cavebatur, ut Instituta ecclesiastica vel religiosorum virorum e suis bibliothecis et tabulariis, si qui peterentur libri, eos sine mora suppeditarent, quibusvis interdictis aut censuris, Pontificis auctoritate, una huius negotii causa sublatis; itemque ut Consultores, servitio chori addicti, ne spatium sibi ad officium implendum deesset neve e muneris sui perfunctione quicquam detrimenti caperent, quibus horis conventus agerentur, choro abessent, et tamen distributiones ipsas, quas *inter praesentes* vocant, lucrarentur.

Cum sensim *desiderata* Episcoporum, Pontificis voluntati ita obsequentium, ad Apostolicam Sedem perferrentur, eaque diligenter excussa, in Consultorum commodum, in umlm cogerentur, disceptatum est, quaenam totius materiae divisio facienda esset, decretumque eam adhiberi divisionem, quae, generatim inspecta, dici merito potest tralaticia in iure canonico, hac tamen lege, ut partitio eiusmodi ad tem-

A za bilježnika tomu Vijeću odabrao je Prvosvećenik Stožernika Petra Gasparri, tada naslovnoga Nadbiskupa Cezarejskoga i Tajnika Svetoga Zbora za izvanredne poslove Crkve; ujedno je sav onaj posao, što se naziva *pisarničkim,* povjerio istomu Svetomu Zboru, a brigu za sve ono, što će trebati tiskati, Vatikanskoj tiskari.

Prvosvećeničko se je Vijeće dalo najprije na to, da sebi nađe, uz potvrdu od strane Rimskog Prvosvećenika, sposobne Savjetnike; a odabralo ih je među odličnim članovima redovničkog duhovništva, i među drugim stručnjacima svetih nauka, tako da je od svih ovih, i talijanskih i stranih, u tili čas ostvaren mnogobrojan i velik Zbor, kojemu je, po Prvosvećeničkoj odredbi, bio na čelu isti Stožernik Gasparri.

A da bi posao što brže napredovao, uzeta su iz sastava toga Zbora, i određena dva Skupa ili, kako se kaže, *Odbora,* koji su svoj posao oko raspravljanja i sastavljanja kanona izvršivali tako marno i predano, da su ispunili sve, što se je od njih očekivalo. To ipak nije ni malo smetalo, da se svaki pojedini dio Zbornika, čim bi u znatnijem opsegu bio dovršen, dostavi podjednako svim Savjetnicima u tu svrhu, da svaki od njih pismeno priopći, ako bi nešto zapazio, što iziskuje primjedbu. Uostalom pomagali su pri izradi posla odlično u većem broju pod imenom *Suradnika* i talijanski i strani kanonisti i teolozi, iako su stanovali izvan Grada.

Za ove posebne Skupove ili *Odbore,* koji su ovako bili postavljeni, izdan je posebni poslovnik, koji je 11. ožujka iste godine odobren od Vrhovnog Prvosvećenika i u kojemu su sadržana pravila, prema kojima se ima odvijati izrada ovoga prevažnoga djela i kojih se ovi Skupovi imaju pri poslu držati. U istomu je poslovniku bilo predviđeno, da crkveni i redovnički Zavodi moraju iz svojih knjižnica i pismara bezodvlačno dostaviti one knjige, koje bi bile zatražene, tako da se dokidaju, ali samo u pogledu toga posla, sve zabrane i kazne; isto tako da oni Savjetnici, koji su obvezani na službu u pijevnici (koru), da mogu na vrijeme izvršivati svoju dužnost i da od izvršivanja te dužnosti nemaju štete, dobivaju, ako i nisu prisutni u pijevnici u one sate, kada se drže sjednice, kraj toga ipak i one podjelbe, koje se nazivaju *među prisutnima.*

Dok su Apostolskoj Stolici mahom stizale *želje* Biskupa, koji su u tom izvršivali volju Prvosvećenikovu, pa su bile pomno ispitane i za upotrebu Savjetnika u jedno sabrane, raspravljeno je pitanje, koja bi se razdioba cjelokupnoga gradiva imala prihvatiti, pa je zaključeno, da se usvoji ona razdioba, za koju se, općenito uzevši, može reći, da je u kanonskom pravu od davnina u upotrebi, no ipak samo tako, da ova razdioba ima samo

pus recepta haberetur, uti quaedam operis adumbratio, liceretque eam, quemadmodum necessitas postulasset, tum emendari, cum, absoluto Codice, clarius appareret quo demum ordine res disponendae forent.

Nulla mora interposita, e Consultoribus et Collaboratoribus delecti sunt qui singulas meditarentur et appararent Codicis partes, de quibus deinde in peculiaribus Coetibus esset disputandum. In quos delectus cecidit, ii, quod hic meminisse gaudemus, libentissimo obtemperarunt animo. Quodvis *schematis* caput, ex. gr., *de baptismo, de sepultura ecclesiastica,* etc., binis commissum est Consultoribus vel Collaboratoribus aut, si quando rei gravitas postulasset, etiam ternis et quaternis, sic tamen, ut alter nomen alterius vel aliorum, qui eadem de re scriberent, ignoraret. Hi quidem ad alterutrum Coetum seu Commissionem, cui scripta sua excutienda deferebantur, legitime pertinebant; omnibus autem, pontificio adstrictis secreto, dies condicebatur, quem ante diem tradere Emo Cardinali Gasparri *votum* suum tenebantur.

Haec vero, lege, quam memoravimus, propria, Consultoribus et Collaboratoribus generatim praescripta erant:

«I. Ut Codex eas tantummodo leges complecteretur, quae disciplinam spectant. Nihil tamen prohibebat, quominus in Codice principia quaedam attingi possent aut deberent, quae ad ius naturae vel ad ipsam Fidem referrentur.

«II. Ut Consultor, aliusve operis ordinator, Ecclesiae leges de disciplina, omissis obsoletis aut abrogatis, diligenter exquireret ex Corpore iuris, ex Tridentino Concilio, ex Actis Romanorum Pontificum et ex decretis Sacrarum Congregationum Romanarum aut Tribunalium Ecclesiasticorum; eas autem in *canones* redigeret, qui solam legum partem dispositivam continerent quique possent, si expedire videretur, in paragraphos subdividi.

«III. Ut in canonibus redigendis Consultor, aliusve operis ordinator, e documentis excerpta verba, quantum posset, fideliter referret, brevitati simul et perspicuitati studeret, alias eorundem documentorum partes rebus declarandis aptas adderet, paginis, volumine, editione accurate adnotatis.

«IV. Ut Consultor, aliusve operis ordinator, in re gravi et ad usum pertinente, inter varias doctorum opiniones, certam proponeret ac definitam sententiam.

«V. Quod si Consultor, aliusve operis ordinator, opportunum duxisset aut necessarium in iure vigente immutare aliquid, canonem quidem redigeret, admonens agi de immutatione, cuius rationes breviter exhiberet. Idem praestaret, si quid novi putasset inducendum.

privremeni značaj, kao u neku ruku nacrt djela, te da će se moći, do potrebe, poslije promijeniti, ako bi tek onda, kada Zbornik bude dovršen, postalo jasnije, kojim bi se redom konačno imalo gradivo razvrstati.

Bez oklijevanja bili su između Savjetnika i Suradnika određeni oni, koji će proučiti i pripremiti pojedine dijelove Zbornika, a o tima će se onda raspravljati u posebnim Skupovima. Oni, na koje je pao izbor, prihvatili su to, što s veseljem ovdje spominjemo, s najvećom pripravnošću. Svako je poglavlje *nacrta,* na pr. o *krštenju,* o *crkvenom pogrebu,* itd. povjereno po dvojici Savjetnika ili Saradnika, odnosno, ako bi to katkada tražila važnost predmeta, i trojici i četvorici, ali tako da jednomu nije bilo poznato ime drugoga ili drugih, koji će obraditi isti predmeti. A oni su propisno pripadali jednomu od dva Skupa ili Odbora, kojemu su predavali svoju obradbu na raspravu; svima pako, uz obvezu na prvosvećeničku tajnu, bio je određen dan, do kojega su morali svoje *mišljenje* predati Uzor. Stožerniku Gasparriju.

A onim poslovnikom, što smo ga spomenuli, bilo je Savjetnicima i Saradnicima propisano uglavnom ovo:

»I. Da Zbornik ima sadržavati samo one zakone, koji se odnose na pravni poredak. Ipak nije nipošto bilo zabranjeno, da se u Zbornik ne mogu ili ne moraju uvrstiti neka načela, koja spadaju na prirodno pravo ili na samu Vjeru.

»II. Da Savjetnik, odnosno svaki drugi suradnik, mora crkvene zakone pravnoga poretka, odbacivši zastarjele i dokinute, pomno povaditi iz Zbornika prava, iz Tridentskog Sabora, iz Djela Rimskih Prvosvećenika i iz rješenja Svetih Rimskih Zborova ili Crkvenih Sudišta; a treba da ih složi u *kanone,* koji imaju sadržavati samo odredni dio zakona i koji se mogu, ako se to smatra potrebitim, podrazdijeliti u paragrafe.

»III. Da Savjetnik, odnosno drugi suradnik, sastavljajući kanone upotrebi, koliko je to moguće, točno one riječi, koje se nalaze u dokaznicama, da se trudi biti ujedno i kratak i jasan, da doda i druge dijelove iz istih dokaznica, koje su prikladne da predmet objasne, pribilježivši točno stranice, svezak, izdanje.

»IV. Da Savjetnik, odnosno drugi suradnik, označi, kada se radi o stvari, koja je važna i tiče se prakse, koje između raznih mišljenja naučenjaka, smatra sigurnim i konačnim.

»V. Ako bi Savjetnik, odnosno drugi suradnik, smatrao zgodnim ili potrebitim, da u sadanjem pravu nešto izmijeni, neka kanon doduše sastavi s napomenom, da se radi o izmjeni i neka za ovu izmjenu izloži nakratko razloge. Isto ima učiniti, ako bi smatrao, da valja umetnuti nešto novo.

«VI. Idem latino sermone uteretur, eoque digno, quantum liceret, sacrarum maiestate legum, in iure romano tam expressa feliciter».

Secundum hanc studiorum rationem, peculiares Coetus opus aggressi sunt die 13 mensis novembris an. 1904. Alter conveniebat feria quinta, alter die dominico uniuscuiusque hebdomadis, alia re alii Coetui ad disceptandum commissa. Praeses vero de singulis canonibus, in quolibet *voto* typis exscripto propositis, Consultores, alium ex alio, sententiam rogabat, quam cum quisque libere aperuisset, qui ab actis erat diligentissime perscribebat. Nemo non videt, si eadem res, nulla mutatione inducta, sequenti hebdomade ad singulos Coetus delata esset, futurum profecto fuisse, ut et disputatio in idem confuse recideret et inceptum minus progrederetur. Quare, ad cunctationem omnem devitandam, Praeses ipse ex variis canonum schematibus, ratione habita *votorum* et sententiarum cuiusque Consultoris, iisque additis aut deletis quae addenda delendave sibi viderentur, unum schema mature conficiebat, ut, cito typis exscriptum, posset statim a Consultoribus domi perpendi et insequenti hebdomade communiter disceptari. Et ita porro, donec Consultores de formula canonis componenda inter se consensissent. Quapropter nihil in novo Codice legitur, quod non quater vel quinquies, eo modo quo diximus, disceptatum sit, immo etiam et decies et duodecies, si quid occurrisset difficultatibus implicitum. Quod si forte in aliquo canone definiendo communis deerat consensus, ad sententiam maioris partis vel ad iuris constituti normam canon redigebatur, subiecta tamen sententia vel minoris partis vel a iure constituto aliena. Schema, ita a peculiari Coetu compositum, ad universos Collegii Consultores mittebatur, ut suam quisque sententiam scripto aperirent et hoc, intra certum quoddam temporis spatium, ad Emum Cărd. Gasparri perferendum curarent. Tandem, de schemate deque subiectis totius Consultorum Collegii animadversionibus, quas idem Card. Gasparri ante perpenderat, Emi Patres e peculiari Consilio, de quo supra diximus, bis saltem cognoscebant suumque postremo ferebant suffragium.

Interea, cum novi Codicis partes gradatim ad finem adducerentur, Summus Pontifex Pius X praecepit, ut de confecto opere Episcoporum totius catholici orbis iudicium exquireretur, itemque Praelati omnes regularium Ordinum, qui legitime ad Oecumenicum Concilium vocari solent, sententiam rogarentur. Allatis igitur ad Antistites eos omnes tum primo et altero Codicis libro, tum deinde tertio et quarto, tum denique quinto, admoniti ii sunt, volumina, condicto tempore, remittere ad Apostolicam Sedem vellent, additis iis scripto animadversio-

»VI. Treba da se posluži latinskim govorom, i to što je moguće odličnijim u skladu s dostojanstvom svetih zakona, onakvim, što je tako sjajno upotrijebljen u rimskomu pravu«.

Po ovakovom su poslovnom redu posebni Skupovi započeli svoj posao dne 13. mjeseca studenoga god. 1904. Jedan se je sastajao četvrtkom, a drugi nedjeljom u svakom tjednu, pa je pri tom svakomu Skupu bio predložen na raspravu drugi predmet. A Predsjedatelj zatražio bi za svaki pojedini kanon, koji je bio predložen u pojedinom *mišljenju* međutim natiskanomu, da se Savjetnici, jedan za drugim izjave, a pošto je svaki posve slobodno dao svoju izjavu, bilježnik ju je pomnjivo pribilježio. Svakomu će biti jasno, da bi u slučaju, kada bi se isti predmet, bez promjene, narednoga tjedna ponovno iznosio pred pojedine Skupove, došlo do toga, da bi se rasprava kretala u istom krugu, a stvar bi slabo napredovala. Stoga je sam Predsjedatelj, da se izbjegne svakom zatezanju, od raznih nacrta kanona, uzimajući u obzir *mišljenja* i izjave svakoga Savjetnika, promišljeno sačinio jedan nacrt, koji je smjesta otiskan, da ga Savjetnici mogu kod kuće pregledati i onda narednoga tjedna zajednički raspraviti, i tako redom sve dotle, dok se Savjetnici nisu složili o onomu obliku, u kojemu treba da se kanon sastavi. Zato nema u Zborniku ništa, što nije onako, kako je rečeno, raspravljeno četiri ili pet puta, dapače i deset do dvanaest puta, ako bi se nailazilo na nešto s mnogo poteškoća. Za slučaj ako se možda kod kojega kanona nije mogla postići saglasnost, kanon se je sastavio prema mišljenju većine ili onako, kako je glasio u dosadanjem pravu, s time da je bilo dodano i mišljenje manjine, odnosno ono, što se nije slagalo s dosadanjim pravom. Nacrt, koji je ovako bio složen od strane posebnoga Skupa, dostavljao se je svima Savjetnicima Zbora, da svaki od njih dade pismeno svoje mišljenje i ovo preda ga do određenoga izvjesnoga roka Uzor. Stoženiku Gasparriju. Konačno su onda o nacrtu i o dodanim primjedbama cjelokupnog Zbora Savjetnikâ, koje najprije razmotrio isti Stož. Gasparri, barem dva puta raspravljali Uzor. Oci članovi posebnog Vijeća, što smo ga gore spomenuli, te su na posljetku donijeli svoj zaključak.

Međutim je Vrhovni Prvosvećenik Pijo X., dok su se redom svršavali dijelovi novoga Zbornika, izdao odredbu, da se o onomu, što je svršeno, zatraži mišljenje od Biskupa cijeloga katoličkog svijeta, a isto tako da se o tomu izjave i svi Prelati redodržnih Redova, koji se po zakonu običavaju pozivati na Opći Sabor. Pošto su dakle otposlane na sve ove Poglavare najprije prva i druga knjiga Zbornika, a onda treća i četvrta, pa konačno peta, svi su oni bili pozvani, da izvole sveske, u određenom im roku, povratiti Apostolskoj Stolici i dodati pismeno one

nibus quas opportunas iudicassent. Quae quidem, postquam Emus Card. Gasparri rite eas expenderat inque unum collegerat, ad Emos Patres e peculiari Consilio delatae sunt, qui viderent, nunquid, respectis quatenus liceret Episcoporum optatis, esset in canonibus immutandum.

Dum ita Codex continenti labore retractaretur, gravissimi interciderunt eventus, exarsit videlicet teterrimum hoc bellum, quo Europa fere omnis conflictatur, et sanctissima functus est vita, cum maerore luctuque catholici orbis universi, Summus Pontifex Pius X, quo auctore atque auspice grande Codicis redigendi opus adornari coeptum est. Etsi vero Pontificis obitus vehementissimumque belli incendium, quo post menses decem Italia ipsa conflagravit, moram incepto attulit, evecto tamen feliciter ad Petri Cathedram BENEDICTO Papa XV, laetissima affulsit spes fore, ut brevi opus absolveretur, cum Beatissimus Pater, inde a Pontificatus sui primordiis, idipsum cupere et velle se significanter manifestasset. Itaque, ipsomet Pontifice patrono et moderatore, ita in re provehenda perseveratum est, ut, ineunte tertio Pontificatus anno, prospere atque e sententia finis novo Codici imponeretur.

Quem Beatissimus Pater cum maturo iudicio expendisset et probasset, constitutione *Providentissima Mater Ecclesia,* die festo Pentecostes (27 maii) an. MCMXVII data, promulgavit, eumque decrevit vim legis pro universa Ecclesia habiturum esse a die festo Pentecostes (19 maii) insequentis anni MCMXVIII.

En igitur novus iuris canonici Codex, typis Vaticanis editus, in quo, ad nitorem editionis quod spectat, nihil plane desideratur.

Accedunt ad canones, in extrema quaque pagina, *notae,* quae varios indicant fontes unde ii eliciti sunt: qua in re vix animadvertere attinet, canones haud semper cum suis fontibus omni ex parte in sententia congruere. Quod praecipue de canonibus poenalibus Libri V intelligatur dictum, ubi antiquae leges poenales allegantur, quamvis poenae quas adnexas habent, a poenis in novis canonibus sancitis saepe discrepent. Fontes in hac Codicis editione - praemissis illis, qui ex antiquo Corpore iuris canonici et ex Conciliis Oecumenicis hausti sunt -, *auctoritatis* in eadem vero specie *temporis* ordine dispositi, puncto cum virgula (;) distinguuntur, nisi de eadem causa apud eandem S. Congregationem retractata agatur. Quorum quidem fontium edentur, quam primum fieri poterit, unice in studiosorum commodum, *Collectanea;* hisce tamen nec vetus *Corpus iuris canonici* nec Synodi Tridentinae Acta nec librorum liturgicorum praescripta continebuntur.

primjedbe, koje budu smatrali potrebitima. Zatim su te primjedbe, pošto ih je Uzor. Stožernik Gasparri kako treba pregledao i sredio, podnesene Uzor. Ocima, članovima posebnoga Odbora, da odluče, da li će se, uzimajući po mogućnosti u obzir želje Biskupa, u kanonima nešto izmijeniti.

Dok se je tako Zbornik u neprekidnom poslu izrađivao, nastali su vrlo teški događaji, buknuo je naime ovaj strahoviti rat, u kojemu se nalazi u borbi gotovo cijela Evropa, i završio je, na tugu i žalost cjelokupnog katoličkog svijeta, svoj veoma sveti život Vrhovni Prvosvećenik Pijo X. po čijoj se je pobudi i odredbi započeo velebni posao oko izrade Zbornika. No iako su Prvosvećenikova smrt i strahoviti ratni požar, koji je poslije deset mjeseci zahvatio i samu Italiju, zaustavili započeto djelo, to je ipak, pošto je na Stolicu Petrovu po sreći podignut BENEDIKT Papa XV. ostvarena najbolja nada, da će to djelo biti uskoro dovršeno, budući da je Sveti Otac već od samog početka svojega prvosvećeništva, jasno pokazao, da on to želi i hoće. Pa je tako, pod zaštitom i vodstvom samoga Prvosvećenika, posao bio ustrajno nastavljen na taj način, da je početkom treće godine njegovog Prvosvećeništva, novi Zbornik bio sretno i po zamisli kraju priveden.

Sveti ga je Otac, pošto ga je promišljeno ispitao i odobrio, proglasio uredobom *Providentissima Mater Ecclesia,* izdanom na blagdan Duhova (27. svibnja) god. 1917., te je odredio, da će on zadobiti moć zakona za cijelu Crkvu na dan Duhova (19. svibnja) naredne godine 1918.

Evo dakle novoga Kodeksa kanonskog prava u izdanju Vatikanske tiskare, tako sjajnom, kako se samo može poželjeti.

»Kanonima se dodaju, na koncu svake stranice, *bilješke,* koje označavaju različite izvore iz kojih su uzete: u tome jedva da treba spomenuti, da se kanoni ne slažu uvijek u svemu u rečenici sa svojim izvorima. Što je rečeno osobito se zapaža u kaznenim kanonima Knjige V., gdje se navode drevni kazneni zakoni, premda se kazne koje su dodane, često razlikuju od kazni određenih u novim kanonima. Izvori su u ovom izdanju Kodeksa - prethodno spomenuvši one koji su uzeti iz drevnog Corpus iuris canonici iz općih sabora -, *po autoritetu,* u istoj vrsti po redu *vremena* raspoređeni, označeni točkom i zarezom (;), osim ako se radi da su povučeni iz istog razloga od iste sv. Kongregacije. Dakako, o tim će se izvorima izdati, čim to bude bilo moguće, samo na korist proučavatelja, - *Zbirka;* koja ipak neće sadržavati ni stari *Corpus iuris canonici* ni Akte Tridentskog sabora ni propise liturgijskih knjiga«.

Sic tandem aliquando, Deo iuvante, opera a tot doctissimis viris duodecim solidos annos in rem collata, catholico nomini universo primus ecclesiasticarum legum Codex datus auspicato est. Eius vero promulgationem Summus Pontifex Benedictus XV, quem Deus diutissime sospitet, iure confidit religiosae disciplinae firmandae esse summopere profuturam. Quod utinam faxit benignissimus Deus, Beata Virgine Maria, eius Sponso S. Iosepho, universae Ecclesiae Patrono, et SS. Apostolis Petro et Paulo deprecatoribus.

PETRUS Card. GASPARRI

I tako je konačno ipak, s pomoću Božjom i trudom, koji su u ovu stvar kroz punih dvanaest godina ulagali toliki najučeniji muževi, dobio cjelokupni katolički svijet prvi Kodeks crkvenih zakona. A Vrhovni se Prvosvećenik Benedikt XV., kojega nam Bog dugo uzdržao, s pravom pouzdaje, da će se njegovim proglašenjem s najvećom koristi učvrstiti vjerska stega. Dao to premilostivi Bog po zagovoru Blažene Djevice Marije, njezinog Zaručnika sv. Josipa, Zaštitnika cjelokupne Crkve, i Sv. Apostola Petra i Pavla.

PETAR stož. GASPARRI

VENERABILIBUS FRATRIBUS
ET DILECTIS FILIIS
PATRIARCHIS, PRIMATIBUS, ARCHIEPISCOPIS,
EPISCOPIS ALIISQUE ORDINARIIS
AC PRAETEREA
CATHOLICARUM STUDIORUM UNIVERSITATUM
AC SEMINARIORUM
DOCTORIBUS ATQUE AUDITORIBUS.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

PROVIDENTISSIMA MATER ECCLESIA, ita a Conditore Christo constituta, ut omnibus instructa esset notis quae cuilibet perfectae societati congruunt, inde a suis primordiis, cum, Dominico obsequens mandato, docere ac regere omnes gentes incepit, aggressa est iam tum sacri ordinis virorum christianaeque plebis disciplinam datis legibus moderari ac tueri.

Procedente autem tempore, praesertim cum se in libertatem vindicavit et per maiora in dies incrementa latius ubique est propagata, ius ferendarum legum proprium ac nativum evolvere atque explicare nunquam destitit, multiplici ac varia decretorum copia per Romanos Pontifices et Oecumenicas Synodos, pro re ac tempore, promulgata. Hisce vero legibus praeceptisque tum cleri populique Christiani consuluit regimini sapienter, tum ipsam, ut historia testatur, rei publicae utilitatem civilemque cultum mirifice provexit. Neque enim solum barbararum gentium leges curavit Ecclesia abrogandas ferosque earum mores ad humanitatem informandos, sed ipsum quoque Romanorum ius, insigne veteris sapientiae monumentum, quod *ratio scripta* est merito nuncupatum, divini luminis auxilio freta, temperavit correctumque christiane perfecit, usque adeo ut, instituto rectius ac passim expolito privato et publico genere vivendi, sive aetate media sive recentiore materiam legibus condendis satis amplam paraverit.

ČASNOJ BRAĆI
I LJUBLJENIM SINOVIMA
PATRIJARSIMA, PRIMASIMA, NADBISKUPIMA
BISKUPIMA I DRUGIM ORDINARIJIMA
TE OSIM TOGA
KATOLIČKIH SVEUČILIŠTA
I SJEMENIŠTA
NAUČITELJIMA I SLUŠAČIMA

BENEDIKT BISKUP

SLUGA SLUGU BOŽJIH

ZA VJEKOVITU USPOMENU

NAJBRIŽNIJA MAJKA CRKVA, koja je od Krista Osnivača tako ustrojena, da ima sve oznake, što pripadaju svakom savršenom društvu, već je od prvih svojih dana, kadno je, izvršujući zapovijed Gospodnju, počela učiti i upravljati sve narode, uzela izdavanjem zakona učvršćivati i čuvati stegu i kod muževa svetoga reda i kod kršćanskog puka.

A u tijeku vremena, osobito pošto je postigla slobodu i svakim se danom na sve strane sve više širila, nije nikada prestajala vlastito i prirođeno joj pravo zakonodavstva razvijati i ostvarivati, pa su Rimski Prvosvećenici i Opći Sabori proglasili veliku i raznovrsnu množinu odluka. A takovim je zakonima i propisima ne samo mudro upravljala duhovnicima i kršćanskim pukom, nego je učinila, kako svjedoči povijest, vrlo mnogo i za korist i napredak države, pa i iste građanske uljudbe. Nije naime Crkva samo to postigla, da su se dokinuli zakoni barbarskih naroda i njihovi divlji običaji priveli uljudbi, nego je, rasvijetljena svijetlom božanskim, unosila izmjene i u samo Rimsko pravo, taj veličajni spomenik drevne mudrosti, štono je opravdano nazvano *pisanim razumom,* pa ga je popravila i kršćanski usavršila utoliko, da je tako u znatnoj mjeri pridonijela, pošto je ovako privatni i javni život bio bolje uređen i u mnogo čem dotjeran, zakonodavstvom i u srednjem vijeku i u novija vremena.

Verum enimvero, quod ipse fel. rec. Decessor Noster Pius X, Motu proprio *«Arduum sane»*, d. XVI Kal. Apr. a. MCMIV edito, sapienter advertit, temporum conditionibus hominumque necessitatibus, prout rerum natura fert, immutatis, ius canonicum iam suum finem haud expedite persequi omni ex parte visum est. Saeculorum enim decursu, leges quamplurimae prodierant, quarum nonnullae aut suprema Ecclesiae auctoritate abrogatae sunt aut ipsae obsoleverunt; nonnullae vero aut pro conditione temporum difficiles ad exsequendum, aut communi omnium bono minus in praesenti utiles minusve opportunae evaserunt. Accedit etiam, quod leges canonicae ita numero creverant, tam disiunctae dispersaeque vagabantur, ut satis multae peritissimos ipsos, nedum vulgus, laterent.

Quibus de causis, idem fel. rec. Decessor Noster, statim ac Pontificatum suscepit, secum ipse reputans quanto foret usui, ad disciplinam ecclesiasticam restituendam firmandam, si gravibus illis, quae supra enarravimus, incommodis sollicite mederetur, consilium iniit universas Ecclesiae leges, ad haec usque tempora editas, lucido ordine digestas in unum colligendi; amotis inde quae abrogatae iam essent aut obsoletae; aliis, ubi opus esset, ad nostros praesentes mores opportunius accommodatis;[1] aliis etiam, si quando necesse esse aut expedire videretur, ex novo constitutis. Rem sane perarduam post maturam deliberationem aggressus, cum sacrorum Antistites, *quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei,* eadem super re consulere, eorumque mentes plane cognoscere omnino oportere iudicasset, primum omnium id curavit ac voluit, ut Cardinalis a Publicis Ecclesiae Negotiis, datis litteris ad VV. FF. singulos Catholicis Orbis Archiepiscopos, iisdem committeret ut «auditis Suffraganeis suis aliisque, si qui essent, Ordinariis qui Synodo Provinciali interesse deberent, quamprimum huic Sanctae Sedi paucis referrent an et quaenam in vigenti iure canonico, sua eorumque sententia, immutatione vel emendatione aliqua prae ceteris indigerent».[2]

Postea, compluribus viris disciplinae canonum peritissimis sive ex Urbe Roma sive variis e nationibus in consortium laborum accitis, mandatum dedit dilecto filio Nostro Petro S. R. E. Cardinali Gasparri, tum Archiepiscopo Caesariensi, ut Consultorum operam dirigeret, perficeret, ac, si opus esset, suppleret. Coetum deinde, sive, ut aiunt, *Commissionem* S. R. E. Cardinalium constituit, in eamque cooptavit Cardinales Dominicum

[1] Cf. Motu proprio *«Arduum sane»*.

[2] Cf. Epistolam *«Pergratum mihi»* die 25 Martii 1904.

Međutim je postalo očitim, kako je to mudro spomenuo i sam Naš bl. uspom. Prethodnik Pijo X., u motupropr. *»Arduum sane«* (Zaista teško) od 19. ožujka 1904., da kanonsko pravo, radi toga što su se, kako to priroda stvari sobom donosi, promijenile prilike vremena i potrebe ljudi, više nije moglo potpuno i kako treba odgovarati svojoj svrsi. Kroz vijekove je naime izdano veliko mnoštvo zakona, od kojih su neki ili bili dokinuti od strane vrhovne crkvene vlasti ili su po sebi pali u zaborav; a neke je ili bilo u novom vremenu preteško obdržavati, ili su postali za sadanje prilike općemu dobru manje u korist, odnosno manje prilični. Osim toga kanonski su propisi bili tako mnogobrojni, tako nesređeni i porazbacani, da za mnoge nisu znali ni najbolji stručnjaci, a kamoli obični ljudi.

Zbog ovih je razloga Naš bl. uspom. Prethodnik, razmišljajući o tom, koliko bi to poslužilo uspostavi i učvršćenju crkvene stege, kada bi se brižljivo doskočilo velikim onim nezgodama, koje smo gore izložili, odlučio odmah po nastupu Prvosvećeništva, da se svi Crkveni zakoni do tada izdani sakupe pregledno poredani u jednu zbirku; da se izbace oni koji su već dokinuti ili su izašli iz upotrebe; drugi da se, gdje bi trebalo, usklade što više s našim savremenim prilikama[1] a drugi opet, koliko bi se smatralo potrebitim ili zgodnim, iznova donesu. Budući da je, pristupajući poslije zrelog razmišljanja tomu poslu zaista teškom, smatrao, da je bezuvjetno potrebno zatražiti o toj stvari savjete svetih Predstojnika, *koje je Duh Sveti postavio, da upravljaju Crkvom Božjom,* i njihovo mišljenje u svemu saznati, odredio je i htio prije svega, da Stožernik za Javne Poslove Crkve pošalje pismo ČČ. BB. pojedinim Nadbiskupima Katoličkog Svijeta i povjeri im, da »saslušavši Biskupe svoje Područnike i druge, ako ih ima, Ordinarije, koji bi morali pribivati Pokrajinskom Saboru, što prije podnesu kratak izvještaj o tom, da li i što se, po njihovom i njihovih područnika mišljenju ima u sadanjem kanonskom pravu u prvom redu izmijeniti ili popraviti.«[2]

Zatim je, pošto je na suradnju pozvan znatan broj najboljih stručnjaka u kanonističkoj nauci i iz Rima i iz raznih naroda, povjerio ljubljenom sinu Našemu Petru S. R. C. Stožerniku Gasparriju, tada Nadbiskupu Cesarejskom, da ravna radom Savjetnika, da ga usavrši, te ako treba, nadopuni. Po tom je postavio skup, ili kako se kaže, *Odbor* Stožernika S. R. C, te je u nj pozvao Stožernike Dominika Ferrata,

[1] Uspor. Motu proprio *»Arduum sane« (Teško zaista).*

[2] Uspor. Pismo *»Pergratum mihi« (Vrlo mi je drago),* od 25. ožujka 1904.

Ferrata, Casimirum Gennari, Beniaminum Cavicchioni, Ioseph Calasanctium Vives y Tuto et Felicem Cavagnis, qui, referente eodem dilecto filio Nostro Petro S. R. E. Cardinali Gasparri, paratos canones diligenter perpenderent eosque, iudicio suo, immutarent, emendarent, expolirent.[3] Cum autem quinque ii Viri, alius ex alio, obiissent, in eorum locum suffecti sunt dilecti filii Nostri S. R. E. Cardinales Vincentius Vannutelli, Caietanus De Lai, Sebastianus Martinelli, Basilius Pompili, Caietanus Bisleti, Gulielmus van Rossum, Philippus Giustini et Michael Lega, qui mandatum sibi negotium egregie expleverunt.

Postremo, prudentiam auctoritatemque cunctorum in Episcopatu venerabilium Fratrum iterum exquirens, ad ipsos itemque ad omnes Regularium Ordinum Praelatos, quotquot ad Oecumenicum Concilium legitime vocari solent, novi Codicis iam digesti et adornati, antequam promulgaretur, singula ad singulos exemplaria mitti iussit, ut suas quisque animadversiones in paratos canones libere patefacerent.[4]

Verum, cum interea immortalis memoriae Decessor Noster, complorante Catholico Orbe universo, de vita decessisset, id contigit Nobis, Pontificatum secreto Dei consilio ineuntibus, ut Ecclesiae Nobiscum docentis sic undique collecta suffragia debito cum honore exciperemus. Tum demum, novum totius canonici iuris Codicem, iam pridem in ipso Concilio Vaticano a pluribus sacrorum Antistitibus expetitum, et abhinc duodecim solidos annos inchoatum, in omnes suas partes recognovimus, approbavimus, ratum habuimus.

Itaque, invocato divinae gratiae auxilio, Beatorum Petri et Pauli Apostolorum auctoritate confisi, motu proprio, certa scientia atque Apostolicae, qua aucti sumus, potestatis plenitudine, Constitutione hac Nostra, quam volumus perpetuo valituram, praesentem Codicem, sic ut digestus est, *promulgamus, vim legis posthac habere pro universa Ecclesia decernimus, iubemus,* vestraeque tradimus custodiae ac vigilantiae servandum.

Ut autem omnes, ad quos pertinet, probe perspecta habere possint huius Codicis praescripta antequam ad effectum adducantur, edicimus ac iubemus ut ea vim obligandi habere non incipiant nisi a die Pentecostes anni proxime venturi, idest a die decima nona mensis Maii anni millesimi nongentesimi duodevicesimi.

Non obstantibus quibuslibet ordinationibus, constitutionibus, privilegiis etiam speciali atque individua mentione dignis, nec non con-

[3] Cf. Motu proprio *«Arduum sane»*.

[4] Cf. Epistolam *«De mandato»* die 20 Martii 1912.

Kazimira Gennari, Benjamina Cavicchioni, Josipa Kalasankcija Vives y Tuto i Feliksa Cavagnis, da oni, na zamolbu istoga ljubljenoga sina Našega Petra S. R. C. Stožernika Gasparrija, pripremljene kanone pomnjivo ispitaju, te ih, po svojemu sudu, izmijene, isprave, dotjeraju.[3] A kada su petorica ovih muževa, jedan za drugim, umrli, uzeti su na njihovo mjesto ljubljeni sinovi Naši S. R. C. Stožernici Vincencije Vannutelli, Kajetan De Lai, Sebastijan Martinelli, Bazilije Pompili, Kajetan Bisleti, Vilim van Rossum, Filip Giustini i Mihael Lega, koji su izvrsno izvršili povjereni im posao.

Konačno se obratio ponovno na mudrost i ugled svekolike časne u Biskupstvu Braće, te je odredio, da se njima, kao i svima Prelatima Redodržnih Redova, koji se propisno običavaju pozivati na Opći Sabor, pošalju primjerci već sređenog i izrađenog novog Kodeksa, da svaki od njih iznese slobodno svoje primjedbe na pripremljene kanone.[4]

Međutim kada je uto promijenio svijetom, na opću žalost Katoličkog Svijeta, Naš neumrle uspomene Prethodnik, a Mi po tajnoj Božjoj odluci primili Prvosvećeništvo, zapalo je Nas, da s dužnim poštovanjem primimo ovako sa svih strana sabrane glasove Crkve sa Nama učiteljke. A tada smo napokon novi Kodeks cjelokupnog kanonskog prava, kakav je bio zatražen od mnogobrojnih svetih Predstojnika već na Sabora Vatikanskom, a koji se počeo izrađivati prije punih dvanaest godina, u svim njegovim dijelovima ispitali, odobrili i usvojili.

Stoga dakle, zazivajući pomoć od milosti Božje, s pouzdanjem u ugled Blaženih Apostola Petra i Pavla, vlastitom pobudom, sa sigurnim znanjem i po punini Apostolske vlasti, koju imamo, ovom Našom Konstitucijom, koja ima vrijediti zauvijek, ovaj Kodeks, ovako kako je sastavljen, *proglašujemo, odlučujemo i određujemo, da od sada ima snagu zakona za vaskoliku Crkvu,* i predajemo ga na obdržavanje vašoj brizi i nadzoru.

Zato pako da svi oni, na koje spada, mogu propise ovoga Kodeksa valjano upoznati, prije nego što se imaju primijeniti, izričemo i određujemo, da ti propisi počimaju obvezivati tek od dana Duhova naredne godine, to jest od dana devetnaestog Svibnja godine tisuću devet stotina osamnaeste.

A to sve vrijedi bez obzira na bilo koje odredbe, uredbe, povlastice, pa i takove, koje bi zavrijedile da se posebice i pojedinačno spome-

[3] Uspor. Motu proprio *»Arduum sane« (Teško zaista)*.

[4] Uspor. Pismo *»De mandato« (Po nalogu)*, od 20. ožujka 1912.

suetudinibus etiam immemorabilibus ceterisque contrariis quibusvis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae constitutionis, ordinationis, limitationis, suppressionis, derogationis expressaeque quomodolibet voluntatis intringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum die festo Pentecostes anno millesimo nongentesimo decimo septimo, Pontificatus Nostri tertio.

PETRUS Card. GASPARRI
A SECRETIS STATUS.

O. Card. CAGIANO DE AZEVEDO
S. R. E. CANCELLARIUS.

nu, a isto tako bez obzira na običaje pa ma bili i od pamtivijeka i na sve drugo što bi bilo protivno.

Nikomu dakle od ljudi nije slobodno bilo kako prekršiti ovaj list Naše konstitucije, odredbe, omeđenja, dokinuća, obeskrepljenja i izražene volje niti mu se u nepromišljenoj drskosti usprotiviti. Ako bi se tko usudio da to pokuša učiniti, neka znade, da će pasti u nemilost svemogućega Boga i Blaženih Apostola Njegovih Petra i Pavla.

Dano u Rimu kod Sv. Petra, na dan Svetkovine Duhova godine tisuću devet stotina sedamnaeste, Našega Prvosvećeništva treće.

PETAR Stož. GASPARRI
DRŽAVNI TAJNIK

O. Stož. CAGIANO DE AZEVEDO
S. R. C. KANCELAR

MOTU PROPRIO

COMMISSIO INSTITUITUR AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS.[1]

BENEDICTUS PP. XV

CUM IURIS CANONICI CODICEM, fel. rec. decessoris Nostri Pii X iussu digestum, non multo ante, exspectationem totius catholici orbis explentes, promulgaverimus, Ecclesiae bonum ipsiusque natura rei profecto postulant ut, quantum fieri potest, caveamus, ne aut incertis privatorum hominum de germano canonum sensu opinionibus et coniecturis, aut crebra novarum legum varietate, tanti operis stabilitas in discrimen aliquando vocetur. Quapropter propositum Nobis est utrique incommodo occurrere; quod ut efficiamus, Motu proprio, certa scientia atque matura deliberatione Nostra, haec quae infra scripta sunt statuimus atque decernimus:

I. Exemplum decessorum Nostrorum secuti, qui decretorum Concilii Tridentini interpretationem proprio Patrum Cardinalium coetui commiserunt, Consilium seu *Commissionem*, uti vocant, constituimus, cui uni ius erit Codicis authentice interpretandi, audita tamen, in rebus maioris momenti, Sacra ea Congregatione cuius propria res sit, quae Consilio disceptanda proponitur. Idem vero Consilium constare volumus ex aliquot S. R. E. Cardinalibus, quorum unus coetui praesit, Auctoritate Nostra et successorum Nostrorum deligendis; his accedent tum vir probatus, qui sacri Consilii erit ab Actis, tum aliquot Consultores ex utroque clero iuris canonici periti, eadem Auctoritate designandi; sed Consilio ius erit Consultores quoque Sacrarum Congregationum, pro sua quemque re, sententiam rogandi.

[1] *Acta Apostolicae Sedis,* IX, 1917, 483 s.

MOTUPROPRIJ

USTANOVLJENJE ODBORA ZA AUTENTIČNO TUMAČENJE KANONA U KODEKSU[1]

BENEDIKT PP. XV.

POŠTO smo tu nedavno proglasili, ispunivši time živu želju svega katoličkog svijeta, KODEKS KANONSKOG PRAVA, štono je sačinjen po odredbi prethodnika Našega Pija X., probitak Crkve i priroda same stvari očito iziskuju, da koliko je moguće, predusretnemo tomu, da se jednom bilo nesigurnim mišljenjima i domišljanjima o pravom smislu kanona od strane posebnika, bilo učestalom raznolikošću novih zakona, pokoleba trajna stalnost toliko velikog djela. Odlučili smo stoga, da i jednom i drugom zlu doskočimo; da to postignemo, vlastitom pobudom, po sigurnom znanju i zreloj odluci Našoj, određujemo i odlučujemo što je ovdje dalje napisano:

I. Po primjeru prethodnika Naših, koji su povjerili tumačenje odluka Tridentskog Sabora posebnom zboru Stožernika, ustanovljujemo Vijeće ili kako se veli *Odbor*, štono će jedini imati pravo autentično tumačiti kanone u Kodeksu, no ipak tako, da u stvarima od veće važnosti sasluša onaj Sveti Zbor, na koji spada stvar, koja je Vijeću predložena na rješavanje. Hoćemo pako, da samo to Vijeće bude sastavljeno od nekoliko S. R. C. Stožernika, koji će biti označeni odredbom Našom i nasljednika Naših, a jedan će od njih biti u vijeću predsjednik; njima će se dodijeliti jedan stručnjak kao Tajnik Vijeća i nekoliko Savjetnika iz jednog i drugog duhovništva vještih kanonskom pravu, koji će biti jednakom odredbom imenovani; ali će Vijeće imati pravo zatražiti mišljenje i od Savjetnika onih Svetih Zborova, i to od svakoga u stvari, koja na nj spada.

[1] *Acta Apostolicae Sedis, IX (1917), 483 s.*

II. Sacrae Romanae Congregationes *nova Decreta Generalia* iamnunc ne ferant, nisi qua gravis Ecclesiae universae necessitas aliud suadeat. Ordinarium igitur earum munus in hoc genere erit tum curare ut Codicis praescripta religiose serventur, tum *Instructiones,* si res ferat, edere, quae iisdem Codicis praeceptis maiorem et lucem afferant et efficientiam pariant. Eiusmodi vero documenta sic conficiantur, ut non modo sint, sed appareant etiam quasi quaedam explanationes et complementa canonum, qui idcirco in documentorum contextu peropportune afferentur.

III. Si quando, decursu temporum, Ecclesiae universae bonum postulabit, ut novum generale decretum ab aliqua Sacra Congregatione condatur, ea ipsa decretum conficiat, quod si a Codicis praescriptis dissentiat, Summum Pontificem de eiusmodi discrepantia moneat. Decretum autem, a Pontifice adprobatum, eadem Sacra Congregatio ad Consilium deferat, cuius erit, ad decreti sententiam, canonem vel canones redigere. Si decretum a praescripto Codicis discrepet, Consilium indicet cuinam Codicis legi nova lex sufficienda sit; si in decreto res vertetur de qua Codex sileat, Consilium constituat quo loco novus canon vel novi canones sint in Codicem inserendi, numero canonis, qui proxime antecedit, *bis, ter etc.* repetito, ne canon sede sua moveatur ullus aut numerorum series quoquo pacto perturbetur. Quae omnia, statim post Sacrae Congregationis Decretum, in *Acta Apostolicae Sedis* referantur.

Quae Nobis videmur utiliter in hac causa decrevisse, ea omnia et singula, uti decreta sunt, ita rata et firma esse et manere volumus ac iubemus: contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die XV mensis Septembris anno MDCCCCXVII, Pontificatus Nostri quarto.

BENEDICTUS PP. XV

II. Sveti Rimski Zborovi neka od sada više ne donose *novih Općih Odluka,* osim ako bi to iziskivala neminovna nužda u cijeloj Crkvi. Njihova će dakle redovna dužnost u tom pogledu biti u tom, da s jedne strane vode brigu da se propisi Kodeksa što bolje objasne i s druge strane izdavati, ako bude potrebno, *Upute,* koje budu objašnjavale iste propise Kodeksa i davale im što potpunije učinke. A ovakovi propisnici neka se tako sastave, da ne samo zaista budu, nego da i imadu oblik neke vrsti razlaganja i nadopuna kanona, koje stoga treba na odnosnim mjestima u propisnicima na zgodan način uvrstiti.

III. Ako bi kada, s vremenom, iziskivala dobrobit cijele Crkve, da koji Sveti Zbor mora izdati novu opću odluku, neka on sastavi odluku, pa ako je u protivnosti s propisima Kodeksa, treba da o toj protivnosti izvijesti Vrhovnoga Prvosvećenika. Odluku pako, pošto je Prvosvećenik odobri, treba da isti Sveti Zbor predloži Vijeću, na koje onda spada, da prema sadržaju odluke sačini kanon ili kanone. Ako bi odluka bila u protivnosti s propisom u Kodeksu, ima Vijeće označiti, mjesto kojega se zakona u Kodeksu mora novi zakon uvrstiti; ako bi se u odluci radilo o stvari, o kojoj u Kodeksu nema odredbe, ima Vijeće ustanoviti, na kojemu se mjestu mora novi kanon ili novi kanoni umetnuti tako, da se ponovi broj onoga kanona, koji je neposredno prije toga s dodatkom *bis* (po drugi puta), *ter* (po treći put) itd, da se tako nijedan kanon ne pomakne sa svojega mjesta ni red brojeva nikako ne izmijeni. Sve to treba da se odmah poslije izdane Odluke Svetoga Zbora uvrsti u *Djela Apostolske Stolice (Acta Apostolicae Sedis).*

Ovo što smo po Našoj odluci ovdje korisna propisali, to sve hoćemo i zapovijedamo da bude i ostane obvezatno i čvrsto onako kako je naređeno: bez obzira na bilo što mu protivno.

Dano u Rimu kod Svetoga Petra dana 15. mjeseca Rujna 1917., Prvosvećeništva Našega godine Četvrte.

PAPA BENEDIKT XV.

PROFESSIO CATHOLICAE FIDEI

Ego *N.* firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in symbolo Fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet: Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem factorem caeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei Unigenitum. Et ex Patre natum, ante omnia saecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de caelis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et Homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato: passus, et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas. Et ascendit in caelum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos, et mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et Unam, Sanctam, Catholicam et Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi saeculi. Amen.

Apostolicas et ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem Ecclesiae observationes et constitutiones firmissime admitto et amplector. Item sacram Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit et tenet sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu et interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto; nec eam unquam, nisi iuxta unanimem consensum Patrum, accipiam et interpretabor.

Profiteor quoque septem esse vere et proprie Sacramenta novae legis a Iesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis, necessaria, scilicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium; illaque gratiam conferre, et ex his Baptismum, Confirmationem et Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. - Re-

ISPOVIJED KATOLIČKE VJERE

Ja *N.* čvrstom vjerom vjerujem i ispovijedam sve i pojedino, što je sadržano u Vjerovanju, kojim se služi sveta Rimska Crkva, to jest: Vjerujem u jednoga Boga, Oca svemogućega, stvoritelja neba i zemlje, svega vidljivoga i nevidljivoga. I u jednoga Gospodina Isusa Krista, Sina Božjega Jedinorođenoga. I od Oca rođenoga, prije svih vijekova. Boga od Boga, svijetlo od svjetlosti, pravog Boga od Boga pravoga. Rođenog ne stvorenog, istobitnog s Ocem: po kojemu je sve stvoreno. Koji je radi nas ljudi i radi našega spasenja sišao s neba. I utjelovi se po Duhu Svetom od Marije Djevice, i Čovjekom postade. I razapet je za nas, pod Poncijem Pilatom: mučen i pokopan. I uskrsnu od mrtvih treći dan, prema Pismu. I uziđe na nebo: sjedi ob desnu Oca. I opet će doći u slavi suditi žive i mrtve: njegovom kraljevstvu neće biti kraja. I u Duha Svetoga, Gospoda i životvorca: koji izlazi iz Oca i od Sina. Koji se s Ocem i Sinom štuje zajedno i slavi: koji je govorio preko proroka. I u Jednu, Svetu, Katoličku i Apostolsku Crkvu. Ispovijedam jedno Krštenje za oproštenje grijeha. I očekujem uskrsnuće mrtvih. I život vječni. Amen.

Apostolsku i crkvenu predaju, i sve ostalo što Crkva obdržava i određuje nepokolebljivo primam i prihvaćam. Isto tako primam Sveto Pismo u onomu smislu, koji je držala i drži sveta Majka Crkva, koja ima da sudi o pravom smislu i tumačenju Svetoga Pisma; i neću ga nikada prihvaćati i tumačiti drukčije nego po jednodušnom suglasju Otaca.

Ispovijedam također, da ima uistinu i zaista sedam Otajstava novoga zakona ustanovljenih od Isusa Krista Gospodina našega, a koja su za spasenje roda ljudskoga, iako ne sva za svakoga, potrebita, to jest, Krštenje, Potvrda, Presveto Oltarsko Otajstvo, Pokora, Posljednja Pomast, Red i Ženidba; i da ta otajstva podjeljuju milost, a od njih se Krštenje, Potvrda i Red ne mogu bez svetogrđa ponovno primiti. – I

ceptos quoque et approbatos Ecclesiae Catholicae ritus in supradictorum omnium Sacramentorum sollemni administratione recipio et admitto. - Omnia et singula quae de peccato originali et de iustificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita et declarata fuerunt, amplector et recipio. - Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium et propitiatorium Sacrificium pro vivis et defunctis; atque in sanctissimo Eucharistiae Sacramento esse vere, realiter et substantialiter Corpus et Sanguinem una cum anima et divinitate Domini nostri Iesu Christi, fierique conversionem totius substantiae panis in Corpus, et totius substantiae vini in Sanguinem, quam conversionem Catholica Ecclesia Transsubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi. - Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis iuvari. Similiter et Sanctos una cum Christo regnantes venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias esse venerandas. Firmiter assero imagines Christi ac Deiparae semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam. - Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo. - Sanctam, Catholicam et Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrem et magistram agnosco, Romanoque Pontifici beati Petri Apostolorum Principis successori ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo ac iuro.

Cetera item omnia a sacris Canonibus et Oecumenicis Conciliis, ac praecipue a sacrosancta Tridentina Synodo et ab Oecumenico Concilio Vaticano tradita, definita ac declarata, praesertim de Romani Pontificis primatu et infallibili magisterio, indubitanter recipio atque profiteor, simulque contraria omnia, atque haereses quascunque ab Ecclesia damnatas et reiectas et anathematizatas, ego pariter damno, reiicio et anathematizo. Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profiteor et veraciter teneo, eandem integram et inviolatam usque ad extremum vitae spiritum, constantissime, Deo adiuvante, retinere et confiteri, atque a meis subditis seu illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri et doceri et praedicari, quantum in me erit curaturum, ego idem *N.* spondeo, ac iuro. Sic me Deus adiuvet, et haec sancta Dei Evangelia.

usvojene i odobrene obrede Crkve Katoličke pri svečanom podjeljivanju svih gore spomenutih Otajstava usvajam i primam. – Sve i pojedino, što je u svetom Saboru Tridentskom o istočnom grijehu i opravdanju kao vjerska istina utvrđeno i proglašeno, prihvaćam i usvajam. – Isto tako ispovijedam, da se u Misi Bogu prikazuje istinita, prava i pomirna žrtva za žive i mrtve; i da je u presvetom Oltarskom Otajstvu zaista, stvarno i bivstveno Tijelo i Krv zajedno s dušom i božanstvom Gospodina našega Isusa Krista, te da se zbiva pretvorba cijele sućnosti kruha u Tijelo, i cijele sućnosti vina u Krv, koju pretvorbu Crkva Katolička naziva pretvorbom (transsubstancijacijom). Priznajem da je i pod jednom samo prilikom cijeli i potpuni Krist, i da se prima pod njom pravo Sveto Otajstvo. – Postojano držim, da postoji Čistilište, i da se dušama vjernika, koje se ondje nalaze, pomaže molitvama. Isto tako, da i Svete, koji kraljuju zajedno s Kristom valja štovati i zazivati, i da oni Bogu prinose za nas molitve, te da se njihove Moći imaju poštivati; čvrsto tvrdim, da treba likove Krista i Bogorodice vazda Djevice i drugih Svetih imati i držati te im iskazivati dužnu počast i štovanje. – Potvrđujem da je Krist ostavio Crkvi i vlast davati oproštenja, te da je njihova poraba puku kršćanskomu veoma spasonosna. – Priznajem, da je Sveta, Katolička i Apostolska Rimska Crkva majka i učiteljka svih Crkava, i Rimskom Prvosvećeniku nasljedniku blaženoga Petra Prvaka Apostola i Zamjeniku Isusa Krista pravu pokornost obećajem i prisižem.

Isto tako sve ostalo, što je u svetim Kanonima i u Općim Saborima, a posebice u svetom Saboru Tridentskom i u Općem Saboru Vatikanskom izloženo, kao vjerska istina utvrđeno i proglašeno, napose o vrhovništvu i nezabludivom učiteljstvu Rimskog Prvosvećenika, bez dvojbe prihvaćam i ispovijedam, te ujedno sve tomu protivno i sva krivovjerja od Crkve osuđena i zabačena i prokleta, i ja jednako osuđujem, zabacujem i proklinjem. Da ću ovu pravu Katoličku Vjeru, izvan koje se nitko ne može spasiti, koju ovime voljno ispovijedam i iskreno prihvaćam, do posljednjega daha jednako potpunu i nepovrijeđenu s Božjom pomoću, najčvršće držati i ispovijedati, te da ću, koliko je do mene, nastojati, da je i moji podređeni odnosno oni, koji će mi po mojoj službi biti stavljeni na brigu, drže, naučaju, i propovijedaju, ja isti *N.* obećajem, zavjetujem se i prisižem. Tako me Bog pomogao, i ovo sveto Božje Evanđelje.

CODEX IURIS CANONICI

KODEKS KANONSKOG PRAVA

LIBER PRIMUS

NORMAE GENERALES

KNJIGA PRVA

OPĆENITE ODREDBE

Can. 1. - Licet in Codice iuris canonici Ecclesiae quoque Orientalis disciplina saepe referatur, ipse tamen unam respicit Latinam Ecclesiam, neque Orientalem obligat, nisi de iis agatur, quae ex ipsa rei natura etiam Orientalem afficiunt.

Can. 2. - Codex, plerumque, nihil decernit de ritibus et caeremoniis quas liturgici libri, ab Ecclesia Latina probati, servandas praecipiunt in celebratione sacrosancti Missae sacrificii, in administratione Sacramentorum et Sacramentalium aliisque sacris peragendis. Quare omnes liturgicae leges vim suam retinent, nisi earum aliqua in Codice expresse corrigatur.

Can. 3. - Codicis canones initas ab Apostolica Sede cum variis Nationibus conventiones nullatenus abrogant aut iis aliquid obrogant; eae idcirco perinde ac in praesens vigere pergent, contrariis huius Codicis praescriptis minime obstantibus.

Can. 4. - Iura aliis quaesita, itemque privilegia atque indulta quae, ab Apostolica Sede ad haec usque tempora personis sive physicis sive moralibus concessa, in usu adhuc sunt nec revocata, integra manent, nisi huius Codicis canonibus expresse revocentur.

Can. 5. - Vigentes in praesens contra horum statuta canonum consuetudines sive universales sive particulares, si quidem ipsis canonibus expresse *reprobentur,* tanquam iuris corruptelae corrigantur, licet sint immemorabiles, neve sinantur in posterum reviviscere; aliae, quae quidem centenariae sint et immemorabiles, tolerari poterunt, si Ordinarii pro locorum ac personarum adiunctis existiment eas prudenter submoveri non posse; ceterae suppressae habeantur, nisi expresse Codex aliud caveat.

1: Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»,* 26 maii 1742, § IX, n. V; ep. encycl. *«Allatae sunt»,* 26 iul. 1755, § 44; S. C. S. Off., 13 iun. 1710; S. C. de Prop. Fide, 4 iun. 1631; litt. encycl. (ad Deleg. Ap. pro Oriente), 8 nov. 1882; litt. encycl. 6 aug. 1885; decr. 18 aug. 1893.

Kan. 1. - Iako Kodeks kanonskog prava često donosi i propise za Istočnu Crkvu, ipak se on odnosi samo na Latinsku Crkvu, pa ne obavezuje Istočne, osim u stvarima, koje po svojoj prirodi vežu i Istočnu.

Kan. 2. - Kodeks u pravilu ne donosi ništa o obredima i svečanosnim činima (ceremonijama), koji se moraju obdržavati pri služenju svete Mise, podjeljivanju Otajstava i Blagoslovina i pri drugim svetim činima prema propisima bogoslužnih knjiga odobrenih od Latinske Crkve. Zato svi bogoslužni zakoni ostaju i dalje u kreposti, osim ako je koji u Kodeksu izrijekom ispravljen.

Kan. 3. - Kanoni Kodeksa nikako ne dokidaju ugovore, što ih je Apostolska Stolica sklopila s raznim Narodima niti ih bilo u čemu mijenjaju; zato ti ugovori i dalje ostaju u kreposti kao i do sada bez ikakvoga obzira na protivne odredbe u ovomu Kodeksu.

Kan. 4. - Prava stečena od drugih, isto tako povlastice i pogodnosti, što ih je Apostolska Stolica do ovoga časa podijelila osobama bilo pojedinačkim bilo skupnim, a još su u upotrebi i nisu opozvane, važe i dalje, osim ako su u kanonima ovoga Kodeksa izrijekom dokinute.

Kan. 5. - Dosadanji se običaji, koji su u protivnosti s odredbama ovih kanona, bili oni opći ili krajevni, ako ih kanoni izrijekom *zabacuju,* imaju kao izopačeno pravo ispraviti, ma da su od pamtivijeka, i ne smije se dopustiti, da se ponovno zavedu; drugi se, koji su stogodišnji ili od pamtivijeka mogu trpjeti, ako Ordinariji prema mjesnim i osobnim prilikama smatraju, da se razložno ne mogu dokinuti; ostali su ukinuti, osim ako Kodeks izrijekom određuje drukčije.

Can. 6. - Codex vigentem huc usque disciplinam plerumque retinet, licet opportunas immutationes afferat. Itaque:

1.° Leges quaelibet, sive universales sive particulares, praescriptis huius Codicis oppositae, abrogantur, nisi de particularibus legibus aliud expresse caveatur;

2.° Canones qui ius vetus ex integro referunt, ex veteris iuris auctoritate, atque ideo ex receptis apud probatos auctores interpretationibus, sunt aestimandi.

3.° Canones qui ex parte tantum cum veteri iure congruunt, qua congruunt, ex iure antiquo aestimandi sunt; qua discrepant, sunt ex sua ipsorum sententia diiudicandi;

4.° In dubio num aliquod canonum praescriptum cum veteri iure discrepet, a veteri iure non est recedendum;

5.° Quod ad poenas attinet, quarum in Codice nulla fit mentio, spirituales sint vel temporales, medicinales vel, ut vocant, vindicativae, latae vel ferendae sententiae, eae tanquam abrogatae habeantur;

6.° Si qua es ceteris disciplinaribus legibus, quae usque adhuc viguerunt, nec explicite nec implicite in Codice contineatur, ea vim omnem amisisse dicenda est, nisi in probatis liturgicis libris reperiatur,aut lex sit iuris divini sive positivi sive naturalis.

Can. 7. - Nomine Sedis Apostolicae vel Sanctae Sedis in hoc Codice veniunt non solum Romanus Pontifex, sed etiam, nisi ex rei natura vel sermonis contextu aliud appareat, Congregationes, Tribunalia, Officia, per quae idem Romanus Pontifex negotia Ecclesiae universae expedire solet.

7: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908; S. C. S. Off., 13 ian. 1892, ad 2.

Kan. 6. - Kodeks u pravilu zadržava dosadanje pravo, iako donosi prikladne izmjene. Stoga:

1.° Dokinuti su svi zakoni bili oni opći ili krajevni, koji su u protivnosti s odredbama ovoga Kodeksa, osim kada je u pogledu krajevnih zakona izrijekom drukčije određeno;

2.° Kanoni, koji u cijelosti zadržavaju staro pravo, moraju se uzeti prema kreposti staroga prava i zato u smislu tumačenja usvojenog od uvaženih pisaca;

3.° Kanoni, koji su samo u jednom dijelu u skladu sa starim pravom, moraju se u onomu, u čemu se slažu, uzeti po smislu staroga prava; a u onomu, u čemu se razlikuju, treba ih shvaćati prema upotrijebljenim riječima;

4.° Kada postoji sumnja, da li je koja odredba kanona u protivnosti sa starim pravom, ne smije se odstupati od staroga prava;

5.° Što se tiče kazni, moraju se smatrati dokinutim sve one, koje se u Kodeksu više nikako ne spominju, bile one duhovne ili vremene, popravne ili, kako se kaže, odmazne, bile unaprijed izrečene ili izreci prepuštene;

6.° Sve ostale zakonske odredbe, koje su do sada važile, a u Kodeksu se ne nalaze, imaju se smatrati potpunoma dokinutima, osim ako su sadržane u bogoslužnim knjigama ili se radi o zakonu božanskoga prava bilo objavljenog bilo naravnog.

Kan. 7. - Imenom Apostolske Stolice ili Svete Stolice nazivaju se u ovom Kodeksu ne samo Rimski Prvosvećenik, nego također, osim kada je po prirodi stvari ili iz govorne sveze drugo očevidno, i Zborovi, Sudišta, Uredi, putem kojih isti Rimski Prvosvećenik običaje otpravljati poslove sve kolike Crkve.

TITULUS I.

DE LEGIBUS ECCLESIASTICIS.

Can. 8. - § 1. Leges instituuntur, cum promulgantur.

§ 2. Lex non praesumitur personalis, sed territorialis, nisi aliud constet.

Can. 9. - Leges ab Apostolica Sede latae promulgantur per editionem in *Actorum Apostolicae Sedis commentario officiali,* nisi in casibus particularibus alius promulgandi modus fuerit praescriptus; et vim suam exserunt tantum expletis tribus mensibus a die qui *Actorum* numero appositus est, nisi ex natura rei illico ligent aut in ipsa lege brevior vel longior vacatio specialiter et expresse fuerit statuta.

Can. 10. - Leges respiciunt futura, non praeterita, nisi nominatim in eis de praeteritis caveatur.

Can. 11. - Irritantes aut inhabilitantes eae tantum leges habendae sunt, quibus aut actum esse nullum aut inhabilem esse personam expresse vel aequivalenter statuitur.

Can. 12. - Legibus mere ecclesiasticis non tenentur qui baptismum non receperunt, nec baptizati qui sufficienti rationis usu non gaudent, nec qui, licet rationis usum assecuti, septimum aetatis annum nondum expleverunt, nisi aliud iure expresse caveatur.

8 § 1: C. 3, D. IV; c. 1, X, *de postulatione praelatorum,* I, 5.

9: Pius X, const. «*Promulgandi*», 29 sept. 1908; Secret. Status, 26. dec. 1913.

10: C. 2, 13, X, *de constitutionibus,* I, 2; c. 4, *de officio legati,* I, 15, in VI°; c. 2, *de iudiciis,* II, 1, in Clem.; c. un., *de sequestratione possessionum et fructuum,* II, 6, in Clem.; c. un., *de probationibus,* II, 7, in Clem.; c. 1, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 10, in Clem.; S. C. S. Off. (Sect. de Indulg.), 26 ian. 1911; S. C. Indulg., *Ordinis Minorum Capuccinorum,* 21 iun. 1893, ad I.

NASLOV I.

CRKVENI ZAKONI

Kan. 8. - § 1. Zakoni se ustanovljuju, kada se proglase.

§ 2. Ne pretpostavlja se, da je zakon osoban, nego područan, doklegod nije drugo utvrđeno.

Kan. 9. - Zakoni izdani od Apostolske Stolice proglašuju se objavljivanjem u *službenom listu Djela Apostolske Stolice,* osim kada je u posebnim slučajevima propisan drugi način proglašenja; a stupaju na snagu, tek kada prođu tri mjeseca od nadnevka, koji nosi odnosni broj *Djela,* osim kada po prirodi stvari obavezuju odmah ili kada je u samom zakonu posebice i izrijekom određeno kraće ili dulje praznovanje.

Kan. 10. - Zakoni obavezuju unaprijed, a ne unatrag, osim kada se u njima o onomu, što je prošlo, posebice nešto propisuje.

Kan. 11. - Samo se za one zakone uzima, da čin proglašuju ništavim ili osobu nesposobnom, u kojima je to izrijekom ili istoznačno određeno.

Kan. 12. - Zakoni čisto crkveni ne obavezuju one, koji nisu kršteni, pa niti krštene, ako nemaju dovoljne upotrebe razuma, niti one koji još nisu navršili sedme godine života, iako imaju porabu razuma, osim kada je u zakonu izrijekom drukčije određeno.

12: C. 4, X. *de consanguinitate et affinitate,* IV, 14; c. 8, X, *de divortiis,* IV, 19; Conc. Trident., sess. XIV, *de poenitentia,* c. 2; Benedictus XIV, ep. encycl. «*Inter omnigenas*», 2 febr. 1744, § 16; ep. «*Singulari*», 9 febr. 1749, § 2; S. C. S. Off., instr. (ad Archiep. Quebecen.), 16 sept. 1824, ad 2; (Tunkin Occident.), 19 apr. 1837; instr. (ad Vic. Ap. Nankin.), 26 aug. 1891; S. C. de Prop. Fide (C. P. - Jaffnae), 23 aug. 1852, ad 5. -- Vide etiam Can. 859, § 1; 906; 1099, § 2; 1254, § 1.

Can. 13. - § 1. Legibus generalibus tenentur ubique terrarum omnes pro quibus latae sunt.

§ 2. Legibus conditis pro peculiari territorio ii subiiciuntur pro quibus latae sunt quique ibidem domicilium vel quasi-domicilium habent et simul actu commorantur, firmo praescripto Can. 14.

Can. 14. - § 1. Peregrini:

1.° Non adstringuntur legibus particularibus sui territorii quandiu ab eo absunt, nisi aut earum transgressio in proprio territorio noceat, aut leges sint personales;

2.° Neque legibus territorii in quo versantur, iis exceptis quae ordini publico consulunt, vel actuum sollemnia determinant;

3.° At legibus generalibus tenentur, etiamsi hae suo in territorio non vigeant, minime vero si in loco in quo versantur non obligent.

§ 2. Vagi obligantur legibus tam generalibus quam particularibus quae vigent in loco in quo versantur.

Can. 15. - Leges, etiam irritantes et inhabilitantes, in dubio iuris non urgent; in dubio autem facti potest Ordinarius in eis dispensare, dummodo agatur de legibus in quibus Romanus Pontifex dispensare solet.

Can. 16. - § 1. Nulla ignorantia legum irritantium aut inhabilitantium ab eisdem excusat, nisi aliud expresse dicatur.

§ 2. Ignorantia vel error circa legem aut poenam aut circa factum proprium aut circa factum alienum notorium generatim non praesumitur; circa factum alienum non notorium praesumitur, donec contrarium probetur.

13 § 1: C. 1, X, *de constitutionibus,* I, 2; Conc. Trident., sess. XXV, *de ref.,* c. 18.

13 § 2: C. 2, *de constitutionibus,* I, 2, in VI°; Leo XIII, const. *«Romanos Pontifices»,* 8 maii 1881.

14 § 1. 3.°: C. 21, X, *de sententia excommunicationis*, V, 39; c. 2, *de constitutionibus,* I, 2, in VI°; S. C. Consist., declar. 31 mart. 1916, n. 2, 3.

Kan. 13. - § 1. Opći zakoni obavezuju na svakom mjestu sve one, za koje su izdani.

§ 2. Zakonima, koji su izdani za posebne krajeve, podvrženi su svi oni, za koje su izdani i koji ondje imaju prebivalište ili doprebivalište i stvarno tamo borave, uz obdržavanje propisa kan. 14.

Kan. 14. - § 1. Strance:

1.° Ne obavezuju krajevni zakoni njihovog područja, kada se u njemu ne nalaze, osim kada ili neobdržavanje povlači za sobom štetovanje na vlastitom području ili su zakoni osobni;

2.° Ne obavezuju ih ni krajevni zakoni onoga područja, u kojemu se nalaze, osim kada se radi o zakonima, koji se odnose na javni red ili na oblike;

3.° Obavezuju ih ipak opći zakoni, iako na njihovom području nisu na snazi, ali ih ne obavezuju, kada nisu na snazi u mjestu, u kojemu se nalaze.

§ 2. Beskućnike obavezuju zakoni i opći i krajevni, koji su na snazi u mjestu, u kojemu se nalaze.

Kan. 15. - Zakoni, ma bili i takovi, koji čin proglašuju ništavim ili osobu nesposobnom, ne vežu u slučaju pravne dvojbe; a u slučaju činjenične dvojbe može Ordinarij dati od njih oprost, ali samo ako se radi o zakonima, od kojih Rimski Prvosvećenik običaje davati oprost.

Kan. 16. - § 1. Nikakvo neznanje takvih zakona, koji proglašuju čin ništavim ili osobu nesposobnom, ne diže njihove obvezatnosti, osim kada je izrijekom određeno drugačije.

§ 2. Neznanje ili bludnja, što se odnose bilo na zakon bilo na kazan, bilo na vlastiti čin bilo na tuđi čin notorni, u pravilu se ne pretpostavlja; a pretpostavlja se, ako se odnose na tuđi nenotorni čin, dok se protivno ne dokaže.

16 § 1: C. 3, X, *de clandestina desponsatione*, IV, 3; Reg. 13, R. J., in VI°; Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref. matrim.,* c. 5; Pius IX, const. *«Ad universalis»,* 7 febr. 1862; S. C. de Religiosis, 30 iul. 1909, ad I. -- Vide etiam Can. 988.

16 § 2: Reg. 47, R. J., in VI°.

Can. 17. - § 1. Leges authentice interpretatur legislator eiusve successor et is cui potestas interpretandi fuerit ab eisdem commissa.

§ 2. Interpretatio authentica, per modum legis exhibita, eandem vim habet ac lex ipsa; et si verba legis in se certa declaret tantum, promulgatione non eget et valet retrorsum; si legem coarctet vel extendat aut dubiam explicet, non retrotrahitur et debet promulgari.

§ 3. Data autem per modum sententiae iudicialis aut rescripti in re peculiari, vim legis non habet et ligat tantum personas atque afficit res pro quibus data est.

Can. 18. - Leges ecclesiasticae intelligendae sunt secundum propriam verborum significationem in textu et contextu consideratam; quae si dubia et obscura manserit, ad locos Codicis parallelos, si qui sint, ad legis finem ac circumstantias et ad mentem legislatoris est recurrendum.

Can. 19. - Leges quae poenam statuunt, aut liberum iurium exercitium coarctant, aut exceptionem a lege continent, strictae subsunt interpretationi.

Can. 20. - Si certa de re desit expressum praescriptum legis sive generalis sive particularis, norma sumenda est, nisi agatur de poenis applicandis, a legibus latis in similibus; a generalibus iuris principiis cum aequitate canonica servatis; a stylo et praxi Curiae Romanae; a communi constantique sententia doctorum.

Can. 21. - Leges latae ad praecavendum periculum generale, urgent, etiamsi in casu peculiari periculum non adsit.

17 § 1: C. 31, X, *de sententia excommunicationis*, V, 39; c. 17, X, *de verborum significatione*, V, 40; c. 8, *de concessione praebendae et ecclesiae non vacantis*, III, 7, in VI°; Reg. 46, R. J., in VI°; Clemens VIII, decr. *«Nullus omnino»*, 25 iul. 1599, § 8; Innocentius X, const. *«Cum sicut»*, 14 maii 1648, § 4, I, ad 4; Leo XIII, const. *«Romanos Pontifices»*, 8 maii 1881; S. C. Consist., *Romana*, 11 febr. 1911; S. C. C., decr. 21 sept. 1624, § 1; S. R. C., *Ordinis Praedicatorum*, 23 maii 1846; *Romana*, 8 apr. 1854.

17 § 2: C. 1, X, *de iuramento calumniae*, II, 7; c. 36, X, *de sententia excommunicationis*, V, 39; c. 1, de clericis coniugatis, III, 2, in VI°.

Kan. 17. - § 1. Zakone vjerovne tumači zakonodavac ili njegov slijednik te onaj, komu se oni podijelili ovlaštenje za tumačenje.

§ 2. Vjerovno tumačenje, koje je izdano u obliku zakona, imade istu snagu kao i sam zakon; pa ako samo izlaže po sebi jasne riječi zakona, ne mora biti proglašeno i vrijedi unatrag; kada bilo steže bilo proširuje zakon ili dvojbeni objašnjava, ne vrijedi unatrag; kada bilo steže bilo proširuje zakon ili dvojbeno objašnjava, ne vrijedi unatrag i mora biti proglašeno.

§ 3. Kada je pak dano u obliku sudačke presude ili otpisa u pojedinačkoj stvari, nema kreposti zakona i obavezuje samo one osobe i odnosi se samo na one stvari, za koje je bilo dano.

Kan. 18. - Crkveni se zakoni imaju razumjeti prema vlastitom značenju riječi promotrenom u svezi i sklopu rečenice; ako je to dvojbeno i nejasno, treba uzeti u obzir ona mjesta u Kodeksu, na kojima je riječ o istoj stvari, ako takvih ima; nadalje svrhu i okolnosti zakona pa namisao zakonodavčevu.

Kan. 19. - Zakoni koji određuju kazan ili stežu slobodno izvršivanje prava ili postavljaju izuzetak od zakona, moraju se tumačiti strogo.

Kan. 20. - Kada o kojoj stvari ne postoji izričita odredba zakona bilo općega bilo krajevnoga, treba se ravnati, osim kada se radi o primjeni kazni, prema zakonima za slične slučajeve; prema općenitim pravnim načelima pridržavajući se kanonske pravičnosti; prema stilu i praksi Rimske Kurije; te prema usvojenom i stalnom mišljenju naučitelja.

Kan. 21. - Zakoni izdani za te, da se otkloni opća pogibao, obavezuju, iako u pojedinačkom slučaju ne postoji pogibao.

18: C. 11, C. XXII, q. 5; c. 6, 8, X, *de verborum significatione*, V, 40; Eugenius IV, ep. *«Fide digna»*, 8 iul. 1440, § 2; S. C. de Prop. Fide (C. P. pro Sin. - Cochinchin.), 2 iul. 1827.

19: C. 22, *de electione et electi potestate*, I, 6, in VI°; Reg. 15, R. J., in VI°; S. C. de Prop. Fide (C. P. Sin. - Cochinchin.), 2 iul. 1827.

Can. 22. - Lex posterior, a competenti auctoritate lata, obrogat priori, si id expresse edicat, aut sit illi directe contraria, aut totam de integro ordinet legis prioris materiam; sed firmo praescripto Can. 6, n. 1, lex generalis nullatenus derogat locorum specialium et personarum singularium statutis, nisi aliud in ipsa expresse caveatur.

Can. 23. - In dubio revocatio legis praeexsistentis non praesumitur, sed leges posteriores ad priores trahendae sunt et his, quantum fieri possit, conciliandae.

Can. 24. - Praecepta, singulis data, eos quibus dantur, ubigue urgent, sed iudicialiter urgeri nequeunt et cessant resoluto iure praecipientis, nisi per legitimum documentum aut coram duobus testibus imposita fuerint.

22: C. 1, X, *de rescriptis*, I, 3; c. 1, *de constitutionibus*, I, 2, in VI°.

Kan. 22. - Kasniji zakon izdan od nadležne vlasti dokida raniji, kada to izrijekom izriče ili kada je s njim u izravnoj protivnosti ili kada cijeli predmet, o kojemu radi raniji zakon, iznova uređuje; ali uz obdržavanje kan. 6, br. 1. opći zakona ne mijenja pravilâ, koja vrijede za posebna mjesta ili osobe, osima ako je u njemu izrijekom drukčije određeno.

Kan. 23. - U dvojbi, da li je raniji zakon dokinut, ne pretpostavlja se, nego treba kasnije zakone povezati s ranijima i s njima ih, koliko je moguće, dovesti u sklad.

Kan. 24. - Zapovijedi izdane pojedincima obavezuju one, kojima su dane, svagdje, ali se sudskim putem ne mogu iznuditi i prestaju vrijediti, kada više nema vlasti onaj, koji ih je izdao, osim kada su dane u propisnoj ispravi ili pred dva svjedoka.

23: C. 29, *de electione et electi potestate*, I, 6, in VI°.

TITULUS II.

DE CONSUETUDINE.

Can. 25. - Consuetudo in Ecclesia vim legis a consensu competentis Superioris ecclesiastici unice obtinet.

Can. 26. - Communitas quae legis ecclesiasticae saltem recipiendae capax est, potest consuetudinem inducere quae vim legis obtineat.

Can. 27. - § 1. Iuri divino sive naturali sive positivo nulla consuetudo potest aliquatenus derogare; sed neque iuri ecclesiastico praeiudicium affert, nisi fuerit rationabilis et legitime per annos quadraginta continuos et completos praescripta; contra legem vero ecclesiasticam quae clausulam contineat futuras consuetudines prohibentem, sola praescribere potest rationabilis consuetudo centenaria aut immemorabilis.

§ 2. Consuetudo quae in iure expresse reprobatur, non est rationabilis.

Can. 28. - Consuetudo praeter legem, quae scienter a communitate cum animo se obligandi servata sit, legem inducit, si pariter fuerit rationabilis et legitime per annos quadraginta continuos et completos praescripta.

Can. 29. - Consuetudo est optima legum interpres.

Can. 30. - Firmo praescripto Can. 5, consuetudo contra legem vel praeter legem per contrariam consuetudinem aut legem revocatur; sed, nisi expressam de iisdem mentionem fecerit, lex non revocat consuetudines centenarias aut immemorabiles, nec lex generalis consuetudines particulares.

25: C. 3, D. XII; c. 8, 9, X, *de consuetudine*, I, 4; c. 4, X, *de postulatione praelatorum*, I, 5.

27 § 1: C. 6, D. VIII; c. 3, 4, D. XII; c. 1, 3-5, 7, 9-11, X, *de consuetudine*, I, 4; c. 14, X, *de electione et electi potestate*, I, 6; c. 13, X, *de officio iudicis ordinarii*, I, 31: c. 8, X, *de iudiciis*, II, 1; c. 12, 16, X, *de praescriptionibus*, II, 26; c. 8, X, *de sententia et re iudicata*, II, 27; c. 1, X, *de his, quae fiunt a maiori parte capituli*, III, 11; c. 39, X, *de simonia, et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur*, V, 3; c. 49, X, *de sententia excommunicationis*, V, 39; c. 1, 2, *de consuetudine*, I, 4, in VI°; c. un., *de clericis non residentibus in ecclesia vel praebenda*, III, 3, in VI°; c. un., *de consuetudine*, I,

NASLOV II.

OBIČAJ

Kan. 25. - Običaj stječe u Crkvi snagu zakona jedino po pristanku nadležnoga crkvenog Poglavara.

Kan. 26. - Samo takova zajednica, koja je barem za prijem zakona sposobna, može zavesti običaj sa snagom zakona.

Kan. 27. - § 1. Božansko pravo, bilo naravno bilo objavljeno, nigda se ne može izmijeniti putem kakvoga običaja, ali ni crkvenoga prava običaj ne uklanja, ako nije razložan i ako nije propisno postojao neprekidno kroz potpunih četrdeset godina; a crkveni zakon, koji posebnom zaporkom zabranjuje kasnije običaje, može ukloniti samo razložni običaj, koji je stogodišnji ili od pamtivijeka.

§ 2. Običaj, koji je u pravu izrijekom zabačen, nije razložan.

Kan. 28. - Običaj mimo zakon, koji je zaveden od zajednice znalice u namjeri, da se stvori obaveza, postaje zakonom, ako je isto tako razložan i ako propisno traje neprekidno kroz potpunih četrdeset godina.

Kan. 29. - Običaj je najbolji tumač zakona.

Kan. 30. - Uz obdržavanje odredbe kan. 5, dokida se običaj protiv zakona ili mimo zakona protivnim običajem ili zakonom; no zakon ne dokida običaja stogodišnjih ili od pamtivijeka niti opći zakon ne dokida krajevnih običaja, osim kada su oni u zakonu izrijekom spomenuti.

1, in Extravag. com.; c. 1, *de sepulturis*, III, 6, in Extravag. com.; Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.*, c. 1; Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. «*Supernae dispositionis*», 5 maii 1514, § 36; Benedictus XIV, ep. «*Declarasti*», 16 mart. 1746.

27 § 2: C. 2, *de consuetudine*, I, 4, in VI°.

29: C. 8, X, *de consuetudine*, I, 4; Reg. 45, R. J., in VI°; Leo XIII, litt. ap. «*Apostolicae curae*», 13 sept. 1896; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Siam.), 23 iun. 1830.

30: C. 1, X, *de regulis iuris*, V, 41; c. 1, *de constitutionibus*, I, 2, in VI°.

TITULUS III.

DE TEMPORIS SUPPUTATIONE.

Can. 31. - Salvis legibus liturgicis, tempus, nisi aliud expresse caveatur, supputetur ad normam canonum qui sequuntur.

Can. 32. - § 1. Dies constat 24 horis continuo supputandis a media nocte, hebdomada 7 diebus.

§ 2. In iure nomine mensis venit spatium 30, anni vero spatium 365 dierum, nisi mensis et annus dicantur sumendi prout sunt in calendario.

Can. 33. - § 1. In supputandis horis diei standum est communi loci usui; sed in privata Missae celebratione, in privata horarum canonicarum recitatione, in sacra communione recipienda et in ieiunii vel abstinentiae lege servanda, licet alia sit usualis loci supputatio, potest quis sequi loci tempus aut locale sive verum sive medium, aut legale sive regionale sive aliud extraordinarium.

§ 2. Quod attinet ad tempus urgendi contractuum obligationes, servetur, nisi aliter expressa pactione conventum fuerit, praescriptum iuris civilis in territorio vigentis.

Can. 34. - § 1. Si mensis et annus designentur proprio nomine vel aequivalenter, ex. gr., *mense februario, anno proxime futuro,* sumantur prout sunt in calendario.

§ 2. si terminus a *quo* nec explicite nec implicite assignetur, ex. gr., *suspensio a Missae celebratione per mensem aut duos annos, tres in anno vacationum menses,* etc., tempus supputetur de momento ad momentum; et si tempus sit continuum, ut in allato primo exemplo, menses et anni sumantur prout sunt in calendario; si intermissum, hebdomada intelligatur 7 dierum, mensis 30, annus 365.

32 § 1: C. 24, X, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 29.

32 § 2: S. C. S. Off. (Chan-si), 7 maii 1890; Missale Rom., tit. *De anno et eius partibus.*

NASLOV III.

RAČUNANJE VREMENA

Kan. 31. - Ne dirajući u bogoslužne (liturgijske) zakone računa se vrijeme prema propisima kanona, koji slijede, osim kada je izrijekom drugačije određeno.

Kan. 32. - § 1. Dan se sastoji od 24 ure, koje se broje neprekidno od ponoći, tjedan od 7 dana.

§ 2. U pravu se uzima, da mjesec ima 30 dana, a godina 365, osim kada je rečeno, da mjesec i godinu treba uzeti po kalendaru.

Kan. 33. - § 1. Pri računanju ura u danu valja se držati općeg mjesnog običaja; ali u pogledu posebničkog (privatnog) služenja Mise, posebničkog molenja časoslova, primanja svete pričesti i obdržavanja zakona o postu i nemrsu, može se svatko, iako je mjesno običajno računanje vremena drukčije, držati u tom mjestu ili mjesnog bilo pravoga bilo srednjega, ili zakonskoga bilo krajevnoga bilo drugoga izvanrednoga.

§ 2. Što se tiče vremena, po kojemu treba izvršiti ugovorne obaveze, imaju se obdržavati propisi građanskog prava, koji važe na području, osim kada je izrijekom drugačije ugovoreno.

Kan. 34. - § 1. Kada su mjesec i godina označeni vlastitim imenom, npr. *mjeseca veljače, naredne godine,* treba ih uzeti po kalendaru.

§ 2. Kada *početni* rok nije ni izričito ni uključno označen, kao npr. *obustava služiti Misu kroz dva mjeseca ili kroz dvije godine, tri mjeseca dopusta godišnje, itd.,* vrijeme se ima računati od časa do časa; pa ako je vrijeme neprekinuto kao u navedenom prvom primjeru, mjesece i godine treba uzeti prema kalendaru; a ako je prekinuto, treba uzeti za tjedan 7 dana, za mjesec 30, za godinu 365.

33 § 1: S. C. C., *Treviren.,* 22 iul. 1893; S. R. C., *Missalis Romani,* 18 sept., 2 nov. 1634; *Clodien.,* 7 aug. 1875, ad IX; *Placentina in Hispania,* 12 maii 1905; S. Poenit., 18 iun. 1873; 29 nov. 1882.

§ 3. Si tempus constet uno vel pluribus mensibus aut annis una vel pluribus hebdomadibus aut tandem pluribus diebus, et terminus *a quo* explicite vel implicite assignetur:

1.° Menses et anni sumantur prout sunt in calendario;

2.° Si terminus a quo coincidat cum initio diei, ex. gr., *duo vacationum menses a die 15 augusti,* primus dies ad explendam numerationem computetur et tempus finiatur incipiente ultimo die eiusdem numeri;

3.° Si terminus a quo non coincidat cum initio diei, ex. gr., *decimus quartus aetatis annus, annus novitiatus, octiduum a vacatione sedis episcopalis, decendium ad appellandum,* etc., primus dies ne computetur et tempus finiatur expleto ultimo die eiusdem numeri;

4.° Quod si mensis die eiusdem numeri careat, ex. gr., *unus mensis a die 30 ianuarii,* tunc pro diverso casu tempus finiatur incipiente vel expleto ultimo die mensis;

5.° Si agatur de actibus eiusdem generis statis temporibus renovandis, ex. gr., *triennium ad professionem perpetuam post temporariam, triennium aliudve temporis spatium ad electionem renovandam,* etc., tempus finitur eodem recurrente die quo incipit, sed novus actus per integrum eundem diem poni potest.

Can. 35. - Tempus *utile* illud intelligitur quod pro exercitio aut prosecutione sui iuris ita alicui competit ut ignoranti aut agere non valenti non currat; *continuum,* quod nullam patitur interruptionem.

34 § 3. 5.°: S. C. de Religiosis, decr. 3 maii 1914, n. 1.

§ 3. Kada se vrijeme sastoji od jednoga ili više mjeseci ili godina, od jednoga ili više tjedana ili pak od više dana, a *početni* je rok izričito ili uključno označen:

1.° Mjesece i godine valja uzeti prema kalendaru;

2.° Kada se *početni* rok poklapa s početkom dana, npr. *dva mjeseca dopusta od dana 15. kolovoza,* prvi se dan uračunava i vrijeme se svršava početkom posljednjega dana istoga broja;

3.° Kada se *početni* rok ne poklapa s početkom dana, npr. *četrnaesta godina života, osam dana po upražnjenju biskupske stolice, deset dana za ulaganje priziva,* itd., ne treba računati prvi dan i vrijeme se svršava posljednjega dana istoga broja;

4.° Ako pak mjesec nema dana istoga broja, npr. *mjesec dana od 30. siječnja,* tada se vrijeme svršava, prema različitosti slučaja, početkom ili svršetkom posljednjega dana u mjesecu;

5.° Kada se radi o činima istoga reda, koji se ponavljaju u stanovitom vremenu, npr. *tri godine za polaganje vječnih zavjeta poslije privremenih, tri godine ili drugo kakovo vrijeme za obnavljanje izbora,* itd., vrijeme se svršava, kada nadođe isti dan, u kojem je započeto, ali se novi čin može izvršiti kroz cijeli onaj dan.

Kan. 35. - Pod *korisnim* se vremenom razumijeva vrijeme koje nekomu pripada za izvršenje ili ostvarenje njegova prava, tako da mu ne teče, ako za to ne zna ili je u djelovanju spriječen; *neprekinuto* je ono, koje teče bez prekidanja.

TITULUS IV.

DE RESCRIPTIS.

Can. 36. - § 1. Rescripta tum Sedis Apostolicae tum aliorum ordinariorum impetrari libere possunt ab omnibus qui expresse non prohibentur.

§ 2. Gratiae et dispensationes omne genus a Sede Apostolica concessae etiam censura irretitis validae sunt, salvo praescripto Can. 2265, § 2, 2275, n. 3, 2283.

Can. 37. - Rescriptum impetrari potest pro alio etiam praeter eius assensum; et licet ipse possit gratia per rescriptum concessa non uti, rescriptum tamen valet ante eius acceptationem, nisi aliud ex appositis clausulis appareat.

Can. 38. - Rescripta quibus gratia conceditur sine interiecto exsecutore, effectum habent a momento quo datae sunt litterae; cetera a tempore exsecutionis.

Can. 39. - Conditiones in rescriptis tunc tantum essentiales pro eorundem validitate censentur, cum per particulas *si, dummodo,* vel aliam eiusdem significationis exprimuntur.

Can. 40. - In omnibus rescriptis subintelligenda est, etsi non expressa, conditio: *Si preces veritate nitantur,* salvo praescripto Can. 45, 1054.

Can. 41. - In rescriptis quorum nullus est exsecutor, preces veritate nitantur oportet tempore quo rescriptum datum est; in ceteris tempore exsecutionis.

36 § 2: Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officius Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. III, n. 6°.

37: C. 17, *de praebendis et dignitatibus*, III, 4, in VI°.

38: C. 7, X, *de rescriptis*, I, 3; c. 7, *de praebendis et dignitatibus*, III, 4, in VI°; S. C. Ep. et Reg., *Amalphitana,* 15 iul. 1740; S. C. Indulg., 20 maii 1711; *Mechlinien. et Vincennapolitana*, 16 iul. 1887, ad 6.

NASLOV IV.

OTPISI

Kan. 36. - § 1. Svi, osim onih kojima je to izrijekom zabranjeno, slobodno mogu moliti otpise i od Apostolske Stolice i od drugih ordinarija.

§ 2. Milosti i oprosti bilo koje vrsti, što ih je podijelila Apostolska Stolica, valjani su, iako su dani takovima, koji su upali u kaznene zabrane, uz obdržavanje kan. 2265, § 2, 2275, br. 3, 2283.

Kan. 37. - Otpis se može moliti za drugoga i mimo njegova pristanka, pa iako mu stoji za volju ne poslužiti se milošću, štono je otpisom dana, otpis ipak važi i prije, nego li se prihvati, osim kada je drugo iz pridanih zaporki očevidno.

Kan. 38. - Otpisi, kojima je podijeljena milost bez pridanog posrednika, imaju svoj učinak od nadnevka, pod kojim su izdani, ostali od dana izvršenja.

Kan. 39. - Uvjeti se u otpisima samo onda smatraju bitnima za njihovu valjanost, ako su izraženi riječima: *ako, samo ako* ili drugima, koje imaju jednako značenje.

Kan. 40. - U svima se otpisima podrazumijeva, da je pridan, iako nije izražen uvjet: *Ako je molba istinita,* ne dirajući pri tom u odredbu kan. 45, 1054.

Kan. 41. - Kod otpisa, kojima nije označen izvršilac, treba da je istinitost molbe ostvarena u vrijeme, kada je otpis izdan; kod ostalih u vrijeme izvršenja.

40: C. 16, C. XXV, q. 2; c. 2, 17, X, *de rescriptis*, I, 3; c. 5, X, *de cohabitatione clericorum et mulierum,* III, 2; Conc. Trident., sess. XXII, *de ref.,* c. 5, 6; S. C. Ep. et Reg., *Conchen.,* 3 sept. 1852.

41: C. 9, *de rescriptis,* I, 3, in VI°; S. C. Ep. et Reg., *Nolana,* 13 iun. 1846.

Can. 42. - § 1. Reticentia veri, seu subreptio, in precibus non obstat quominus rescriptum vim habeat ratumque sit, dummodo expressa fuerint quae de stylo Curiae sunt ad validitatem exprimenda.

§ 2. Nec obstat expositio falsi, seu obreptio, dummodo vel unica causa proposita vel ex pluribus propositis una saltem motiva vera sit.

§ 3. Vitium obreptionis vel subreptionis in una tantum parte rescripti aliam non infirmat, si una simul plures gratiae per rescriptum concedantur.

Can. 43. - Gratia ab una Sacra Congregatione vel Officio Romanae Curiae denegata, invalide ab alia Sacra Congregatione vel Officio aut a loci Ordinario, etsi potestatem habente, conceditur sine assensu Sacrae Congregationis vel Officii quocum vel quibuscum agi coeptum fuit, salvo iure S. Poenitentiariae pro foro interno.

Can. 44. - § 1. Nemo gratiam a proprio Ordinario denegatam ab alio Ordinario petat, nulla facta denegationis mentione; facta autem mentione, Ordinarius gratiam ne concedat, nisi habitis a priore Ordinario denegationis rationibus.

§ 2. Gratia a Vicario Generali denegata et postea, nulla facta huius denegationis mentione, ab Episcopo impetrata, invalida est; gratia autem ab Episcopo denegata nequit valide, etiam facta denegationis mentione, a Vicario Generali, non consentiente Episcopo, impetrari.

Can. 45. - Cum rescriptis ad preces alicuius impetratis apponitur clausula: *Motu proprio,* valent quidem ea, si in precibus reticeatur veritas alioquin necessario exprimenda, non tamen si falsa causa finalis eaque unica proponatur, salvo praescripto Can. 1054.

---

42 § 1: C. 2, 3, 8, 15-17, 19, 20, 22, 26-28, 31, 32, 37, 42, X, *de rescriptis*, I, 3; c. 54, X, *de electione et electi potestate,* I, 6; c. 2, X, *de filiis presbyterorum ordinandis vel non,* I, 17; c. 6, X, *de corpore vitiatis ordinandis vel non,* I, 20; c. 12, X, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 29; c. 5, X, *de officio iudicis ordinarii,* I, 31; c. 2, X, *de dolo et contumacia*, II, 14; c. 5, X, *ut lite pendente nihil innovetur,* II, 16; c. 7, X, *de fide instrumentorum*, II, 22; c. 12, X, *de sententia et re iudicata*, II, 27; c. 44, 57, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus*, II, 28; c. 3, 5, 6, X, *de confirmatione utili vel inutili,* II, 30; c. 5, X, *de cohabitatione clericorum et mulierum,* III, 2; c. 6, X, *de concessione praebendae et ecclesiae non vacantis,* III, 8; c. 6, X, *de consanguinitate et affinitate*, IV, 14; c. 2, *de filiis presbyterorum et aliis illegitime natis,* I, 11, in VI°; c. 8, 21, 23, *de praebendis et dignitatibus*, III, 4, in VI°; c. 1, *de praebendis et dignitatibus,* III, 2, in Clem.; Conc. Trident., sess. XIII, *de ref.,* c. 5.

Kan. 42. - § 1. Kada se u molbi nešto prešuti ili zataji, to ne smeta valjanosti i kreposti otpisa, samo ako je navedeno sve ono, što se po uredskoj porabi Kurije mora navesti za valjanost.

§ 2. Ne smeta ni navođenje neistine ili obmane, samo ako je bio istinit ili jedini navedeni razlog ili od više navedenih razloga barem jedan odlučni.

§ 3. Mana zataje ili obmane, ako se odnosi samo na jedan dio otpisa, ne oduzima kreposti drugomu, kada se u jednom otpisu podjeljuje više milosti.

Kan. 43. - Milost, koju je uskratio jedan Sveti Zbor ili Ured Rimske Kurije, ne može valjano podijeliti drugi Sveti Zbor ili Ordinarij, iako bi imao za to vlast, bez pristanka onoga Svetog Zbora ili Ureda, kod kojega ili kod kojih se je stvar započela, ne dirajući ipak u pravo Sv. Pokorništva (Penitencijarije) za unutarnje područje.

Kan. 44. - § 1. Nitko ne smije od drugoga Ordinarija moliti milost, koju je uskratio vlastiti Ordinarij, a da o toj uskrati ništa ne spomene; a kada je to spomenuto, neka Ordinarij ne podijeli milosti, dok nije od prvoga Ordinarija primio obavijesti o razlozima uskrate.

§ 2. Milost, koju je uskratio Glavni namjesnik (Generalni vikar), pa je onda bez spomena o ovoj uskrati podijeljena od Biskupa, nevaljana je; milost pak, koju je uskratio Biskup, ne može, sve da je uskrata bila spomenuta, valjano podijeliti Glavni namjesnik bez Biskupova pristanka.

Kan. 45. - Kada je otpisima izdanima po nečijoj molbi pridana zaporka: *Vlastitom pobudom,* oni su doduše valjani, iako je u molbi prešućena istina, koju bi inače nužno trebalo navesti, no ipak su nevaljani, ako je lažan jedini navedeni odlučni razlog, ne dirajući u odredbu kan. 1054.

---

42 § 2: C. 4, 20, X, *de rescriptis*, I, 3; c. 54, X, *de electione et electi potestate,* I, 6; c. 5, X, *de officio iudicis ordinarii,* I, 31; c. 7, X, *de fide instrumentorum*, II, 22; c. 6, X, *de concessione praebendae et ecclesiae non vacantis,* III, 8; Conc. Trident., sess. XIII, *de ref.,* c. 5.

43: Reg. 84, R. J., in VI°.

44 § 2: Reg. 84, R. J., in VI°.

45: C. 23, *de praebendis et dignitatibus,* III, 4, in VI°; c. 4, *de praebendis et dignitatibus,* III, 2, in Clem.

Can. 46. - Rescripta etiam *Motu proprio* concessa personae de iure communi inhabili ad consequendam gratiam de qua agitur, itemque edita contra alicuius loci legitimam consuetudinem vel statutum peculiare, vel contra ius alteri iam quaesitum, non sustinentur, nisi expressa derogatoria clausula rescripto apponatur.

Can. 47. - Rescripta non fiunt irrita ob errorem in nomine personae cui vel a qua conceduntur, aut loci in quo ipsa moratur, aut rei de qua agitur, dummodo, iudicio Ordinarii, nulla sit de ipsa persona vel re dubitatio.

Can. 48. - § 1. Si contingat ut de una eademque re duo rescripta inter se contraria impetrentur, peculiare, in iis quae peculiariter exprimuntur, praevalet generali.

§ 2. Si sint aeque peculiaria aut generalia, prius tempore praevalet posteriori, nisi in altero fiat expressa mentio de priore, aut nisi prior impetrator dolo vel notabili negligentia suo rescripto usus non fuerit.

§ 3. Quod si eodem die fuerint concessa nec liqueat uter prior impetraverit, utrumque irritum est, et, si res ferat, rursus ad eum qui rescripta dedit, est recurrendum.

Can. 49. - Rescripta intelligenda sunt secundum propriam verborum significationem et communem loquendi usum, nec debent ad casus alios praeter expressos extendi.

Can. 50. - In dubio, rescripta quae ad lites referuntur, vel iura aliis quaesita laedunt, vel adversantur legi in commodum privatorum, vel denique impetrata fuerunt ad beneficii ecclesiastici assecutionem, strictam interpretationem recipiunt; cetera omnia latam.

46: C. 6, 19, X, *de rescriptis,* I, 3; c. 1, *de constitutionibus*, I, 2, in VI°; c. 4, 8-10, *de rescriptis*, I, 3, in VI°.

47: C. 34, 35, X, *de rescriptis*, I, 3; S. Poenit., 6 febr. 1895.

48 § 1: C. 1, 6, 14, 29, X, *de rescriptis*, I, 3; c. 14, 38, *de praebendis et dignitatibus,* III, 4, in VI°; Reg. 34, R. J., in VI°.

48 § 2: C. 2, 3, 9, 12, 16, 22-24, 30, X, *de rescriptis*, I, 3; c. 9, X, *de filiis presbyterorum ordinandis vel non,* I, 17; c. 12, 29, X, *de officio et potestate iudicis delegati, I, 29; c. 2, X, de dolo et contumacia,* II, 14; c. 3, X, *de confirmatione utili vel inutili,* II, 30; c. 12, *de rescriptis*, I, 3, in VI°; c. 15, 22, *de praebendis et dignitatibus*, III, 4, in VI°; c. 7, *de concessione praebendae et ecclesiae non vacantis,* III, 7, in VI°; Reg. 54, R. J., in VI°.

Kan. 46. - Ne mogu se održati u valjanosti takvi otpisi, iako su izdani *Vlastitom pobudom,* koji su podijeljeni osobi po općem pravu nesposobnoj za milost, o kojoj se radi, isto tako ni oni, koji su izdani u protivnosti sa zakonitim mjesnim običajem ili posebnim pravilom ili su u protivnosti s pravom po drugomu već stečenom, osim ako je otpisu pridana izričita dokidna zaporka.

Kan. 47. - Otpisi ne postaju ništavima zbog griješke u imenu osobe, kojoj ili od koje su podijeljeni, ili mjesta, u kojemu ona boravi, ili stvari, o kojoj se radi, samo ako, po sudu Ordinarija, ne postoji nikakova sumnja o samoj osobi ili stvari.

Kan. 48. - § 1. Ako se dogodi, da se o jednoj te istoj stvari izdadu dva otpisa, koja su međusobno u opreci, posebni, u onomu što je posebice izraženo, vrijedi ispred općega.

§ 2. Ako su oba jednako posebna ili opća, koji je po vremenu raniji vrijedi ispred kasnijega, osim ako je u ovomu raniji izrijekom spomenut, ili ako se prvi molitelj zlonamjerno ili sa znatnijom nemarnošću nije poslužio svojim otpisom.

§ 3. Ako su izdana s istim nadnevkom, a ne može se utvrditi, koji je prije izdan, oba su ništava, i mora se, ako treba, ponovno upraviti molba onomu, koji je otpise izdao.

Kan. 49. - Otpise treba razumijevati prema vlastitom značenju riječi i njihovoj općenitoj upotrebi u govoru, te se ne smiju protegnuti na druge slučajeve, o kojima izričito ne govore.

Kan. 50. - U dvojbi se moraju strogo tumačiti oni otpisi, koji se odnose na sporove pred sudom, ili diraju u prava od drugih stečena, ili su u protivnosti sa zakonom u korist posebnika, ili konačno koji su izdani zbog postignuća crkvene nadarbine; svi se ostali tumače široko.

49: C. 32, X, *de officio et potestate iudicis delegati*, I, 29; c. 6, *de rescriptis*, I, 3, in VI°; c. 16, 27, 41, *de praebendis et dignitatibus,* III, 4, in VI°; c. 7, *de concessione praebendae et ecclesiae non vacantis*, III, 7, in VI°; Reg. 74, R. J., in VI°; S. C. S. Off. (Southwark), 22 nov. 1865, ad 1; 2 maii 1877, ad 2; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 18 apr. 1757; instr. (ad Vic. Ap. Pondicher.), 7 iun. 1853; S. R. C., *Frisingen.,* 3 sept. 1672.

50: C. 15, 32, 40, X, *de officio et potestate iudicis delegati*, I, 29; c. 38, X, *de praebendis et dignitatibus*, III, 5; c. 8-10, *de rescriptis,* I, 3, in VI°; c. 4, 16, 19, 24, 41, *de praebendis et dignitatibus*, III, 4, in VI°; Reg. 15, 30, 48, R. J., in VI°.

Can. 51. - Rescriptum Sedis Apostolicae in quo nullus datur exsecutor, tunc tantum debet Ordinario impetrantis praesentari, cum id in eisdem litteris praecipitur, aut de rebus agitur publicis, aut comprobare conditiones quasdam oportet.

Can. 52. - Rescripta, quorum praesentationi nullum est definitum tempus, possunt exsecutori exhiberi quovis tempore, modo absit fraus et dolus.

Can. 53. - Rescripti exsecutor invalide munere suo fungitur, antequam litteras receperit earumque authenticitatem et integritatem recognoverit, nisi praevia earundem notitia ad eum fuerit auctoritate rescribentis transmissa.

Can. 54. - § 1. Si in rescripto committatur merum exsecutionis ministerium, exsecutio rescripti denegari non potest, nisi aut manifeste pateat rescriptum vitio subreptionis aut obreptionis nullum esse, aut in rescripto apponantur conditiones quas exsecutori constet non esse impletas, aut qui rescriptum impetravit adeo, iudicio exsecutoris, videatur indignus ut aliorum offensioni futura sit gratiae concessio; quod ultimum si accidat, exsecutor, intermissa exsecutione, statim ea de re certiorem faciat rescribentem.

§ 2. Quod si in rescripto concessio gratiae exsecutori committatur, ipsius est pro suo prudenti arbitrio et conscientia gratiam concedere vel denegare.

Can. 55. - Exsecutor procedere debet ad mandati normam, et nisi conditiones essentiales in litteris appositas impleverit ac substantialem procedendi formam servaverit, irrita est exsecutio.

Can. 56. - Exsecutio rescriptorum quae forum externum respiciunt, scripto facienda est.

51: S. C. de Prop. Fide (C. G. - Constantinop.), 1 sept. 1783, ad 1, 2; S. C. Indulg., *Valentinen.*, 5 febr. 1841, ad 2; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. III, n. 4°.

52: C. 12, *de rescriptis*, I, 3, in VI°.

53: C. 12, X, *de appellationibus, rccusationibus et relationibus*, II, 28; c. 6, X, *de crimine falsi,* V, 20; S. C. S. Off., decr. 24 aug. 1892; S. Poenit., 15 ian. 1894, ad 1.

54 § 1: C. 5, 17, 20, 24, 37, X, *de rescriptis*, I, 3; c. 5, 6, X, *de confirmatione utili vel inutili,* II, 30; c. 6, X, *de praebendis et dignitatibus*, III, 5; Conc. Trident., sess. XIII, *de ref.*, c. 5; Benedictus XIV, const. *«Ad Apostolicae»,* 25 febr. 1742, § 6; ep. encycl. *«Magnae Nobis»,* 29 iun. 1748; S. C. Ep. et Reg., *Conchen.*, 3 sept. 1852; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, Cap. III, n. 4°.

Kan. 51. - Otpis, u kojemu nije naznačen izvršilac, mora se samo onda predočiti Ordinariju naslovnika, kada je to u samom rješenju naloženo ili ako se radi o stvarima javnoga značaja, ili ako je potrebno utvrditi takve uvjete.

Kan. 52. - Otpisi, kod kojih nije nikako određeno vrijeme, u kojemu se moraju predočiti, mogu se izvršiocu predati u bilo koje vrijeme, samo ako pri tom nema prevare ili zle namjere.

Kan. 53. - Izvršilac otpisa ne može svoje službe valjano izvršiti, doklegod nije rješenja primio i ispitao, da li je isprava vjerovna i cjelovita, osim kada je o njoj unaprijed obaviješten po odredbi izdatnika.

Kan. 54. - § 1. Kada se u otpisu izvršiocu jedino povjerava samo izvršenje, ne može se izvršenje otpisa odbiti, osim ako je očevidno, da je otpis ništav bilo zbog mane zataje ili obmane, bilo zato, što su otpisu pridani uvjeti, za koje izvršilac zna da nisu ostvareni, bilo da se primalac, po izvršiočevu sudu, čini toliko nevrijednim, da će podjeljenje milosti biti drugima na sablazan; a kada je ovo posljednje po srijedi, izvršilac će, propustivši izvršenje, o tom odmah obavijestiti izdatnika.

§ 2. A kada se u otpisu podjeljenje milosti povjerava izvršiocu, spada na njega, da po svom razboritom sudu i savjesti, milost podijeli ili uskrati.

Kan. 55. - Izvršilac mora postupati prema odredbama, kojima mu je izvršenje povjereno, pa ako ne ispuni rješenju pridane bitne uvjete ili se u postupku ne drži bitnoga oblika, izvršenje je ništavo.

Kan. 56. - Izvršenje takovih otpisa, koji se odnose na izvanje pravno područje, treba da je učinjeno pismeno.

---

54 § 2: Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. III, n. 3°.

55: C. 22, X, *de rescriptis*, I, 3; c. 13, X, *de officio et potestate iudicis delegati*, I, 29; c. 38, X, *de praebendis et dignitatibus,* III, 5; c. 30, *de praebendis et dignitatibus,* III, 4, in VI°; S. C. S. Off. (Southwark), 22 nov. 1865, ad 1; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 18 apr. 1757.

Can. 57. - § 1. Rescriptorum exsecutor potest alium pro suo prudenti arbitrio sibi substituere, nisi substitutio prohibita fuerit, aut substituti persona praefinita.

§ 2. Si tamen fuerit electa industria personae, exsecutori non licet alteri committere, nisi actus praeparatorios.

Can. 58. - Rescripta quaelibet exsecutioni mandari possunt etiam ab exsecutoris successore in dignitate vel officio, nisi fuerit electa industria personae.

Can. 59. - § 1. Exsecutori fas est, si quoquo modo in rescriptorum exsecutione erraverit, iterum eadem exsecutioni mandare.

§ 2. Quod attinet ad taxas pro rescriptorum exsecutione, servetur praescriptum Can. 1507, § 1.

Can. 60. - § 1. Rescriptum, per peculiarem Superioris actum revocatum, perdurat usque dum revocatio ei, qui illud obtinuit, significetur.

§ 2. Per legem contrariam nulla rescripta revocantur, nisi aliud in ipsa lege caveatur, aut lex lata sit a Superiore ipsius rescribentis.

Can. 61. - Per Apostolicae Sedis aut dioecesis vacationem nullum eiusdem Sedis Apostolicae aut Ordinarii rescriptum perimitur, nisi aliud ex additis clausulis appareat, aut rescriptum contineat potestatem alicui factam concedendi gratiam peculiaribus personis in eodem expressis, et res adhuc integra sit.

Can. 62. - Si rescriptum contineat non simplicem gratiam sed privilegium vel dispensationem, serventur insuper praescripta canonum qui sequuntur.

57 § 1: C. 3, 43, X, *de officio et potestate iudicis delegati*, I, 29; c. 62, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 12, *de officio et potestate iudicis delegati*, I, 14, in VI°; S. C. S. Off., litt. encycl. 20 febr. 1888, n. 5; decr. 14 dec. 1898.

57 § 2: C. 43, X, *de officio et potestate iudicis delegati*, I, 29; c. 12, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 14, in VI°.

58: Reg. 46, R. J., in VI°; S. C. S. Off., litt. encycl. 20 febr. 1888, n. 3; S. C. Ep. et Reg., *Brundusina*, 29 nov. 1600; *Baren.,* 18 ian. 1641. -- Vide etiam Can. 368, § 2; 435, § 2.

59 § 1: S. Poenit., 15 ian. 1894, ad 2.

Kan. 57. - § 1. Izvršilac otpisa može po svom razboritom sudu postaviti sebi zamjenika, osim ako je postavljanje zamjenika zabranjeno, ili ako je osoba zamjenika unaprijed određena.

§ 2. No kada je izvršilac određen upravo za svoju osobu, tada ne smije drugomu povjeriti ništa osim pripravnih čina.

Kan. 58. - Sve otpise mogu izvršiti i izvršiočevi nasljednici u časti ili službi, osim kada je izvršilac određen upravo za svoju osobu.

Kan. 59. - § 1. Slobodno je izvršiocu, kada je na bilo koji način pri izvršenju otpisâ pogriješio, da ih iznova izvrši.

§ 2. Što se tiče pristojbi za izvršenje otpisâ, treba se držati propisa kan. 1507, § 1.

Kan. 60. - § 1. Otpis, koji je opozvan posebnim činom poglavara, ostaje na snazi sve dotle, dok onomu, koji ga je primio, nije opoziv priopćen.

§ 2. Protivnim se zakonom ne opozivaju nikakvi otpisi, osim ako je drukčije izrečeno u samom zakonu, ili kada je zakon izdan od Poglavara, koji je izdatnikov predpostavljeni.

Kan. 61. - Upražnjenjem Apostolske Stolice ili biskupije ne gubi kreposti nijedan otpis iste Apostolske Stolice ili Ordinarijev, osim kada je drugo očito iz pridanih zaporki, ili ako je u otpisu dano nekomu ovlaštenje, da podijeli milost određenim osobama, a s izvršenjem još nije započeto.

Kan. 62. - Kada otpis ne sadrži samo običnu milost, nego povlasticu ili oprost, moraju se povrh toga obdržavati propisi kanonâ, koji slijede.

60 § 2: C. 28, X, *de rescriptis*, I, 3; c. 15, *de rescriptis*, I, 3, in VI°.

61: C. 19, X, *de officio et potestate iudicis delegati*, I, 29; c. 5 *de rescriptis*, I, 3, in VI°; c. 9, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 14, in VI°; c. 36, *de praebendis et dignitatibus*, III, 4, in VI°; Reg. 16, R. J., in VI°; S. C. Ep. et Reg., *Yucaten.,* 26 sept. 1589; *Lycien.,* 17 nov. 1590; *Oritana,* 21 nov. 1600; *Tranen.,* 29 apr. 1740; *Amalphitana,* 15 iul. 1740; *Mindonien.,* 7 apr. 1769; S. C. de Prop. Fide, litt. (ad Vic. Ap. Bosniae), 5 oct. 1816; litt. (ad Archiep. Mexican.), 22 mart. 1817.

TITULUS V.

DE PRIVILEGIIS.

Can. 63. - § 1. Privilegia acquiri possunt non solum per directam concessionem competentis auctoritatis et per communicationem, sed etiam per legitimam consuetudinem aut praescriptionem.

§ 2. Possessio centenaria vel immemorabilis inducit praesumptionem concessi privilegii.

Can. 64. - Per communicationem privilegiorum, etiam in forma aeque principali, ea tantum privilegia impertita censentur, quae directe, perpetuo et sine speciali relatione ad certum locum aut rem aut personam concessa fuerant primo privilegiario, habita etiam ratione capacitatis subiecti, cui fit communicatio.

Can. 65. - Cum privilegia acquiruntur per communicationem in forma accessoria, augentur, imminuuntur vel amittuntur ipso facto, si forte augeantur, imminuantur vel cessent in principali privilegiario; secus si acquirantur per communicationem in forma aeque principali.

Can. 66. - § 1. Facultates habituales quae conceduntur vel in perpetuum vel ad praefinitum tempus aut certum numerum casuum, accensentur privilegiis praeter ius.

§ 2. Nisi in earum concessione electa fuerit industria personae aut aliud expresse cautum sit, facultates habituales, Episcopo aliisve de quibus in Can. 198, § 1 ab Apostolica Sede concessae, non evanescunt, resoluto iure Ordinarii cui concessae sunt, etiamsi ipse eas exsequi coeperit, sed transeunt ad Ordinarios qui ipsi in regimine succedunt, item concessae Episcopo competunt quoque vicario Generali.

---

63 § 1: C. 8, C. IX, q. 3; c. 9, X, *de officio iudicis ordinarii*, I, 31; c. 13, X, *de foro competenti*, II, 2; c. 4, 18, X, *de praescriptionibus*, II, 26; c. 14, 24, 25, X, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum*, V, 33; c. 2, 3, 6, 7, *de privilegiis*, V, 7, in VI°. -- Vide etiam Can. 713, § 1; 722, § 1.

64: Vide etiam Can. 722, § 1.

NASLOV V.

POVLASTICE

Kan. 63. - § 1. Povlastice se mogu zadobiti ne samo putem izravne podjelbe od strane nadležne vlasti, te putem sudioništvovanja, nego također i putem zakonitog običaja ili dosjelošću.

§ 2. Posjed stogodišnji ili od pamtivijeka stvara pretpostavku o podjelbi povlastice.

Kan. 64. - Sudioništvovanjem povlastica, pa bilo ono i u jednakopravnom obliku, smatraju se podijeljenima samo takove povlastice, koje su bile prvom povlašteniku dane izravno, trajno i bez posebnoga obzira na stanovito mjesto ili stvar ili osobu, a pri tom odlučuje i pravna sposobnost nosioca, kojemu pada sudioništvovanje u dio.

Kan. 65. - Kada su povlastice zadobivene putem sudioništvovanja u pripadnom obliku, proširuju se, stežu ili gube tim samim, što su možebiti proširene, stegnute ili prestale u prvoga povlaštenika; a nije tako, ako su zadobivene putem sudioništvovanja u jednakopravnom obliku.

Kan. 66. - § 1. Trajne ovlastice, što se podjeljuju bilo zauvijek bilo na određeno vrijeme ili na određeni broj slučajeva, spadaju među povlastice mimo prava.

§ 2. Osim slučaja kada su one podijeljene za osobu ili je drukčije izrijekom određeno, trajne ovlastice, koje su od Apostolske Stolice dane Biskupima ili drugima, o kojima je riječ u kan. 198, § 1 vrijede i dalje, pošto je prestao biti Ordinarijem onaj, kojemu su dane, iako ih je on već počeo izvršivati, te prelaze na Ordinarije, koji ga nasljeđuju u upravi; isto tako povlastice koje su dane Biskupu pripadaju ujedno i Glavnom namjesniku.

65: S. C. Indulg., *Tertii Ordinis S. Francisci,* 31 ian. 1893, ad XVII.

66 § 2: Reg. 46, R. J., in VI°; S. C. S. Off., litt. encycl. 20 febr. 1888, n. 3; 24 nov. 1897; decr. 20 apr. 1898, n. 1; 3 maii 1899, ad 1, 3; 20 dec. 1899; 5 sept. 1900. -- Vide etiam Can. 368, § 2; 435, § 2.

§ 3. Concessa facultas secumfert alias quoque potestates quae ad illius usum sunt necessariae; quare in facultate dispensandi includitur etiam potestas absolvendi a poenis ecclesiasticis, si quae forte obstent, sed ad effectum dumtaxat dispensationis consequendae.

Can. 67. - Privilegium ex ipsius tenore aestimandum est, nec licet illud extendere aut restringere.

Can. 68. - In dubio privilegia interpretanda sunt ad normam Can. 50; sed ea semper adhibenda interpretatio, ut privilegio aucti aliquam ex indulgentia concedentis videantur gratiam consecuti.

Can. 69. - Nemo cogitur uti privilegio in sui dumtaxat favorem concesso, nisi alio ex capite exsurgat obligatio.

Can. 70. - Privilegium, nisi aliud constet, censendum est perpetuum.

Can. 71. - Per legem generalem revocantur privilegia in hoc Codice contenta; ad cetera quod attinet, servetur praescriptum Can. 60.

Can. 72. - § 1. Privilegia cessant per renuntiationem a competente Superiore acceptatam.

§ 2. Privilegio in sui tantum favorem constituto quaevis persona privata renuntiare potest.

§ 3. Concesso alicui communitati, dignitati locove renuntiare privatis personis non licet.

§ 4. Nec ipsi communitati seu coetui integrum est renuntiare privilegio sibi dato per modum legis, vel si renuntiatio cedat in Ecclesiae aliorumve praeiudicium.

---

66 § 3: Reg. 35, 42, 53, 80, R. J., in VI°; S. C. S. Off., 17 mart. 1874; S. C. de Prop. Fide (C. P. pro Sin. - Sutchuen.), 26 sept. 1821; S. Poenit., 2 iul. 1891. -- Vide etiam Can. 200, § 1.

67: C. 10-12, X, *de decimis, primitiis et oblationibus,* III, 30; c. 7-9, 16, 18, 19, 21, 24, X, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum,* V, 33; c. 5, 9-11, *de privilegiis*, V, 7, in VI°; Reg. 28, 74, R. J., in VI°; Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.,* c. 11; Benedictus XIV, const. *«Apostolica indulta»,* 5 aug. 1744, § 7; Pius X, motu propr. *«Inter multiplices»,* 21 febr. 1905, n. 80; S. R. C., decr. 27 aug. 1822, n. 5; *Cincinnaten.,* 27 febr. 1883, ad I.

68: C. 16, 19, 30, X, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum*, V, 33; c. 16, 25, X, *de verborum significatione,* V, 40; c. 1, *de filiis presbyterorum et aliis illegitime natis,* I, 11, in

§ 3. Podijeljena ovlastica sadržava i svaku drugu vlast, koja je za njeno izvršivanje potrebita; zato je u ovlastici davati oproste sadržana i vlast davati odrješenje od crkvenih kazni, ako bi one možda bile smetnjom za oprost, ali samo s tim učinkom, da se uzmogne zadobiti oprost.

Kan. 67. - Povlastica se mora razumijevati onako, kako glasi, pa se ne smije ni proširivati ni stezati.

Kan. 68. - U dvojbi treba povlastice tumačiti prema odredbi kan. 50; ali se ipak mora uvijek primijeniti takovo tumačenje, da povlašteni ima od podijeljene pogodnosti barem kakvu takvu korist.

Kan. 69. - Nitko nije obavezan služiti se povlasticom danom samo u njegovu korist, osim ako bi obaveza nastala iz drugog naslova.

Kan. 70. - Treba uzeti, da je povlastica dana zauvijek, ako nije protivno utvrđeno.

Kan. 71. - Povlastice sadržane u ovom Kodeksu dokidaju se općim zakonom; a glede ostalih se treba držati odredbe kan. 60.

Kan. 72. - § 1. Povlastice prestaju odreknućem, nakon što bude od nadležnog Poglavara primljeno.

§ 2. Svaka se posebnička osoba može odreći povlastice dane samo u njenu korist.

§ 3. Posebničke se osobe ne smiju odreći povlastice, koja je dana zajednici, dostojanstvu ili mjestu.

§ 4. Pa niti samoj zajednici ili zboru nije dopušteno odreći se povlastice, ako im je dana u obliku zakona ili ako bi odreknuće išlo na štetu Crkve ili drugih.

VI°; c. 6, 10, *de privilegiis,* V, 7, in VI°; Reg. 15, 30, 48, 61, R. J., in VI°; Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.,* c. 11; S. R. C., decr. 27 aug. 1822, n. 5.

69: C. 6, X, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum,* V, 33; Reg. 61, R. J., in VI°.

70: C. 22, X, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum*, V, 33; Reg. 16, R. J., in VI°.

71: C. 1, X, *de regulis iuris*, V, 41; c. 1, *de constitutionibus*, I, 2, in VI°; c. 5, *de rescriptis*, I, 3, in VI°.

72 § 2: C. 12, X, *de foro competenti*, II, 2; c. 23, X, *de regularibus et transeuntibus ad religionem*, III, 31.

72 § 3: C. 5, X, *de arbitris*, I, 43; c. 12, 18, X, *de foro competenti,* II, 2; c. 15, 36, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39.

Can. 73. - Resoluto iure concedentis, privilegia non exstinguuntur, nisi data fuerint cum clausula: *ad beneplacitum nostrum,* vel alia aequipollenti.

Can. 74. - Privilegium personale personam sequitur et cum ipsa exstinguitur.

Can. 75. - Privilegia realia cessant per absolutum rei vel loci interitum; privilegia vero localia, si locus intra quinquaginta annos restituatur, reviviscunt.

Can. 76. - Per non usum vel per usum contrarium privilegia aliis haud onerosa non cessant; quae vero in aliorum gravamen cedunt, amittuntur, si accedat legitima praescriptio vel tacita renuntiatio.

Can. 77. - Cessat quoque privilegium, si temporis progressu rerum adiuncta sic, iudicio Superioris, immutentur ut noxium evaserit, aut eius usus illicitus fiat; item elapso tempore vel expleto numero casuum pro quibus privilegium fuit concessum, firmo praescripto Can. 207, § 2.

Can. 78. - Qui abutitur potestate sibi ex privilegio permissa, privilegio ipso privari meretur; et Ordinarius Sanctam Sedem monere ne omittat, si quis privilegio ab eadem concesso graviter abutatur.

Can. 79. - Quamvis privilegia, oretenus a Sancta Sede obtenta, ipsi petenti in foro conscientiae suffragentur, nemo tamen potest cuiusvis privilegii usum adversus quemquam in foro externo vindicare, nisi privilegium ipsum sibi concessum esse legitime evincat.

73: C. 5, *de rescriptis,* I, 3, in VI°.

74: Reg. 7, R. J., in VI°.

75: S. C. Indulg., *Tornacen.,* 28 ian. 1839; *Taurinen.,* 26 aug. 1840; *Cameracen.,* 22 febr. 1847, ad 3; *Ordinis Carmelitarum Discalceat,* 18 sept. 1862; S. R. C., *Taurinen.,* 17 dec. 1875. -- Vide etiam Can. 924.

77: C. 9, X, *de decimis, primitiis et oblationibus*, III, 30; Reg. 61, R. J., in VI°.

Kan. 73. - Kada je prestala vlast onoga, koji je povlastice podijelio, one time ne prestaju, osim ako su dane sa zaporkom: *do naše dobre volje* ili s drugom istoga značenja.

Kan. 74. - Osobna povlastica slijedi osobu i s njom nestaje.

Kan. 75. - Stvarne povlastice prestaju, kada posvema nestane stvar ili mjesto; a mjesne povlastice ponovno ožive, ako se mjesto za pedeset godina uspostavi.

Kan. 76. - Povlastice, koje nijesu u porabi ili zavedena protivna upotreba, ne prestaju time ako nijesu nikomu na teret; a one koje jesu drugima na teret, izgube se, ako pridođe zakonita zastara ili prešutno odreknuće.

Kan. 77. - Povlastica prestaje i onda, kada su se s vremenom prilike toliko izmijenile, da je ona postala štetom ili je njena upotreba postala nedopuštenom; isto tako nestaje kada istekne vrijeme ili se iscrpi broj slučajeva, za koje je povlastica bila dana, ali ipak važi kan. 207, § 2.

Kan. 78. - Tko zloupotrebljuje vlast, koja mu je povlasticom dopuštena, zavrijedio je, da mu se povlastica oduzme; a Ordinarij neka ne propusti izvijestiti Svetu Stolicu, ako bi netko u znatnoj mjeri zloupotrebljavao povlasticu od nje podijeljenu.

Kan. 79. - Iako povlastice, koje je usmeno podijelila Sveta Stolica, vrijede za molioca u području savjesti, ipak ne može nitko upotrebu bilo koje povlastice iznuditi protiv nekoga u izvanjem pravnom području, ako propisano ne dokaže, da mu je povlastica dana.

78: C. 7, D. LXXIV; c. 63, C. XI, q. 3; c. 43, X, d6 *rescriptis,* I, 3; c. 2, X, *de postulatione praelatorum*, I, 5; c. 12, X, *de clericis non residentibus in ecclesia vel praebenda*, III, 4; c. 18, X, *de regularibus et transeuntibus ad religionem,* III, 31; c. 11, 24, X, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum*, V, 33; c. 32, 45, X, *de sententia excommunicationis*, V, 39; S. C. de Prop. Fide, decr. 13 aug. 1774.

79: C. 8, 12, X, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum*, V, 33; c. 7, *de privilegiis*, V, 7, in VI°; Innocentius X, const. *«Cum sicut»,* 14 maii 1648, § 4, I, ad 14; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. III, n. 2°.

TITULUS VI.

DE DISPENSATIONIBUS.

Can. 80. - Dispensatio, seu legis in casu speciali relaxatio, concedi potest a conditore legis, ab eius successore vel Superiore, nec non ab illo cui iidem facultatem dispensandi concesserint.

Can. 81. - A generalibus Ecclesiae legibus Ordinarii infra Romanum Pontificem dispensare nequeunt, ne in casu quidem peculiari, nisi haec potestas eisdem fuerit explicite vel implicite concessa, aut nisi difficilis sit recursus ad Sanctam Sedem et simul in mora sit periculum gravis damni, et de dispensatione agatur quae a Sede Apostolica concedi solet.

Can. 82. - Episcopi aliique locorum Ordinarii dispensare valent in legibus dioecesanis, et in legibus Concilii provincialis ac plenarii ad normam Can. 291, § 2, non vero in legibus quas speciatim tulerit Romanus Pontifex pro illo peculiari territorio, nisi ad normam Can. 81.

Can. 83. - Parochi nec a lege generali nec a lege peculiari dispensare valent, nisi haec potestas expresse eisdem concessa sit.

80: C. 20, X, *de electione et electi potestate*, I, 6; c. 15, X, *de temporibus ordinationum et qualitate ordinandorum,* I, 11; c. 14, X, *de filiis presbyterorum ordinandis vel non*, I, 17; c. 4, X, *de corpore vitiatis ordinandis vel non,* I, 20; c. 28, X, *de praebendis et dignitatibus*, III, 5; c. 4, X, *de concessione praebendae et ecclesiae non vacantis*, III, 8; c. 1, X., *de regulis iuris*, V, 41; c. 1, 2, *de filiis presbyterorum et aliis illegitime natis,* I, 11, in VI°; Reg. 46, 68, 72, R. J., in VI°; c. 2, *de electione et electi potestate,* I, 3, in Clem.; Sixtus IV, const. *«Licet ea»,* 9 aug. 1478, § 3, 5; Benedictus XIV, ep. *«Aestas»,* 11 oct. 1757, n. XI; Pius VI, const. *«Auctorem fidei»,* 28 aug. 1794, prop. 7, Synodi Pistorien., damn.; Gregorius XVI, ep. encycl. *«Mirari vos»,* 15 aug. 1832; S. C. S. Off. (Mission. Archipelagi), 3 aug. 1639, ad 3.

NASLOV VI.

OPROSTI

Kan. 80. - Oprost ili oslobođenje od zakona u iznimnom slučaju, može podijeliti zakonodavac, njegov slijednik ili Poglavar, nadalje i onaj, kojemu su oni predali ovlast dati oprost.

Kan. 81. - Od općih crkvenih zakona ne mogu dati oprosta Ordinariji ispod Rimskog Prvosvećenika, pa ni u pojedinačkom slučaju, ako im ova vlast nije izričito ili uključno predana ili ako se ne radi o takvom slučaju, da je teško obratiti se na Svetu Stolicu, te ujedno prijeti velika šteta, a radi se o oprostu, koji Apostolska Stolica običaje davati.

Kan. 82. - Biskupi mogu davati oproste od biskupijskih zakona, te od zakona pokrajinskih i međupokrajinskih Sabora prema odredbi kan. 291, § 2, ali ih ne mogu davati od onih zakona, koje je Rimski Prvosvećenik izdao posebice za onaj kraj, osim po propisu kan. 81.

Kan. 83. - Župnici ne mogu dati oprosta ni od općega ni od krajevnoga zakona, osim kad im je takva vlast izrijekom podijeljena.

81: C. 15, X, *de temporibus ordinationum et qualitate ordinandorum*, I, 11; c. 1, *de filiis presbyterorum et aliis illegitime natis,* I, 11, in VI°, c. un., *de religiosis domibus,* tit. VII, in Extravag. Ioan. XXII; Sixtus IV, const. *«Licet ea»,* 9 aug. 1478, § 3, 5; Clemens VIII, decr. *«Nullus omnino»,* 25 iul. 1599, § 8; Pius VI, const. *«Auctorem fidei»,* 28 aug. 1794, prop. 7, 74, Synodi Pistorien., damn.; S. C. C., *Reatina,* 3 iun. 1592, ad 4; decr. 21 sept. 1624, § 1 -- Vide etiam Can. 459, § 3, n. 3; 990; 1028; 1040; 1043; 1405, § 1, 2; 1245.

82: C. 1, X, *de regulis iuris,* V, 41.

83: Vide etiam Can. 1044; 1045, § 3; 1245, § 1.

Can. 84. - § 1. A lege ecclesiastica ne dispensetur sine iusta et rationabili causa, habita ratione gravitatis legis a qua dispensatur; alias dispensatio ab infeliore data illicita et invalida est.

§ 2. Dispensatio in dubio de sufficientia causae licite petitur et potest licite et valide concedi.

Can. 85. - Strictae subest interpretationi non solum dispensatio ad normam Can. 50, sed ipsamet facultas dispensandi ad certum casum concessa.

Can. 86. - Dispensatio quae tractum habet successivum, cessat iisdem modis quibus privilegium, nec non certa ac totali cessatione causae motivae.

84 § 1: C. 14, *de electione et electi potestate*, I, 6, in VI°; Conc. Trident., sess. VI, *de ref.*, c. 2; XXIV, *de ref. matrim.*, c. 5; sess. XXV, *de ref.*, c. 18; Clemens XII, litt. ap. *«Compertum»*, 24 aug. 1734, dub. I; Benedictus XIV, const. *«Ad Apostolicae»*, 25 febr. 1742; ep. encycl. *«Inter omnigenas»*, 2 febr. 1744, § 11, 25; const. *«Omnium sollicitudinum»*, 12 sept. 1744, § 14, dub. I; ep. *«Cum encyclicas»*, 24 maii 1754, § 6; S. C. S. Off. (Tunkin. Orient.), 5 sept. 1736, ad 1; 26 sept. 1754; 12 ian. 1769, n. I, II, 1, 2; instr. (ad Vic. Ap. Gallas), 28 mart. 1860, n. 9; S. C. C., *Oveten.*, 16 dec. 1876; *S. Claudii*, 24 aug. 1907; S. C. de Prop. Fide, 17 febr. 1772, ad 2; instr. (ad Vic. Ap.

Kan. 84. - § 1. Od crkvenog se zakona ne smije dati oprost bez pravednog i razložnog uzroka, uzimajući pri tom u obzir važnost zakona, od kojega se daje oprost; inače je oprost dan od nižega nedopušten i nevaljan.

§ 2. U dvojbi o dostatnosti uzroka oprost se smije moliti i može se dati dopušteno i valjano.

Kan. 85. - Strogo se mora tumačiti prema kan. 50 ne samo oprost, nego i sama ovlastica za davanje oprosta u određenom slučaju.

Kan. 86. - Oprost sa susljednim trajanjem prestaje na iste načine, kako prestaje povlastica, a povrh toga i onda, kada je sigurno i potpuno prestao odlučni uzrok.

Constantinop.), 1 oct. 1785; (C. P. pro Sin. - Tunkin. Orient.), 14 ian. 1806, ad 2; decr. 13 apr. 1807, n. IX; (C. P. pro Sin. - Tunkin. Orient.), 17 apr. 1828; (C. P. pro Sin.), 11 mart. 1848; 3 ian. 1850; instr. 9 maii 1877; S. Poenit., 5 apr. 1902. -- Vide etiam Can. 291, § 2; 1028; 1061, § 1, n. 1; 1071; 1245.

85: C. 1, 2, *de filiis presbyterorum et aliis illegitime natis*, I, 11, in VI°; Reg. 28, 74, 78, 81, R. J., in VI°; S. C. S. Off., litt. 18 maii 1869; 1 iun. 1904.

86: C. 1, X, *de regulis iuris*, V, 41; c. 5, *de rescriptis*, I, 3, in VI°.

LIBER SECUNDUS

DE PERSONIS

KNJIGA DRUGA

OSOBE

Can. 87. - Baptismate homo constituitur in Ecclesia Christi persona cum omnibus christianorum iuribus et ofliciis, nisi, ad iura quod attinet, obstet obex, ecclesiasticae communionis vinculum impediens, vel lata ab Ecclesia censura.

Can. 88. - § 1. Persona quae vicesimum primum aetatis annum explevit, maior est; infra hanc aetatem, minor.

§ 2. Minor, si masculus, censetur pubes a decimoquarto, si femina, a duodecimo anno completo.

§ 3. Impubes, ante plenum septennium, dicitur infans seu puer vel parvulus et censetur non sui compos; expleto autem septennio, usum rationis habere praesumitur. Infanti assimilantur quotquot usu rationis sunt habitu destituti.

Can. 89. - Persona maior plenum habet suorum iurium exercitium; minor in exercitio suorum iurium potestati parentum vel tutorum obnoxia manet, iis exceptis in quibus ius minores a patria potestate exemptos habet.

Can. 90. - § 1. Locus originis filii, etiam neophyti, est ille in quo, cum filius natus est, domicilium, aut, in defectu domicilii, quasi-domicilium habebat pater vel, si filius sit illegitimus aut postumus, mater.

87: C. 31, C. XXIV, q. 1; c. 51, D. I, *de poenit.*; c. 2, 15, *de haereticis*, V, 2, in VI°; Conc. Trident., sess. VII, *de baptismo*, Can. 7, 8, 13, 14; sess. XIV, *de poenitentia*, c. 2; Eugenius IV (in Conc. Florentin.), const. *«Exultate Deo»*, 22 nov. 1439, § 10; Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»*, 26 maii 1742, § VII, n. XI; ep. encycl. *«Inter omnigenas»*, 2 febr. 1744, § 16; ep. *«Postremo mense»*, 28 febr. 1747, n. 52; ep. *«Singulari»*, 9 febr. 1749, § 2, 12- 16; Pius IX, litt. ap. *«Multiplices inter»*, 10 iun. 1851; Syllabus errorum, prop. 54; Leo XIII, litt. encycl. *«Sapientiae»*, 10 ian. 1890; S. C. S. Off., instr. (ad Archiep. Quebecen.), 16 sept. 1824, ad 2; 19 apr. 1837; instr. 22 iun. 1859; 7 apr. 1875; (Bucarest), 8 maii 1889; instr. (ad Vic. Ap. Nankin.), 26 aug. 1891; S. C. de Prop. Fide (C. G. - Albaniae), 18 apr. 1757, ad 5; (C. G.), 19 aug. 1776; instr. (ad Praef. Ap. Mission. Epiri), 25 febr. 1837; litt. encycl. (ad Ep. Indiar.), 25 apr. 1902.

88 § 2: C. 3, 6, 10, 11, 14, X, *de desponsatione impuberum*, IV, 2; c. 1, X, *de delictis puerorum*, V, 23; S. C. S. Off. (Pondichery), 28 iun. 1865, ad 2; (Africae), 18 mart. 1903, ad 2.

Kan. 87. - Krštenjem postaje čovjek u Kristovoj Crkvi osobom sa svim pravima i dužnostima kršćana, ako u pogledu prava ne stoji na putu prepreka, koja sprječava svezu crkvenog zajedništva, ili od Crkve nametnuta kaznena zabrana.

Kan. 88. - § 1. Punoljetna je ona osoba, koja je navršila dvadesetprvu godinu života; ispod te dobi je maloljetna.

§ 2. Maloljetna osoba, ako je muško, smatra se doraslom, kad navrši četrnaestu godinu, a ako je žensko, kad navrši dvanaestu.

§ 3. Nedorasli se, prije navršene sedme godine života naziva djetetom, odnosno dječakom ili mališanom i uzima se, da nije pri razumu; a pošto navrši sedmu godinu života, pretpostavlja se, da ima porabu razuma. Djeci se izjednačuju svi, koji su trajno lišeni porabe razuma.

Kan. 89. - Punoljetna osoba ima punu pravnu i djelatnu sposobnost; maloljetna je u izvršivanju svojih prava podređena vlasti roditelja ili staratelja, osim u onom, u čem pravo izuzimlje maloljetnike ispod očinske vlasti.

Kan. 90. - § 1. Zavičajno mjesto djece, pa i takve, koja su krštena u odrasloj dobi, je mjesto, u kojemu je, kada je dijete rođeno, imao prebivalište, odnosno u pomanjkanju prebivališta, nepravo prebivalište otac ili, ako je dijete nezakonito ili posmrtno, majka.

88 § 3: C. 4, 5, X, *de desponsatione impuberum*, IV, 2; c. 32; *de electione et electi potestate*, I, 6, in VI°; Benedictus XIV, instr. *«Eo quamvis tempore»*, 4 maii 1745, § 19; ep. *«Postremo mense»*, 28 febr. 1747, n. 32, 34; ep. *«Beatus Andreas»*, 22 febr. 1755, § 14; S. C. S. Off., instr. (ad Archiep. Portus Principis), 5 sept. 1877; S. C. de Sacramentis, decr. 8 aug. 1910, n. I; S. C. de Prop. Fide, 3 mart. 1703; instr. 17 apr. 1777; instr. (ad Mission. Caiennae), 8 maii 1779; Rituale Rom., tit. II, c. 3, *de baptismo adultorum*, n. 11.

89: C. 3, *de iuditiis*, II, 1, in VI°; Benedictus XIV, ep. *«Postremo mense»*, 28 febr. 1747, n. 6; S. C. de Prop. Fide, 3 mart. 1703.

90 § 1: Innocentius XII, const. *«Speculatores»*, 4 nov. 1694, § 4.

§ 2. Si agatur de filio vagorum, locus originis est ipsemet nativitatis locus; si de exposito, est locus in quo inventus fuit.

Can. 91. - Persona dicitur: *incola,* in loco ubi domicilium, *advena,* in loco ubi quasi-domicilium habet; *peregrinus,* si versetur extra domicilium et quasi-domicilium quod adhuc retinet; *vagus,* si nullibi domicilium habeat vel quasi-domicilium.

Can. 92. - § 1. Domicilium acquiritur commoratione in aliqua paroecia aut quasi-paroecia, aut saltem in dioecesi, vicariatu apostolico, praefectura apostolica; quae commoratio vel coniuncta sit cum animo ibi perpetuo manendi, si nihil inde avocet, vel sit protracta ad decennium completum.

§ 2. Quasi-domicilium acquiritur commoratione uti supra, quae vel coniuncta sit cum animo ibi manendi saltem ad maiorem anni partem, si nihil inde avocet, vel sit reapse protracta ad maiorem anni partem.

§ 3. Domicilium vel quasi-domicilium in paroecia vel quasi-paroecia dicitur *paroeciale;* in dioecesi, vicariatu, praefectura, non autem in paroecia vel quasi-paroecia, *dioecesanum.*

Can. 93. - § 1. Uxor, a viro legitime non separata, necessario retinet domicilium viri sui; amens, domicilium curatoris; minor, domicilium illius cuius potestati subiicitur.

§ 2. Minor infantia egressus potest quasi-domicilium proprium obtinere; item uxor a viro legitime non separata, legitime autem separata etiam domicilium.

Can. 94. - § 1. Sive per domicilium sive per quasi-domicilium suum quisque parochum et Ordinarium sortitur.

§ 2. Proprius vagi parochus vel Ordinarius est parochus vel Ordinarius loci in quo vagus actu commoratur.

91: Benedictus XIV, const. «*Convocatis*», 25 nov. 1749, n. XLIV; ep. encycl. «*Inter praeteritos*», 3 dec. 1749, § 72; S. C. S. Off., 9 nov. 1898, ad 1; S. C. de Sacramentis, *Romana et aliarum,* 13 mart. 1910, ad V, c.

92 § 1: Innocentius XII, const. «*Speculatores*», 4 nov. 1694, § 5.

92 § 2: S. C. S. Off., litt. encycl. (ad Ep. Angliae et Statuum Foeder. Americae Septentrion.), 7 iun. 1867; 9 nov. 1898.

§ 2. Ako se radi o djetetu beskućnika, zavičajno je mjesto samo mjesto rođenja; a kod nahoda mjesto, gdje je nađeno.

Kan. 91. - Osoba se naziva: *stanovnik* u onom mjestu, u kojem ima prebivalište; *došljak* u mjestu, u kojem ima nepravo prebivalište; *stranac,* ako se nalazi izvan prebivališta ili nepravnog prebivališta, što ga i dalje negdje ima; *beskućnik,* ako nigdje nema ni prebivališta ni nepravog prebivališta.

Kan. 92. - § 1. Prebivalište se stječe boravljenjem u nekoj župi ili dožupi, ili barem u biskupiji, apostolskom vikarijatu, apostolskoj prefekturi; to boravljenje treba da bude spojeno s nakanom, da netko ostane ondje zauvijek, ako ne bi radi čega bio primoran otići odande, ili treba da potraje kroz deset punih godina.

§ 2. Nepravo se prebivalište stječe boravljenjem kao gore, koje je ili spojeno s nakanom ondje ostati barem kroz veći dio godine, ako zbog čega ne bi bio primoran odande otići, ili zaista već traje kroz veći dio godine.

§ 3. Prebivalište ili nepravo prebivalište u župi ili dožupi naziva *župskim;* u biskupiji, vikarijatu, prefekturi, a koje nije ujedno u nekoj župi ili dožupi, *biskupijskim.*

Kan. 93. - § 1. Žena koja nije od muža zakonito rastavljena, zadržava nužno prebivalište svojega muža; umobolnik skrbnikovo; maloljetnik prebivalište onoga, pod čijom je vlašću.

§ 2. Maloljetnik, koji je prešao djetinjstvo, može zadobiti vlastito nepravo prebivalište; isto tako i žena, koja nije od muža zakonito rastavljena, a koja je zakonito rastavljena, može zadobiti također i pravo prebivalište.

Kan. 94. - § 1. I pravim i nepravim prebivalištem zadobiva svatko svojega vlastitog župnika i Ordinarija.

§ 2. Beskućnikov je vlastiti župnik odnosno Ordinarij župnik odnosno Ordinarij mjesta, u kojemu beskućnik stvarno boravi.

---

93 § 1: C. 3, *de sepulturis*, III, 12, in VI°; S. C. S. Off., 30 iun. 1892; (Colonien.), 23 iun. 1903; S. C. C., *Romana seu Tusculana,* 27 apr. 1720; *Caietana et Terracinen.*, 31 ian., 21 febr. 1835; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 2.

93 § 2: S. C. C., *Romana seu Tusculana,* 27 apr. 1720; *Caietana et Terracinen.,* 31 ian., 21 febr. 1835; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 2.

94 § 1: S. C. *de Sacramentis, Romana et aliarum,* 13 mart. 1910, ad V, c.

§ 3. Illorum quoque qui non habent nisi dioecesanum domicilium vel quasi-domicilium parochus proprius est parochus loci in quo actu commorantur.

Can. 95. - Domicilium et quasi-domicilium amittitur discessione a loco cum animo non revertendi, salvo praescripto Can. 93.

Can. 96. - § 1. Consanguinitas computatur per lineas et gradus.

§ 2. In linea recta, tot sunt gradus quot generationes, seu quot personae, stipite dempto.

§ 3. In linea obliqua, si tractus uterque sit aequalis, tot sunt gradus quot generationes in uno tractu lineae: si duo tractus sint inaequales, tot gradus quot generationes in tractu longiore.

Can. 97. - § 1. Affinitas oritur ex matrimonio valido sive rato tantum sive rato et consummato.

§ 2. Viget inter virum dumtaxat et consanguineos mulieris, itemque mulierem inter et viri consanguineos.

§ 3. Ita computatur ut qui sunt consanguinei viri, iidem in eadem linea et gradu sint affines mulieris, et vice versa.

Can. 98. - § 1. Inter varios catholicos ritus ad illum quis pertinet, cuius caeremoniis baptizatus fuit, nisi forte baptismus a ritus alieni ministro vel fraude collatus fuit, vel ob gravem necessitatem, cum sacerdos proprii ritus praesto esse non potuit, vel ex dispensatione apostolica, cum facultas data fuit ut quis certo quodam ritu baptizaretur, quin tamen eidem adscriptus maneret.

96 § 1: C. 1, 2, 6, C. XXXV, q. 5; c. 3, 7, 9, X, *de consanguinitate et affinitate*, IV, 14.

96 § 2: C. 1, 6, C. XXXV, q. 5; c. 3, 9, X, *de consanguinitate et affinitate,* IV, 14.

96 § 3: C. 2, 4, 6, C. XXXV, q. 5; c. 9, X, *de consanguinitate et affinitate,* IV, 14; S. Pius V, const. *«Sanctissimus»,* 20 aug. 1566, § 1; S. C. S. Off. (Cenomanen.), 11 mart. 1896.

97 § 1: C. 11, C. XXVII, q. 2; c. 3, C. XXXV, q. 5; c. 1, C. XXXV, q. 10; c. 5, X, *de consanguinitate et affinitate,* IV, 14; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Inter omnigenas»,* 2 febr. 1744, § 15; S. C. S. Off. (Yunnan), 20 sept. 1854; instr. (ad Ep. S. Alberti), 9 dec. 1874; instr. (ad Vic. Ap. Nankin.), 26 aug. 1891.

§ 3. I za one, koji imaju samo biskupijsko prebivalište ili nepravo prebivalište, vlastiti je župnik, župnik mjesta u kojemu stvarno borave.

Kan. 95. - Pravo i nepravo prebivalište izgubi se, kada se otiđe iz mjesta s nakanom onamo se više ne povratiti, uz obdržavanje odredbe kan. 93.

Kan. 96. - § 1. Srodstvo se računa po lozama i stupnjevima.

§ 2. U izravnoj lozi, toliko je stupnjeva, koliko je rođenja, ili koliko je osoba izuzevši korijen.

§ 3. U pobočnoj lozi, ako su obje grane jednake, toliko je stupnjeva, koliko je rođenja u jednoj grani loze; ako su te dvije grane nejednake, toliko je stupnjeva, koliko je rođenja u duljoj grani.

Kan. 97. - § 1. Tazbina nastaje iz valjane ženidbe, bilo da je samo tvrda, bilo tvrda i izvršena.

§ 2. Postoji samo između muža i srodnika ženinih, a isto tako između žene i srodnika muževljevih.

§ 3. Računa se tako, da su srodnici muževljevi jednako u istoj lozi i stupnju u tazbini sa ženom i obratno.

Kan. 98. - § 1. Svatko pripada između raznih katoličkih obreda onomu, po kojemu je bio kršten, osim ako je možda krštenje bilo podijeljeno od službenika tuđeg obreda bilo zlonamjerno bilo u velikoj nuždi, kada nije bilo pri ruci svećenika vlastita obreda, ili s apostolskim oprostom, ako je time dana ovlastica, da netko bude kršten stanovitim obredom, a da mu zato ipak ne pripada.

97 § 2: C. 20, C. XXXII, q. 7; c. 13, 22, C. XXXV, q. 2 et 3; c. 3, C. XXXV, q. 5; c. 5, X, *de consanguinitate et affinitate,* IV, 14; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Inter omnigenas»,* 2 febr. 1744, § 15; S. C. S. Off. (Yunnan), 20 sept. 1854; instr. (ad Vic. Ap. Nankin.), 26 aug. 1891.

97 § 3: C. 3, C. XXXV, q. 5; S. C. S. Off., instr. (ad Archiep. Quebecen.), 16 sept. 1824, ad 2, 4.

98 § 1: Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»,* 26 maii 1742, § II, n. XI, § VIII, n. VII, VIII, X; ep. encycl. *«Demandatam»,* 24 dec. 1743, § 18; const. *«Praeclaris»,* 18 mart. 1746; Pius X, const. *«Tradita ab antiquis»,* 14 sept. 1912, n. VI; S. C. de Prop. Fide, instr. (pro Graeco-Melchit.), 15 febr. 1746; decr. 6 oct. 1863, C, a, d.

§ 2. Clerici nullo modo inducere praesumant sive latinos ad orientalem, sive orientales ad latinum ritum assumendum.

§ 3. Nemini licet sine venia Apostolicae Sedis ad alium ritum transire, aut, post legitimum transitum, ad pristinum reverti.

§ 4. Integrum est mulieri diversi ritus ad ritum viri, in matrimonio ineundo vel eo durante, transire; matrimonio autem soluto, resumendi proprii ritus libera est potestas, nisi iure particulari aliud cautum sit.

§ 5. Mos, quamvis diuturnus, sacrae Synaxis ritu alieno suscipiendae non secumfert ritus mutationem.

Can. 99. - In Ecclesia, praeter personas physicas, sunt etiam personae morales, publica auctoritate constitutae, quae distinguuntur in personas morales collegiales et non collegiales, ut ecclesiae, Seminaria, beneficia, etc.

Can. 100. - § 1. Catholica Ecclesia et Apostolica Sedes moralis personae rationem habent ex ipsa ordinatione divina; ceterae inferiores personae morales in Ecclesia eam sortiuntur sive ex ipso iuris praescripto sive ex speciali competentis Superioris ecclesiastici concessione data per formale decretum ad finem religiosum vel caritativum.

§ 2. Persona moralis collegialis constitui non potest, nisi ex tribus saltem personis physicis.

98 § 2: Benedictus XIV, ep. encycl. «*Demandatam*», 24 dec. 1743, § 15; const. «*Praeclaris*», 18 mart. 1746; ep. encycl. «*Allatae sunt*», 26 iul. 1755, § 21; Leo XIII, litt. ap. «*Orientalium*», 30 nov. 1894, n. I; S. C. Ep. et Reg., *Hydruntina*, 2 ian. 1595; S. C. de Prop. Fide, instr. (pro Graeco-Melchit.), 15 febr. 1746; decr. 6 oct. 1863, A, c.

98 § 3: Benedictus XIV, const. «*Etsi pastoralis*», 26 maii 1742, § II, n. XIII, XIV, § VII, n. XXIV, XXV; ep. encycl. «*Demandatam*», 24 dec. 1743, § 13, 15; const. «*Praeclaris*», 18 mart. 1746; ep. encycl. «*Allatae sunt*», 26 iul. 1755, § 20, 21; Gregorius XVI, ep. encycl. «*Inter gravissimas*», 3 febr. 1832; Leo XIII, litt. ap. «*Orientalium*», 30 nov. 1894, n. VII; Pius X, const. «*Tradita ab antiquis*», 14 sept. 1912, n. VI; S. C. S. Off., 3 aug. 1639; S. C. de Prop. Fide, instr. (pro Graeco-Melchit.), 15 febr. 1746; (C. G.), 8 mart. 1757; (C. G.), 12 mart. 1759; (C. G.), 2 iun. 1760; decr. 20 nov. 1838; (C. G.), 11 dec. 1838, ad 3; litt. 17 sept. 1842; decr. 6 oct. 1863, A, a; decr. 1 maii 1897, n. 2; ep. 15 iun. 1912.

98 § 4: Benedictus XIV, const. «*Etsi pastoralis*», 26 maii 1742, § VIII, n. IX; Leo XIII, litt. ap. «*Orientalium*», 30 nov. 1894, n. VIII, S. C. de Prop. Fide (C. G.), decr. 19 maii 1759; (C. G.), 25 iul. 1887, ad 2, 4.

§ 2. Duhovnicima je strogo zabranjeno utjecati bilo na pripadnike latinskog obreda da prijeđu na istočni, bilo na istočnjake da prijeđu na latinski.

§ 3. Nitko ne smije bez dopuštenja Apostolske Stolice prijeći na drugi obred ili se, po zakonito izvršenom prijelazu, povratiti u prijašnji.

§ 4. Slobodno je ženi, koja je drugog obreda, prijeći na muževljev obred, i to pri samom sklapanju braka ili za trajanja braka; a slobodno joj je opet primiti vlastiti obred, pošto je ženidba razriješena, osim ako je u krajevnom pravu drugačije predviđeno.

§ 5. Običaj primati svetu Pričest u tuđem obredu, iako je dugotrajan, ne uzrokuje promjenu obreda.

Kan. 99. - U Crkvi, osim pojedinačkih osoba postoje i moralne osobe, što ih ustanovljuje javna vlast, a dijele se u moralne osobe zborne i nezborne, npr. crkve, sjemeništa, nadarbine itd.

Kan. 100. - § 1. Katoličkoj Crkvi i Apostolskoj Stolici pripada značaj moralne osobe po samoj božanskoj odredbi, a ostale ga u Crkvi dobivaju ili po odredbi samoga zakona ili po posebnoj podjelbi nadležnog crkvenog poglavara, koja se daje u obliku odluke zbog vjerske ili dobrotvorne svrhe.

§ 2. Zborna se moralna osoba ne može osnovati, ako se ne sastoji od najmanje triju pojedinačkih osoba.

98 § 5: Leo XIII, litt. ap. «*Orientalium*», 30 nov. 1894, n. II; Pius X, const. «*Tradita ab antiquis*», 14 sept. 1912, n. VI; S. C. de Prop. Fide, litt. (ad Patriarch. Graeco-Melchit.), 31 mart. 1843; decr. 6 oct. 1863, C, d; (C. G.), 1 iun. 1885, ad 1.

100 § 1: Pius IX, allocut. «*Singulari quadam*», 9 dec. 1854; litt. ap. «*Cum Catholica Ecclesia*», 26 mart. 1860; allocut. «*Multis gravibusque*», 17 dec. 1860; allocut. «*Maxima quidem*», 9 iun. 1862; ep. encycl. «*Quanta cura*», 8 dec. 1864; Syllabus errorum, prop. 19; ep. encycl. «*Etsi multa*», 21 nov. 183; ep. encycl. «*Vix dum a Nobis*», 7 mart. 1874; Leo XIII, ep. encycl. «*Immortale Dei*», 1 nov. 1885; ep. «*Officio sanctissimo*», 22 dec. 1887; allocut. «*Mirandum sane*», 1 iun. 1888; litt. encycl. «*Libertas*», 20 iun. 1888; litt. encycl. «*Sapientiae*», 10 ian. 1890; ep. ap. «*Praeclara*», 20 iun. 1894; ep. encycl. «*Satis cognitum*», 29 iun. 1896; Pius X, ep. encycl. «*Vehementer Nos*», 11 febr. 1906; S. C. S. Off. decr. «*Lamentabili*», 4 iul. 1907, prop. 52, damn.

§ 3. Personae morales sive collegiales sive non collegiales minoribus aequiparantur.

Can. 101. - § 1. Circa actus personarum moralium collegialium:

1.° Nisi aliud expresse iure communi aut particulari statuturum fuerit, id vim iuris habet, quod, demptis suffragiis nullis, placuerit parti absolute maiori eorum qui suffragium ferunt, aut, post duo inefficacia scrutinia, parti relative maiori in tertio scrutinio; quod si suffragia aequalia fuerint, post tertium scrutinium praeses suo voto paritatem dirimat aut, si agatur de electionibus et praeses suo voto paritatem dirimere nolit, electus habeatur senior ordine vel prima professione vel aetate;

2.° Quod autem omnes, uti singulos, tangit, ab omnibus probari debet.

§ 2. Si de actibus personarum moralium non collegialium agatur, serventur particularia statuta ac normae iuris communis, quae easdem personas respiciunt.

Can. 102. - § 1. Persona moralis, natura sua, perpetua est; exstinguitur tamen si a legitima auctoritate supprimatur, vel si per centum annorum spatium esse desierit.

§ 2. Si vel unum ex personae moralis collegialis membris supersit, ius omnium in illud recidit.

Can. 103. - § 1. Actus, quos persona sive physica sive moralis ponit ex vi extrinseca, cui resisti non possit, pro infectis habentur.

§ 2. Actus positi ex metu gravi et iniuste incusso vel ex dolo, valent, nisi aliud iure caveatur; sed possunt ad normam Can. 1684-1689 per iudicis sententiam rescindi, sive ad petitionem partis laesae sive ex officio.

100 § 3: C. 1, 3, X, *de in integrum restitutione*, I, 41.

101 § 1. 2.°: C. 1, 22, 42, 48, 50, 55, 57, X, *de electione et electi potestate*, I, 6; c. 2, X, *de renunciatione*, I, 9; c. 7, X, *de officio archidiaconi*, I, 23; c. 6, X, *de his, quae fiunt a praelato sine consensu capituli*, III, 10; c. 1, 4, X, *de his, quae fiunt a maiori parte capituli*, III, 11; c. 23, *de electione et electi potestate*, I, 6, in VI°; Reg. 29, R. J., in VI°; S. C. Ep. et Reg., *Gravinen. et Montis Pelusii*, 30 iul. 1852. -- Vide etiam Can. 172, § 1; 526.

§ 3. Moralne osobe, bilo zborne bilo nezborne izjednačuju se maloljetnicima.

Kan. 101. - § 1. U pogledu činâ zbornih moralnih osoba:

1.° Ako općim ili krajevnim pravom nije izrijekom drukčije određeno, ono se smatra pravno valjanim, što zaključi bezuvjetna većina glasača, po odbitku ništavih glasova, ili pošto su dva glasovanja ostala bez posljetka, ono što je kod trećeg glasovanja prihvaćeno srazmjernom većinom; a ako su se raspolovili glasovi kod trećeg glasovanja, odlučuje glas predsjednikov, ili ako se radi o izboru, a predsjednik ne želi da odluči svojim glasom, smatra se izabranim onaj, koji je stariji po ređenju ili po prvom zavjetovanju ili po dobi života.

2.° Ali ono, što se tiče svih i svakog, mora biti od svih prihvaćeno.

§ 2. Kada se radi o činima nezbornih moralnih osoba, treba se držati posebnih ustanova, te odredaba općega prava, koje se odnose na takove osobe.

Kan. 102. - § 1. Po svojoj prirodi postoji moralna osoba zauvijek, ali ipak prestaje postojati, ako je dokine zakonita vlast ili ako je isčezla kroz stotinu godina.

§ 2. Ako je kod zborne moralne osobe preostao još samo jedan član, prelaze na njega prava svih.

Kan. 103. - § 1. Smatraju se kao neučinjeni oni čini, koje je izvršila osoba, bilo fizička bilo moralna, pod utjecajem izvanjske sile, kojoj se nije mogla oprijeti.

§ 2. Čini izvršeni pod utjecajem teška i nepravedno zadana straha ili po prevari, pravno su valjani, osim kada je u zakonu protivno određeno, ali se prema odredbama kan. 1684-1689 mogu sudačkom presudom poništiti bilo po traženju povrijeđene stranke bilo po službenoj dužnosti.

102 § 2: S. C. C., *Armacana*, 12 mart. 1672; *Forolivien.*, 16 sept. 1871, ad 1.

103 § 1: C. 5, X, *de his, quae vi metusve causa fiunt*, I, 40; c. 5, X, *de regulis iuris*, V, 41; Reg. 64, R. J., in VI°.

103 § 2: C. 2-4, 6, X, *de his, quae vi metusve causa fiunt*, I, 40; c. 2, X, *de arbitris*, I, 43. -- Vide etiam Can. 169, § 1, n. 1: 185; 572, § 1, n. 4; 1087; 1307, § 3; 1317, § 2.

Can. 104. - Error actum irritum reddit, si versetur circa id quod constituit substantiam actus vel recidat in conditionem *sine qua non;* secus actus valet, nisi aliud iure caveatur; sed in contractibus error locum dare potest actioni rescissoriae ad normam iuris.

Can. 105. - Cum ius statuit Superiorem ad agendum indigere consensu vel consilio aliquarum personarum:

1.° Si consensus exigatur, Superior contra earundem votum invalide agit; si consilium tantum, per verba, ex. gr.: *de consilio consultorum,* vel *audito Capitulo, parocho,* etc., satis est ad valide agendum ut Superior illas personas audiat; quamvis autem nulla obligatione teneatur ad eorum votum, etsi concors, accedendi, multum tamen, si plures audiendae sint personae, concordibus earundem suffragiis deferat, nec ab eisdem, sine praevalenti ratione, suo iudicio aestimanda, discedat;

2.° Si requiratur consensus vel consilium non unius tantum vel alterius personae, sed plurium simul, eae personae legitime convocentur, salvo praescripto Can. 162, § 4, et mentem suam manifestent; Superior autem pro sua prudentia ac negotiorum gravitate potest eas adigere ad iusiurandum de secreto servando praestandum;

3.° Omnes de consensu vel consilio requisiti debent ea qua par est reverentia, fide ac sinceritate sententiam suam aperire.

Can. 106. - Circa praecedentiam inter varias personas seu physicas seu morales, serventur normae quae sequuntur, salvis normis specialibus quae suis in locis traduntur:

1.° Qui alius personam gerit, ex eadem obtinet praecedentiam; sed qui in Conciliis aliisque similibus conventibus procuratorio nomine intersunt, sedent post illos eiusdem gradus qui intersunt proprio;

2.° Cui est auctoritas in personas sive physicas sive morales, eidem ius est praecedentiae supra illas;

3.° Inter diversas personas ecclesiasticas quarum nulla habeat in alias auctoritatem: qui ad gradum potiorem pertinent, praecedunt eis qui sunt inferioris gradus; inter eiusdem gradus personas sed non eiusdem ordinis, qui altiorem ordinem tenet, praecedit iis qui in inferiore sunt positi;

104: C. XXIX, q. 1; S. C. de Prop. Fide, instr. 1 oct. 1785. -- Vide etiam Can. 1083; 1084.

Kan. 104. - Bludnja uzrokuje ništavost čina, ako joj je predmetom nešto, što spada na bitnost čina, ili ako prelazi u *prekidni* uvjet; inače je čin pravno valjan, osim kada je drugačije određeno u zakonu; no kod ugovora može bludnja biti razlogom za povratnu tužbu prema propisima zakona.

Kan. 105. - Kada zakon propisuje, da je Poglavar pri kojemu činu vezan na pristanak ili na savjet nekih osoba:

1.° Poglavar, ako je vezan na pristanak, djeluje ništavo, kada radi protiv njihovog zaključka; ako je vezan samo na savjet riječima: npr. *po savjetu vijećnika* ili *po saslušanju Kaptola, župnika,* itd., dosta je za valjanost čina, da Poglavar dotične osobe sasluša: no iako nema nikakove obaveze, da se drži njihovog mišljenja, pa bilo ono i jednodušno, to ipak treba da onda, kada je mora saslušati veći broj osoba, ozbiljno razmotri njihovo mišljenje, ako je ono jednodušno, to ipak treba da onda, kada je morao saslušati veći broj osoba, ozbiljno razmotri njihovo mišljenje, ako je ono jednodušno, i od njega ne odstupa bez razloga vrlo važnih po njegovu sudu;

2.° Kada se traži pristanak ili savjet ne samo od jedne ili druge osobe, nego od više njih zajedno, ove se osobe moraju propisno sazvati, držeći se pri tom odredbe kan. 162, § 4, a one treba da kažu svoje mišljenje; Poglavar pak može po svom razboritom sudu i prema važnosti predmeta od njih tražiti prisegu, da će čuvati tajnu;

3.° Svi oni, od kojih se traži pristanak ili savjet, treba da izjave svoje mišljenje s dužnim poštovanjem, povjerenjem i iskrenošću.

Kan. 106. - U pogledu prednosti raznih osoba, bilo pojedinačkih bilo moralnih, treba se, ne dirajući u posebne propise, koji se nalaze na svojim mjestima, držati ovih pravila:

1.° Tko zastupa drugu osobu, dobiva njezinu prednost; no oni, koji na Saborima ili sličnim zborovima prisustvuju kao tuđi zamjenici, imaju sjedište iza onih istoga stupnja, koji prisustvuju u svoje ime;

2.° Tko ima vlast nad osobama bilo pojedinačkim bilo skupnim, tomu pripada i pravo prednosti pred njima;

3.° Među raznim crkvenim osobama, od kojih nijednoj ne pripada vlast nad drugom: koji su u višem stupnju, imaju prednost pred onima, koji su u nižem; kod osoba istoga stupnja, ali ne istoga reda, onaj, koji pripada višem redu, ima prednost pred onima, koji pripadaju nižem; i konačno

105 3.°: S. C. Consist. decr. *«Maxima cura»,* 20 aug. 1910, Can. 6, § 1, 2.

si denique ad eundem gradum pertineant eundemque ordinem habeant, praecedit qui prius est promotus ad gradum; si eodem tempore promoti sint, senior ordinatione, nisi iunior ordinatus fuerit a Romano Pontifice; et si eodem tempore ordinem receperint, senior aetate;

4.° In praecedentia diversitas ritus non attenditur;

5.° Inter varias personas morales eiusdem speciei et gradus illa praecedit quae est in pacifica quasi-possessione praecedentiae et, si de hoc non constet, quae prius in loco, ubi quaestio oritur, instituta est; inter sodales vero alicuius collegii, ius praecedentiae determinetur ex propriis legitimis constitutionibus; secus ex legitima consuetudine; qua deficiente, ex praescripto iuris communis;

6.° Loci Ordinarii est in sua dioecesi statuere praecedentias inter suos subditos, ratione habita principiorum iuris communis, legitimarum dioecesis consuetudinum et munerum ipsis commissorum; et omnes de praecedentia controversias, etiam inter exemptos, quatenus ii collegialiter cum aliis procedant, componere in casibus urgentioribus, remota omni appellatione in suspensivo, sed sine praeiudicio iuris uniuscuiusque;

7.° Circa personas quae ad Domum pontificalem pertinent, praecedentia moderanda est secundum peculiaria privilegia, regulas et traditiones eiusdem pontificiae Domus.

Can. 107. - Ex divina institutione sunt in Ecclesia *clerici* a laicis *distincti,* licet non omnes clerici sint divinae institutionis; utrique autem possunt esse *religiosi.*

106 7.° : C. 7, D. XVII; c. 1, D. XVIII; c. 7, D. LXXV; c. 5, D. XCIII; c. 1, 15, X, *de maioritate et obedientia,* I, 33; Reg. 54, R. J., in VI°; Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus*, c. 13; Pius II, const. *«Cum servare»,* 12 iun. 1459; Leo X, litt. ap. *«Licet alias»,* 6 dec. 1517, § 3; Pius IV, const. *«Sedis Apostolicae»,* 18 febr. 1564, § 5; S. Pius V, const. *«Etsi mendicantium»,* 16 maii 1567, § 1, n. 9, § 2, n. 9; const. *«Ex supernae»,* 16 aug. 1567, § 2, 3; Gregorius XIII, const. *«Exposcit»,* 15 iul. 1583; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»,* 30 mart. 1742, § 7; const. *«Etsi pastoralis»,* 26 maii 1742, § IX, n. XVII; Pius IX, litt. ap. *«Multiplices»,* 27 nov. 1869, n. IV; Pius X, motu propr. *«Inter multiplices»,* 21 febr. 1905, n. 11, 21, 40, 46, 57, 66; litt. ap. *«Seraphici Patriarchae»,* 15 aug. 1910, n. I-VII; S. C. Ep. et Reg., 13 mart. 1582; *Cassanen.,* 24 maii 1583; *Isclana,* 6 dec. 1619; *Carmelitarum,* 1 iul. 1644; S. C. C., *Vicariatus Africae Meridionalis*, 14 mart. 1909; S. C. de Prop. Fide, 30 maii 1629; decr. 6 oct, 1863, E, g; litt. 15 iun. 1867; S. R. C., *Toletana,* 6 iul. 1593; *Lunen.-Sarzanen.,* 15 oct. 1593; *Ordinis S. Francisci,* 26 nov. 1593; *Urbis,* 8 febr. 1594; *Aquileien.,* 30 sept. 1596; *Cornetana,* 10 ian. 1597; *Novarien.,* 16 iul. 1605; *Minerbina,* 4 mart. 1606; *Neritonen.,* 17 iun. 1606; *Tuscanellae,* 14 iun. 1608; *Segobricen.,* 21 mart. 1609; *Telesina,* 19 mart. 1611; *Cusentina,* 1 mart. 1614; *Minorum Regularis Observantiae*, 3 iun. 1617; *Bononien.,* 9 dec. 1617; *Mazarien.,* 4 apr. 1626, ad 1; *Nicien.,* 12 dec. 1626; *Aguileiae,* 7 aug. 1627, ad

ako su istoga stupnja i pripadaju istom redu, ima prednost onaj, koji je prije promaknut u stupanj; a ako su u isto vrijeme promaknuti, onaj koji je stariji po ređenju, osim ako je mlađi ređen od Rimskoga Prvosvećenika; a ako su u isto vrijeme ređeni, onaj koji je stariji po dobi života;

4.° Kod prednosti ne uzima se u obzir razlika u obrednoj pripadnosti;

5.° Između raznih moralnih osoba iste vrsti i stupnja, pripada prednost onoj, koja je u nesmetanom do-posjedu prednosti, a ako to nije utvrđeno, onda onoj, koja je ranije osnovana na onom mjestu, o kojemu se pri tom radi; a među članovima kojega zbora pravo se prednosti određuje prema vlastitim zakonitim ustanovama; inače prema zakonitom običaju, a ako takvoga nema, prema propisima općega prava;

6.° Spada na mjesnog Ordinarija, da uredi u svojoj biskupiji prednosti među svojima potčinjenjima uzimajući pri tom u obzir načela općega prava, zakonite biskupijske običaje, te službe koje su im povjerene; a spada na njega i to, da sve sporove o prednosti, pa i među izuzetima ispod njegove vlasti, riješi bez prava na priziv s odgodnom moći, ali ne dirajući time u samo pravo svakog pojedinog;

7.° U pogledu osobâ, koje pripadaju Prvosvećenikovom Domu, ima se prednost ravnati prema posebnim povlasticima, pravilima i predajama istoga Doma Prvosvećenikovog.

Kan. 107. - Po božanskoj odredbi postoje u Crkvi *duhovnici* i *svjetovnjaci,* iako svi duhovnici nisu božanske ustanove, a jedni i drugi mogu biti *redovnici*.

1; *Tullen.,* 7 aug. 1627, ad 1; *Spoletana Pedisluci*, 26 febr. 1628; *Aversana,* 13 mart. 1632, ad 3; *Thelesina,* 24 iul. 1638; *Lunen.- Sarzanen.,* 18 iun. 1639; *Regni Sardiniae,* 2 mart. 1641; *Granaten.,* 10 maii 1642; *Milevitana,* 26 sept. 1643; *Camerinen.,* 20 maii 1651; *Ephesina,* 8 apr. 1656; *Montis Regalis*, 4 aug. 1657, ad 4; *Pragen.,* 1 dec. 1657; *Vratislavien.,* 26 ian. 1658; *Lucerina,* 8 iun. 1658; *Bisacien.,* 7 sept. 1658; *Triventina,* 29 mart. 1659; *Rossanen.,* 19 iul. 1659; *Farfen.,* 3 sept. 1661; *Mantuana,* 15 ian. 1667; *Sypontina,* 23 nov. 1675; *Terulen.,* 20 nov. 1677; *Ampurien.,* 26 nov. 1678; *Novarien.,* 24 febr. 1680; *S. Angeli de Lombardis*, 22 nov. 1681; *Vercellen.,* 20 sept. 1687; *Lucen.,* 15 maii 1694, ad 5; *Praenestina,* 13 aug. 1701; *Urbis Collegii Episcoporum Assistentium*, 10 sept. 1816; *Beneventana,* 17 aug. 1833; *Conversana Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Capuccinorum,* 27 febr. 1847; *Assisien.,* 21 febr., 29 nov. 1856, ad I- III; *Abellinen.,* 18 aug. 1877; *Cephaluden.,* 1 dec. 1882; *Squillacen.,* 17 ian. 1887; decr. gen. 12 iul. 1892; *Nucerina Paganorum,* 1 mart. 1894, ad II; *Monopolitana,* 6 febr. 1896; *Iaren.,* 15 apr. 1904; Caeremoniale Episcopor., l. I, c. XIII, n. 12, c. XXXI, n. 15; l. II, c. XXXIII, n. 4, 5. -- Vide etiam Can. 239, § 1, n. 21; 269, § 2; 280; 347; 370, § 1; 408; 439; 450, § 2; 478; 491; 701; 1233, § 3.

107: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ordine*, Can. 4; S. Clemens I, ep. *«Propter subitas»,* a. 90-99 (?), c. 40.

PARS PRIMA

DE CLERICIS

SECTIO I.

De clericis in genere.

Can. 108. - § 1. Qui, divinis ministeriis per primam saltem tonsuram mancipati sunt, clerici dicuntur.

§ 2. Non sunt omnes in eodem gradu, sed inter eos sacra hierarchia est in qua alii aliis subordinantur.

§ 3. Ex divina institutione sacra hierarchia ratione ordinis constat Episcopis, presbyteris et ministris; ratione iurisdictionis, pontificatu supremo et episcopatu subordinato; ex Ecclesiae autem institutione alii quoque gradus accessere.

108 § 1: C. 38, C. XI, q. 1; c. 11, X, *de aetate et qualitate et ordine praeficiendorum*, I, 14; Conc. Trident., sess. XXIII, *de ordine*, c. 4; Pontificale Rom., tit. *De ordinibus conferendis*, tit. *De clerico faciendo.*

108 § 2: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ordine*, Can. 2, 4, 6, 7; Ioannes XXII, const. *«Licet»*, 23 oct. 1327, art. 4, errorum Marsilii Patavini et Ioannis de Janduno, damn.; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«Inter cunctas»*, 22 febr. 1418, art. 25, de quo errorum Wicleff et Husz suspecti interrogandi; Gregorius XVI, litt. ap. *«Cum in Ecclesia»*, 17 sept. 1833; ep. encycl. *«Commissum divinitus»*, 17 maii 1835; Pius X, ep. encycl. *«Vehementer Nos»*, 11 febr. 1906; S. C. S. Off., decr. *«Lamentabili»*, 4 iul. 1907, prop. 53, 54, damn.

108 § 3: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ordine*, c. 2, 4, Can. 6, 7; Conc. Vatican., sess. IV; S. Clemens I, ep. *«Propter subitas»*, a. 90- 99 (?), c. 40; S. Cornelius I, ep. *«Quantam sollicitudinem»*, a. 252, Professio fidei schismaticorum; S. Siricius, ep. *«Directa ad decessorem»*, 10 febr. 385; Professio fidei (in Conc. Lugdunen. II) a Michaele Palaeologo Gregorio X oblata, a. 1274; Ioannes XXII, const. *«Licet»*, 23 oct. 1327, art. 2-4, errorum Marsilii Patavini et Ioannis de Janduno, damn.; Benedictus XII, a. 1341, prop. 84, 85, Armenorum, damn.; Clemens VI ep. *«Super quibusdam»*, 29

DIO PRVI

DUHOVNICI

ODSJEK I.

Duhovnici uopće

Kan. 108. - § 1. Duhovnicima nazivaju se oni, koji su barem prvim postrigom primljeni u božansku službu.

§ 2. Nisu svi u istom stupnju, nego među njima postoji sveta hijerarhija, u kojoj su jedni drugima podređeni.

§ 3. Sveta se hijerarhija s obzirom na ređenje sastoji po božanskoj odredbi od Biskupa, svećenika i služitelja, s obzirom na poglavarsku vlast od vrhovnog prvosvećeništva i njemu podređenog biskupstva, a po uredbi Crkve pridodani su još i drugi stupnjevi.

sept. 1351; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«Inter cunctas»*, 22 febr. 1418, art. 8, Ioannis Wicleff, damn., art. 7, 9, 27, Ioannis Husz, damn., art. 25, de quo errorum Wicleff et Husz suspecti interrogandi; Eugenius IV (in Conc. Florentin.), const. *«Laetentur caeli»*, 6 iul. 1439, § 8; Gregorius XIII, const. *«Sanctissimus»*, a. 1575, Professio fidei Graecis praescr.; Sixtus V, const. *«Postquam»*, 3 dec. 1586, § 2; Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»*, 26 maii 1742, § I, n. VI; ep. *«Nuper ad Nos»*, 16 mart. 1743, Professio fidei Maronitis praescr.; Pius VI, const. *«Super soliditate»*, 28 nov. 1786, § 1, 4, 15, 16; const. *«Auctorem fidei»*, 28 aug. 1794, prop. 3, 6-8, Synodi Pistorien., damn.; Gregorius XVI, ep. encycl. *«Mirari vos»*, 15 aug. 1832; litt. ap *«Cum in Ecclesia»*, 17 sept. 1833; ep. encycl. *«Commissum divinitus»*, 17 maii 1835; Pius IX, ep. encycl. *«Amantissimus»*, 8 apr. 1862; allocut. *«Maxima quidem»*, 9 iun. 1862; ep. encycl. *«Quanta cura»*, 8 dec. 1864; litt. ap. *«Reversurus»*, 12 iul. 1867; litt. ap. *«Aeterni Patris»*, 29 iun. 1868; ep. encycl. *«Ubi Nos»*, 15 maii 1871; Leo XIII, litt. encycl. *«Sapientiae»*, 10 ian. 1890; ep. encycl. *«Satis cognitum»*, 29 iun. 1896; Pius X, litt. encycl. *«Pascendi»*, 8 sept. 1907; ep. *«Ex quo»*, 26 dec. 1910; S. C. S. Off., decr. 24 ian. 1647; decr. *«Lamentabili»*, 4 iul. 1907, prop. 55, damn. -- Vide etiam Can. 109; 218; 219; 329, § 1; 949.

Can. 109. - Qui in ecclesiasticam hierarchiam cooptantur non ex populi vel potestatis saecularis consensu aut vocatione adleguntur; sed in gradibus potestatis ordinis constituuntur sacra ordinatione; in supremo pontificatu, ipsomet iure divino, adimpleta conditione legitimae electionis eiusdemque acceptationis; in reliquis gradibus iurisdictionis, canonica missione.

Can. 110. - Quamvis Praelati titulo, honoris causa, a Sede Apostolica etiam nonnulli clerici donentur sine ulla iurisdictione proprio tamen nomine Praelati in iure dicuntur clerici sive saeculares sive religiosi qui iurisdictionem ordinariam in foro externo obtinent.

109: C. 2, 3, 5-8, D. LXIII; Conc. Constantinopolitan. IV, actio X, Can. 12; Conc. Trident., sess. XXIII, *de ordine,* c. 4, Can. 7; Ioannes XXII, const. *«Licet»,* 23 oct. 1327, art. 3, errorum Marsilii Patavini et Ioannis de Janduno, damn.; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«Inter cunctas»,* 22 febr. 1418, art. 9, Ioannis Husz, damn.; Pius VI, const. *«Super soliditate»,* 28 nov. 1786, § 16; const. *«Auctorem fidei»,* 28 aug. 1794, prop. 2, Synodi Pistorien., damn.; Pius X, litt. encycl. *«Pascendi»,* 8 sept. 1907; S. C. C., decr. 23 maii 1874. -- Vide etiam Can. 147, § 2; 219; 332, § 1.

Kan. 109. - Oni, koji se primaju u crkvenu hijerarhiju, ne uzimaju se po pristanku ili pozivu bilo puka bilo svjetovne vlasti, nego se postavljaju u stupnjeve ređeničke vlasti po svetom ređenju; u vrhovnom prvosvećeništvu samom snagom božanskog prava, pošto se ostvari uvjet, da je izvršen zakoniti izbor i da je on primljen; u ostalim stupnjevima poglavarske vlasti krepošću kanonskog poslanja.

Kan. 110. - Iako Apostolska Stolica poneke duhovnike odlikuje počasnim naslovom Prelata bez ikakve poglavarske vlasti, ipak se u pravu nazivaju pravim imenom Prelata oni duhovnici i svjetovni i redovnički, koji imaju redovnu poglavarsku vlast u izvanjem pravnom području.

110: Benedictus XII, a. 1341, prop. 85, Armenorum, damn.

TITULUS I.

DE CLERICORUM ADSCRIPTIONE ALICUI DIOECESI.

Can. 111. - § 1. Quemlibet clericum oportet esse vel alicui dioecesi vel alicui religioni adscriptum, ita ut clerici vagi nullatenus admittantur.

§ 2. Per receptionem primae tonsurae clericus adscribitur seu, ut aiunt, *incardinatur* dioecesi pro cuius servitio promotus fuit.

Can. 112. - Praeter casus de quibus in Can. 114, 641, § 2, ut clericus alienae dioecesi valide incardinetur, a suo Ordinario obtinere debet litteras ab eodem subscriptas excardinationis perpetuae et absolutae; et ab Ordinario alienae dioecesis litteras ab eodem subscriptas incardinationis pariter perpetuae et absolutae.

Can. 113. - Excardinationem et incardinationem concedere nequit Vicarius Generalis sine mandato speciali, nec Vicarius Capitularis, nisi post annum a vacatione sedis episcopalis et cum consensu Capituli.

Can. 114. - Habetur excardinatio et incardinatio, si ab Ordinario alienae dioecesis clericus beneficium residentiale obtinuerit cum consensu sui Ordinarii in scriptis dato, vel cum licentia ab eodem in scriptis concessa e dioecesi discedendi in perpetuum.

Can. 115. - Etiam per professionem religiosam quis a propria dioecesi excardinatur, ad normam Can. 585.

111 § 1: C. 1, 2, D. LXX; Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.*, c. 11, 13, 16; Innocentius XIII, const. «*Apostolici ministerii*», 23 maii 1723, § 3, 8; Benedictus XIII, const. «*In supremo*», 23 sept. 1724, § 2, 6, 28; const. «*Pastoralis offici*», 27 mart. 1726, § 3.

112: C. 5, X, *de clericis non residentibus in ecclesia vel praebenda*, III, 4; S. C. C., decr. «*A primis*», 20 iul. 1898, n. 2; decr. 24 nov. 1906, n. 2°.

NASLOV I.

PRIPADNOST DUHOVNIKA NEKOJ BISKUPIJI

Kan. 111. - § 1. Svaki duhovnik mora pripadati ili nekoj biskupiji ili nekoj redovničkoj družbi, tako da nikako ne smije da bude duhovnika beskućnika.

§ 2. Primitkom prvoga duhovničkog postriga zadobiva duhovnik pripadnost ili, kako se kaže, biva *ustožeren* u onoj biskupiji, za koje je službu zaređen.

Kan. 112. - Osim u slučajevima, o kojima govore kan. 114, 641, § 2, potrebno je za to, da duhovnik bude valjano ustrožeren u tuđoj biskupiji, da on dobije od svojega Ordinarija od njega potpisanu pismenu ispravu, kojom ga otpušta zauvijek i bezuvjetno, i od Ordinarija tuđe biskupije od njega potpisanu pismenu ispravu, kojom ga isto tako prima zauvijek i bezuvjetno.

Kan. 113. - Otpust iz biskupijske pripadnosti i primitak u biskupijsku pripadnost ne može dati Glavni Namjesnik, osim nakon što prođe godinu dana od upražnjenja biskupske stolice, a i to s pristankom Kaptola.

Kan. 114. - Otpust se i primitak u biskupijsku pripadnost izvrši i onda, kada tuđi Ordinarij podijeli duhovniku sjednišnu nadarbinu, nakon što je njegov Ordinarij dao za to pismeno svoj pristanak ili mu je pismenim rješenjem dao dopuštenje, da zauvijek boravi izvan biskupije.

Kan. 115. - I putem redovničkog zavjetovanja može netko izgubiti svoju biskupijsku pripadnost prema odredbama kan. 585.

114: C. 2, D. LXXII; Innocentius XII, const. «*Speculatores*», 4 nov. 1694, § 3; S. C. C., decr. «*A primis*», 20 iul. 1898; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Ep. Stat. Foeder. Americae), 25 febr. 1896.

Can. 116. - Excardinatio fieri nequit sine iustis causis, et effectum non sortitur, nisi incardinatione secuta in alia dioecesi, cuius Ordinarius de eadem priorem Ordinarium quantocius certiorem reddat.

Can. 117. - Ad incardinationem alieni clerici Ordinarius ne deveniat, nisi:

1°. Necessitas aut utilitas dioecesis id exigat, et salvis iuris praescriptis circa canonicum ordinationis titulum;

2.° Ex legitimo documento sibi constiterit de obtenta legitima excardinatione, et habuerit praeterea a Curia dimittente, sub secreto, si opus sit, de clerici natalibus, vita, moribus ac studiis opportuna testimonia, maxime si agatur de incardinandis clericis diversae linguae et nationis; Ordinarius autem dimittens, graviter onerata eius conscientia, advigilare debet ut testimonia sint veritati conformia;

3.° Clericus iureiurando coram eodem Ordinario eiusve delegato declaraverit se in perpetuum novae dioecesis servitio velle addici ad normam sacrorum canonum.

116: S. C. C., decr. *«A primis»,* 20 iul. 1898, n. 1; decr. 24 nov. 1906, n. 1°.

117 3.°: C. 5, X, *de clericis non residentibus in ecclesia vel praebenda*, III, 4; S. C. C., decr. *«A primis»,* 20 iul. 1898, n. 2-5; decr. 24 nov. 1906, n. 3°; *Bismarckien. et aliarum,* 31 ian. 1913; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Ep. Stat. Foeder. Americae), 25 febr. 1896.

Kan. 116. - Otpust se iz biskupijske pripadnosti ne smije dati bez pravednih razloga, a ne ima učinka, ako nije zatim izvršen primitak u biskupijsku pripadnost druge biskupije, pa je Ordinarij ove dužan o tom čim prije obavijestiti prijašnjega Ordinarija.

Kan. 117. - Ordinarij ne smije odrediti primitak tuđega duhovnika u biskupijsku pripadnost, ako nije ispunjeno ovo:

1.° Treba da to iziskuje potreba ili korist biskupije, a pri tom ne smiju biti povijeđeni pravni propisi o kanonskom naslovu za ređenje;

2.° Da ima propisanu dokaznicu o zakonitom otpustu iz dotadanje biskupijske pripadnosti, te da je primio iz biskupijske kurije, koja daje otpust, povoljno izvješće, pa ako treba i tajno, s podacima o rođenju, vladanju i svršenim naucima toga duhovnika, osobito kada se radi o prijemu u biskupijsku pripadnost takvih duhovnika, koji su drugoga jezika i narodnosti; Ordinarij pak, koji daje otpust, dužan je pod teškom obvezom u savjesti, paziti na to, da to izvješće bude istinito;

3.° Da duhovnik pred Ordinarijem ili njegovim punomoćnikom dade pod prisegom očitovanje, da ima nakanu zauvijek se posvetiti službi nove biskupije prema propisima svetih kanona.

TITULUS II.

DE IURIBUS ET PRIVILEGIIS CLERICORUM.

Can. 118. - Soli clerici possunt potestatem sive ordinis sive iurisdictionis ecclesiasticae et beneficia ac pensiones ecclesiasticas obtinere.

Can. 119. - Omnes fideles debent clericis, pro diversis eorum gradibus et muneribus, reverentiam, sequi sacrilegii delicto commaculant, si quando clericis realem iniuriam intulerint.

Can. 120. - § 1. Clerici in omnibus causis sive contentiosis sive criminalibus apud iudicem ecclesiasticum conveniri debent, nisi aliter pro locis particularibus legitime provisum fuerit.

§ 2. Patres Cardinales, Legati Sedis Apostolicae, Episcopi etiam titulares, Abbates vel Praelati nullius, supremi religionum iuris pontificii Superiores, Officiales maiores Romanae Curiae, ob negotia ad ipsorum munus pertinentia, apud iudicem laicum conveniri nequeunt

118: C. 1, D. XCVI; c. 18, C. XVI, q. 7; c. 2, D. I, *de cons.;* c. 2, X, *de aetate et qualitate et ordine praeficiendorum,* I, 14; c. 6, X, *de transactionibus*, I, 36; c. 2, X, *de iudiciis*, II, 1; c. 2, X, *de institutionibus,* III, 7; c. 4, X, *de immunitate ecclesiarum, coemeterii, et rerum ad eas pertinentium,* III, 49; c. 1, X, *de clerico non ordinato ministrante*, V, 28; c. 10, X, *de poenitentiis et remissionibus*, V, 38; Conc. Trident., sess. VII, *de sacramentis in genere*, Can. 10; sess. XIV, *de poenitentia*, c. 6, Can. 10; sess. XXIII, *de ordine*, c. 4, Can. 7; sess. XXIV, *de ref.,* c. 12; Innocentius III, ep. *«Eius exemplo»,* 18 dec. 1208, Professio fidei Waldensibus praescr.; Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. *«Regimini universalis»,* 4 maii 1515, § 10; const. *«Exsurge Domine»,* 15 iun. 1520, error 13, Martini Luther, damn.; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Quemadmodum»,* 23 mart. 1743, § 3, 6; Pius IX, litt. ap. *«Multiplices inter»,* 10 iun. 1851; Syllabus errorum, prop. 54; ep. *«Exortae»,* 29 apr. 1876; S. C. Ep. et Reg., *Arianen.,* 5 apr. 1593; *Castellana,* 22 iun. 1708, ad 3; decr. 15 iul. 1845; S. C. C., *Derthonen.,* 19 aug. 1730.

119: C. 8, C. VI, q. 1; c. 10, X, *de constitutionibus*, I, 2; c. 7, X, *de regulis iuris*, V, 41; c. 2, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 14, in VI°; Conc. Trident, sess. XXV, *de ref.,* c. 17, 20. -- Vide etiam Can. 2343.

120 § 1: C. 5, 11, 12, D. XCVI; c. 1-3, 5, 6, 8, 10, 12-17, 38-40, 42- 47, C. XI, q. 1; c. 10, X, *de constitutionibus,* I, 2; c. 4, 8, 10, 17, X, *de iudiciis*, II, 1; c. 1, 2, 9, 12, 18,

NASLOV II.

PRAVA I POVLASTICE DUHOVNIKA

Kan. 118. - Samo duhovnici mogu biti nosioci crkvene vlasti kako ređeničke tako i poglavarske, te dobiti crkvene nadarbine i nadarbinske davke.

Kan. 119. - Svi su vjernici obavezani da iskazuju duhovnicima poštovanje, koje odgovara različitim njihovim stupnjevima i službama, te oni čine krivično djelo svetogrđa, ako duhovnicima nanesu tvornu uvredu.

Kan. 120. - § 1. Duhovnike je u svim sporovima, bili oni parbeni ili krivični, dopušteno tužiti samo pred crkvenim sucem, osim ako bi bilo krajevnim pravom drukčije određeno.

§ 2. Oci Stožernici, Poslanici Apostolske Stolice, Biskupi pa i naslovni, *samosvojni* Opati ili Prelati, Vrhovni poglavari redovničkih družbi prvosvećeničkog prava, Viši službenici Rimske Kurije u poslovima, koji spadaju na njihovu službu, ne mogu se tužiti kod svjetovnog suca bez dopuštenja Apostolske Stolice, a ostali, kojima pripa-

199 § 2: C. 3, 6, 27, 28, 43, X, *de officio et potestate iudicis delegati*, I, 29; c. 62, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus*, II, 28; c. 12, *de officio et potestate iudicis delegati*, I, 14, in VI°; S. C. S. Off., litt. encycl. 20 febr. 1888, n. 5; decr. 14 dec. 1898; 23 mart. 1899; S. C. de Prop. Fide, litt. (ad Vic. Ap. Tunkin Occident.), 16 mart. 1865; S. Poenit., 27 apr. 1886, ad 2.

199 § 4: S. C. de Prop. Fide (C. G.), 8 maii 1847.

199 § 5: C. 27, X, *de officio et potestate iudicis delegati*, I, 29; c. 62, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus*, II, 28.

§ 2. I poglavarska vlast, koja je prenesena od strane Apostolske Stolice, može se dalje prenositi bilo za pojedini čin bilo također i trajno, ako ona nije povjerena baš s obzirom na osobu ili ako nije daljnji prijenos vlasti bio zabranjen.

§ 3. Prenesena vlast za sveukupnost poslova od strane nekoga, koji je niži od Rimskog Prvosvećenika, a ima redovnu vlast, može se dalje prenositi za pojedine slučajeve.

§ 4. U drugim se događajima može prenesena vlast dalje prenositi samo onda, kada je to bilo izričito dopušteno; no takvi suci, koji imaju prenesenu vlast, mogu je i bez izričitog dopuštenja dalje prenositi za takve čine, kod kojih se ne radi o izvršivanju poglavarske vlasti.

§ 5. Nikoja dalje prenesena vlast ne može se još dalje prenositi, ako to nije bilo izričito dopušteno.

Kan. 200. - § 1. Redovna se poglavarska vlast i prenesena za sveukupnost poslova, mora široko tumačiti, svaka druga strogo; ipak treba uzeti, da je onomu, na koga je vlast prenesena, ujedno dopušteno sve ono bez čega se ona ne može izvršivati.

§ 2. Tko tvrdi, da ima prenesnu vlast, dužan je dokazati, da je vlast na njega prenesena.

Kan. 201. - § 1. Poglavarska se vlast može izravno izvršivati samo naprama svojima potčinjenima.

§ 2. Sudska se vlast ni redovna ni prenesena ne može izvršivati u vlastitu korist ili izvan svoga područja, no propisi kan. 401, § 1, 881, § 2 i 1637, ostaju na snazi.

§ 3. Ako drukčije nije sigurno iz prirode stvari ili iz prava, može netko dragovoljnu ili nesudsku poglavarsku vlast izvršivati i u vlastitu korist ili dok se nalazi izvan područja ili naprama potčinjenomu, odsutnomu izvan područja.

200 § 1: C. 1, 5, 11, 21, 28, 29, 39, X, *de officio et potestate iudicis delegati*, I, 29; Reg. 35, 42, 53, 80, R. J., in VI°; S. C. S. Off., 17 mart. 1874; S. C. de Prop. Fide (C. P. pro Sin. -- Sutchuen.), 26 sept. 1821; S. Poenit., 2 iul. 1891.

200 § 2: C. 31, 32, X, *de officio et potestate iudicis delegati*, I, 29; c. 1, *de electione*, I, 3, in Extravag. com.

201 § 1 : C. 11, X, *de officio et potestate iudicis delegati*, I, 29.

201 § 2 : C. 7, X, *de officio legati*, I, 30; c. 2, *de constitutionibus*, I, 2, in VI°.

201 § 3 : S. C. Indulg., *Ordinis Minorum Capuccinorum*, 1 febr. 1905, ad II.

Can. 202. - § 1. Actus potestatis iurisdictionis sive ordinariae sive delegatae collatae pro foro externo, valet quoque pro interno, non autem e converso.

§ 2. Potestas collata pro foro interno exerceri potest etiam in foro interno extra-sacramentali, nisi sacramentale exigatur.

§ 3. Si forum, pro quo potestas data est, expressum non fuerit, potestas intelligitur concessa pro utroque foro, nisi ex ipsa rei natura aliud constet.

Can. 203. - § 1. Delegatus qui sive circa res sive circa personas mandati sui fines excedit, nihil agit.

§ 2. Hos tamen excessisse non intelligitur delegatus, qui alio modo ac deleganti placuerit, ea ad quae delegatus est, peragit, nisi modus ipse fuerit a delegante praescriptus tanquam conditio.

Can. 204. - § 1. Quod quis Superiorem adit, inferiore praetermisso, non idcirco voluntaria suspenditur inferioris potestas, sive haec ordinaria fuerit sive delegata.

§ 2. Attamen rei ad Superiorem delata ne se immisceat inferior, nisi ex gravi urgentique causa; et hoc in casu statim Superiorem de re moneat.

Can. 205. - § 1. Si plures iurisdictionem delegatam obtinuerint pro eodem negotio, et dubitetur utrum delegatio facta fuerit in solidum an collegialiter, praesumitur facta in solidum in re voluntaria, collegialiter in re iudiciali.

§ 2. Pluribus in solidum delegatis, qui antea negotium occupavit, alios ab eodem excludit, nisi aut posthac impediatur aut nolit ulterius in negotio procedere.

§ 3. Pluribus collegialiter delegatis, omnes simul pro actorum validitate in negotio expediendo procedere debent, nisi in mandato aliud cautum sit.

---

202 § 1: S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Mission. Congi), 14 ian. 1726, n. 2; S. Poenit., 27 apr. 1886, ad 4.

202 § 2: S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Mission. Congi), 14 ian. 1726, n. 3.

203 § 1: C. 13, 15, 21, 32, 37, 40, X, *de officio et potestate iudicis delegati*, I, 29; c. 11, *de rescriptis*, I, 3, in VI°.

Kan. 202. - § 1. Čin izvršen poglavarskom vlašću bilo redovnom bilo prenesenom, koja je bila dana za izvanje područje, valjan je i za unutarnje, ali ne i obratno.

§ 2. Vlast dana za unutarnje područje može se izvršivati i u unutarnjem vanispovjednom području, ako se ne traži ispovjedno.

§ 3. Kada nije izraženo, za koje je područje dana vlast, uzima se, da je vlast dana za oba područja, ako drugo nije sigurno iz prirode stvari.

Kan. 203. - § 1. Tko prekorači granice svojega ovlaštenja služeći se prenesenom vlašću bilo u stvarnom bilo u osobnom pravcu, njegovi su čini ništavi.

§ 2. No ne smije se uzeti, da je imalac prenesene vlasti nju prekoračio, ako ono, za što mu je dana prenesena vlast, izvrši drugačije nego što je bilo po volji prenositelja vlasti, ako sam način izvršenja nije bio od njega unaprijed označen kao uvjet.

Kan. 204. - § 1. Time što se je netko obratio na Višega mimoišavši nižega, nije zato obustavljena dragovoljna vlast nižega, bilo da je ona redovna bilo da je prenesena.

§ 2. Ipak neka niži ne dira u stvar, koja je Višemu podnesena, ako za to nema važnoga i hitnoga razloga, a u takvom slučaju treba da odmah obavijesti Višega.

Kan. 205. - § 1. Ako je poglavarska vlast za isti posao prenesena na više osoba, a nije jasno, da li je prijenos učinjen svima pojedinačno ili svima zborno, pretpostavlja se, da je učinjen svima pojedinačno, kada se radi o dragovoljnoj stvari, a zborno, kada se radi o sudskoj.

§ 2. Kada je vlast prenesena na više osoba pojedinačno, to onaj, koji je prije uzeo predmet u rad, time druge od toga uklanja, ako se ne dogodi ili da bude poslije toga spriječen ili da obustavi u stvari daljnji postupak.

§ 3. Kada je vlast prenesena na više osoba zborno, dužni su, da čini budu valjani, svi skupno provesti postupak pri rješavanju predmeta, osim ako je u ovlaštenju drukčije predviđeno.

---

203 § 2: C. 13, X, *de officio et potestate iudicis delegati*, I, 29.

204 § 2: Vide etiam Can. 1048.

205 § 2: C. 8, *de officio et potestate iudicis delegati*, I, 14, in VI°; Reg. 54, R. J., in VI°.

205 § 3: C. 13, X, *de rescriptis*, I, 3; c. 16, 21, 22, 34, 42, X, *de officio et potestate iudicis delegati*, I, 29.

Can. 206. - Pluribus successive delegatis, ille negotium expedire debet cuius mandatum anterius est nec posteriore rescripto expresse abrogatum fuit.

Can. 207. - § 1. Potestas delegata exstinguitur, expleto mandato; elapso tempore aut exhausto numero casuum pro quo concessa fuit; cessante causa finali delegationis; revocatione delegantis delegato directe intimata aut renuntiatione delegati deleganti directe intimata et ab eodem acceptata; non autem resoluto iure delegantis, nisi in duobus casibus de quibus in Can. 61.

§ 2. Sed potestate pro foro interno concessa, actus per inadvertentiam positus, elapso tempore vel exhausto casuum numero, validus est.

§ 3. Pluribus collegialiter delegatis, si unus deficiat, aliorum quoque delegatio exspirat, nisi aliud ex tenore delegationis constet.

Can. 208. - Ad normam Can. 183, § 2, potestas ordinaria non exstinguitur resoluto iure concedentis officium cui adnexa est; sed cessat, amisso officio; silet, legitima appellatione interposita, nisi forte appellatio sit tantum in devolutivo, firmo praescripto Can. 2264, 2284.

Can. 209. - In errore communi aut in dubio positivo et probabili sive iuris sive facti, iurisdictionem supplet Ecclesia pro foro tum externo tum interno.

Can. 210. - Potestas ordinis, a legitimo Superiore ecclesiastico sive adnexa officio sive commissa personae, nequit aliis demandari, nisi id expresse fuerit iure vel indulto concessum.

206: Reg. 54, R. J., in VI°.

207 § 1: C. 4, 9, 19, 20, 24, 28, 30, X, *de officio et potestate iudicis delegati*, I, 29; C. 5, X, *de officio legati*, I, 30; c. 1, X, *de regulis iuris*, V, 41; c. 6, 7, 9, *de officio et potestate iudicis delegati*, I, 14, in VI°; c. 36, *de praebendis et dignitatibus*, III, 4, in VI°; c. 10, *de haereticis*, V, 2, in VI°, c. 1, *de privilegiis*, V, 7, in Extravag. com.; Innocentius XIII, const. *«Apostolici ministerii»*, 23 maii 1723, § 19; Benedictus XIII, const. *«In supremo»*, 23 sept. 1724, § 16, 28; const. *«Pastoralis officii»*, 27 mart. 1726, § 3; Benedictus XIV, const. *«Apostolica indulta»*, 5 aug. 1744, § 3, 5; ep. encycl. *«Apostolicum ministerium»*, 30 maii 1753, § 9; S. C. C., *Cadurcen.*, 7 oct. 1662, ad 2. -- Vide etiam Can. 878, § 1; 880.

Kan. 206. - Kada je vlast prenesena susljedno na više osoba, onaj treba da riješi predmet, kojemu je prije dano ovlaštenje, a nije u kasnijem otpisu bilo izrijekom dokinuto.

Kan. 207. - § 1. Prenesena vlast utrnjuje, kada je nalog izvršen; kada je isteklo vrijeme ili je iscrpljen broj slučajeva, za koji je dana; kada je prestao razlog, zbog kojega je dana; opozivom davaoca prenesene vlasti, ako je imaocu izravno saopćen i od njega primljen; ali prenesena vlast ne utrnjuje, kada prestane pravo davaoca, osim u ona dva slučaja, o kojima je riječ u kan. 61.

§ 2. Ali kada se radi o prenesenoj vlasti za unutarnje područje, čin izvršen nepažnjom, pošto je isteklo vrijeme ili je bio iscrpljen broj slučajeva, ostaje valjanim.

§ 3. Kada je vlast zborno prenesena na više osoba, ako jedna otpadne, utrnjuje ovlaštenje i kod drugih, ako nije u riječima, kojima je dano ovlaštenje, sigurno sadržano protivno.

Kan. 208. - Redovna vlast ne utrnjuje, u smislu odredbe kan. 183, § 2, kada prestane biti poglavarom onaj, koji je podijelio službu, s kojom je ona spojena; ali prestaje, kada nastupi gubitak službe; miruje, kada je propisano uložen priziv, osim ako priziv nema odgodne moći, a moraju se obdržavati i odredbe kan. 2264, 2284.

Kan. 209. - U općenitoj zabludi ili u dvojbi osnovanoj i vjerojatnoj, bila ona pravna ili činjenična nadomiruje Crkva poglavarsku vlast i za izvanje i za unutarnje područje.

Kan. 210. - Ređenička vlast, koja je od strane zakonitog Poglavara bilo spojena sa službom bilo povjerena osobi, ne može se prenositi na druge, ako to nije izričito dopušteno u zakonu ili u posebnoj pogodnosti.

---

207 § 3: C. 30, 42, X, *de officio et potestate iudicis delegati*, I, 29.

208: C. 10, *de appellationibus*, II, 15, in VI°; Reg. 42, R. J., in VI°; c. 2, *de electione et electi potestate*, I, 3, in Clem.; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Apostolicum ministerium»*, 30 maii 1753, § 9; Pius X, const. *«Vacante Sede Apostolica»*, 25 dec. 1904, n. 12. -- Vide etiam Can. 873, § 3.

210: Benedictus XIV, ep. encycl. *«Apostolicum ministerium»*, 30 maii 1753, § 4, 11; S. C. S. Off., 4 mart. 1903; S. C. de Prop. Fide (C. P. pro Sin. - Vic. Ap. Sutchuen.), 16 ian. 1797, ad 1; decr. 29 iul. 1841; litt. (ad Vic. Ap. Cochinchin.), 23 mart. 1844; litt. (ad Vic. Ap. Kuytcheou), 21 mart. 1851.

TITULUS VI.

DE REDUCTIONE CLERICORUM AD STATUM LAICALEM.

Can. 211. - § 1. Etsi sacra ordinatio, semel valide recepta, nunquam irrita fiat, clericus tamen maior ad statum laicalem redigitur rescripto Sanctae Sedis, decreto vel sententia ad normam Can. 214, demum poena degradationis.

§ 2. Clericus minor ad statum laicalem regreditur, non solum ipso facto ob causas in iure descriptas, sed etiam sua ipsius voluntate, praemonito loci Ordinario, aut eiusdem Ordinarii decreto iusta de causa lato, si nempe Ordinarius, omnibus perpensis, prudenter iudicaverit clericum non posse cum decoro status clericalis ad ordines sacros promoveri.

Can. 212. - § 1. Qui in minoribus ordinibus constitutus ad statum laicalem quavis de causa regressus est, ut inter clericos denuo admittatur, requiritur licentia Ordinarii dioecesis cui incardinatus fuit per ordinationem, non concedenda, nisi post diligens examen super vita et moribus, et congruum, iudicio ipsius Ordinarii, experimentum.

§ 2. Clericus vero maior qui ad statum laicalem rediit, ut inter clericos denuo admittatur, indiget Sanctae Sedis licentia.

Can. 213. - § 1. Omnes qui e clericali statu ad laicalem legitime redacti aut regressi sunt, eo ipso amittunt officia, beneficia, iura ac privilegia clericalia et vetantur in habitu ecclesiastico incedere ac tonsuram deferre.

§ 2. Clericus tamen maior obligatione coelibatus tenetur, salvo praescripto Can. 214.

211 § 1: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ordine,* c. 4, Can. 4; Pontificale Rom., tit. *Degradationis forma.*

NASLOV VI.

POVRAĆAJ DUHOVNIKA U STALIŠ SVJETOVNJAČKI

Kan. 211. - § 1. Iako se sveto ređenje, kada je jednom valjano primljeno, ne može nikada više poništiti, ipak se duhovnik viših redova povraća u stališ svjetovnjački otpisom Svete Stolice, odlukom ili presudom prema odredbi kan. 214, i kaznom lišenja duhovništva.

§ 2. Duhovnik nižih redova vraća se natrag u stališ svjetovnjački, ne samo bez daljnjega iz razloga u zakonu predviđenih, nego i po vlastitoj volji uz obavijest mjesnom Ordinariju, ili rješenjem istoga Ordinarija izdanim zbog opravdana razloga, ako naime Ordinarij, uzevši u obzir sve prilike, razborito sudi, da se takovom duhovniku bez štete za stališko dostojanstvo ne bi mogli podijeliti sveti redovi.

Kan. 212. - § 1. Da se netko, koji je primio niže redove, pa se je bilo s kojega uzroka povratio u stališ svjetovnjački, može ponovno primiti među duhovnike, potrebno je dopuštenje od strane Ordinarija biskupije, u kojoj je ređenjem bio ustožeren, a takovo dopuštenje ne smije dati, dok nije izvršeno pomnjivo ispitanje njegova života i vladanja, te ne prođe primjereno pokusno vrijeme po sudu Ordinarijevom.

§ 2. A duhovnik viših redova, koji se je povratio u svjetovnjački stališ, treba dopuštenje od strane Svete Stolice, da bude ponovno primljen među duhovnike.

Kan. 213. § 1. Svi oni, koji su propisno povraćeni ili su se natrag vratili iz duhovničkog u svjetovnjački stališ, gube tim samim službe, nadarbine, duhovnička prava i povlastice i zabranjeno im je nositi crkveno odijelo i postrig.

§ 2. No duhovnik viših redova ipak ostaje vezan na dužnost bezbračnosti, uz obdržavanje kan. 214.

212 § 2: Pontificale Rom., tit. *Degradationis forma.*

213 § 1: C. 1, 3, 7, 9, X, *de clericis coniugatis*, III, 3; c. un., *de bigamis,* I, 12, in VI°.

Can. 214. - § 1. Clericus qui metu gravi coactus ordinem sacrum recepit nec postea, remoto metu, eandem ordinationem ratam habuit saltem tacite per ordinis exercitium, volens tamen per talem actum obligationibus clericalibus se subiicere, ad statum laicalem, legitime probata coactione et ratihabitionis defectu, sententia iudicis redigatur, sine ullis coelibatus ac horarum canonicarun obligationibus.

§ 2. Coactio autem et defectus ratihabitionis probari debent ad normam Can. 1993-1998.

214 § 1: Benedictus XIV, instr. *«Eo quamvis tempore»*, 4 maii 1745, § 21; S. C. C., *Ypren.*, 2 et 16 dec. 1719; *Parisien.*, 25 ian., 12 iul. 1721.

Kan. 214. - § 1. Duhovnik, koji je primio sveti red pod pritiskom teška straha, a nije naknadno, pošto je straha nestalo, pristao na svoje ređenje, pa bilo samo prešutno izvršivanje reda, no svakako s nakanom podvrći se time duhovničkim obvezama, neka bude sudačkom presudom, pošto je propisno dokazan pritisak i manjak naknadnog pristanka, povraćen u stališ svjetovnjački bez ikakve obaveze na bezbračnost i kanoničke časove.

§ 2. Pritisak pak i manjak naknadnog pristanka moraju biti dokazani prema odredbama kan. 1993-1998.

SECTIO II.

De clericis in specie.

Can. 215. - § 1. Unius supremae ecclesiasticae potestatis est provincias ecclesiasticas, dioeceses, abbatias vel praelaturas *nullius,* vicariatus apostolicos, praefecturas apostolicas erigere, aliter circumscribere, dividere, unire, supprimere.

§ 2. In iure nomine dioecesis venit quoque abbatia vel praelatura *nullius;* et nomine Episcopi, Abbas vel Praelatus *nullius,* nisi ex natura rei vel sermonis contextu aliud constet.

Can. 216. - § 1. Territorium cuiuslibet dioecesis dividatur in distinctas partes territoriales; unicuique autem parti sua peculiaris ecclesia cum populo determinato est assignanda, suusque peculiaris rector, tanquam proprius eiusdem pastor, est praeficiendus pro necessaria animarum cura.

§ 2. Pari modo vicariatus apostolicus et praefectura apostolica, ubi commode fieri possit, dividantur.

§ 3. Partes dioecesis de quibus in § 1, sunt *paroeciae;* partes vicariatus apostolici ac praefecturae apostolicae, si peculiaris rector eisdem fuerit assignatus, appellantur *quasi-paroeciae.*

215 § 1: C. 1, D. CI; c. 48, 49, C. XVI, q. 1; c. 1, X, *de translatione episcopi*, I, 7; c. 4, X, *de officio legati,* I, 30; c. 8, X, *de excessibus praelatorum et subditorum*, V, 31; c. 5, 6, *de praebendis et dignitatibus,* III, 2, in Extravag. com.; Benedictus XIV, const. «*Apostolicae servitutis*», 14 mart. 1743, § 2, 6; Clemens XIII, ep. «*Mirum sane*», 14 mart. 1760; ep. «*Cogitantibus Nobis*», 26 mart. 1760, § 2; Pius IX, allocut. «*Acerbissimum*», 27 sept. 1852; Leo XIII, const. «*Romanos Pontifices*», 8 maii 1881; Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 sept. 1908, § I, n. 2°, 2; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. II, n. 6°, 10°.

ODSJEK II.

Duhovnici posebice

Kan. 215. - § 1. Osnivanje, razgraničavanje, razdvajanje, sjedinjavanje, dokidanje crkvenih pokrajina, biskupija, *samosvojnih* opatija ili prelatura, apostolskih vikarijata, apostolskih prefektura spada u isključivu nadležnost vrhovne crkvene vlasti.

§ 2. U pravu se pod imenom biskupije razumijeva i *samosvojna* opatija ili prelatura; a pod imenom Biskupa i *samosvojni* Opat ili Prelat, ako drugo nije jasno iz prirode stvari ili govorne sveze.

Kan. 216. - § 1. Područje svake biskupije mora biti razdijeljeno u razlučene područne dijelove, a svaki takav dio treba da ima svoju zasebnu crkvu s pukom, koji joj pripada, i posebnog upravitelja, koji joj predstoji kao njezin vlastiti dušobrižnik za potrebu brigu oko duša.

§ 2. Na isti način treba, ako je to moguće, razdijeliti apostolske vikarijate i apostolske prefekture.

§ 3. Dijelovi biskupije, o kojima je riječ u §-u 1, jesu *župe:* dijelovi apostolskog vikarijata i apostolske prefekture, ako im je dodijeljen posebni upravitelj, zovu se *do-župe.*

216 § 1: Conc. Trident., sess. XIV, *de ref.,* c. 9; sess. XXIV, *de ref.,* c. 13; Benedictus XIV, const. «*Ad militantis*», 30 mart. 1742, § 16; S. C. de Prop. Fide, litt. encycl. (ad Ep. Indiar.), 28 aug. 1893.

216 § 2: Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.,* c. 13; Benedictus XIV, const. «*Ad militantis*», 30 mart. 1742, § 16.

216 § 3: Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.,* c. 13; S. C. de Prop. Fide, litt. encycl. (ad Deleg. Ap. pro Oriente), 8 nov. 1882; litt. encycl. (ad Ep. Indiar.), 28 aug. 1893.

§ 4. Non possunt sine speciali apostolico indulto constitui paroeciae pro diversitate sermonis seu nationis fidelium in eadem civitate vel territorio degentium, nec paroeciae mere familiares aut personales; ad constitutas autem quod attinet, nihil innovandum, inconsulta Apostolica Sede.

Can. 217. - § 1. Episcopus territorium suum in regiones seu districtus, pluribus paroeciis constantes, distribuat, qui veniunt nomine *vicariatus foranei, decanatus, archipresbyteratus,* etc.

§ 2. Si haec distributio, ratione circumstantiarum, videatur impossibilis aut inopportuna, Episcopus consulat Sanctam Sedem, nisi ab eadem iam fuerit provisum.

216 § 4: C. 14, X, *de officio iudicis ordinarii*, I, 31; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 25 iul. 1887, ad 4.

§ 4. Bez posebne apostolske povlastice ne može se za vjernike, koji prebivaju u istom gradu ili području, osnivati više župa prema različnosti jezika ili narodnosti, pa niti čisto obiteljske ili osobne župe a u pogledu već osnovanih ne smije se ništa mijenjati bez pitanja Apostolske Stolice.

Kan. 217. - § 1. Biskup treba da razdijeli svoje područje na kotare ili srezove, što se sastoje od više župa, a nazivaju se *izvanja namjesništva, dekanati, nadžupništva* itd.

§ 2. Ako bi se vidjelo, da je ovakova razdioba s obzirom na prilike nemoguća ili nezgodna, neka se Biskup obrati na Svetu Stolicu, ukoliko ona već nije izdala svoje odredbe.

TITULUS VII.

DE SUPREMA POTESTATE DEQUE IIS QUI EIUSDEM SUNT ECCLESIASTICO IURE PARTICIPES.

CAPUT I.

DE ROMANO PONTIFICE.

Can. 218. - § 1. Romanus Pontifex, Beati Petri in primatu Successor, habet non solum primatum honoris, sed supremam et plenam potestatem iurisdictionis in universam Ecclesiam tum in rebus quae ad fidem et mores, tum in iis quae ad disciplinam et regimen Ecclesiae per totum orbem diffusae pertinent.

218 § 1: C. 14, 16-18, C. IX, q. 3; c. 30, C. XVII, q. 4; c. 12, C. XXIV, q. 1; c. 6, X, *de maioritate et obedientia,* I, 33; c. 23, X, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum,* V, 33; c. 1, *de constitutionibus,* I, 2, in VI°; c. 1, *de maioritate et obedientia*, I, 8, in Extravag. com.; Conc. Vatican., sess. IV; S. Cornelius I, ep. *«Quantam sollicitudinem»,* a. 252, Professio fidei schismaticorum; S. Siricius, ep. *«Directa ad decessorem»,* 10 febr. 385; Innocentius I, ep. *«In requirendis Dei rebus»,* 27 ian. 417, c. 1; S. Zosimus, ep. *«Quamvis Patrum traditio»,* 21 mart. 418; S. Bonifacius I, ep. *«Retro maioribus tuis»,* 11 mart. 422, c. 2; S. Leo IX, ep. *«In terra pax hominibus»,* 2 sept. 1053, c. 32; Professio fidei (in Conc. Lugdunen. II) a Michaele Palaeologo Gregorio X oblata, a. 1274; Ioannes XXII, const. *«Licet»,* 23 oct. 1327, art. 2, errorum Marsilii Patavini et Ioannis de Janduno, damn.; Benedictus XII, a. 1341, prop. 90, Armenorum, damn.; Clemens VI, ep. *«Super quibusdam»,* 29 sept. 1351; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«Inter cunctas»,* 22 febr. 1418, art. 7, 13, Ioannis Husz, damn., art. 24, de quo errorum Wicleff et Husz suspecti interrogandi; Eugenius IV (in Conc. Florentin.), const. *«Laetentur caeli»,* 6 iul. 1439, § 8; Leo X, const. *«Exsurge Domine»,* 15 iun. 1520, errores 25-27, Martini Luther, damn.; Paulus IV, const. *«Cum ex apostolatus»,* 15 febr. 1559, § 1; Pius IV, const. *«Iniunctum nobis»,* 13 nov. 1564,

NASLOV VII.

VRHOVNA VLAST I ONI, KOJI U NJOJ UČESTVUJU PO CRKVENOM PRAVU

GLAVA I.

RIMSKI PRVOSVEĆENIK

Kan. 218. - § 1. Rimski Prvosvećenik, nasljednik blaženoga Petra u prvenstvu (primatu), ima prvenstvo ne samo časti, nego i vrhovnu i punu poglavarsku vlast nad cijelom Crkvom, kako u stvarima što se odnose na vjeru i ćudoređe, tako i u onima koje spadaju na stegu i upravljanje Crkvom širom cijeloga svijeta.

Professio fidei Trident.; Gregorius XIII, const. *«Sanctissimus»,* a. 1575, Professio fidei Graecis praescr.; Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»,* 26 maii 1742, § 1, n. VI; ep. *«Nuper ad Nos»,* 16 mart. 1743, Professio fidei Maronitis praescr.; Pius VI, const. *«Super soliditate»,* 28 nov. 1786, § 1, 4 sq., 14-16; const. *«Auctorem fidei»,* 28 aug. 1794, prop. 3, 6, Synodi Pistorien., damn.; Gregorius XVI, ep. encycl. *«Mirari vos»,* 15 aug. 1832; ep. encycl. *«Commissum divinitus»,* 17 maii 1835; Pius IX, ep. encycl. *«Nostis et Nobiscum»,* 8 dec. 1849; litt. ap. *«Multiplices inter»,* 10 iun. 1851; litt. ap. *«Ad Apostolicae»,* 22 aug. 1851; ep. encycl. *«Neminem vestrum»,* 2 febr. 1854; ep. encycl *«Amantissimus»,* 8 apr. 1862; ep. encycl. *«Quanta cura»,* 8 dec. 1864; Syllabus errorum, prop. 34; litt. ap. *«Reversurus»,* 12 iul. 1867; litt ap. *«Aeterni Patris»,* 29 iun. 1868; ep. *«Non sine gravissimo»,* 24 febr. 1870; litt. *«Quo impensiore»,* 20 maii 1870; ep. encycl. *«Ubi Nos»,* 15 maii 1871; allocut. *«Ordinem Vestrum»,* 27 oct. 1871; Leo XIII, allocut. *«Mirandum sane»,* 1 iun. 1888; litt. encycl. *«Sapientiae»,* 10 ian. 1890; ep. encycl. *«Satis cognitum»,* 29 iun. 1896; Pius X, litt. encycl. *«Pascendi»,* 8 sept. 1907; ep. *«Ex quo»,* 26 dec. 1910; S. C. S. Off., litt. 8 nov. 1865; decr. *«Lamentabili»,* 4 iul. 1907, prop. 55, damn.; S. C. de Prop. Fide, instr. 31 iul. 1902, n. 1, i. -- Vide etiam Can. 108, § 3.

§ 2. Haec potestas est vere episcopalis, ordinaria et immediata tum in omnes et singulas ecclesias, tum in omnes et singulos pastores et fideles, a quavis humana auctoritate independens.

Can. 219. - Romanus Pontifex, legitime electus, statim ab acceptata electione, obtinet, iure divino, plenam supremae iurisdictionis potestatem.

Can. 220. - Gravioris momenti negotia quae uni Romano Pontifici reservantur sive natura sua, sive positiva lege, *causae maiores* appellantur.

Can. 221. - Si contingat ut Romanus Pontifex renuntiet, ad eiusdem renuntiationis validitatem non est necessaria Cardinalium aliorumve acceptatio.

218 § 2: C. 123, C. I, q. 1; c. 21, C. IX, q. 3; c. 6, X, *de maioritate et obedientia*, I, 33; Conc. Vatican., sess. IV, c. III, *de vi et ratione primatus Romani Pontificis*; Ioannes XXII, const. «*Licet*», 23 oct. 1327, art. 3, errorum Marsilii Patavini et Ioannis de Janduno, damn.; Clemens VI, ep. «*Super quibusdam*», 29 sept. 1351; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. «*Inter cunctas*», 22 febr. 1418, art. 8, Ioannis Wicleff, damn., art. 10, 11, Ioannis Husz, damn.; Leo X, const. «*Exsurge Domine*», 15 iun. 1520, error 25, Martini Luther, damn.; Gregorius XIII, const. «*Sanctissimus*», a. 1575, Professio fidei Graecis praescr.; Clemens XI, const. «*Nova semper*», 29 nov. 1714, § 2; const. «*Accepimus*», 11 ian. 1715, § 2 sq.; const. «*Ad Apostolatus*», 18 aug. 1719, § 1; Benedictus XIV, const. «*Etsi pastoralis*», 26 maii 1742, § I, n. VI; ep. «*Nuper ad Nos*», 16 mart. 1743, Professio fidei Maronitis praescr.; Pius VI, const. «*Super soliditate*», 28 nov. 1786, § 15, 16; Gregorius XVI, ep. encycl. «*Mirari vos*», 15 aug. 1832; ep. encycl. «*Commissum divinitus*», 17 maii 1835; Pius IX, litt. ap. «*Multiplices inter*», 10 iun. 1851; litt. ap. «*Ad Apostolicae*», 22 aug. 1851; alloc. «*Nunquam fore*», 15 dec. 1856; allocut. «*Multis gravibusque*», 17 dec. 1860; allocut. «*Iamdudum cernimus*», 18 mart. 1861; allocut. «*Maxima quidem*», 9 iun. 1862; ep. encycl. «*Incredibili*», 17 sept. 1863; ep. encycl. «*Quanta cura*», 8 dec. 1864; Syllabus errorum, prop. 28, 29, 37, 41, 49, 54; litt. ap. «*Reversurus*», 12 iul. 1867; ep. encycl. «*Levate*», 27 oct. 1867; litt. ap. «*Aeterni Patris*», 29 iun. 1868; ep. «*Non sine gravissimo*», 24 febr. 1870; litt. «*Quo impensiore*», 20 maii 1870; ep. encycl. «*Ubi Nos*», 15 maii 1871; allocut. «*Curarum nostrarum*», 15 mart. 1875; allocut. «*Luctuosis exagitati*», 12 mart. 1877; Leo XIII, ep. «*Iampridem*», 6 ian. 1886; allocut. «*Mirandum sane*», 1 iun. 1888; ep. encycl. «*Satis cognitum*», 29 iun. 1896; Pius X, allocut. «*Duplicem*», 14 nov. 1904; litt. encycl. «*Iamdudum*», 24 maii 1911; S. C. S. Off., decr. 24 ian. 1647.

§ 2. Ova je vlast uistinu biskupska, redovna i izravna, kako nad svima Crkvama i nad svakom pojedinom, tako i nad svima i nad svakim pojedinim pastirom duša i vjernikom, nezavisna od svake ljudske vlasti.

Kan. 219. - Rimski Prvosvećenik, zakonito izabran, zadobiva odmah po primljenom izboru krepošću božanskoga prava punu vlast vrhovnog poglavarstva.

Kan. 220. - Poslovi od veće važnosti, koji su Rimskom Prvosvećeniku isključivo pridržani bilo po prirodi svojoj bilo po odredbi zakona zovu se *velestvari*.

Kan. 221. - Ako se dogodi, da se Rimski Prvosvećenik odrekne, za valjanost njegova odreknuća nije potreban prihvat od strane Stožernika ili drugih osoba.

219: C. 4, *de sententia excommunicationis*, V, 10, in Extravag. com.; Clemens VI, ep. «*Super quibusdam*», 29 sept. 1351; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. «*Inter cunctas*», 22 febr. 1418, art. 24, de quo errorum Wicleff et Husz suspecti interrogandi; Sixtus V, const. «*Postquam*», 3 dec. 1586, § 2; Pius VI, const. «*Super soliditate*», 28 nov. 1786, § 15, 16; const. «*Auctorem fidei*», 28 aug. 1794, prop. 3, Synodi Pistorien., damn.; Gregorius XVI, litt. ap. «*Cum in Ecclesia*», 17 sept. 1833; Pius X, const. «*Vacante Sede Apostolica*», 25 dec. 1904, n. 87, 88; litt. encycl. «*Pascendi*», 8 sept. 1907.

220: C. 5, D. XVII; c.10, 12, C. II, q. 6; c. 6, 9, C. III, q. 6; c. 15, C. XXIV, q. 1; c. 1, X, *de translatione episcopi*, I, 7; c. 1, X, *de iuramento calumniae*, II, 7; c. 59, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus*, II, 28; c. 3, X, *de baptismo et eius effectu*, III, 42; c. 10, *de electione et electi potestate*, I, 6, in VI°; c. un., *de clerico aegrotante vel debilitato*, III, 5 in VI°; Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.*, c. 5; Benedictus XIV, const. «*Inter conspicuos*», 29 aug. 1744, § 14; Pius VI, const. «*Super soliditate*», 28 nov. 1786, § 14; Gregorius XVI, ep. «*Quo ex tuis litteris*», 24 iul. 1833; Pius IX, litt. ap. «*Reversurus*», 12 iul. 1867; Leo XIII, litt. ap. «*Trans Oceanum*», 18 apr. 1897, n. XIV, 3°; S. C. C., *Oxomen.*, 7 ian. 1623; S. R. C., instr. a. 1878. -- Vide etiam Can. 1600.

221: C. 1, *de renunciatione*, I, 7, in VI°.

CAPUT II.

DE CONCILIO OECUMENICO.

Can. 222. - § 1. Dari nequit Oecumenicum Concilium quod a Romano Pontifice non fuerit convocatum.

§ 2. Eiusdem Romani Pontificis est Oecumenico Concilio per se vel per alios praeesse, res in eo tractandas ordinemque servandum constituere ac designare, Concilium ipsum transferre, suspendere, dissolvere, eiusque decreta confirmare.

Can. 223. - § 1. Vocantur ad Concilium in eoque ius habent suffragii deliberativi:

1.° S. R. E. Cardinales, etsi non Episcopi;

2.° Patriarchae, Primates, Archiepiscopi, Episcopi residentiales, etiam nondum consecrati;

3.° Abbates vel Praelati *nullius;*

4.° Abbas Primas, Abbates Superiores Congregationum monasticarum, ac supremi Moderatores religionum clericalium exemptarum, non autem aliarum religionum, nisi aliud convocationis decretum ferat.

§ 2. Etiam Episcopi titulares, vocati ad Concilium, suffragium obtinent deliberativum, nisi aliud in convocatione expresse caveatur.

§ 3. Theologi ac sacrorum canonum periti, ad Concilium forte invitati, suffragium non habent, nisi consultivum.

Can. 224. - § 1. Si quis ex vocatis ad Concilium ad normam Can. 223, § 1, eidem, iusto impedimento detentus, interesse non possit, mittat procuratorem et impedimentum probet.

§ 2. Procurator, si fuerit unus e Concilii Patribus, duplici suffragio non gaudet; si non fuerit, publicis tantum sessionibus interesse potest, sed sine suffragio; expleto autem Concilio, huius acta subscribendi ius habet.

---

222 § 1: C. 1, 2, 5, D. XVII; S. Leo IX, ep. *«Cum ex venerabilium»*, 17 dec. 1053, § 4; Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. *«Pastor aeternus»*, 19 dec. 1516, § 6; Leo XIII, ep. encycl. *«Satis cognitum»*, 29 iun. 1896.

222 § 2: C. 2, D. XVII; c. 1, C. XXV, q. 1; Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. *«Pastor aeternus»*, 19 dec. 1516, § 6; Pius IX, litt. ap. *«Multiplices»*, 27 nov. 1869, n. II;

GLAVA II.

OPĆI SABOR

Kan. 222. - § 1. Ne može biti Općega Sabora, ako nije sazvan od Rimskoga Prvosvećenika.

§ 2. Pripada istomu Rimskom Prvosvećeniku, da Općemu Saboru predsjeda osobno ili po drugima, da označi i odredi raspravne predmete i poslovni red, da sam Sabor premjesti drugamo, obustavi, raspusti, i odobri njegove zaključke.

Kan. 223. - § 1. Na Sabor se pozivaju i na njemu imaju pravo glasa pri odlučivanju:

1.° S. R. C. Stožernici, iako nisu Biskupi;

2.° Patrijarsi, Primasi, Nadbiskupi, Biskupi sjedišni, iako još nisu primili posvećenja;

3.° Opati i Prelati *samosvojni*;

4.° Opat Prvak, Opati Poglavari monaških družbi, pa vrhovni Starješine izuzetih redovničkih družbi s duhovničkim značajem, ali ne i drugih redovničkih družbi, ako nije drugačije određeno u odluci o sazivu;

§ 2. I naslovni Biskupi, ako su pozvani na Sabor, imaju pravo glasa pri odlučivanju, ako nije izrijekom drugačije predviđeno u sazivu.

§ 3. Bogoslovi i stručnjaci u svetim kanonima, ako bi bili na Sabor pozvani, imaju samo savjetni glas.

Kan. 224. - § 1. Ako tko od pozvanih na Sabor prema odredbi kan. 223, § 1, ne može prisustvovati spriječen valjanom zaprekom, treba da pošalje zamjenika i opravda zapreku.

§ 2. Ako je zamjenikom jedan između saborskih Otaca, on zato nema dva glasa; ako to nije, ima samo pravo, da prisustvuje javnim sjednicama, ali bez prava glasa; kada je Sabor završen, ima pravo potpisati saborske zapisnike.

---

litt. ap. *«Postquam Dei munere»*, 20 oct. 1870; Leo XIII, ep. encycl. *«Satis cognitum»*, 29 iun. 1896.

223 § 1. 4.°: Pius IX, litt. ap. *«Aeterni Patris»*, 29 iun. 1868; litt. ap. *«Multiplices»*, 27 nov. 1869, n. IV.

224 § 1: Pius IX, litt. ap. *«Aeterni Patris»*, 29 iun. 1868.

Can. 225. - Nemini eorum qui Concilio interesse debent, licet ante discedere, quam Concilium sit rite absolutum, nisi a Concilii praeside cognita ac probata discessionis causa et impetrata abeundi licentia.

Can. 226. - Propositis a Romano Pontifice quaestionibus Patres possunt alias addere, a Concilii tamen praeside antea probatas.

Can. 227. - Concilii decreta vim definitivam obligandi non habent, nisi a Romano Pontifice fuerint confirmata et eius iussu promulgata.

Can. 228. - § 1. Concilium Oecumenicum suprema pollet in universam Ecclesiam potestate.

§ 2. A sententia Romani Pontificis non datur ad Concilium Oecumenicum appellatio.

Can. 229. - Si contingat Romanum Pontificem, durante Concilii celebratione, e vita decedere, ipso iure hoc intermittitur, donec novus Pontifex illud resumi et continuari iusserit.

225: Pius IX, litt. ap. «*Multiplices*», 27 nov. 1869, n. IX.

226: Pius IX, litt. ap. «*Multiplices*», 27 nov. 1869, n. II.

227: C. 4, X, *de electione et electi potestate*, I, 6; Leo XIII, ep. encycl. «*Satis cognitum*», 29 iun. 1896.

228 § 1: Martinus V (in Conc. Constantien.), const. «*Inter cunctas*», 22 febr. 1418, art. 5, de quo errorum Wicleff et Husz suspecti interrogandi; Eugenius IV (in Conc. Florentin.), const. «*Exultate Deo*», 22 nov. 1439, § 8; Leo X, const. «*Exsurge Domine*», 15 iun. 1520, error 29, Martini Luther, damn.; Pius VI, const. «*Auctorem fidei*», 28 aug. 1794, prop. 6, Synodi Pistorien., damn.

Kan. 225. - Nitko se od onih, koji su dužni Saboru prisustvovati, ne smije udaljiti prije, nego što se Sabor završi, ako razlog njegova odlaska nije predsjedniku Sabora saopćen i od njega odobren, te mu je dano dopuštenje za odlazak.

Kan. 226. - Pitanjima, koja su za raspravu predložena od strane Rimskog Prvosvećenika, mogu Oci i druga dodati, ali moraju biti od strane predsjednika prije toga odobrena.

Kan. 227. - Saborske odluke nemaju konačne obavezne kreposti, dok ne budu potvrđene od strane Rimskog Prvosvećenika i po njegovom naređenju proglašene.

Kan. 228. - § 1. Opći Sabor ima vrhovnu vlast nad cijelom Crkvom.

§ 2. Protiv presude Rimskog Prvosvećenika nema mjesta prizivu na Opći Sabor.

Kan. 229. - Ako se dogodi, da Rimski Prvosvećenik umre za trajanje Sabora, Sabor je bez daljnjega prekinut, doklegod novi Prvosvećenik ne izda nalog, da se opet otvori i nastavi.

228 § 2: C. 10, C. IX, q. 3; Conc. Vatican., sess. IV, c. III, *de vi et ratione primatus Romani Pontificis;* S. Zosimus, ep. «*Quamvis Patrum traditio*», 21 mart. 418; S. Bonifacius I, ep. «*Retro maioribus tuis*», 11 mart. 422, c. 2; S. Leo IX, ep. «*In terra pax hominibus*», 2 sept. 1053, c. 32; Clemens VI, ep. «*Super quibusdam*», 29 sept. 1351; Pius II, const. «*Exsecrabilis*», 18 ian. 1459, § 2; Iulius II, const. «*Suscepti regiminis*», 1 iul. 1509; Leo X, const. «*Exsurge Domine*», 15 iun. 1520, error 28, Martini Luther, damn.; Benedictus XIV, const. «*Altissimo*», 26 iun. 1745, § 1; Pius IX, const. «*Apostolicae Sedis*», 12 oct. 1869, § 1, n. 4, § VI, n. 1; S. C. S. Off., decr. 7 dec. 1690, prop. 29, damn.

229: Pius IX, const. «*Cum Romanis Pontificibus*», 4 dec. 1869; Pius X, const. «*Vacante Sede Apostolica*», 25 dec. 1904, n. 28.

CAPUT III.

DE SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE CARDINALIBUS.

Can. 230. - S. R. E. Cardinales Senatum Romani Pontificis constituunt eidemque in regenda Ecclesia praecipui consiliarii et adiutores assistunt.

Can. 231. - § 1. Sacrum Collegium in tres ordines distribuitur: episcopalem, ad quem soli pertinent sex Cardinales dioecesibus suburbicariis praepositi; presbyteralem, qui constat Cardinalibus quinquaginta; diaconalem, qui quatuordecim.

§ 2. Cardinalibus ordinis presbyteralis ac diaconalis suus cuique titulus aut diaconia in Urbe assignatur a Romano Pontifice.

Can. 232. - § 1. Cardinales libere a Romano Pontifice ex toto terrarum orbe eliguntur, viri, saltem in ordine presbyteratus constituti, doctrina, pietate ac rerum agendarum prudentia egregie praestantes.

§ 2. A cardinalatus dignitate arcentur:

1.° Illegitimi, etiamsi per subsequens matrimonium fuerint legitimati; itemque alii irregulares vel a sacris ordinibus impediti secundum canonicas sanctiones, etsi cum ipsis auctoritate apostolica fuerit ad ordines et dignitates etiam episcopalem dispensatum;

2.° Qui prolem etiam ex legitimo matrimonio susceptam, vel nepotem ex ea habent;

3.° Qui primo aut secundo gradu consanguinitatis alicui Cardinali viventi coniuncti sunt.

Can. 233. - § 1. Cardinales creantur et publicantur a Romano Pontifice in Consistorio sicque creati et publicati obtinent ius ad electionem Romani Pontificis et privilegia de quibus in Can. 239.

230: C. 17, *de electione et electi potestate*, I, 6, in VI°; Eugenius IV, ep. *«Non mediocri»*, a. 1439, § 4; Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. *«Supernae dispositionis»*, 5 maii 1514, § 26; Paulus IV, const. *«Cum venerabiles»*, 22 aug. 1555, § 1; Sixtus V, const. *«Postquam»*, 3 dec. 1586, § 11, 19; Innocentius X, const. *«Cum iuxta»*, 19 febr. 1646; Clemens XII, const. *«Pastorale officium»*, 10 ian. 1731, § 1.

231 § 1 : Eugenius IV, ep. *«Non mediocri»*, a. 1439, § 5; Sixtus V, const. *«Postquam»*, 3 dec. 1586, § 4, 5, 7; const. *«Religiosa»*, 13 apr. 1587, § 1-4; Pius X, motu propr. *«Edita a Nobis»*, 5 maii 1914; Benedictus XV, const. *«Ex actis»*, 1 febr. 1915.

GLAVA III.

STOŽERNICI SVETE RIMSKE CRKVE

Kan. 230. - S. R. C. Stožernici sačinjavaju vijeće Rimskog Prvosvećenika i stoje uz njega pri upravljanju Crkvom kao njegovi odlični savjetnici i pomagači.

Kan. 231. - § 1. Sveti je Zbor podijeljen u tri reda: biskupski, kojemu pripada samo šest Stožernika postavljenih nad podgradske biskupije; svećenički, koji se sastoji od pedeset Stožernika; đakonski od četrnaest.

§ 2. Svakomu od Stožernika svećeničkog i đakonskog reda doznačuje Rimski Prvosvećenik pripadni mu naslov ili đakoniju u Gradu.

Kan. 232. - § 1. Stožernike slobodno izabire Rimski Prvosvećenik iz cijeloga svijeta, muževe koji su primili barem svećenički red, a odlikuju se učenošću, pobožnošću i umješnošću u poslovima.

§ 2. Isključeni su od dostojanstva Stožernika:

1.° Nezakonito rođeni, iako su bili pozakonjeni naknadnim brakom; isto tako i svi ostali, koji su prema kanonskim zabranama pod ređeničkim nepravilnostima ili smetnjama, iako im je od strane apostolske vlasti bio podijeljen oprost za ređenje i za dostojanstva, pa bilo i za biskupska;

2.° Oni koji imaju djece, pa bilo i iz zakonitog braka, ili unučadi od njih;

3.° Oni koji su s kojim živim Stožernikom u rodbinskom odnosu u prvom ili drugom stupnju srodstva.

Kan. 233. - § 1. Stožernike postavlja i imenuje Rimski Prvosvećenik u Konzistoriju, pa ovako postavljeni i imenovani zadobivaju pravo na izbor Rimskoga Prvosvećenika i povlastice, o kojima je riječ u kan. 239.

---

231 § 2 : Paulus IV, const. *«Cum venerabiles»*, 22 aug. 1555, § 1; Sixtus V, const. *«Religiosa»*, 13 apr. 1587, § 1-3.

232 § 1 : C. 17, *de electione et electi potestate*, I, 6, in VI°; Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.*, c. 1; Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. *«Supernae dispositionis»*, 5 maii 1514, § 16; Sixtus V, const. *«Postquam»*, 3 dec. 1586, § 1, 4, 9, 11, 14.

232 § 1. 3.°: Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.*, c. 1; Iulius III, decr. *«Sanctissimus»*, 26 ian. 1554; Sixtus V, const. *«Postquam»*, 3 dec. 1586, § 12, 13, 16-18.

233 § 1: Sixtus V, const. *«Postquam»*, 3 dec. 1586, § 2; Pius IX, const. *«Cum Romanis Pontificibus»*, 4 dec. 1869: Pius X, const. *«Vacante Sede Apostolica»*, 25 dec. 1904, n. 27-37.

§ 2. Si tamen Romanus Pontifex creationem alicuius in Consistorio annuntiaverit, eius nomine sibi in pectore reservato, sic promotus nullis interim gaudet Cardinalium iuribus aut privilegiis, sed, postquam a Romano Pontifice eius nomen publicatum fuerit, iisdem fruitur a publicatione, iure vero praecedentiae reservatione in pectore.

Can. 234. - Promotus absens a Curia debet in recipiendo bireto rubro iurare se intra annum, nisi legitimo detineatur impedimento, Summum Pontificem aditurum.

Can. 235. - Nisi aliter in casibus particularibus fuerit a Sancta Sede provisum, per promotionem ad sacram purpuram non solum ipso facto vacant dignitates omnes, ecclesiae, beneficia quae promotus possideat, sed etiam pensiones ecclesiasticae amittuntur.

Can. 236. - § 1. Per optionem in Consistorio factam et a Summo Pontifice approbatam, possunt, servata prioritate ordinis et promotionis, Cardinales ex ordine presbyterali transire ad alium titulum et Cardinales ex ordine diaconali ad aliam diaconiam et, si per integrum decennium in ordine diaconali permanserint, etiam ad ordinem presbyteralem.

§ 2. Cardinalis ex ordine diaconali, transiens per optionem ad ordinem presbyteralem, locum obtinet ante omnes illos Cardinales presbyteros, qui post ipsum ad sacrae purpurae honorem assumpti sunt.

§ 3. Suburbicaria si vacet sedes, Cardinales ex ordine presbyterali, qui momento vacationis praesentes fuerint in Curia vel ab ea absentes ad tempus ob sibi commissum negotium aliquod a Romano Pontifice, optare eam possunt in Consistorio, servata prioritate promotionis.

§ 4. Cardinales quibus una ex ecclesiis suburbicariis est assignata, aliam optare nequeunt; cum vero Cardinalis gradum Decani attigerit, dioecesim suam Ostiensi cumulat, quae proinde cum alia atque alia dioecesi suburbicaria in persona Cardinalis Decani semper coniungitur.

234: Sixtus V, const. «*Postquam*», 3 dec. 1586, § 19.

235: Sixtus V, const. «*Sanctissimus*», 16 mart. 1588; Urbanus VIII, const. «*Decet Romanum Pontificem*», 2 ian. 1631, § 2.

236 § 1: Paulus IV, const. «*Cum venerabiles*», 22 aug. 1555, § 1; Sixtus V, const. «*Postquam*», 3 dec. 1586, § 7; Clemens VIII, decr. «*Sanctissimus*», 18 aug. 1597.

236 § 2: Clemens VIII, decr. «*Sanctissimus*», 18 aug. 1597.

§ 2. U slučaju kada Rimski Prvosvećenik objavi u Konzistoriju nečije postavljanje za Stožernika, ali njegovo ime zadrži za sebe, ovako promaknutome ne pripadaju nikakova prava ni povlastice Stožernika, ali kad se njegovo ime od strane Rimskog Prvosvećenika objavi, zadobiva ih danom objavljivanja, a pravo prednosti od dana, kada je bio postavljen.

Kan. 234. - Onaj koji bude promaknut, a nalazi se izvan Kurije, dužan je pri primanju crvenoga naglavka zapriseći, da će unutar godine dana, ukoliko ne bi bio zakonito spriječen, pristupiti k Rimskom Prvosvećeniku.

Kan. 235. - Ako nije od strane Svete Stolice drukčije predviđeno, postaju po promaknuću na sveti grimiz bez daljnjega upražnjenima ne samo sva dostojanstva, crkve, nadarbine, koje promaknuti drži, nego se izgube i prava na crkvene nadarbinske davke.

Kan. 236. - § 1. Po želji izjavljenoj u Konzistoriju i odobrenoj od Vrhovnoga Prvosvećenika, mogu Stožernici držeći se pri tom prvenstva zaređenja i promaknuća, iz reda svećeničkoga prelaziti na drugi naslov, i Stožernici iz reda đakonskoga na drugu đakoniju, a ako su već punih deset godina bili u redu đakonskom, i u svećenički red.

§ 2. Stožernik, koji po želji prelazi iz đakonskog reda u svećenički, zadobiva mjesto pred svim onima Stožernicima svećenicima, što su poslije njega promaknuti na čast svetoga grimiza.

§ 3. Kada se uprazni podgradsko sjedište, mogu oni Stožernici iz svećeničkog reda, koji se u času upražnjenja nalaze u Kuriji ili su zbog posla povjerena im od Rimskog Prvosvećenika privremeno odsutni, po svojoj želji izjavljenoj u Konzistoriju, držeći se prvenstva promaknuća, dobiti na nj premještaj.

§ 4. Stožernici, kojima je dodijeljena jedna od podgradskih crkava, ne mogu dobiti po želji drugu; no kada Stožernik postigne stupanj Dekana, zadobiva uza svoju biskupiju još i Ostijsku, koja je prema tomu uvijek s ovom ili onom podgradskom biskupijom spojena u osobi Stožernika Dekana.

---

236 § 3: Sixtus V, const. «*Postquam*», 3 dec. 1586, § 8; Clemens XII, const. «*Pastorale officium*», 10 ian. 1731, § 6, 8.

236 § 4: Benedictus XIII, const. «*Romani Pontificis*», 7 sept. 1724, § 8; Clemens XII, const. «*Pastorale officium*», 10 ian. 1731, § 8; Pius X, motu propr. «*Edita a Nobis*», 5 maii 1914; Benedictus XV, const. «*Ex actis*», 1 febr. 1915.

Can. 237. - § 1. Sacro Cardinalium Collegio praeest Decanus, idest antiquior promotione ad aliquam sedem suburbicariam, cui tamen nulla est in ceteros Cardinales iurisdictio, sed ipse primus habetur inter aequales.

§ 2. Vacante decanatu, ipso iure succedit Subdecanus, sive is tempore vacationis sit praesens in Curia, sive in sua suburbicaria dioecesi commoretur, sive absit ad tempus ob sibi commissum munus a Romano Pontifice.

Can. 238. - § 1. Cardinales tenentur obligatione residendi in Curia, nec fas est ipsis ab eadem discedere sine licentia Romani Pontificis, salvo praescripto §§ 2, 3 huius canonis.

§ 2. Haec obligatio urget quoque Cardinales Episcopos suburbicarios, sed ipsi non indigent licentia ut sese conferant ad dioeceses sibi commissas, quoties opportunum iudicaverint.

§ 3. Cardinales qui sunt Episcopi alicuius dioecesis non suburbicariae, lege residendi in Curia eximuntur; sed cum ad Urbem venerint, Summum Pontificem adeant, nec ab Urbe discedant antequam ab eodem abeundi licentiam impetraverint.

Can. 239. - § 1. Praeter alia privilegia quae in hoc Codice suis in titulis enumerantur, Cardinales omnes a sua promotione in Consistorio facultate gaudent:

1.° Audiendi ubique terrarum confessiones etiam religiosorum utriusque sexus et absolvendi ab omnibus peccatis et censuris etiam reservatis, exceptis tantum censuris Sedi Apostolicae specialissimo modo reservatis et illis quae adnexae sunt revelationi secreti S. Officii;

2.° Sibi suisque familiaribus eligendi sacerdotem confessionibus excipiendis, qui, si iurisdictione careat, eam ipso iure obtinet, etiam quod spectat ad peccata et censuras, reservatas quoque, illis tantum censuris exceptis, de quibus in n. 1;

3.° Verbum Dei ubique praedicandi;

237 § 1: Paulus IV, const. *«Cum venerabiles»*, 22 aug. 1555, § 3, 4; Benedictus XIII, const. *«Romani Pontificis»*, 7 sept. 1724, § 7; Clemens XII, const. *«Pastorale officium»*, 10 ian. 1731, § 1, 2, 4, 5.

Kan. 237. - § 1. Na čelu je svetoga Stožerničkog Zbora Dekan, a to je najstariji po promaknuću na koje podgradsko sjedište, no on nema nad ostalim Stožernicima nikakve poglavarske vlasti, nego je samo prvi među jednakima.

§ 2. Kada se isprazni dekanat, nasljeđuje ga snagom samoga zakona Poddekan, bilo da se on u času upražnjenja nalazi u Kuriji bilo da boravi u svojoj podgradskoj biskupiji ili je privremeno odsutan zbog službe povjerene mu od Rimskog Prvosvećenika.

Kan. 238. - § 1. Stožernici su dužni svoje sjedište držati u Kuriji i ne smiju se od nje udaljiti bez dopuštenja Rimskog Prvosvećenika, uz obdržavanje odredaba §§ 2, 3 ovoga kanona.

§ 2. Ova dužnost veže i Stožernike podgradske Biskupe; ali oni ne trebaju dopuštenja, da mogu otići u povjerene im biskupije, kada god to smatraju potrebitim.

§ 3. Stožernici, što su Biskupi u kojoj biskupiji, koja nije podgradska, nisu vezani na zakon o sjedištu u Kuriji, ali ako dođu u Grad, dužni su se prijaviti Vrhovnom Prvosvećeniku, a iz Grada neka ne odu, dok od njega nisu dobili dopuštenja za odlazak.

Kan. 239. - § 1. Osim drugih povlastica, koje se u ovomu Kodeksu navode na svojim mjestima, imaju svi Stožernici od svojega promaknuća ovlaštenje:

1.° Svagdje na svijetu ispovijedati također i redovničke osobe oba spola i dati odrješenje od svih grijeha i kaznenih zabrana, pa i od zadržanih, izuzevši jedino kaznene zabrane, koje su na sasvim posebni način zadržane Apostolskoj Stolici ili koje su predviđene za otkrivanje tajne Sv. Službe;

2.° Izabrati sebi i svojim domarima svećenika za ispovijedanje, koji zadobiva ispovjednu ovlast, ukoliko je nema, samom snagom zakona, pa i za zadržane grijehe i kaznene zabrane, izuzevši samo kaznene zabrane, o kojima je riječ u br. 1;

3.° Svagdje propovijedati riječ Božju;

238 § 1: Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. *«Supernae dispositionis»*, 5 maii 1514, § 28; Paulus IV, const. *«Cum venerabiles»*, 22 aug. 1555, § 1; Innocentius X, const. *«Cum iuxta»*, 19 febr. 1646, § 1; Pius IX, litt. ap. *«Quamquam Illius»*, 29 sept. 1867.

238 § 3: Benedictus XIV, const. *«In regimine»*, 3 febr. 1745, § 3; const. *«Ad universae»*, 3 sept. 1746.

4.° Celebrandi vel alii permittendi ut coram se celebret unam Missam in feria V maioris hebdomadae ac tres Missas in nocte Nativitatis Domini;

5.° Benedicendi ubique, solo crucis signo, cum omnibus indulgentiis a Sancta Sede concedi solitis, rosaria, aliasque coronas precatorias, cruces, numismata, statuas, scapularia a Sede Apostolica probata eaque imponendi sine onere inscriptionis;

6.° Sub unica benedictione erigendi, in ecclesiis et oratoriis etiam privatis aliisque piis locis, stationes *Viae Crucis* cum omnibus indulgentiis, quae huiusmodi pium exercitium peragentibus impertitae sunt; nec non benedicendi pro fidelibus, qui causa infirmitatis vel alius legitimi impedimenti sacras stationes *Viae Crucis* visitare nequeant, Crucifixi icones cum applicatione omnium indulgentiarum devoto exercitio eiusdem *Viae Crucis* a Romanis Pontificibus adnexarum;

7.° Celebrandi super aram portatilem non solum in domo propriae habitationis, sed ubicunque degunt; et permittendi ut alia Missa, ipsis adstantibus, celebretur;

8.° Celebrandi in mari, debitis cautelis adhibitis;

9.° In omnibus ecclesiis et oratoriis Missam celebrandi proprio calendario conformem;

10.° Fruendi altari privilegiato personali quotidiano;

11.° Lucrandi in propriis sacellis indulgentias, ad quas acquirendas praescripta sit visitatio templi alicuius vel publicae aediculae civitatis seu loci, in quo Cardinales actu commorentur, quo privilegio etiam eorum familiares frui possunt;

12.° Benedicendi ubique populo more Episcoporum; sed in Urbe in ecclesiis tantum, piis locis et fidelium consessibus;

13.° More Episcoporum gestandi crucem ante pectus etiam supra mozetam atque utendi mitra et baculo pastorali;

14.° Sacrum celebrandi in quolibet privato sacello sine praeiudicio illius qui indulto gaudet;

15.° Pontificalia cum throno et baldachino peragendi in omnibus ecclesiis extra Urbem, Ordinario praemonito, si ecclesia sit cathedralis;

16.° Honoribus locorum Ordinariis tribui solitis fruendi quocumque se conferant;

4.° Služiti ili drugomu dopustiti, da u njegovoj prisutnosti služi jednu Misu na Veliki Četvrtak i tri Mise u Božićnoj noći;

5.° Blagosloviti svagdje, samim znamenjem križa, sa svim oproštenjima, što ih Sveta Stolica običaje davati, krunice i druga molitvena čisla, križeve, medaljice, škapulare, što su odobreni od Apostolske Stolice, pa ih podijeliti bez obaveze na upis;

6.° Podići samim jednim blagoslovom, u crkvama i u bogomoljama, pa i u privatnima i na drugim pobožnim mjestima, postaje *Križnoga Puta* sa svima oproštenjima, koja su dana osobama, koje izvrše ovu pobožnost; povrh toga blagosloviti za one vjernike, koji zbog bolesti ili druge koje opravdane smetnje ne mogu prolaziti postajama *Križnoga Puta,* raspela Propetoga s pravom na sva oproštenja, koja su od Rimskih Prvosvećenika spojena s pobožnim izvršivanjem istoga *Križnoga Puta*;

7.° Služiti na prijenosnom oltaru ne samo u kući, u kojoj stanuju, nego i gdje god borave, te dopustiti da se služi u njihovu prisuću i druga Misa;

8.° Služiti na moru, izvršivši propisne mjere opreznosti;

9.° Služiti Misu prema vlastitom kalendaru u svima crkvama i bogomoljama;

10.° Svakim danom primijeniti osobnu povlasticu oltara;

11.° U vlastitoj kapelici zadobiti oproštenja, za koja se traži pohod crkve ili koje javne zgrade u gradu ili mjestu, u kojemu Stožernici stvarno borave; a ta povlastica vrijedi i za njihove domare;

12.° Podijeliti puku blagoslov onako, kako to čine Biskupi, na svakom mjestu, ali u Gradu samo u crkvama, pobožnim mjestima i sastancima vjernika;

13.° Nositi na prsima križ, kako to čine Biskupi, pa i preko biskupskog haljetka (mocete), te upotrebljavati mitru i biskupski štap;

14.° Služiti svetu Misu u bilo kojoj privatnoj bogomolji bez štete za onoga, kojemu je dana pogodnost;

15.° Izvršivati velesvećeničke obredne čine s prijestoljem i nebnicom (baldakinom) u svim crkvama izvan Grada, uz prethodnu obavijest Ordinariju, ako je crkva stolna;

16.° Imaju, gdje god se nalazili, pravo na sve počasti, koje se običavaju iskazivati mjesnim Ordinarijima;

17.° Fidem faciendi in foro externo, de oraculo pontificio testantes;

18.° Fruendi sacello ab Ordinarii visitatione exempto;

19.° De reditibus beneficiariis libere disponendi etiam per testamentum, salvo praescripto Can. 1298;

20.° Consecrationes et benedictiones ecclesiarum, altarium, sacrae supellectilis, Abbatum aliasve similes, excepta oleorum sacrorum consecratione, si Cardinalis charactere episcopali careat, ubique locorum, servatis servandis, peragendi, firmo praescripto Can. 1157;

21.° Praecedendi omnibus Praelatis etiam Patriarchis, imo ipsis Legatis Pontificiis, nisi Legatus sit Cardinalis in proprio territorio residens; Cardinalis autem Legatus a latere praecedit extra Urbem omnibus aliis;

22.° Conferendi primam tonsuram et ordines minores, dummodo promovendus habeat dimissorias proprii Ordinarii litteras;

23.° Ministrandi sacramentum confirmationis, firmo onere inscriptionis nominis confirmati ad normam iuris;

24.° Concedendi indulgentias ducentorum dierum, etiam toties quoties lucrandas, in locis vel institutis ac pro personis suae iurisdictionis vel protectionis; item in aliis locis, sed a praesentibus solummodo, singulis vicibus, lucrandas.

§ 2. Cardinalis Decanus gaudet privilegio ordinandi et consecrandi electum Pontificem, si his ordinatione vel episcopali consecratione indigeat, et tunc pallio utitur; quod privilegium, absente Cardinali Decano, competit Subdecano, eoque etiam absente, antiquiori Cardinali Episcopo suburbicario.

§ 3. Demum Cardinalis Proto-diaconus pallia Archiepiscopis et Episcopis privilegio fruentibus eorumve procuratoribus, vice Romani Pontificis, imponit; et nomen novi electi Pontificis populo annuntiat.

239 § 1. 24.°: Eugenius IV, ep. *«Non mediocri»*, a. 1439, § 1, 12; Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. *«Supernae dispositionis»*, 5 maii 1514, § 16; Clemens IX, motu propr. *«Cum a prima»*, 28 febr. 1668; Innocentius XII, const. *«Ut iudicium»*, 15 oct. 1693, § 1, 3; Benedictus XIV, ep. *«Aestas»*, 11 oct. 1757, n. XXIII; Pius IX, litt. ap. *«Multiplices»*, 27 nov. 1869, n. IV; Pius X, motu propr. *«Crux pectoralis»*, 24 maii 1905; const. *«Apostolicae»*, 15 apr. 1910, n. XIII; S. C. Consist., 25 apr. 1917, ad IV; S. C. Indulg., *Urbis et Orbis*, 28 aug. 1903; S. R. C., *Romana*, 15 sept. 1668; *Ne-*

17.° Posvjedočiti s punom dokaznom snagom za izvanje područje o usmenoj prvosvećeničkoj odredbi;

18.° Imati kućnu kapelicu izuzetu ispod Ordinarijeva nadzorna pohoda;

19.° Slobodno raspolagati nadarbinskim prihodima, pa i oporučno, uz obdržavanje kan. 1298;

20.° Posvećivati i blagoslivati crkve, oltare, sveto posuđe, Opate i drugo slično tome, izuzevši posvetu svetih ulja, ako Stožernik nema biskupskoga reda, uz obdržavanje kan. 1157;

21.° Imati pravo na prednost pred svim Prelatima, pa i pred Patrijarsima, dapače i pred Prvosvećeničkim Poslanicima, ako Poslanikom nije Stožernik u mjestu njegova sjedišta; a Stožernik kao Poslanik pobočnik ima izvan Grada prednost pred svim drugima;

22.° Podijeliti prvi postrig i niže redove pod uvjetom, da primalac ima otpusnicu od svojega Ordinarija;

23.° Podijeliti otajstvo potvrde uz obavezu, da se ime potvrđenog propisno upiše u župske knjige;

24.° Dati oproštenje od dvijesto dana, koje se može dobiti na mjestima i u zavodima i od osoba pod njihovom poglavarskom ili zaštitničkom vlašću, pa i koliko se hoće puta, a isto tako i u drugim mjestima, ali tako da to oproštenje mogu da dobiju samo prisutni, i to jedanput.

§ 2. Stožerniku Dekanu pripada povlastica, da zaredi i posveti izabranoga Prvosvećenika, ako bi on trebao da se zaredi ili primi biskupsko posvećenje, i tada nosi naramenicu (palij); ova povlastica u odsutnosti Dekanovoj pripada Dodekanu, a ako je i on odsutan, najstarijemu Stožerniku podgradskom Biskupu.

§ 3. Konačno Stožernik Protođakon stavlja u ime Rimskog Prvosvećenika naramenice Nadbiskupima i Biskupima, koji imaju tu povlasticu; a on objavljuje i ime novoizabranoga Prvosvećenika puku.

apolitana, 14 iul. 1887; S. C. Caeremonial., decr. 30 maii 1902, ad II, 3; Caeremoniale Episcopor., l. I, c. IV, n. 2, 3.

239 § 2: Clemens XII, const. *«Pastorale officium»*, 10 ian. 1731, § 8; Pius X, const. *«Vacante Sede Apostolica»*, 25 dec. 1904, n. 90.

239 § 3: Pius X, const. *«Vacante Sede Apostolica»*, 25 dec. 1904, n. 89.

Can. 240. - § 1. Cardinalis ad sedem suburbicariam promotus et in eiusdem possessionem canonice immissus est verus Episcopus suae dioecesis, eaque potestate in eam pollet, quam Episcopi residentiales in propria dioecesi obtinent.

§ 2. Ceteri Cardinales in suis titulis vel diaconiis, postquam eorundem canonicam possessionem ceperint, omnia possunt quae locorum Ordinarii in suis ecclesiis, exceptis ordine iudiciorum et qualibet iurisdictione in fideles, sed salva potestate in iis quae ad disciplinam, morum correctionem, servitium ecclesiae pertinent.

§ 3. Cum throno et baldachino Cardinalis ordinis presbyteralis potest in suo titulo pontificalia peragere et Cardinalis ordinis diaconalis in sua diaconia pontificaliter assistere, et nemo alius ibidem id potest sine Cardinalis assensu; in aliis vero Urbis ecclesiis Cardinales throno et baldachino uti nequeunt sine licentia Romani Pontificis.

Can. 241. - Sede Apostolica vacante, Sacrum Cardinalium Collegium et Romana Curia non aliam habent potestatem, quam quae definitur in const. Pii X *Vacante Sede Apostolica,* 25 Dec. 1904.

CAPUT IV.

DE CURIA ROMANA.

Can. 242. - Curia Romana constat Sacris Congregationibus, Tribunalibus et Officiis, prout inferius enumerantur et describuntur.

Can. 243. - § 1. In singulis Congregationibus, Tribunalibus, Officiis servanda est disciplina et tractanda sunt negotia secundum normas tum generales tum particulares, quas ipsis Romanus Pontifex praestituerit.

§ 2. Omnes qui ad Congregationes, Tribunalia, Officia Romanae

240 § 1: Paulus IV, const. *«Cum venerabiles»,* 22 aug. 1555, § 1; Pius X, const. *«Apostolicae»,* 15 apr. 1910, n. 1.

240 § 2: C. 11, X, *de maioritate et obedientia,* I, 33; Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. *«Supernae dispositionis»,* 5 maii 1514, § 19; Sixtus V, const. *«Religiosa»,* 13 apr. 1587, § 12.

240 § 3: S. R. C., *Romana,* 15 sept. 1668; 4 dec. 1903.

Kan. 240. - § 1. Stožernik, koji je promaknut na podgradsko sjedište i kanonski je uveden u posjed, pravi je Biskup u svojoj biskupiji, pa u toj biskupiji ima svu onu vlast, koju sjedišni Biskupi zadobivaju u svojoj.

§ 2. Ostali Stožernici mogu u svojim naslovnim crkvama, pošto su ušli u njihov kanonski posjed, izvršivati sve ono što mjesni Ordinariji mogu u svojim crkvama, s izuzetkom sudbenosti i svake druge poglavarske vlasti nad vjernicima, ali im pripada puna vlast u svemu onomu, što se odnosi na stegu, popravak ćudoređa i službu u crkvi.

§ 3. Stožernik svećeničkog reda može u svojoj naslovnoj crkvi izvršivati velesvećeničke obredne čine s prijestoljem i nebnicom, a Stožernik đakonskog reda može službi prisustvovati u velesvećeničkom ruhu; ali u drugim se crkvama u Gradu ne mogu služiti prijestoljem ni nebnicom bez dopuštenja Rimskog Prvosvećenika.

Kan. 241. - Kada je Apostolska Stolica upražnjena Sveti Stožernički Zbor i Rimska Kurija nemaju druge vlasti osim one, koja je označena u Uredbi Pija X. *Za upražnjenja Apostolske Stolice,* od 25. Pros. 1904.

GLAVA IV.

RIMSKA KURIJA

Kan. 242. - Rimska se Kurija sastoji od Svetih Zborova, Sudišta i Ureda, kako se niže nabrajaju i opisuju.

Kan. 243. - § 1. U pojedinim se Zborovima, Sudištima i Uredima mora obdržavati red i svršavati poslovi prema odredbama i općenitim i posebnim, koje im je propisao Rimski Prvosvećenik.

§ 2. Svi su oni, koji pripadaju Zborovima, Sudištima i Uredima Rim-

241: Pius X, const. *«Sapienti consilio»,* 29 iun. 1908.

242: Pius X, const. *«Sapienti consilio»,* 29 iun. 1908.

243 § 1: Pius X, const. *«Sapienti consilio»,* 29 iun. 1908; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 iun., 29 sept. 1908.

Curiae pertinent, ad secretum servandum tenentur intra fines et secundum modum ex disciplina unicuique propria determinatum.

Can. 244. - § 1. Nihil grave aut extraordinarium in iisdem Congregationibus, Tribunalibus, Officiis agatur, nisi a Moderatoribus eorundem Romano Pontifici fuerit antea significatum.

§ 2. Gratiae quaevis ac resolutiones indigent pontificia approbatione, exceptis iis pro quibus eorundem Officiorum, Tribunalium, Congregationum Moderatoribus speciales facultates tributae sint, exceptisque sententiis Tribunalis Sacrae Romanae Rotae et Signaturae Apostolicae.

Can. 245. - Controversiam, si qua exoriatur, de competentia inter Sacras Congregationes, Tribunalia vel Officia Romanae Curiae, dirimit coetus S. R. E. Cardinalium, quos Romanus Pontifex singulis vicibus designaverit.

ART. I.

DE SACRIS CONGREGATIONIBUS.

Can. 246. - Singulis Congregationibus praeest Cardinalis Praefectus vel, si eisdem praesit ipsemet Romanus Pontifex, eas dirigit Cardinalis Secretarius; quibus adiunguntur Cardinales quos Pontifex eis adscribendos censuerit, cum aliis necessariis administris.

Can. 247. - § 1. Congregatio S. Officii, cui ipse Summus Pontifex praeest, tutatur doctrinam fidei et morum.

243 § 2: Benedictus XIV, const. «*Sollicita ac provida*», 9 iul. 1753, § 12; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 iun. 1908, Pars I, Normae communes, cap. III, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. II, n. 4°, art. VII, n. 2°.

244 § 1: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908.

244 § 2: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908.

ske Kurije, obavezni na čuvanje tajne u granicama i na način, kako je određeno u njihovim vlastitim propisnicima.

Kan. 244. - § 1. Ništa se zamašno ni izvanredno ne smije u ovim Zborovima, Sudištima i Uredima svršavati, ako o tom nije prije obaviješten od njihovih Pročelnika Rimski Prvosvećenik.

§ 2. Sve podijeljene milosti i sva rješenja moraju dobiti prvosvećeničko odobrenje, osim onih, za koje su Pročelnicima istih Zborova, Sudišta i Ureda podijeljene posebne ovlastice i izuzevši presude Sudišta Svete Rimske Rote i Apostolske Signature.

Kan. 245. - Ako bi nastao kakav spor u pogledu nadležnosti između Svetih Zborova, Sudišta i Ureda Rimske Kurije, rješenje spada na odbor Stožernika S. R. C., koje će Rimski Prvosvećenik svaki put posebice imenovati.

ČLANAK I.

SVETI ZBOROVI

Kan. 246. - Svakom od Zborova stoji na čelu Stožernik Pročelnik ili, ako mu je na čelu sam Rimski Prvosvećenik, onda zajedno s njima upravlja Stožernik Tajnik; uz njih stoje Stožernici, koje im pridijeli Prvosvećenik, zajedno s drugim potrebitim službenicima.

Kan. 247. - § 1. Zbor Sv. Službe, kojemu je na čelu sam Vrhovni Prvosvećenik, vodi brigu oko vjerske i ćudoredne nauke.

246: Benedictus XV, motu propr. «*Seminaria*», 4 nov. 1915, n. III-V; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 iun. 1908, Pars I, Normae communes, cap. I, n. 1°.

247 § 1: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § I, n. 1°, 1, n. 7°, 2; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. I, n. 6°.

§ 2. Iudicat de iis delictis quae sibimet secundum propriam eiusdem legem reservantur, cum potestate has criminales causas videndi non solum in gradu appellationis a tribunali Ordinarii loci, sed etiam in prima instantia, si directe ad ipsam delatae fuerint.

§ 3. Ipsa sola cognoscit ea quae, sive directe sive indirecte, in iure aut in facto, circa privilegium, uti aiunt, Paulinum, et matrimonii impedimenta disparitatis cultus et mixtae religionis versantur; itemque ad eam spectat facultas dispensandi in hisce impedimentis. Quare quaelibet huiusmodi quaestio ad hanc Congregationem est deferenda, quae tamen potest, si ita censeat et casus ferat, quaestionem remittere ad aliam Congregationem vel ad Tribunal Sacrae Romanae Rotae.

§ 4. Ad eandem pertinet non solum delatos sibi libros diligenter excutere, eos, si oportuerit, prohibere, et dispensationes concedere; sed etiam ex officio inquirere, qua opportuniore licebit via, quae in vulgus edantur scripta cuiuslibet generis damnanda, et in memoriam Ordinariorum reducere, quam religiose teneantur in perniciosa scripta animadvertere eaque Sanctae Sedi denuntiare, ad normam Can. 1397.

§ 5. Ipsa una competens est circa ea omnia quae ieiunium eucharisticum pro sacerdotibus Missam celebrantibus respiciunt.

Can. 248. - § 1. Congregationis Consistorialis Praefectus est ipse Romanus Pontifex. Praeter alios ad eandem pertinent ex officio Cardinales Secretarius S. Officii, Praefectus Congregationis de Seminariis et Universitatibus studiorum et Secretarius Status. Inter Consultores eiusdem semper sunt Assessor S. Officii, Secretarius Congregationis pro negotiis ecclesiasticis extraordinariis et Secretarius Congregationis de Seminariis et Universitatibus studiorum.

247 § 2: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § I, n. 1°, 2; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. I, n. 6°.

247 § 3: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § I, n. 1°, 5; S. C. Consist., 12 nov. 1908, ad VI; 21 ian. 1910; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. I, n. 6°.

§ 2. Postupa sudbeno u stvari onih krivičnih djela, koja su joj pridržana prema odredbama vlastitog propisnika, s vlašću suditi u ovim krivičnim parnicama ne samo u prizivnoj molbi protiv suda mjesnog Ordinarija, nego i u prvoj molbi, ako su preda nj iznesene izravno.

§ 3. Samo on rješava sve ono, što se odnosi bilo izravno bilo neizravno, pravno ili činjenično, na povlasticu, kako kažu, Pavlovsku i na ženidbene smetnje razlike i mješovite vjere. Stoga se svako ovakvo pitanje mora podnijeti ovomu Zboru; ali on ipak može, ako to smatra potrebitim od slučaja do slučaja, predmet uputiti drugom Zboru ili Sudištu Svete Rimske Rote.

§ 4. Na nj spada ne samo to, da njemu prijavljene knjige pomnjivo ispita, pa ih, ako treba, zabrani i u toj stvari daje oproste, nego da i ureda radi putem, kojim smatra najpodesnijim, ispita sve ono, što se tiskom objavljuje, a zaslužuje da se presudi i da skreće pažnju Ordinarijima na to, kako je njihova dužnost, da savjesno nastupaju protiv pogubnih knjiga i da ih prijave Svetoj Stolici, prema odredbi kan. 1397.

§ 5. On je isključivo nadležan za sve ono, što se odnosi na euharistijski post kod svećenika, koji služe Misu.

Kan. 248. - § 1. Konzistorijalnoga je Zbora pročelnikom sam Rimski Prvosvećenik. Osim drugih njegovi su članovi po službenoj dužnosti Stožernik Tajnik Sv. Službe, Pročelnik Zbora za Sjemeništa i Sveučilišta i Državni Tajnik. Među njegovim Vijećnicima uvijek su Prisjednik Sv. Službe, Tajnik Zbora za izvanredne crkvene poslove i Tajnik Zbora za Sjemeništa i Sveučilišta.

247 § 4: Benedictus XIV, const. «*Sollicita ac provida*», 9 iul. 1753; Leo XIII, const. «*Officiorum ac munerum*», 25 ian. 1897, n. 24; Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § I, n. 7°, 1, 2; Benedictus XV, allocut. «*Amplissimum Collegium*», 22 mart. 1917; motu propr. «*Alloquentes*», 25 mart. 1917, n. I-III.

248 § 1: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § I, n. 2°, 5-7.

§ 2. Ad hanc Congregationem spectat non modo parare agenda in Consistoriis, sed praeterea, in locis Congregationi de Prop. Fide non obnoxiis, novas dioeceses ac provincias et capitula tum cathedralia tum collegialia constituere; dioeceses iam constitutas dividere; Episcopos, Administratores Apostolicos, Coadiutores et Auxiliares Episcoporum constituendos proponere, canonicas inquisitiones seu processus super promovendis indicere actosque diligenter expendere, ipsorum periclitari doctrinam, salvo praescripto Can. 255.

§ 3. Ab hac Congregatione dependent ea omnia quae pertinent ad constitutionem, conservationem et statum dioecesium. Quare ipsa vigilat super impletis vel minus obligationibus, quibus Ordinarii tenentur; cognoscit ea quae ab Episcopis scripto relata sint de statu suarum dioecesium; indicit visitationes apostolicas examinatque eas quae fuerint absolutae, transmissis in utroque casu ad singulas Congregationes iis ad deliberandum negotiis quae ad eas peculiariter pertinent.

Can. 249. - § 1. Congregationi de disciplina Sacramentorum proposita est universa legislatio circa disciplinam septem Sacramentorum, incolumi iure Congregationis S. Officii circa ea quae in Can. 247 statuta sunt, et Sacrorum Rituum Congregationis circa ritus et caeremonias quae in Sacramentis conficiendis, ministrandis et recipiendis servari debent.

§ 2. Ad illam itaque spectant ea omnia, quae decerni concedique solent tum in disciplina matrimonii, tum in disciplina aliorum Sacramentorum nec non in celebratione Sacrificii Eucharistici, iis tantum exceptis quae aliis Congregationibus reservata sunt.

248 § 2: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § I, n. 1°, 4, n. 2°, 2; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, Can. I, n. 1°, b, cap. VII, art. II, n. 6°, 7°, 10°.

248 § 3: Pius X, const. «*Sapienti consilio*» 29 iun. 1908, § I, n. 2°, 3; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. I, n. 1°, b, cap. VII, art. II, n. 6°-9°.

§ 2. Na ovaj Zbor spada, da ne samo priprema dnevni red za Konzistorij, nego osim toga i sve ono, što se odnosi na osnivanje novih biskupija i crkvenih pokrajina, pa kaptola stolnih i zbornih, sve to u mjestima, koja nisu podčinjena Zboru za Širenje Vjere; na diobu već osnovanih biskupija; na predlaganje za postavljanje Biskupa, Apostolskih Upravitelja, Biskupa Koadjutora i Pomoćnog biskupa, da određuje izvide i postupke glede onih, koji bi imali biti promaknuti i da zapisnike o tom brižljivo ispituje i ocijeni njihovu naučnu spremu, uz obdržavanje propisa kan. 255.

§ 3. Ovaj Zbor nadležan za sve ono, što se odnosi na osnivanje, podržavanje i stanje biskupije. Zato on bdije nad izvršivanjem i neizvršivanjem obaveza, koje spadaju u dužnost Ordinarijima; ispituje pismene izvještaje, koje su podnijeli Biskupi o stanju svojih biskupija; određuje apostolske nadzorne pohode i ispituje ih, kad su izvršeni; a u jednom i drugom slučaju dostavlja pojedinim Zborovima one predmete, koji posebice spadaju u njihovu nadležnost.

Kan. 249. - § 1. Zbor za upravu Otajstava ima u svojoj nadležnosti cjelokupno zakonarstvo oko upravljanja sedam Otajstava, ne dirajući pri tom u prava Zbora Sv. Službe glede onoga, što je određeno u kan. 247, kao ni u prava Zbora za Svete Obrede glede obrednih i svečanosnih čina, koji se moraju obdržavati kod učina, podjelbe i primanja Otajstava.

§ 2. Na nj prema tomu spada sve ono, što u pravilu treba riješiti i dopuštati kako pri upravi ženidbom, tako i pri upravi drugim Otajstvima, te glede služenja Euharistijske Žrtve, izuzevši samo ono, što je pridržano drugim Zborovima.

249 § 1: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § I, n. 3°, 1.

249 § 2: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § I, n. 3°, 2, n. 4°, 2, II, n. 1°; S. C. Consist., 14 mart. 1910; 16 aug. 1910; *Romana,* 28 nov. 1911; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars. II, Normae peculiares, cap. I, n. 1°, c, cap. VII, art. III, n. 10°-12°.

§ 3. Ipsa cognoscit quoque et exclusive de facto inconsummationis matrimonii et de exsistentia causarum ad dispensationem concedendam, nec non de iis omnibus, quae cum his sunt connexa. Potest tamen cognitionem horum omnium, si id expedire iudicaverit, ad Sacram Romanam Rotam remittere. Pariter ad eam deferri possunt quaestiones de validitate matrimonii, quas tamen, si accuratiorem disquisitionem aut investigationem exigant, ad tribunal competens remittat. Eodem modo ad ipsam pertinet videre de obligationibus ordinibus maioribus adnexis, atque examinare quaestiones de ipsa validitate sacrae ordinationis, aut eas ad tribunal competens remittere. Et ita porro de aliis Sacramentis.

Can. 250. - § 1. Congregationi Concilii ea pars negotiorum est commissa, quae ad universam disciplinam cleri saecularis populique christiani refertur.

§ 2. Quamobrem ipsius est curare ut christianae vitae praecepta serventur, cum facultate opportune ab eisdem fideles dispensandi; moderari quae parochos et canonicos spectant; aut quae pias sodalitates, pias uniones (etiamsi dependeant a religiosis vel erectae sint in eorum ecclesiis seu domibus), pia legata, pia opera, Missarum stipes, beneficia aut officia, bone ecclesiastica, mobilia et immobilia, tributa dioecesana, taxas Curiarum episcopalium aliaque huiusmodi attingunt. Eidem reservata est facultas eximendi a conditionibus requisitis ad assecutionem beneficiorum, quoties ad Ordinarios eorum collatio spectat; admittendi ad compositionem eos qui occuparunt bona ecclesiastica, etiam pertinentia ad religiosos; permittendi ut fideles acquirant bona ecclesiastica, a potestate civili usurpata.

§ 3. Videt quoque de iis omnibus, quae ad immunitatem ecclesiasticam pertinent, itemque de controversiis circa praecedentiam, salvo iure Congregationis de sodalibus religiosis et Congregationis Caeremonialis.

249 § 3: Pius X, const. *«Sapienti consilio»,* 29 iun. 1908, § I, n. 3°, 2, 3; S. C. Consist., *Romana,* 29 ian. 1909; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. III, n. 11°.

250 § 1: Pius X, const. *«Sapienti consilio»,* 29 iun. 1908, § I, n. 4°, 1; S. C. Consist., 7 ian. 1909; 27 febr. 1909; *Romana,* 28 nov. 1911.

250 § 2: Pius X, const. *«Sapienti consilio»,* 29 iun. 1908, § I, n. 1°, 4, n. 4°, 2; S. C. Consist., *Romana,* 8 iul. 1909; *Romana,* 10 dec. 1909; 14 mart. 1910; 21 apr. 1910;

§ 3. On također rješava, i to isključivo, o neizvršenju ženidbe s činjenične strane i da li postoje razlozi za podjeljenje oprosta, kao i o svemu onomu, što je s time u svezi. Ipak može rješavanje o svemu tomu odstupiti Svetoj Rimskoj Roti. Isto se tako mogu preda nj iznijeti pitanja o valjanosti braka, ali će ih, ako iziskuju točniji pretres i izviđanje, odstupiti nadležnom sudištu. Jednako na nj spadaju rješenja o obavezama spojenim s višim redovima, pa o pitanjima glede same valjanosti svetoga ređenja, ili ih može odstupiti nadležnom sudištu. A tako jednako i glede drugih Otajstava.

Kan. 250. - § 1. Zbor Saborski ima u svojoj nadležnosti sve one predmete, koji se odnose na svu koliku stegu svjetovnih duhovnika kršćanskoga puka.

§ 2. Stoga ima voditi brigu o tom, da obdržavaju zapovijedi kršćanskoga života, s ovlaštenjem da od njih, kada treba, daje vjernicima oproste; da ravna s onim, što se odnosi na župnike i kanonike; nadalje s onim, što se tiče pobožnih udruženja, pobožnih zajednica (i ako su u ovisnosti od redovnika ili su osnovane u njihovim crkvama ili domovima), pobožnih ustanova, Misnih nagrada, nadarbina ili službi, crkvene imovine, pokretne i nepokretne, dijecezanskih prireza, pristojbi biskupijskih kurija i tako dalje. On ima ovlaštenje, da izuzme od uvjeta propisanih za postignuće nadarbina, kada njihova podjelba spada na Ordinarija; da dopusti poravnanja onima, koji su prisvojili crkvenu imovinu, pa i takvu, koja pripada redovnicima; da dade dopuštenje vjernicima za stjecanje crkvene imovine prigrabljene od građanskih vlasti.

§ 3. Rješava također o svemu, što se odnosi na crkvenu povlasticu oslobođenja od javnih obaveza, isto tako u sporovima glede prednosti, ne dirajući u prava Zbora redovičkog ni Zbora za svečanosne čine.

5 iul. 1915; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, n. 4°, g.

250 § 3: Pius X, const. *«Sapienti consilio»,* 29 iun. 1908, § I, n. 4°, 2; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art IV, n. 5°.

§ 4. Ad eandem pertinent ea omnia quae ad Conciliorum celebrationem et recognitionem atque ad Episcoporum coetus seu conferentias referuntur, extra loca quae subsunt Congregationi de Prop. Fide.

§ 5. Est autem haec Congregatio competens in omnibus controversiis negotia eidem commissa spectantibus, quas in linea disciplinari pertractandas censuerit; cetera ad tribunal competens sunt deferenda.

Can. 251. - § 1. Congregatio negotiis religiosorum sodalium praeposita ea sibi exclusive vindicat quae respiciunt regimen, disciplinam, studia, bona et privilegia religiosorum sodalium utriusque sexus tum sollemnibus tum simplicibus votis adstrictorum, eorumque qui, quamvis sine votis, in communi tamen vitam agunt more religiosorum, itemque tertiorum Ordinum saecularium, incolumi iure Congregationis de Prop. Fide.

§ 2. Quapropter, quaestionibus ordine iudiciario tractandis ad tribunal competens remissis et incolumi semper iure Congregationis S. Officii et Congregationis Concilii circa negotia ad ipsas spectantia, haec Congregatio quaestiones omnes suae competentiae in linea disciplinari dirimit; sed si quaestio vertatur inter religiosum sodalem et personam non religiosam, ipsa, praesertim ad instantiam partis, potest quoque, si aequum iudicaverit, eandem quaestionem ad aliam Congregationem aut tribunal remittere.

§ 3. Huic denique Congregationi reservatur concessio dispensationum a iure communi pro sodalibus religiosis, firmo praescripto Can. 247, § 5.

Can. 252. - § 1. Congregatio de Propaganda Fide missionibus ad praedicandum Evangelium et catholicam doctrinam praeest, ministros necessarios constituit et mutat, facultatemque habet tractandi, agendi et exsequendi omnia hac in re necessaria et opportuna.

§ 2. Curat ea omnia quae ad Conciliorum celebrationem et recognitionem in locis sibi subiectis pertinent.

250 § 4: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § I, n. 4°, 3; S. C. Consist., 12 nov. 1908, ad VII; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. IV, n. 6°, b.

250 § 5: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § I, n. 4°, 4.

251 § 1: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § I, n. 1°, 4, n. 5°, 1; S. C. Consist., 5 iul. 1915; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. I, n. 1°, e, cap. VII, art. V, n. 4°-6°.

§ 4. Na nj spada sve ono, što se odnosi na obdržavanje Sabora i na njihovo ispitivanje, pa na zborove i sastanke Biskupa, osim za ona mjesta, koja su podčinjena Zboru za širenje Vjere.

§ 5. A nadležan je ovaj Zbor i za sve sporove u predmetima iz njegove nadležnosti, za koje smatra da ih treba riješiti putem stegovnog postupka; ostale treba odstupiti nadležnom sudištu.

Kan. 251. - § 1. Zbor za redovničke poslove uzima u svoju isključivu nadležnost sve ono, što se odnosi na upravu, stegu, nauke, imovinu i povlastice članova redovničkih družbi oba spola, bili oni vezani svečanim ili običnim zavjetima, pa i onih koji, iako bez zavjeta, ipak provode zajednički život poput redovnika, a isto tako trećih Redova svjetovnjačkih, ne dirajući u prava Zbora za Širenje Vjere.

§ 2. Stoga ovaj Zbor rješava sva pitanja iz svoje nadležnosti putem stegovnog postupka, prepuštajući nadležnom sudištu ona pitanja, koja se imaju riješiti sudskim postupkom i ne dirajući nigda u prava Zbora Sv. Službe ni Zbora Saborskog glede predmeta, koji na njih spadaju; ali on može svako pitanje, koje postoji između redovničke i neredovničke osobe, osobito po traženju koje od stranaka, odstupiti, ako to nađe shodnim, drugom Zboru ili sudištu.

§ 3. Konačno je pridržano ovomu Zboru podjeljivanje oprosta od propisa zajedničkog prava za redovničke osobe, uz obdržavanje odredbe kan. 247, § 5.

Kan. 252. - § 1. Zbor za Širenje Vjere predstoji misijama za propovijedanje Evanđelja i katoličke nauke, postavlja i skida potrebite službenike i ima ovlast, da raspravi, odredi i izvrši sve ono, što je u toj stvari potrebito i prikladno.

§ 2. Vodi brigu o svemu onomu, što se odnosi na obdržavanje i ispitivanje Sabora u mjestima njemu podčinjenima.

251 § 2: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § I, n. 5°, 2.

251 § 3: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § I, n. 3°, 2, n. 5°, 3.

252 § 2: S. C. Consist., 12 nov. 1908, ad VII.

§ 3. Eius iurisdictio iis est circumscripta regionibus, ubi, sacra hierarchia nondum constituta, status missionis perseverat. Huic Congregationi sunt etiam subiectae regiones, quae etsi hierarchia inibi constituta sit, adhuc inchoatum aliquid praeseferunt. Eidem pariter subsunt societates ecclesiasticorum ac Seminaria quae exclusive fundata sunt eo fine, ut in eis instituantur missionarii pro exteris missionibus, praesertim quod attinet ad eorum regulas, administrationem atque opportunas concessiones ad sacram ordinationem alumnorum requisitas.

§ 4. Haec autem Congregatio tenetur ad competentes Congregationes deferre negotia quae aut fidem attingunt, aut causas matrimoniales, aut generales normas circa sacrorum rituum disciplinam tradendas vel interpretandas.

§ 5. Quod vero spectat ad sodales religiosos, eadem Congregatio sibi vindicat quidquid religiosos qua missionarios, sive uti singulos sive simul sumptos, tangit. Quidquid vero religiosos qua tales, sive uti singulos sive simul sumptos attingit, ad Congregationem religiosorum negotiis praepositam remittat aut relinquat.

Can. 253. - § 1. Congregatio Sacrorum Rituum ius habet videndi et statuendi ea omnia quae sacros ritus et caeremonias Ecclesiae Latinae proxime spectant, non autem quae latius ad sacros ritus referuntur, cuiusmodi sunt praecedentiae iura aliaque id genus, de quibus sive servato ordine iudiciario sive in linea disciplinari disceptetur.

§ 2. Eius proinde est praesertim advigilare, ut sacri ritus ac caeremoniae diligenter serventur in Sacro celebrando, in Sacramentis administrandis, in divinis officiis persolvendis, in iis denique omnibus quae Ecclesiae Latinae cultum respiciunt; dispensationes concedere opportunas; insignia et honoris privilegia tam personalia et ad tempus, quam localia et perpetua, quae ad sacros ritus vel caeremonias pertineant, elargiri, et cavere ne in haec abusus irrepant.

252 § 3: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § I, n. 6°, 1-3; S. C. Consist., 12 nov. 1908, ad I, XII; Romana, 6 aug. 1909, ad X; *Romana,* 10 dec. 1909; Romana, 15 mart. 1910.

252 § 4: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § I, n. 6°, 4; S. C. Consist., 12 nov. 1908, ad II, IV.

252 § 5: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § I, n. 6°, 5; S. C. Consist., 12 nov. 1908, ad V; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. I, n. 1°, e.

§ 3. Njegova je poglavarska vlast ograničena na one krajeve, u kojima postoji, pošto sveta hijerarhija još nije uređena, misijsko stanje. Ovomu su zboru podčinjeni i onakovi krajevi, u kojima stanje iako je hijerarhija već uređena, ima još uvijek početni značaj. Jednako su njemu podčinjene družbe crkvenih osoba i Sjemeništa, koja su osnovana jedino u tu svrhu, da se u njima poučavaju misionari za izvanjske misije, osobito u pogledu njihovih pravila, uprave i odnosnih pogodnosti potrebitih za sveto ređenje pitomaca.

§ 4. No ovaj je Zbor dužan, da podnese nadležnim Zborovima one predmete, koji se odnose na vjeru, nadalje ženidbene stvari, pa one koje se tiču izdavanja ili tumačenja općih propisa u pogledu svetih obreda.

§ 5. Što se pak tiče redovničkih osoba, ovaj Zbor uzima u svoju nadležnost sve ono, što se odnosi na redovnike, ukoliko su misionari, bilo kao pojedince, bilo kao članove zajednica. Međutim treba da odstupi i prepusti Zboru za redovničke poslove sve ono, što se odnosi na redovnike kao takve, bilo kao pojedince bilo kao članove zajednice.

Kan. 253. - § 1. Sveti Zbor Obredni ima pravo rješavati i propisivati sve ono, što se neposredno odnosi na svete obrede i svečanosne čine Latinske Crkve, ali ne ono, što je sa svetim obredima u daljnjoj svezi, kao što su pravo prednosti i slično, kada se to rješava bilo u sudskom bilo u stegovnom postupku.

§ 2. Prema tomu na nj spada bdjeti nad tim, da se točno obdržavaju sveti obredi i svečanosti čini pri služenju Mise, dijeljenju Otajstava, molenju časoslovnih molitava i pri svemu onomu, što spada na bogoslužje Latinske Crkve; davati prigodice oproste; podjeljivati odličja i počasne povlastice kako osobne i povremene, tako i mjesne i trajne, ukoliko se odnose na svete obrede i svečanosne čine, te obraćati pažnju na to, da se u tom ne zavedu zloupotrebe.

253 § 1: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § I, n. 8°, 1; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. VIII, n. 2°.

253 § 2: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § I, n. 8°, 2; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. VIII, n. 2°.

§ 3. Denique ea omnia agit quae ad beatificationem et canonizationem Servorum Dei vel ad sacras reliquias quoquo modo referuntur.

Can. 254. - Ad Congregationem Caeremonialem pertinet moderatio caeremoniarum in Sacello Aulaque Pontificali servandarum et sacrarum functionum quas Patres Cardinales extra pontificale sacellum peragunt; itemque eadem Congregatio cognoscit quaestiones de praecedentia tum Patrum Cardinalium tum Legatorum quos variae Nationes ad Sanctam Sedem mittunt.

Can. 255. - Ad Congregationem pro negotiis ecclesiasticis extraordinariis spectat dioeceses constituere vel dividere et ad vacantes dioeceses idoneos viros promovere, quoties hisce de rebus cum civilibus Guberniis agendum est; insuper Congregatio in ea negotia incumbit, quae eius examini subiiciuntur a Summo Pontifice per Cardinalem Secretarium Status, praesertim ex illis quae cum legibus civilibus coniunctum aliquid habent et ad pacta conventa cum variis Nationibus referuntur.

Can. 256. - § 1. Congregatio de Seminariis et Universitatibus studiorum vigilat super omnibus quae ad regimen, disciplinam, temporalem administrationem et studia Seminariorum pertinent incolumi iure Congregationis de Prop. Fide. Eidem pariter commissa est moderatio regiminis ac studiorum, in quibus versari debent athenaea seu quas vocant Universitates vel Facultates quae ab Ecclesiae auctoritate dependent, comprehensis iis quae a religiosae alicuius familiae sodalibus diriguntur. Novas institutiones perpendit approbatque; facultatem concedit academicos gradus conferendi normasque tradit quibus ii conferri debeant, et, ubi agitur de viro singulari doctrina commendato, potest eos ipsa conferre.

§ 2. In hac Sacra Congregatione connumerantur inter alios Cardinales Secretarius Congregationis Consistorialis et inter Consultores Assessor eiusdem Congregationis.

253 § 3: Pius X, const. *«Sapienti consilio»*, 29 iun. 1908, § I, n. 8°, 3; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. VIII, n. 4°.

254: Pius X, const. *«Sapienti consilio»*, 29 iun. 1908, § I, n. 9°; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. IV, n. 5°.

§ 3. On konačno radi sve ono, što se odnosi na proglašenje Službenika Božjih blaženima i svetima, i sve što je bilo kako u svezi sa svetim moćima.

Kan. 254. - Na Zbor Svečanosni spada, da ravna svečanosnim činima, koji se imaju izvršivati u Prvosvećeničkom Svetištu i Dvoru i pri svetom obsluživanju, koje izvršuju Oci Stožernici izvan prvosvećeničkog svetišta; nadalje ovaj Zbor rješava pitanja u pogledu prednosti i Otaca Stožernika i Poslanika, koje razni Narodi šalju k Svetoj Stolici.

Kan. 255. - Na Zbor za izvanredne crkvene poslove spada osnivanje ili dioba biskupija i imenovanje podesnih muževa za upražnjene biskupije onda, kada se kod tih predmeta mora pregovarati s državnim Vladama; povrh toga ovaj Zbor izvršuje one poslove, koje mu na rad povjeri Vrhovni Prvosvećenik preko Stožernika Državnoga Tajnika, napose takove, koji su u nekoj svezi s građanskim zakonima i odnose se na sklopljene ugovore s različitim Narodima.

Kan. 256. - § 1. Zbor za Sjemeništa i Sveučilišta bdije nad svime, što se odnosi na upravu, stegu, imovinu i nauke u Sjemeništima, ne dirajući u prava Zbora za Širenje Vjere. Jednako mu je povjereno ravnanje reda i nastave, koja se mora držati na visokim školama ili kako iz zovu, Sveučilištima ili Fakultetima ovisnima od crkvene vlasti, pa i onda, kada su pod upravom članova koje redovničke obitelji. Novoosnovane ispituje i daje za njih odobrenje; daje ovlasticu za podjeljivanje akademskih stupnja, i propisuje pravila, prema kojima se moraju podjeljivati, a kada se radi o mužu, koji se je u znanosti posebice istakao, može ih i sam podijeliti.

§ 2. Članovima ovoga Zbora pripada među ostalima Stožernicima Tajnik Zbora Konzistorijalnoga, a među vijećnike Prisjednik istoga Zbora.

255: Pius X, motu propr. *«Romanis Pontificibus»*, 17 dec. 1903; const. *«Sapienti consilio»*, 29 iun. 1908, § 1, n. 2°, 2, n. 10°.

256 § 1: Pius X, const. *«Sapienti Consilio»*, 29 iun. 1908, § I, n. 11°; Benedictus XV, motu propr. *«Seminaria»*, 4 nov. 1915, n. I, II, VI; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. XI, n. 2°.

Can. 257. - § 1. Congregationi pro Ecclesia Orientali praeest ipse Romanus Pontifex. Huic Congregationi reservantur omnia cuiusque generis negotia quae sive ad personas, sive ad disciplinam, sive ad ritus Ecclesiarum orientalium referuntur, etiamsi sint mixta, quae scilicet sive rei sive personarum ratione latinos quoque attingant.

§ 2. Quare pro Ecclesiis ritus orientalis haec Congregatio omnibus facultatibus potitur, quas aliae Congregationes pro Ecclesiis ritus latini obtinent, incolumi tamen iure Congregationis S. Officii ad normam Can. 247.

§ 3. Haec Congregatio controversias dirimit via disciplinari; quas vero ordine iudiciario dirimendas iudicaverit, ad tribunal remittet quod ipsa Congregatio designaverit.

ART. II.

DE TRIBUNALIBUS CURIAE ROMANAE.

Can. 258. - § 1. Sacrae Poenitentiariae praeficitur Cardinalis Poenitentiarius Maior. Huius tribunalis iurisdictio coarctatur ad ea quae forum internum, etiam non sacramentale, respiciunt; quare hoc tribunal pro solo foro interno gratias largitur, absolutiones, dispensationes, commutationes, sanationes, condonationes; excutit praeterea quaestiones conscientiae easque dirimit.

§ 2. Eiusdem insuper est de iis omnibus iudicare quae spectant ad usum et concessionem indulgentiarum, salvo iure S. Officii videndi ea quae doctrinam dogmaticam circa easdem indulgentias vel circa novas orationes et devotiones respiciunt.

Can. 259. - Causae ordinem iudiciarium requirentes aguntur apud Sacram Romanam Rotam et apud Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae intra fines et secundum normas traditas in Can. 1598-1605, salvo iure Congregationis S. Officii et Congregationis Sacrorum Rituum in causas sibi proprias.

257 § 1: Pius IX, const. *«Romani Pontifices»,* 6 ian. 1862; Benedictus XV, motu propr. *«Dei providentis»,* 1 maii 1917, II, III.

257 § 2 / § 3: S. C. Consist., 12 nov. 1908, ad VI; Benedictus XV, motu propr. *«Dei providentis»,* 1 maii 1917, IV, V.

Kan. 257. - § 1. Zboru za Istočnu Crkvu na čelu je sam Rimski Prvosvećenik. Ovom Zboru pridržani su svi poslovi ma koje vrsti, što spadaju bilo na osobe bilo na stegu bilo na obrede Istočnih Crkava, pa iako su mješoviti, to jest koji se bilo u stvarnom bilo u osobnom obziru dotiču i latinaca.

§ 2. Stoga ovaj Zbor ima za Crkve istočnih obreda sve ovlastice, koje ostali Zborovi zadobivaju za Crkve latinskog obreda, ne dirajući ipak u prava Zbora Sv. Službe prema propisu kan. 247.

§ 3. Ovaj Zbor rješava sporove u stegovnom postupku; one pak za koje prosudi, da ih treba riješiti sudskim postupkom, odstupit će Zbor onomu sudištu, koje on sam označi.

ČLANAK II.

SUDIŠTA RIMSKE KURIJE

Kan. 258. - § 1. Svetoj Penitencijariji stoji na čelu Stožernik Veliki Pokorničar. Sudska vlast ovoga sudišta stegnuta je na one predmete, koji se odnose na unutarnje područje, pa i izvanotajstveno; stoga ovo sudište podjeljuje isključivo za unutarnje područje milosti, odrješenja, oproste, zamjene, ukrepljenja, izravnanja; osim toga uzima u razmatranje i rješava pitanja savjesti.

§ 2. Na nj spada i to, da rješava, ne dirajući u nadležnost Sv. Službe da donosi rješenja u onomu, što spada na vjersku nauku glede tih oproštenja ili na nove molitve i pobožnosti.

Kan. 259. - Predmeti koji zahtijevaju sudski postupak rješavaju se pred Svetom Rimskom Rotom i pred Vrhovnim Sudištem Apostolske Signature u granicama i po propisima sadržanima u kan. 1598-1605, ne dirajući u nadležnost Zbora Sv. Službe i Zbora Obrednoga glede predmeta, koji na njih spadaju.

258 § 1: Pius X, const. *«Sapienti consilio»,* 29 iun. 1908, § II, n. 1°; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VIII, n. 1°.

258 § 2: Benedictus XV, allocut. *«Amplissimum Collegium»,* 22 mart. 1917; motu propr. *«Alloquentes»,* 25 mart. 1917, n. IV, V.

259: Pius X, const. *«Sapienti consilio»,* 29 iun. 1908, § II, n. 2°, 3°.

ART. III.

DE OFFICIIS CURIAE ROMANAE.

Can. 260. - § 1. Cancellariae Apostolicae, cui praeest Cardinalis Cancellarius Sanctae Romanae Ecclesiae, hoc est proprium munus, apostolicas expedire litteras seu bullas pro beneficiorum et officiorum consistorialium provisione, novarum provinciarum et dioecesium ac capitulorum institutione et pro aliis maioribus Ecclesiae negotiis conficiendis.

§ 2. Quae litterae seu bullae ne expediantur nisi de mandato Congregationis Consistorialis circa negotia ad eius competentiam spectantia, aut de mandato Summi Pontificis circa alia negotia, servatis in singulis casibus ipsius mandati terminis.

Can. 261. - Datariae Apostolicae, quam moderatur Cardinalis Datarius Sanctae Romanae Ecclesiae, commissum est cognoscere de idoneitate promovendorum ad beneficia non consistorialia Apostolicae Sedi reservata; conficere et expedire apostolicas litteras pro eorum collatione; eximere in conferendo beneficio a conditionibus requisitis, quoties eius collatio ad Ordinarium non pertinet; curare pensiones et onera quae Summus Pontifex in memoratis conferendis beneficiis imposuerit.

Can. 262. - Camerae Apostolicae, cui praesidet Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Camerarius, cura est atque administratio bonorum ac iurium temporalium Sanctae Sedis, quo tempore praesertim haec vacua habeatur; et tunc adamussim serventur normae statutae in const. Pii X *Vacante Sede Apostolica,* 25 Dec. 1904.

Can. 263. - Officium Secretariae Status, cuius moderator est Cardinalis Secretarius Status, constat triplici parte hoc ordine:

260 § 1: Pius X, const. *«Sapienti consilio»,* 29 iun. 1908, § III, n. 1°, 1, 2; motu propr. *«In Romanae»,* 8 dec. 1910; S. C. Consist., 15 apr. 1910; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. II, n. 10°.

260 § 2: Pius X, const. *«Sapienti consilio»,* 29 iun. 1908, § III, n. 1°, 4; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. II, n. 11°.

ČLANAK III.

UREDI RIMSKE KURIJE

Kan. 260. - § 1. Posebna je služba Apostolske Kancelarije, kojoj stoji na čelu Stožernik Kancelar, u tom, da otprema apostolska pisma i pečatnice pri podjeljivanju nadarbina i konzistorijalnih službi, pri osnivanju novih crkvenih pokrajina, biskupija i kaptola, kao i za rješenja o crkvenim velestvarima.

§ 2. Ova se pisma i pečatnice ne smiju otpremiti bez odredbe Zbora Konzistorijaloga u predmetima, koji spadaju u njegovu nadležnost, odnosno bez odredbe Vrhovnoga Prvosvećenika u drugim predmetima, a u svakom se slučaju valja držati od njega danih smjernica.

Kan. 261. - Datariji Apostolskoj, kojom upravlja Stožernik Datar Svete Rimske Crkve, povjereno je da rješava o prikladnosti onih, kojima bi se imale podijeliti nekonzistorijalne nadarbine zadržane Apostolskoj Stolici; da sastavlja i otprema apostolska pisma za njihovo podjeljivanje; da oprašta od uvjeta propisanih za podjeljivanje nadarbine, kada podjeljivanje ne spada na Ordinarija; da vodi brigu o nadarbinskim davcima i opterećenjima, koje je Vrhovni Prvosvećenik nametnuo pri podjeljivanju spomenutih nadarbina.

Kan. 262. - Apostolska Komora, kojoj je na čelu Stožernik Komornik Svete Rimske Crkve, vodi brigu i upravu oko imovine i imovinskih prava Svete Stolice, napose u vrijeme, kada je ova upražnjena; a tada se moraju točno obdržavati propisi sadržani u uredbi Pija X., *Za upražnjenja Apostolske Stolice,* od 25. Pros. 1904.

Kan. 263. - Ured Državnog Tajništva, kojim upravlja Stožernik Državni Tajnik, ima tri odjeljenja, i to ovako:

261: Pius X, const. *«Sapienti consilio»,* 29 iun. 1908, § III, n. 2°, 1, 2; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. IX, art. II, n. 1°.

262: Pius X, const. *«Sapienti consilio»,* 29 iun. 1908, § III, n. 3°.

1.° Prima pars, cui praesidet Secretarius Congregationis pro negotiis ecclesiasticis extraordinariis, versatur in negotiis quae eidem Congregationi examinanda subiici debent ad normam Can. 255, ceteris pro diversa eorum natura ad peculiares Congregatione remissis;

2.° Altera pars, cui praeest Substitutus, incumbit in ordinaria negotia;

3.° Tertiam partem dirigit Cancellarius Brevium Apostolicorum, qui vacat expeditioni Brevium.

Can. 264. - Ad Secretarias Brevium ad Principes et Epistolarum latinarum spectat munus latine scribendi acta Summi Pontificis, ab eodem illis commissa.

CAPUT V.

DE LEGATIS ROMANI PONTIFICIS.

Can. 265. - Romano Pontifici ius est, a civili potestate independens, in quamlibet mundi partem Legatos cum vel sine ecclesiastica iurisdictione mittendi.

Can. 266. - Dicitur *Legatus a latere* Cardinalis qui a Summo Pontifice tanquam *alter ego* cum hoc titulo mittitur, et tantum potest, quantum ei a Summo Pontifice demandatum est.

Can. 267. - § 1. Legati qui mittuntur cum titulo Nuntii aut Internuntii:

1.° Fovent, secundum normas a Sancta Sede receptas, relationes inter Sedem Apostolicam et civilia Gubernia apud quae legatione stabili funguntur;

2.° In territorio sibi assignato advigilare debent in Ecclesiarum statum et Romanum Pontificem de eodem certiorem reddere;

3.° Praeter has duas ordinarias potestates, alias plerumque facultates obtinent quae tamen sunt omnes delegatae.

---

263 3.°: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § III, n. 4°.

264: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § III, n. 5°.

265: C. un., *de consuetudine*, I, 1, in Extravag. com.; Leo XIII, allocut. «*Summi Pontificatus*», 20 aug. 1880; ep. «*Longinqua oceani*», 6 ian. 1895.

1.° Prvo odjeljenje, kojemu je na čelu Tajnik Zbora za izvanredne crkvene poslove, rješava one predmete, koji spadaju na ovaj Zbor prema odredbi kan. 255, a ostali se odstupaju prema raznovrsnoj njihovoj prirodi odnosnim Zborovima;

2.° Drugo odjeljenje, kojemu je pročelnikom Zamjenik, rješava redovne poslove;

3.° Treće odjeljenje ima za ravnatelja Kancelara Apostolskih Brevâ, koji vodi brigu za otpremanje Brevâ.

Kan. 264. - Na Tajništva Brevâ za Vladare i latinskih Poslanica spada posao oko pisanja latinskih sastavaka Vrhovnog Prvosvećenika, koje im on povjeri.

GLAVA V.

POSLANICI RIMSKOG PRVOSVEĆENIKA

Kan. 265. - Rimskom Prvosvećeniku pripada pravo, nezavisno od državne vlasti, da šalje u sve dijelove svijeta Poslanike s crkvenom poglavarskom vlasti ili bez nje.

Kan. 266. - *Poslanik Pobočnik* naziva se Stožernik, kojega s tim naslovom pošalje Vrhovni Prvosvećenik kao *alter ego,* a u njegovoj je vlasti sve ono, što mu Vrhovni Prvosvećenik povjeri.

Kan. 267. - § 1. Poslanici koji se šalju s naslovom Nuncija ili Internuncija:

1.° Podržavaju, prema uputama dobivenim od Svete Stolice, odnose između Apostolske Stolice i državnih Vlada, kod kojih otpravljaju redovno poslaništvo;

2.° Dužnost im je bdjeti u doznačenom im području nad stanjem Crkava i o njemu dostavljati izvještaje Rimskom Prvosvećeniku;

3.° Povrh ovoga dvojega što sačinjava njihovu redovnu vlast, dobivaju većinom i druga ovlaštenja, ali ova sva imaju značaj prenosne vlasti.

266: C. 3, 4, X, *de officio legati*, I, 30; Eugenius IV, ep. «*Non mediocri*», a. 1439, § 7.

267 § 1. 3.°: Secr. Status, 8 maii 1916.

§ 2. Qui vero mittuntur cum titulo *Delegati Apostolici* unam habent ordinariam potestatem de qua in § 1, n. 2, praeter alias facultates delegatas ipsis a Sancta Sede commissas.

Can. 268. - § 1. Legatorum munus cum omnibus facultatibus eisdem commissis non exspirat vacante Sede Apostolica, nisi aliud in litteris pontificiis fuerit statutum.

§ 2. Cessat autem, expleto mandato, revocatione eisdem intimata, renuntiatione a Romano Pontifice acceptata.

Can. 269. - § 1. Legati Ordinariis locorum liberum suae iurisdictionis exercitium relinquant.

§ 2. Licet forte charactere episcopali careant, praecedunt tamen omnibus Ordinariis qui non sint cardinalitia dignitate insigniti.

§ 3. Si charactere episcopali sint aucti, possunt sine Ordinariorum licentia in omnibus eorum ecclesiis, excepta cathedrali, populo benedicere et officia divina etiam in pontificalibus, adhibito quoque throno et baldachino, peragere.

Can. 270. - Episcopis qui, ratione sedis, titulo Legati Apostolici decorantur, nullum exinde competit speciale ius.

CAPUT VI.

DE PATRIARCHIS, PRIMATIBUS, METROPOLITIS.

Can. 271. - Patriarchae aut Primatis titulus, praeter praerogativam honoris et ius praecedentiae ad normam Can. 280, nullam secumfert specialem iurisdictionem, nisi iure particulari de aliquibus aliud constet.

---

267 § 2: Secr. Status, 8 maii 1916.

268 § 1: C. 2, *de officio legati*, I, 15, in VI°; Pius X, const. *«Vacante Sede Apostolica»*, 25 dec. 1904, n. 20.

268 § 2: C. 5, X, *de officio legati*, I, 30; c. 3, *de officio legati*, I, 15, in VI°.

269 § 1: Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.*, c. 20; Leo XIII, ep. *«Longinqua oceani»*, 6 ian. 1895; S. C. Ep. et Reg., decr. 16 oct. 1600, n. 2; S. C. C., *Comen.*, 20 nov. 1706, 26 febr. 1707, ad I-V, VII, VIII, X-XIII.

§ 2. Oni pak koji su izaslani s naslovom *Apostolskog Delegata* imaju samo jednu redovnu dužnost, o kojoj je riječ u § 1, br. 2, osim drugih ovlaštenja, koja su im od Svete Stolice dana sa značajem prenesene vlasti.

Kan. 268. - § 1. Zvanje Poslanika sa svima danim im ovlaštenjima ne gubi se u slučaju upražnjenja Apostolske Stolice, ako nije bilo drugačije određeno u prvosvećeničkom pismu o postavljanju.

§ 2. No služba im prestaje, pošto se njihovo poslanstvo dovrši, kada prime opoziv i ako dadu ostavku, koju je primio Rimski Prvosvećenik.

Kan. 269. - § 1. Poslanici treba da ostave mjesnim Ordinarijima punu slobodu pri izvršivanju njihove poglavarske vlasti.

§ 2. Iako možda nemaju biskupskog posvećenja, pripada im ipak prednost pred svim Ordinarijima, koji nisu odlikovani stožerničkim dostojanstvom.

§ 3. Ako imaju biskupsko posvećenje, mogu i bez dopuštenja mjesnih Ordinarija u svim njihovim crkvama, izuzevši stolnu, dijeliti blagoslov puku i izvršivati bogoslužne čine, pa i na velesvećenički način s upotrebom prijestolja i nebnice (baldakina).

Kan. 270. - Biskupi kojima po samom njihovom sjedištu pripada naslov Apostolskog Poslanika, nemaju zbog toga nikakvog posebnog prava.

GLAVA VI.

PATRIJARSI, PRIMASI, METROPOLITI

Kan. 271. - Naslov Patrijarha ili Primasa, osim počasna odličja i prava na prednost u smislu odredaba kan. 280, ne daje po sebi nikakove poglavarske vlasti, ako nije za neke od njih drugačije utvrđeno u krajevnom pravu.

---

269 § 2: S. R. C., *Taurinen.*, 16 febr. 1593, ad 1; Caeremoniale Episcopor., l. I, c. XIII, n. 10.

269 § 3: S. R. C., *Taurinen.*, 16 febr. 1593, ad 3, 5; *Vercellen.*, 1 mart. 1636.

271: C. 8, C. IX, q. 3; c. 9, X, *de officio iudicis ordinarii*, I, 31.

Can. 272. - Provinciae ecclesiasticae praeest Metropolita seu Archiepiscopus; quae dignitas coniuncta est cum sede episcopali a Romano Pontifice determinata vel probata.

Can. 273. - Salvo praescripto Can. 275-280, Metropolita in propria dioecesi easdem obligationes eademque iura habet quae Episcopus in sua.

Can. 274. - In dioecesibus vero suffraganeis Metropolita potest tantum:

1.° A patronis ad beneficia praesentatos instituere, si Suffraganeus intra tempus iure statutum, iusto impedimento non detentus, id facere omiserit;

2.° Indulgentias centum dierum, sicuti in propria dioecesi, concedere;

3.° Deputare Vicarium Capitularem ad normam Can. 432, § 2;

4.° Vigilare ut fides ac disciplina ecclesiastica accurate serventur, ac de abusibus Romanum Pontificem certiorem facere;

5.° Canonicam visitationem peragere, causa prius ab Apostolica Sede probata, si eam Suffraganeus neglexerit; tempore autem visitationis, potest praedicare, confessiones audire etiam absolvendo a casibus Episcopo reservatis, de vita et honestate clericorum inquirere, clericos infamia notatos Ordinariis ipsorum, ut eos puniant, denuntiare, notoria crimina, manifestas et notorias offensas tum sibi tum suis forte illatas, iustis poenis, censuris non exclusis, punire;

6.° In omnibus ecclesiis, etiam exemptis, Ordinario loci praemonito, si ecclesia sit cathedralis, peragere pontificalia, uti Episcopus in proprio territorio, populo benedicere, cruce ante se delata incedere, non autem alia exercere quae iurisdictionem importent;

7.° Appellationem recipere a sententiis definitivis aut interlocutoriis definitivarum vim habentibus, prolatis in Curiis suffraganeis, ad normam Can. 1594, § 1;

272: C. 2, C. IX, q. 3.

Kan. 272. - Na čelu crkvene pokrajine je Metropolit ili Nadbiskup; to je dostojanstvo spojeno s onim biskupskim sjedištem, koje je označio ili potvrdio Rimski Prvosvećenik.

Kan. 273. - Uz obdržavanje odredaba u kan. 275-280, ima Metropolit u vlastitoj biskupiji iste dužnosti i prava, koja ima Biskup u svojoj.

Kan. 274. - U sebi potčinjenim biskupijama spada na Metropolitu samo ovo:

1.° Da izvrši uvedenje u službu onih, koji su predloženi od patrona, ako područni Biskup toga ne učini do propisana vremena bez opravdanog razloga;

2.° Da daje oproštenja od sto dana, kao i u vlastitoj biskupiji;

3.° Da postavi Kaptolskog Namjesnika prema odredbi kan. 432, § 3;

4.° Da bdije nad tim, da se vjera i crkvena stega obdržava točno i da o zloupotrebama izvijesti Rimskog Prvosvećenika;

5.° Da izvrši kanonski nadzorni pohod uz prethodno odobrenje od strane Apostolske Stolice, kada Područni Biskup to propusti učiniti; a za vrijeme pohoda može propovijedati, ispovijedati, pa davati odrješenja i od Biskupu pridržanih grijeha, vršiti izviđaje o životu i vladanju duhovnika, prijavljivati duhovnike, koji su upali u beščasnost njihovim Ordinarijima, da ih privedu kazni, notorna zlodjela i očite notorne uvrede, koje bi možebiti bile nanesene njemu ili njegovima, kazniti pravednim kaznama, pa i kaznenim zabranama;

6.° Izvršivati velesvećeničke obredne čine onako, kako to čini i Biskup na vlastitom području u svim crkvama, pa i u izuzetima, uz prethodnu obavijest mjesnom Ordinariju, ako je crkva stolna; davati blagoslov puku i dati da se pred njim nosi križ kada prolazi, ali ne smije izvršivati druge čine, za koje je potrebna poglavarska vlast;

7.° Primati prizivne žalbe protiv konačnih presuda ili protiv međutimnih, koje imaju snagu konačnih, kada su izrečene u njemu potčinjenim biskupijskim kurijama, prema odredbama kan. 1594, § 1;

8.° Controversias de quibus in Can. 1572, § 2, in prima instantia dirimere.

Can. 275. - Metropolita obligatione tenetur, intra tres menses a consecratione vel, si iam consecratus fuerit, a provisione canonica in Consistorio, per se vel per procuratorem a Romano Pontifice pallium petendi, quod significat potestatem archiepiscopalem.

Can. 276. - Quare ante pallii impositionem, excluso speciali indulto apostolico, ipse illicite poneret actus sive iurisdictionis metropolitanae, sive ordinis episcopalis in quibus, ad normam legum liturgicarum, usus pallii requiritur.

Can. 277. - Metropolita uti potest pallio intra quamlibet ecclesiam etiam exemptam suae provinciae in Missarum sollemnibus, diebus in Pontificali Romano designatis aliisque forte sibi concessis; nullatenus vero extra provinciam, etsi Ordinarii loci consensus accedat.

Can. 278. - Si Metropolita pallium amittat vel ad aliam sedem archiepiscopalem transferatur, novo indiget pallio.

Can. 279. - Pallium neque commodari potest neque donari nec in morte alicui relinqui, sed omnia pallia quae Metropolita obtinuit, cum eodem sunt sepelienda.

Can. 280. - Patriarcha praecedit Primati, Primas Archiepiscopo, hic Episcopis, salvo praescripto Can. 347.

---

274 8.°: C. 11, X, *de officio iudicis ordinarii,* I, 31; c. 1, *de officio ordinarii,* I, 16, in VI°; c. 1, 5, *de censibus, exactionibus et procurationibus,* III, 20, in VI°; c. 1, *de poenis,* V, 9, in VI°; c. 7, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; c. 2, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum,* V, 7, in Clem.; Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.,* c. 3; S. Pius V, const. *«In conferendis»,* 18 mart. 1567, § 4; Benedictus XIV, litt. ap. *«Exemplis Praedecessorum»,* 19 mart. 1748; S. C. Ep. et Reg., *Sipontina,* 26 maii 1592; S. C. Indulg., *Urbis et Orbis,* 28 aug. 1903; S. R. C., *Taurinen.,* 16 febr 1593, ad 1; *Coripolitan. Nullius,* 4 mart. 1606; *Tarraconen.,* 2 mart. 1613; *Rheginen.,* 17 mart. 1663, ad 1; *Arboren.,* 18 sept. 1666, ad 1; *Oppiden.,* 3 dec. 1672; *Neapolitana,* 23 nov. 1675; *Amalphitana,* 9 maii 1705; Pontificale Rom., tit. *De pallio;* Caeremoniale Episcopor., l. I, c. II, n. 1, 4, 6, c. IV, n. 1, 4, c. XV, n. 2; l. II, c. VIII, n. 27, c. XVI, n. 15, c. XXXII, n. 2.

275: C. 1, 2, D. C; c. 4, X, *de electione et electi potestate,* I, 6; c. 3, X, *de auctoritate et usu pallii,* I, 8; Benedictus XIV, const. *«Inter conspicuos»,* 29 aug. 1744, § 18; const. *«Rerum Ecclesiasticarum»,* 12 aug. 1748; const. *«Ad honorandam»,* 27 mart. 1752,

8.° Sudske sporove, o kojima je riječ u kan. 1572, § 2, rješavati u prvoj molbi.

Kan. 275. - Metropolit je dužan, da zatraži za tri mjeseca od posvećenja ili, ako već ima posvećenje, od kanonskog postavljanja u Konzistoriju, sam ili preko zastupnika, od Rimskog Prvosvećenika naramenice (palij), što označuju vlast nadbiskupsku.

Kan. 276. - Stoga bi on prije primitka naramenica, osim u slučaju iznimne apostolske pogodnosti, nedopušteno izvršivao čine, kako metropolitske poglavarske, tako i biskupske ređeničke, kod kojih je prema bogoslužnim propisima potrebno nositi naramenice.

Kan. 277. - Metropolit može nositi naramenice u svakoj, pa i izuzetoj crkvi svoje pokrajine kod svečane Mise, u dane označene u Rimskom Velesvećeničkom Obredniku (Pontifikalu) i u druge, ako mu je to možda dopušteno; ali ni u kojem slučaju izvan crkvene pokrajine, iako bi za to imao pristanak mjesnoga Ordinarija.

Kan. 278. - Ako bi Metropolit izgubio naramenice ili bi bio premješten na drugu nadbiskupsku stolicu, trebaju mu nove naramenice.

Kan. 279. - Naramenice se ne smiju posuditi drugomu niti komu darovati ili ostaviti za slučaj smrti, nego se sve naramenice, koje je Metropolit dobio, moraju s njime pokopati.

Kan. 280. - Patrijarh ima prednost pred Primasom. Primas pred Nadbiskupom, a ovaj pred Biskupima, uz obdržavanje propisa kan. 347.

---

§ 17; Pontificale Rom., tit. *De consecratione electi in episcopum;* tit. *De pallio;* Caeremoniale Episcopor., l. I, c. XVI, n. 6, 7.

276: C. 4, 11, 28, X, *de electione et electi potestate,* I, 6; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 1 dec. 1837; S. R. C., *Lisbonen.,* 7 aug. 1627; Pontificale Rom., tit. *De pallio;* Caeremoniale Episcopor., l. I, c. XVI, n. 6.

277: C. 1, 4-7, X, *de auctoritate et usu pallii,* I, 8; S. R. C., 8 aug. 1835; Pontificale Rom., tit. *De pallio;* Caeremoniale Episcopor., l. I, c. XVI, n. 3, 4.

278: C. 4, X, *de postulatione praelatorum,* I, 5; Pontificale Rom., tit. *De pallio*; Caeremoniale Episcopor., l. I, c. XVI, n. 6.

279: C. 2, X, *de auctoritate et usu pallii,* I, 8; Pontificale Rom., tit. *De pallio;* Caeremoniale Episcopor., l. I, c. XVI, n. 7; l. II, c. XXXVIII, n. 10.

280: C. 1, D. XVIII; Pius IX, litt. ap. *«Multiplices»,* 27 nov. 1869, n. IV; S. R. C., *Pragen.,* 29 ian. 1656; *Ephesina,* 8 apr. 1656, *Urbis Collegii Episcoporum Assistentium,* 10 sept. 1816.

CAPUT VII.

DE CONCILIIS PLENARIIS ET PROVINCIALIBUS.

Can. 281. - Ordinarii plurium provinciarum ecclesiasticarum in Concilium plenarium convenire possunt, petita tamen venia a Romano Pontifice, qui suum Legatum designat ad Concilium convocandum eique praesidendum.

Can. 282. - § 1. Concilio plenario assistere debent cum suffragio deliberativo, praeter Legatum Apostolicum, Metropolitae. Episcopi residentiales, qui, sui loco, mittere possunt Coadiutorem vel Auxiliarem, Apostolici dioecesium Administratores, Abbates vel Praelati *nullius,* Vicarii Apostolici, Praefecti Apostolici, Vicarii Capitulares.

§ 2. Etiam Episcopi titulares, in territorio degentes, si a Legato Pontificio, secundum receptas instructiones, ad Concilium vocentur, adesse debent habentque suffragium deliberativum, nisi in convocatione aliud expresse caveatur.

§ 3. Alii ex utroque clero viri, forte ad Concilium invitati, suffragio non gaudent nisi consultivo.

Can. 283. - In singulis provinciis ecclesiasticis celebretur provinciale Concilium vicesimo saltem quoque anno.

Can. 284. - Metropolita, eoque legitime impedito vel sede archiepiscopali vacante, Suffraganeus antiquior promotione ad ecclesiam suffraganeam:

1.° Locum ad celebrandum Concilium intra provinciae territorium, auditis omnibus qui assistere debent cum suffragio deliberativo, eligit; cessantibus tamen iustis impedimentis, metropolitana ecclesia ne negligatur;

2.° Concilium convocat eique praeest.

281: Leo XIII, ep. «*Quum diuturnum*», 25 dec. 1898.

283: Pius IX, ep. encycl. «*Cum nuper*», 20 ian. 1858.

GLAVA VII.

SKUPNI I POKRAJINSKI SABORI

Kan. 281. - Ordinariji iz više crkvenih pokrajina mogu se sastati u skupnom Saboru; ipak treba da za to zamole dopuštenje od Rimskog Prvosvećenika, koji će odrediti svojega Poslanika, da Sabor sazove i da mu predsjeda.

Kan. 282. - § 1. Skupnom Saboru treba da prisustvuju s pravom glasa za odluku, osim Apostolskog Poslanika, Metropolite, sjedišni Biskupi, koji mogu na mjesto sebe poslati svojega Biskupa-Suradnika ili Pomoćnika, Apostolski Upravitelji biskupija, *samosvojni* Opati ili Prelati, Apostolski Namjesnici, Apostolski Predstojnici, Kaptolski Namjesnici.

§ 2. Također i naslovni Biskupi, koji prebivaju u području, moraju prisustvovati, ako ih, po dobivenim uputama, Apostolski Poslanik pozove na Sabor, te imaju pravo glasa za odluku, ako u sazivu nije izričito određeno drugačije.

§ 3. Drugi duhovnici svjetovni i redovnički, ako bi bili pozvani na Sabor, imaju samo savjetni glas.

Kan. 283. - U svakoj pojedinoj crkvenoj pokrajini treba da se održi pokrajinski Sabor barem svake dvadesete godine.

Kan. 284. - Metropolit, a ako je on zakonito spriječen ili je nadbiskupska stolica upražnjena, područni Biskup, koji je najstariji po promaknuću na područnu biskupsku crkvu, treba:

1.° Saslušavši sve one, koji moraju prisustvovati s pravom glasa za odlučivanje, izabere mjesto unutar pokrajinskog područja, gdje će se Sabor održati; no ako nema opravdanih zapreka, ne treba pri tom mimoići metropolitsku crkvu;

2.° Sazove Sabor i da mu predsjeda.

284 2.°: Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.*, c. 2; S. C. C, *Tarraconen.*, 2 dec. 1623, 10 febr. 1624; *Senen.*, 28 nov. 1699; Caeremoniale Episcopor., l. I, c. XXXI, n. 1, 3.

Can. 285. - Episcopi qui nulli Metropolitae subiiciuntur, Abbates vel Praelati *nullius,* et Archiepiscopi Suffraganeis carentes, aliquem viciniorem Metropolitam, nisi forte iam elegerint, semel pro semper, praevia Sedis Apostolicae approbatione, eligant, cuius Concilio provinciali cum aliis intersint, et quae ibi ordinata fuerint, observent et observanda curent.

Can. 286. - § 1. Praeter Episcopos, Abbates vel Praelatos *nullius* et Archiepiscopos de quibus in Can. 285, ad Concilium provinciale vocandi sunt et convenire debent cum voto deliberativo Suffraganei omnes aliique de quibus in Can. 282, § 1.

§ 2. Episcopi titulares qui in provincia degunt, possunt a praeside, cum consensu maioris partis illorum qui voto deliberativo intersunt, convocari, et si convocentur, votum habent deliberativum, nisi aliud in convocatione caveatur.

§ 3. Capitula cathedralia aut consultores dioecesani cuiusvis dioecesis cuius Ordinarius ad normam § 1 vocari debet, invitentur ad Concilium et invitati mittant duos ex capitularibus aut consultoribus collegialiter designatos, qui tamen obtinent votum tantum consultivum.

§ 4. Maiores quoque religionum clericalium exemptarum ac Congregationum monasticarum Superiores, qui in provincia resideant, invitandi sunt, debentque invitati adesse aut impedimentum, quo detinentur, Concilio notum facere; sed his, quemadmodum aliis ex utroque clero viris ad Concilium forte vocatis, votum est dumtaxat consultivum.

Can. 287. - § 1. Qui Concilio plenario aut provinciali interesse debent cum voto deĆiberativo, si iusto impedimento detineantur, mittant procuratorem et impedimentum probent.

§ 2. Procurator, si fuerit unus ex Patribus quibus est votum deliberativum, duplici voto non gaudet; si non fuerit, habet votum dumtaxat consultivum.

285: Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.,* c. 2; Pius IX, ep. encycl. *«Cum nuper»,* 20 ian. 1858; S. C. Ep. et Reg., *Cassanen.,* 20 ian. 1579; *Cusentina,* 20 ian. 1579.

286 § 1: C. 4-6, 10, 12-24, D. XVIII; Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.,* c. 2; S. C. C., *Tranen.,* mense iun. 1589, ad 14.

Kan. 285. - Biskupi, koji nisu potčinjeni nijednomu Metropoliti, *samosvojni* Opati ili Prelati, pa Nadbiskupi, koji nemaju područnih Biskupa, treba da izaberu, ako to možda već nisu učinili, uz prethodno odobrenje Apostolske Stolice, jednoga od susjednih Metropolita, a s drugima prisustvuju njegovom pokrajinskom Saboru, te da ono, što bude na tom Saboru zaključeno, obdržavaju i vode brigu o tom, da se obdržava.

Kan. 286. - § 1. Osim Biskupa, *samosvojnih* Opata ili Prelata, pa Nadbiskupa, o kojima govori kan. 285, moraju se pozvati na pokrajinski Sabor i moraju prisustvovati s pravom glasa za odlučivanje svi područni Biskupi i ostali, o kojima govori kan. 282, § 1.

§ 2. Također i naslovne Biskupe, koji prebivaju u pokrajini, može predsjednik s pristankom većine od onih, koji prisustvuju s pravom glasa za odlučivanje, pozvati, pa ako su pozvani, imaju pravo glasa za odlučivanje, ako u pozivu nije drugačije predviđeno.

§ 3. Na Sabor se moraju pozvati stolni Kaptol odnosno biskupijski savjetnici svake od onih biskupija, kojih se Ordinariji prema propisu § 1 moraju pozvati, pa kada su poziv primili, treba da izašalju dvojicu između kanonika odnosno savjetnika, koji su za to u zboru izabrani, ali oni imaju samo savjetni glas.

§ 4. Moraju se pozvati i viši Poglavari izuzetih redovničkih družbi s duhovničkim značajem pa monaških Družbi, koji imaju sijelo u pokrajini, te pošto su pozvani, dužni su prisustvovati ili obavijestiti Sabor o zapreci, koja ih u tom priječi, ali oni, jednako kao i drugi svjetovni i redovnički duhovnici, koji bi možda bili pozvani na Sabor, imaju samo savjetni glas.

Kan. 287. - § 1. Ako su oni, koji su dužni prisustvovati skupnom ili pokrajinskom Saboru s pravom glasa za odlučivanje, spriječeni opravdanom zaprekom, moraju poslati zamjenika i podnijeti dokazalo o zapreci.

§ 2. Kada je zamjenikom jedan između Otaca, koji imaju pravo glasa za odlučivanje, on nema zato dva glasa; a kada je to tko drugi, on ima samo savjetni glas.

286 § 2: S. C. C., *Aquen.,* 25 aug. 1850, ad 1-3.

286 § 3: C. 10, X, *de his, quae fiunt a praelato sine consensu capituli,* III, 10; S. C. de Prop. Fide (Angliae), 6 iul. 1874, ad 1.

287 § 1: C. 9, 10, D. XVIII; S. C. C., *Tarraconen.,* 4 dec. 1638.

Can. 288. - In Concilio sive plenario sive provinciali praeses, habito, si de provinciali agatur, Patrum consensu, determinat ordinem servandum in quaestionibus examinandis et ipsum Concilium aperit, transfert, prorogat, absolvit.

Can. 289. - Concilio plenario vel provinciali inchoato, nemini eorum qui interesse debent, licet discedere, nisi iustam ob causam a Legato Pontificio vel a Concilii provincialis Patribus probatam.

Can. 290. - Patres in Concilio plenario vel provinciali congregati studiose inquirant ac decernant quae ad fidei incrementum, ad moderandos mores, ad corrigendos abusus, ad controversias componendas, ad unam eandemque disciplinam servandam vel inducendam, opportuna fore pro suo cuiusque territorio videantur.

Can. 291. - § 1. Absoluto Concilio plenario aut provinciali, praeses acta et decreta omnia ad Sanctam Sedem transmittat, nec eadem antea promulgentur, quam a Sacra Congregatione Concilii expensa et recognita fuerint; ipsimet autem Concilii Patres designent et modum promulgationis decretorum et tempus quo decreta promulgata obligare incipiant.

§ 2. Decreta Concilii plenarii et provincialis promulgata obligant in suo cuiusque territorio universo, nec Ordinarii locorum ab iisdem dispensare possunt, nisi in casibus particularibus et iusta de causa.

Can. 292. - § 1. Nisi aliter pro peculiaribus locis a Sede Apostolica provisum fuerit, Metropolita, eoque deficiente, antiquior e Suffraganeis ad normam Can. 284, curet ut Ordinarii locorum, saltem quinto quoque anno, stato tempore apud Metropolitam aliumve Episcopum comprovincialem conveniant, ut, collatis consiliis, videant quaenam in dioecesibus agenda sint ut bonum religionis promoveatur, eaque praeparent de quibus in futuro Concilio provinciali erit agendum.

288 § 1: S. C. C., *Civitatis Regalis in Indiis (Limana)*, mense febr. 1586, ad 6, 7.

289: C. 12, D. XVIII.

290: C. 25, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus*, V, 1; Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.*, c. 2; Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. *«Regimini univer-*

Kan. 288. - U skupnom ili pokrajinskom Saboru određuje predsjednik, ali s pristankom Otaca, kada se radi o pokrajinskom, poslovni red kojega se valja držati pri raspravljanju, a sam Sabor otvara, premješta, produžuje i zaključuje.

Kan. 289. - Kada je skupni odnosno pokrajinski Sabor započeo s radom, ne smije nitko od onih, koji mu moraju prisustvovati, otići ako nema za to pravedna razloga odobrenog od Prvosvećeničkog Poslanika, odnosno od Otaca na pokrajinskom Saboru.

Kan. 290. - Oci sabrani na skupnom odnosno pokrajinskom Saboru treba da pomnjivo rasprave i donesu odluke o onomu, što smatraju da je u odnosnom području potrebito u pogledu napretka vjere, pojačanja ćudoređa, uklanjanja zloupotreba, sređenja sporova i uvođenja i obdržavanja jedinstvene stege.

Kan. 291. - § 1. Pošto je skupni odnosno pokrajinski Sabor zaključen, treba da predsjednik dostavi zapisnike i sve zaključke Svetoj Stolici i ne smiju se prije proglasiti, dok ne bude od Svetoga Zbora Saborskoga ispitani i odobreni; sami pak saborski Oci treba da označe i način, kojim će zaključci biti proglašeni i vrijeme, u koje će po proglašenju početi obavezivati.

§ 2. Odluke skupnog i pokrajinskog Sabora imaju obaveznu krepost na cijelom odnosnom području, a mjesni Ordinariji ne mogu od njih davati oprosta, osim za pojedinačke slučajeve i iz pravedna razloga.

Kan. 292. - § 1. Ako za pojedine krajeve nije Apostolska Stolica drugačije predvidjela, ima Metropolit, odnosno ako njega nema, najstariji između područnih Biskupa prema propisu kan. 284, voditi brigu o tom, da se mjesni Ordinariji sastanu barem svake pete godine u određeno vrijeme kod Metropolite ili drugoga Biskupa iste pokrajine, u tu svrhu da razmotre, što bi valjalo učiniti po biskupijama za napredak vjere, te da pripreme ono, o čemu bi trebalo raspravljati u narednom pokrajinskom Saboru.

salis», 4 maii 1515, § 12; S. C. de Prop. Fide, litt. encycl. (ad Ep. Indiar.), 28 aug. 1893.

291 § 1: Pius IX, litt ap. *«Ad Apostolicae»*, 22 aug. 1851; Syllabus errorum, prop. 36; S. C. de Prop. Fide, litt. encycl. (ad Ep. Indiar.), 28 aug. 1893.

291 § 2: Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.*, c. 2; S. C. S. Off., 10 sept. 1896, ad 2.

§ 2. Etiam Episcopi aliique de quibus in Can. 285, una cum aliis Ordinariis convocari et convenire debent.

§ 3. Iidem Ordinarii congregati sedem proximi conventus designent.

CAPUT VIII.

DE VICARIIS ET PRAEFECTIS APOSTOLICIS.

Can. 293. - § 1. Territoria quae erecta non sunt in dioeceses reguntur per Vicarios aut Praefectos Apostolicos; qui omnes ab una Apostolica Sede nominantur.

§ 2. Vicarius et Praefectus Apostolicus possessionem sui territorii capiunt, ille litteras apostolicas, hic decretum seu patentes litteras Sacrae Congregationis de Prop. Fide per se vel per procuratorem ostendentes ei qui territorium regit ad normam Can. 309.

Can. 294. - § 1. Vicarii et Praefecti Apostolici iisdem iuribus et facultatibus in suo territorio gaudent, quae in propriis dioecesibus competunt Episcopis residentialibus, nisi quid Apostolica Sedes reservaverit.

§ 2. Etiam ii qui charactere episcopali carent, possunt, intra sui territorii fines ac perdurante munere, omnes benedictiones Episcopis reservatas, una pontificali excepta, impertiri, calices, patenas et altaria portatilia cum sacris oleis ab Episcopo benedictis consecrare, indulgentias quinquaginta dierum concedere, confirmationem, primam tonsuram et ordines minores conferre ad normam Can. 782, § 3, 957, § 2.

Can. 295. - § 1. Vicarii et Praefecti Apostolici ab omnibus missionariis, etiam religiosis, possunt ac debent exigere ut suas patentes seu alias quasvis eorum missionis, destinationis, constitutionis ac deputationis litteras exhibeant, easque exhibere recusantibus exercitium cuiusvis ministerii ecclesiastici prohibere.

293 § 1: S. C. de Prop. Fide (C. G.), 3 mart. 1766; litt. 22 aug. 1867.

294 § 1: Benedictus XIV, ep. encycl. *«Apostolicum ministerium»*, 30 maii 1753, § 4; S. C de Prop. Fide, 14 febr. 1702; (C. P. pro Sin.), 3 dec. 1835, ad 1.

§ 2. Također i oni Biskupi, o kojima je riječ u kan. 285, moraju se pozvati zajedno s drugim Ordinarijima, te su dužni prisustvovati.

§ 3. Sami Ordinariji, koji su došli na sastanak, određuju mjesto narednoga sastanka.

GLAVA VIII.

APOSTOLSKI NAMJESNICI I PREDSTOJNICI

Kan. 293. - § 1. Područjima, koja nisu ustanovljena kao biskupije, upravljaju Apostolski Namjesnici i Predstojnici; sve ih imenuje isključivo Apostolska Stolica.

§ 2. Namjesnik i Predstojnik Apostolski ulaze u posjed svojega područja tako, da sami ili preko punomoćnika predoče onomu, koji područjem upravlja prema propisu kan. 309, i to prvi apostolsko pismo, a drugi odluku ili otvoreni list izdan od Svetoga Zbora za Širenje Vjere.

Kan. 294. - § 1. Apostolski Namjesnici i Predstojnici imaju u svojemu području ista prava i ovlasti, koje pripadaju u vlastitim biskupijama sjedišnim Biskupima, ako Apostolska Stolica nije od toga nešto zadržala.

§ 2. I oni od njih, koji nemaju biskupskog posvećenja, mogu unutar svojega područja i dok im služba traje, podjeljivati sve blagoslove Biskupima zadržane, izuzev jedino velesvećenički, izvršivati posvetu kaleža, plitica, prijenosnih oltara sa svetim uljima posvećenim od Biskupa, davati oproštenja od pedeset dana, dijeliti potvrdu, prvi postrig i niže redove prema odredbama kan. 782, § 3, 957, § 2.

Kan. 295. - § 1. Apostolski Namjesnici i Predstojnici mogu i moraju tražiti od svojih misionara, pa i redovničkih, da im pokažu svoje otvorene ili bilo kakove druge listove o svom poslanju, opredjeljenju, postavljanju i imenovanju i onima, koji to ne će da učine, zabraniti izvršivanje svake crkvene službe.

295 § 1: Clemens IX, const. *«Speculatores»*, 13 sept. 1669; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Apostolicum ministerium»*, 30 maii 1753, § 6; S. C. de Prop. Fide (C. P.), 22 mart. 1669, ad 5; 23 nov. 1688; (C. G.), 9 maii 1773; instr. (ad Ep. Latin. Babylonen.), 23 sept. 1783; instr. 30 sept. 1848, n. 1; litt. encycl. 20 apr. 1873.

§ 2. Omnes missionarii, etiam regulares, licentiam sacri ministerii exercendi petant a Vicariis et Praefectis Apostolicis, qui tamen eam ne denegent, nisi singulis et gravem ob causam.

Can. 296. - § 1. Etiam missionarii regulares subiiciuntur Vicarii et Praefecti Apostolici iurisdictioni, visitationi et correctioni in iis quae pertinent ad missionum regimen, curam animarum, Sacramentorum administrationem, scholarum directionem, oblationes intuitu missionis factas, implementum piarum voluntatum in favorem eiusdem missionis.

§ 2. Quamvis Vicariis et Praefectis Apostolicis nullo modo liceat, praeter casus in iure praevisos, se in disciplinam religiosam ingerere quae a Superiore religioso dependet, si tamen circa ea, de quibus in superiore paragrapho, conflictus oriatur inter mandatum Vicarii aut Praefecti Apostolici et mandatum Superioris, prius praevalere debet, salvo iure recursus in devolutivo ad Sanctam Sedem et salvis peculiaribus statutis a Sede Apostolica probatis.

Can. 297. - Deficientibus e clero saeculari sacerdotibus, Vicarii et Praefecti Apostolici possunt, audito eorum Superiore, cogere religiosos, etiam exemptos, vicariatui vel praefecturae addictos, ad animarum curam exercendam, salvis pariter peculiaribus statutis a Sede Apostolica probatis.

Can. 298. - Si qua dissidia in iis quae ad curam animarum pertinent, sive inter singulos missionarios, sive inter diversas religiones, sive inter missionarios et alios quoslibet oriri contigerit, ea quamprimum componere curent Vicarii ac Praefecti Apostolici, qui huiusmodi quaestiones, ubi opus fuerit, dirimant, integro tamen iure recursus ad Apostolicam Sedem, qui decreti effectum non suspendit.

---

295 § 2: Clemens IX, const. «*Speculatores*», 13 sept. 1669; S. C. de Prop. Fide (C. P.), 22 mart. 1669, ad 6; 23 nov. 1688; 14 febr. 1702; instr. (ad Ep. Latin. Babylonen.), 23 sept. 1783; instr. 30 sept. 1848, n. 2; instr. (ad Vic. Ap. Tunkin. Orient.), 1 sept. 1881, n. 1.

296 § 1: Clemens IX, const. «*Speculatores*», 13 sept. 1669; Benedictus XIV, const. «*Ad militantis*», 30 mart. 1742, § 8; ep. encycl. «*Apostolicum ministerium*», 30 maii 1753, § 12, 14; Leo XIII, const. «*Romanos Pontifices*», 8 maii 1881; S. C. de Prop. Fide (C. P.), 22 mart. 1669, ad 8-10; (C. P. pro Sin.), 13 aug. 1669, ad 3, 4; (C. P. pro Sin.), 8 aug. 1698; 2 oct. 1724; (C. G.), 16 sept. 1771; instr. (ad Ep. Latin. Babylonen.), 23 sept. 1783; (C. G.), 11 dec. 1838, ad 5; (C. G.), 11 dec. 1839, ad 1, 5; (C. P. pro Sin.), 11 mart. 1848; instr. 30 sept. 1848, n. 4, 5; instr. (ad Vic. Ap. Tunkin. Orient.), 1 sept. 1881, n. 3-6; (C. G.), 6 febr. 1882; (C. G.), 18 ian. 1886, ad 2, 3.

§ 2. Svi misionari, pa i redovnički, moraju tražiti od Apostolskih Namjesnika i Predstojnika dopuštenje za izvršivanje svete službe, no oni im toga ne smiju odbiti, osim u pojedinačkim slučajevima i zbog važna razloga.

Kan. 296. - § 1. I oni misionari, koji su pripadnici redova, potčinjeni su poglavarskoj vlasti, nadzornom pohodu i kažnjavanju Apostolskoga Namjesnika i Predstojnika u svemu onomu, što spada na upravljanje misijama, dušobrižništvo, dijeljenje Otajstava, ravnanje školama, na milodare darovane za misije i izvršivanje pobožnih oporučnih zapisâ u korist iste misije.

§ 2. Iako se Apostolski Namjesnik i Predstojnik ne smiju ni u čemu, osim slučajeva predviđenih u pravu, miješati u redovničku stegu, koja zavisi posvema od redovničkog Poglavara, to ipak, ako bi u onomu, o čemu govori prednji paragraf, postojala protivnost između odredbe Apostolskog Namjesnika ili Predstojnika i odredbe redovničkog Poglavara, pripada prednost prvomu, uz pravo pritužbe na Svetu Stolicu bez odgodne moći i uz podjednako obdržavanje posebnih odredaba odobrenih od Apostolske Stolice.

Kan. 297. - Ako nedostaju duhovnici svjetovni svećenici, Apostolski Namjesnici i Predstojnici mogu redovnike, pa i one izuzete, koji su dodijeljeni namjesništvu ili predstojništvu, saslušavši njihovog Poglavara, prisiliti na obavljanje dušobrižništva, ipak posebna pravila od Apostolske Stolice odobrena ostaju isto tako na snazi.

Kan. 298. - Ako bi nastale protivnosti u onomu, što se odnosi na dušobrižništvo, bilo između pojedinih misionara, bilo između raznih redovničkih družbi, bilo između misionara i ma kojih drugih osoba, Apostolski Namjesnici i Predstojnici treba da nastoje, da ih što prije uklone i o takovim pitanjima, ako je to potrebno, donesu rješenje, uz puno pravo pritužbe na Apostolsku Stolicu, no time se ne odgađa krepost njihove odluke.

---

296 § 2: Benedictus XIV, const. «*Ad militantis*», 30 mart. 1742, § 8; ep. encycl. «*Apostolicum ministerium*», 30 maii 1753, § 15-17; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 20 iun. 1628; (C. G.), 30 ian. 1629; (C. P. pro Sin.), 11 mart. 1848; instr. 30 sept. 1848, n. 6; instr. (ad Vic. Ap. Tunkin. Orient.), 1 sept. 1881, n. 2, 4.

297: Clemens IX, const. «*Speculatores*», 13 sept. 1669; S. C. de Prop. Fide (C. P.), 22 mart. 1669, ad 7; instr. 30 sept. 1848, n. 3.

298: Urbanus VIII, litt. ap. «*Ex debito*», 22 febr. 1633, § 9; Clemens IX, const. «*Speculatores*», 13 sept. 1669; S. C. de Prop. Fide (C. P. pro Sin.), 13 aug. 1669, ad 7.

Can. 299. - Vicarii Apostolici obligatione tenentur Sacra Limina Beatorum Apostolorum Petri et Pauli visitandi eadem prorsus lege, qua Episcopi residentiales ad normam Can. 341; cui tamen muneri, si quid graviter obstet ne per se ipsi illud expleant, satisfacere possunt per procuratorem etiam in Urbe degentem.

Can. 300. - § 1. Ad normam Can. 340, Vicarii ac Praefecti Apostolici tenentur obligatione Sedi Apostolicae exhibendi plenam accuratamque relationem de suo quisque pastorali officio, deque omnibus quaecunque ad statum vicariatus vel praefecturae, ad missionarios, ad religiosos, ad populi disciplinam, ad scholarum frequentiam, ad fidelium denique ipsorum curae commissorum salutem quavis ratione pertineant; quae relatio scripta esse debet et subscripta tum ab ipso Vicario aut Praefecto tum ab uno saltem ex consiliariis de quibus in Can. 302.

§ 2. Imo etiam sub cuiusque anni exitum ad Sanctam Sedem mittant elenchum seu numerum conversorum, baptizatorum annuaeque Sacramentorum administrationis una cum aliis notatu dignioribus.

Can. 301. - § 1. In regione sibi commissa commorentur, a qua sine gravi et urgenti causa per notabile tempus iis abesse ne liceat, inconsulta Sede Apostolica.

§ 2. Regionem sibi concreditam, quandocumque sit opus, debent ipsi per se vel, si legitime impediti fuerint, per alium visitare eaque omnia in visitatione expendere, quae ad fidem, bonos mores, Sacramentorum administrationem, praedicationem verbi Dei, festorum observantiam, cultum divinum, iuventutis institutionem, disciplinam ecclesiasticam referuntur.

Can. 302. - Constituant Consilium ex tribus saltem antiquioribus et prudentioribus missionariis, quorum sententiam, saltem per epistolam, audiant in gravioribus et difficilioribus negotiis.

299: S. C. de Prop. Fide (C. G.), 28 iul. 1626; (C. P. pro Sin.), 11 iul. 1668; litt. (ad Vic. Ap. Tunkin. Orient.), 3 maii 1828; litt. (ad Vic. Ap. Tunkin. Occident.), 23 mart. 1844; litt. 24 dec. 1849; instr. (ad Vic. et Praef. Ap.), 1 iun. 1877, n. 11.

300 § 1: S. C. de Prop. Fide, litt. (ad Vic. Ap. Tunkin. Orient.), 3 maii 1828; litt. encycl. 31 oct. 1838; (C. P. pro Sin.), 27 sept. 1843; litt. (ad Vic. Ap. Tunkin. Occident.), 23 mart. 1844; litt. 24 dec. 1849; litt. encycl. 24 apr. 1861; instr. (ad Vic. et Praef. Ap.), 1 iun. 1877.

300 § 2: S. C. de Prop. Fide (C. G.), 4 maii 1626; (C. P. pro Sin.), 20 sept. 1741; (C. G.), 13 mart. 1743; litt. encycl. (ad Ep. et Vic.), 17 iun. 1747; litt. encycl. 31 oct. 1838; (C. P. pro Sin.), 27 sept. 1843; litt. (ad Vic. Ap. Tunkin. Occident.), 23 mart. 1844: litt. 24 dec. 1849.

Kan. 299. - Apostolski su Namjesnici dužni pohađati Svete Pragove Blaženih Apostola Petra i Pavla sasvim onako, kako je to propisano za Biskupe u kan. 341; ipak mogu ovoj dužnosti, u slučaju kada ih nešto važnoga sprečava, da je oni sami izvrše, zadovoljiti po zastupniku, pa i takvom koji stanuje u Gradu.

Kan. 300. - § 1. Namjesnici su i Predstojnici Apostolski dužni Apostolskoj Stolici podnositi prema propisu kan. 340, potpuni i točni izvještaj o svojoj pastirskoj službi i o svemu onomu, što se odnosi na stanje Namjesništva ili Predstojništva, na misionare, na redovnike, na stegu puka, na polazak škola i konačno bilo kako na spasenje njihovoj brizi povjerenih duša; ovo izvješće mora biti pismeno i potpisano i od samog Namjesnika ili Predstojnika i barem od jednoga savjetnika o kojima govori kan. 302.

§ 2. Pa i pod konac svake godine treba da podnesu Svetoj Stolici popis ili broj obraćenika, krštenika i Otajstava podijeljenih preko godine s dodatkom svega drugoga, što bi bilo od važnosti.

Kan. 301. - § 1. Treba da prebivaju u kraju, koji im je povjeren, pa se ne smiju bez važnoga i hitnoga razloga udaljiti na dulje vrijeme, ako o tom nisu izvijestili Apostolsku Stolicu.

§ 2. Kraj koji je njihovoj brizi povjeren dužni su, kadgod se pokaže potreba sami, ili kada su zakonito spriječeni, po drugomu pohađati radi nadzora, pa su u tom pohodu dužni razmotriti sve ono, što se odnosi na vjeru, ćudoređe, dijeljenje Otajstava, propovijedanje riječi Božje, obdržavanje svetkovina, službu Božju, poučavanje mladeži, crkvenu stegu.

Kan. 302. - Treba da osnuju Vijeće od barem trojice starijih i razboritijih misionara, pa da saslušaju, barem pismeno, njihovo mišljenje u važnijim i težim stvarima.

---

301 § 1: S. C. de Prop. Fide (C. G.), 19 ian. 1644; (C. G.), 10 iul. 1668; (Quebec), 20 iun. 1703; decr. 17 iun. 1715; litt. (ad Vic. Ap. Tunkin.), 9 oct. 1723; litt. (ad Vic. Ap. Tunkin. Occident.), 23 mart. 1844; litt. encycl. 24 apr. 1861; 24 aug. 1861.

301 § 2: Clemens IX, const. «*Speculatores*», 13 sept. 1669; S. C. de Prop. Fide (C. P. pro Sin.), 13 aug. 1669, ad 3; (C. P.), 14 ian. 1798.

302: S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Indiar. Orient.), 8 sept. 1869, n. 27; instr. (ad Vic. Ap. Sin.), 18 oct. 1883, n. XIV: instr. (ad Ep. Indiar. Orient.), 19 mart. 1893, n. II.

Can. 303. - Prout siverit opportunitas, missionarios saltem praecipuos tum religiosos tum saeculares proprii territorii congregent semel saltem in anno, ut possint ex singulorum experientia et consilio deducere quae sint ordinanda perfectius.

Can. 304. - § 1. Legibus quae de archivo constituendo Episcopis praescribuntur, etiam Vicarii ac Praefecti Apostolici, habita locorum personarumque ratione, aeque tenentur.

§ 2. Pariter quae de Conciliis plenariis et provincialibus Can. 281-291 praescribuntur, applicari debent, congrua congruis referendo, Conciliis plenariis vel regionalibus et provincialibus in regionibus Sacrae Congregationi de Prop. Fide subiectis; quae de Synodo dioecesana Can. 356-362, Synodo vicariatus apostolici; sed nullum est praefinitum tempus pro Concilii provincialis et Synodi celebratione, et canones Conciliorum, antequam promulgentur, recognosci debent a Sacra Congregatione de Prop. Fide.

Can. 305. - Studiosissime curent, onerata graviter eorum conscientia, ut ex christianis indigenis seu incolis suae regionis probati clerici rite instituantur ac sacerdotio initientur.

Can. 306. - Missae sacrificium pro populis sibi commissis applicare debent saltem in sollemnitatibus Nativitatis Domini, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, sanctissimi Corporis Christi, Immaculatae Conceptionis et Assumptionis Beatae Mariae Virginis, Sancti Ioseph eius sponsi, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, Omnium Sanctorum, servato praescripto Can. 339, §§ 2 seqq.

Can. 307. - § 1. Ipsis non licet, inconsulta Sede Apostolica, concedere missionariis ab ea missis veniam in perpetuum deserendi vicariatum aut praefecturam, vel alio transeundi, nec eos quoquo modo expellere.

303: S. C. de Prop. Fide (C. P. pro Sin. - Tunkin.), 12 iun. 1764, n. 1; (C. G.), 9 maii 1773; instr. 23 nov. 1845, n. 8; instr. (ad Vic. Ap. Indiar. Orient.), 8 sept. 1869, n. 9; litt. (ad Archiep. Milvaukien.), 29 iul. 1889; litt. encycl. (ad Ep. Indiar.), 28 aug. 1893.

305: Clemens IX, const. *«Speculatores»*, 13 sept. 1669; Leo XIII, ep. encycl. *«Ad extremas Orientis»*, 24 iun. 1893; S. C. de Prop. Fide, 28 nov. 1630; 22 febr. 1663; litt. (ad Vic. Ap. Pondicherien.), 3 apr. 1802; instr. (Malabar), 2 iun. 1832; instr. 23 nov. 1845; (C. G. - Ceylan), 23 aug. 1852, ad 2; litt. (ad Vic. Ap. Pondicher.), 12 iun. 1858, instr. (ad Vic. Ap. Indiar. Orient.), 8 sept. 1869, n. 3-5, 20; instr. (ad Vic. Ap. Sin.), 18 oct. 1883, n. V; instr. (ad Ep. Indiar. Orient.), 19 mart. 1893, n. IV, VII; litt. encycl. (ad Ep. Indiar.), 28 aug. 1893.

Kan. 303. - Ako je moguće treba da barem jednom u godini sakupe barem istaknutije misionare iz svojega područja, i redovničke i svjetovne, da tako uzmognu na temelju njihova iskustva i savjeta ispraviti što treba.

Kan. 304. - § 1. One zakonske odredbe o uređenju pismohrane, koje vrijede za Biskupe, obvezuju s potrebitim obzirom na prilike mjesta i osoba, također i Namjesnike i Predstojnike Apostolske.

§ 2. Isto tako vrijedi ono, što je propisano u kan. 281-291 o skupnim i pokrajinskim Saborima, prema odnosnim prilikama, također za moralne ili krajevne i pokrajinske Sabore u područjima, koja su podčinjena Svetom Zboru za Širenje Vjere; a ono u kan. 356-362 o biskupijskoj Sinodi, za Sinodu u apostolskom namjesništvu; međutim za držanje pokrajinskog Sabora ili Sinode nije propisano nikakvo određeno vrijeme, a saborski kanoni moraju biti odobreni, prije nego što se proglase, od strane Svetoga Zbora za Širenje Vjere.

Kan. 305. - Treba da najbrižljivije nastoje oko toga, pod teškom obvezom u savjesti, da se od kršćanskih starosjedilaca ili stanovnika njihovog područja propisno odgoje valjani duhovnici i zarede za svećenike.

Kan. 306. - Misnu svetu žrtvu dužni su prikazati za povjereni im puk barem u svetkovine Rođenja Gospodinovog, Bogojavljenja, Uskrsa, Uzašašća, Duhova, Tijelova, Bezgrješnog Začeća i Uznesenja Blažene Djevice Marije, Svetoga Josipa njezinog zaručnika, Svetih Apostola Petra i Pavla, Svih Svetih, uz odbržavanje propisa kan. 339, §§ 2 sl.

Kan. 307. - § 1. Nije im dopušteno bez savjetovanja s Apostolskom Stolicom, davati misionarima poslanima od nje, dozvole da zauvijek napuste namjesništvo ili predstojništvo ili da drugamo otiđu, niti ih smiju na bilo koji način izagnati.

306: S. C. de Prop. Fide, decr. 18 aug. 1866.

307 § 1: S. C. de Prop. Fide (C. G.), 8 maii 1628; (C. G.), 2 mart. 1665; (C. G.), 16 mart. 1668; (C. P. pro Sin.), 28 febr. 1716; decr. 8 sept. 1781; decr. 28 sept. 1812; instr. (ad Vic. Ap. Indian. Orient.), 8 sept. 1869, n. 1; (Natchez), 4 febr. 1873, ad 5.

§ 2. In casu autem publici scandali possunt ipsi, audito suo Consilio, et si agatur de religiosis, praemonito, quantum fieri potest, Superiore, missionarium statim removere, facta tamen illico certiore Apostolica Sede.

Can. 308. - Vicariis et Praefectis, charactere episcopali auctis, privilegia honorifica competunt, quae ius concedit Episcopis titularibus; si autem charactere episcopali careant, habent tantum, durante munere et in proprio territorio, insignia et privilegia Protonotariorum apostolicorum de numero participantium.

Can. 309. - § 1. Vicarii et Praefecti, ubi primum in territorium suum advenerint, deputent ex uno vel altero clero Pro-vicarium vel Pro- praefectum idoneum, nisi Coadiutor cum futura successione a Sancta Sede datus fuerit.

§ 2. Pro-vicarius aut Pro-praefectus nullam habet, vivente Vicario aut Praefecto, potestatem, nisi quae fuerit ab eodem sibi commissa; sed deficiente Vicario aut Praefecto, vel eorum iurisdictione impedita ad normam Can. 429, § 1, totum debet regimen assumere et in hoc munere permanere, donec a Sancta Sede aliter fuerit provisum.

§ 3. Pari modo Pro-vicarius aut Pro-praefectus, qui titulari successerit, statim deputet ecclesiasticum virum, qui sibi, ut supra, in munere succedat.

§ 4. Si forte contingat ut nemo sive a titulari sive a protitulari uti administrator fuerit designatus, tunc senior in vicariatu vel praefectura, is, nempe, qui sit praesens in territorio et suas destinationis litteras in eodem prius exhibuerit, censetur delegatus a Sancta Sede ut regimen assumat, et inter plures aeque seniores antiquior sacerdotio.

307 § 2: S. C. de Prop. Fide (C. G.), 16 mart. 1668.

308: Pius X, motu propr. *«Inter multiplices»*, 21 febr. 1905, n. 2- 12.

309 § 1: Benedictus XIV, litt. ap. «Ex sublimi», 26 ian. 1753, § 1, 2; ep. encycl. *«Quam ex sublimi»*, 8 aug. 1755, § 1, 2, 4; S. C. de Prop. Fide, decr. 20 maii 1786; (C. P. pro Sin. - Sutchuen.), 9 dec. 1822, ad 1; (C. G.), 8 maii 1847; instr. (ad Vic. Ap. Indiar. Orient.), 8 sept. 1869, n. 2.

§ 2. U slučaju pak javne sablazni mogu, po saslušanju svojega Vijeća, a ako se radi o redovnicama, uz prethodnu, kada je to moguće, obavijest njihova Poglavara, misionara odmah ukloniti, no ipak su dužni o tom smjesta obavijestiti Apostolsku Stolicu.

Kan. 308. - Onim namjesnicima i Predstojnicima, koji imaju biskupsko posvećenje, pripadaju sve počasne povlastice, koje pravo daje naslovnim Biskupima; a ako nemaju biskupskog posvećenja, imaju za vrijeme službe i u vlastitom području samo odličja i povlastice apostolskih Protonotara od broja sudionika.

Kan. 309. - § 1. Namjesnici i Predstojnici, čim stignu na svoje područje, treba da postave prikladnog duhovnika, bilo svjetovnog bilo redovničkog, za Podnamjesnika ili Podpredstojnika, ako nije od Svete Stolice postavljen Suradnik s pravom nasljedstva.

§ 2. Podnamjesnik i Podpredsjednik nema, za života Namjesnikova ili Predstojnikova nikakve vlasti do one, koja mu bude od njega povjerena; ali kada Namjesnik ili Predstojnik prestane biti u službi, ili njihova poglavarska vlast bude spriječena prema kan. 429, § 1, treba da preuzmu cjelokupnu upravu i da u toj službi ostanu, dok od strane Svete Stolice ne bude drugačije određeno.

§ 3. Jednako je i Podnamjesnik i Podpredstojnik, koji naslijedi postavljenoga, dužan da odmah odredi crkvenoga muža, koji će, kako je gore rečeno, stupiti na njegovo mjesto.

§ 4. Ako bi se dogodilo, da nitko nije od ovako nadležnih postavljen za upravitelja, tada se smatra, da kao delegat Svete Stolice ima preuzeti upravu najstariji u namjesništvu ili predstojništvu, to jest onaj, koji na području boravi i koji je ondje prije predložio pismo o svojemu postavljanju, a ako ima više njih, koji su jednako stari, onda onaj koji je stariji po svećeničkom ređenju.

309 § 2: Benedictus XIV, litt. ap. *«Ex sublimi»*, 26 ian. 1753, § 1, 2; ep. encycl. *«Quam ex sublimi»*, 8 aug. 1755, § 1, 2, 4; S. C. de Prop. Fide, decr. 20 maii 1786; (C. P. pro Sin. - Sutchuen.), 9 dec. 1822, ad 2; (C. G.), 8 maii 1847; instr. (ad Vic. Ap. Indiar. Orient.), 8 sept. 1869, n. 2.

309 § 3: S. C. de Prop. Fide, decr. 20 maii 1786.

309 § 4: S. C. de Prop. Fide, decr. 19 sept. 1787; litt. (ad Vic. Ap. Cochinchin.), 29 sept. 1827.

Can. 310. - § 1. Ad quos vicariatus aut praefecturae cura devenerit ad normam Can. 309, ii debent quamprimum certiorem facere Apostolicam Sedem.

§ 2. Interim uti possunt omnibus facultatibus sive ordinariis ad normam Can. 294, sive delegatis, quibus Vicarius vel Praefectus pollebat, nisi commissae fuerint ob industriam personae.

Can. 311. - Qui vicariatui vel praefecturae apostolicae ad certum tempus praepositus est, debet in regimine cum omnibus facultatibus sibi concessis permanere, licet definitum tempus fuerit praeterlapsum, donec successor canonicam sui muneris possessionem ceperit.

CAPUT IX.

DE ADMINISTRATORIBUS APOSTOLICIS.

Can. 312. - Dioecesis canonice erectae regimen, sive plena, sive vacante sede, aliquando Summus Pontifex ob graves et speciales causas Administratori Apostolico vel in perpetuum vel ad tempus committit.

Can. 313. - § 1. Quilibet Administrator Apostolicus, si datus fuerit dioecesi, sede plena, canonicam administrationis possessionem init, ostendens litteras suae nominationis tum Episcopo, si sit mentis consiliique compos et in dioecesi versetur, tum etiam Capitulo, ad normam Can. 334, § 3.

§ 2. Si sedes fuerit vacans, vel si Episcopus non sit mentis consiliique compos, aut in dioecesi non moretur, Administrator Apostolicus possessionem sumit ad instar Episcopi secundum cit. Can. 334, § 3.

Can. 314. - Iura, officia ac privilegia Administratoris Apostolici desumantur ex litteris suae deputationis, vel, nisi in eisdem aliud caveatur expresse, ex praescripto canonum qui sequuntur.

311: S. C. de Prop. Fide (C. G.), 2 mart. 1666; (C. G.), 30 aug. 1700,

312: C. 42, *de electione et electi potestate*, I, 6, in VI°; c. 4, *de supplenda negligentia praelatorum*, I, 8, in VI°; Pius X, const. *«Sapienti consilio»*, 29 iun. 1908, § I, n. 2°, 2;

Kan. 310. - § 1. Oni, na koje je prema odredbama kan. 309, prešla uprava nad namjesništvom ili predstojništvom, treba da o tom što prije obavijeste Apostolsku Stolicu.

§ 2. Međutim se mogu služiti svim ovlasticama, bile one redovne prema odredbama kan. 294, ili prenesene, koje je imao Namjesnik ili Predstojnik Apostolski, ako nisu bile dane posebice za osobu.

Kan. 311. - Onaj koji je na određeno vrijeme postavljen da upravlja apostolskim namjesništvom ili predstojništvom, treba da, služeći se svima sebi danim ovlasticama ostane u službi, iako je određeno vrijeme međutim isteklo, doklegod njegov nasljednik ne uzme svoju službu u kanonski posjed.

GLAVA IX.

APOSTOLSKI UPRAVITELJI

Kan. 312. - Vrhovni Prvosvećenik povjerava katkada iz važnih i posebnih razloga upraviteljstvo kanonski ustanovljene biskupije i popunjene i upražnjene bilo trajno bilo privremeno Apostolskom Upravitelju.

Kan. 313. - § 1. U kanonski posjed upraviteljstva ulazi svaki Apostolski Upravitelj, ako je postavljen za biskupiju, koja je popunjena, time, da prikaže pismeno rješenje o svom imenovanju i Biskupu, ako je pri svijesti i razumu i boravi u biskupiji i Kaptolu prema odredbama kan. 334, § 3.

§ 2. Kada je stolica upražnjena ili ako Biskup nije pri svijesti i razumu ili boravi izvan biskupije, Apostolski Upravitelj ulazi u posjed na isti način kao i Biskup prema odredbama navedenog kanona 334, § 3.

Kan. 314. - Koja su prava, dužnosti i povlastice Apostolskog Upravitelja razabrat će se iz pismenog rješenja o njegovom postavljanju, ili ako u njemu nije izričito drugačije predviđeno, iz odredaba kanona koji slijede.

Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. II, n. 7°, 10°.

Can. 315. - § 1. Administrator Apostolicus permanenter constitutus iisdem iuribus et honoribus fruitur, iisdemque obligationibus tenetur, ac Episcopus residentialis.

§ 2. Si ad tempus datus sit:

1.° Eadem iura ac officia habet, ac Vicarius Capitularis; sed, sede plena, potest dioecesim visitare ad tramitem iuris; nec tenetur obligatione applicandae Missae pro populo, quae Episcopum gravat;

2.° Ad honorifica privilegia quod attinet, valeat praescriscriptum Can. 308; sed Episcopo qui, ad aliam sedem translatus, prioris retinet administrationem, in hac quoque omnia Episcoporum residentialium honorifica privilegia competunt.

Can. 316. - § 1. Si Administrator Apostolicus dioecesi, sede plena, praeficiatur, iurisdictio Episcopi eiusque Vicarii Generalis suspenditur.

§ 2. Quanquam autem Administrator Apostolicus Episcopi auctoritati non subest, non debet tamen se immiscere causis Episcopum ipsum spectantibus, neque in Vicarium eius Generalem iudicium seu processum instruere aut animadvertere ob acta praeteritae administrationis.

Can. 317. - Si impedita fuerit iurisdictio Administratoris Apostolici aut si idem Administrator defecerit, Sedes Apostolica statim moneatur; et interim, si dioecesis vacet aut Episcopus non sit sui compos, valent praescripta Can. 429 seqq.; secus Episcopus dioecesim regit, nisi Sedes Apostolica aliud praestituerit.

Can. 318. - § 1. Administratoris Apostolici iurisdictio Romani Pontificis aut Episcopi obitu non cessat.

§ 2. Cessat vero cum Episcopus dioecesis vacantis possessionem legitime ceperit ad normam Can. 334, § 3.

315 § 1: C. 42, *de electione et electi potestate,* I, 6, in VI°; c. 4, *de supplenda negligentia praelatorum,* I, 8, in VI°; S. C. Ep. et Reg., *Soanen-Pitilianen.,* 8 apr. 1580; *Sarsinaten.,* 29 maii 1627; *Aquilana,* 22 sept. 1628; *Lycien.,* 22 sept. 1628.

315 § 2. 2.°: Pius X, motu propr. *«Inter multiplices»,* 21 febr. 1905, n. 2- 12.

Kan. 315. - § 1. Apostolski Upravitelj, koji je postavljen trajno, ima ista prava i počasti i vezan je istim dužnostima kao i sjedišni Biskup.

§ 2. Ako je postavljen privremeno:

1.° Ima ista prava i dužnosti kao Kaptolski Namjesnik; no kada je stolica popunjena, može izvršivati prema zakonskim propisima nadzorni pohod po biskupiji; a nije obavezan namjenjivati Misu za puk, nego je na to vezan Biskup;

2.° Što se tiče počasnih povlastica, treba se držati odredbe kan. 308; no Biskupu, koji je premješten na drugu stolicu, a zadržao je upraviteljstvo prijašnje, pripadaju i u ovoj sve počasne povlastice sjedišnih Biskupa.

Kan. 316. - § 1. Ako je Apostolski Upravitelj postavljen biskupiji, dok je stolica popunjena, obustavljena je poglavarska vlast Biskupova i njegova Glavnoga Namjesnika.

§ 2. Premda Apostolski Upravitelj nije podčinjen Biskupovoj vlasti, on se ipak ne smije miješati u one stvari, koje se tiču samoga Biskupa niti pokretati sud ili postupak protiv njegova Glavna Namjesnika niti pozivati ga na odgovornost zbog čina iz ranijeg upravljanja.

Kan. 317. - Ako bi vlast Apostolskog Upravitelja bila spriječena ili ako bi isti Upravitelj napustio službu, treba da se odmah o tom obavijesti Apostolska Stolica; a međutim ako je biskupija upražnjena ili Biskup nije pri svijesti, važe odredbe kan. 429 sl.; inače upravlja biskupijom Biskup, ako Apostolska Stolica nije unaprijed odredila drugačije.

Kan. 318. - § 1. Poglavarska vlast Apostolskog Upravitelja ne prestaje smrću Rimskog Prvosvećenika ni Biskupovom.

§ 2. No prestaje kada Biskup u upražnjenoj biskupiji zakonito uđe u posjed prema odredbi kan. 334, § 3.

316 § 1: S. C. Ep. et Reg., *Caputaquen.,* 27 mart. 1580; *Nolana,* 27 sept. 1641.

318 § 1: S. C. Ep. et Reg., *Aquilana,* 4 aug. 1578; *Lycien.,* 17 nov. 1590; Lycien., 22 dec. 1628: *Aprutina,* 24 ian. 1749.

CAPUT X.

DE PRAELATIS INFERIORIBUS.

Can. 319. - § 1. Praelati qui praesunt territorio proprio, separato ab omni dioecesi, cum clero et populo, dicuntur Abbates vel Praelati *nullius,* nempe dioecesis, prout eorum ecclesia dignitate abbatiali vel simpliciter praelatitia gaudet.

§ 2. Abbatia vel praelatura *nullius,* tribus saltem paroeciis non constans, singulari iure regitur, nec eidem applicantur quae canones statuunt de abbatiis vel praelaturis *nullius.*

Can. 320. - § 1. Abbates vel Praelati *nullius* nominantur et instituuntur a Romano Pontifice, salvo iure electionis aut praesentationis, si cui legitime competat; quo in casu ab eodem Romano Pontifice confirmari aut institui debent.

§ 2. Assumendi ad abbatiam vel praelaturam *nullius* iisdem qualitatibus ornati esse debent, quas ius in Episcopis requirit.

Can. 321. - Si cui collegio est ius eligendi Abbatem vel Praelatum nullius, ad validam electionem requintur numerus suffragiorum absolute maior, demptis suffragiis nullis, firmo peculiari iure quod maiorem suffragiorum numerum exigat.

Can. 322. - § 1. Abbas vel Praelatus *nullius* nequit quovis titulo sive per se sive per alios in regimen abbatiae vel praelaturae se ingerere, antequam eiusdem possessionem ceperit, ad normam Can. 334, § 3.

§ 2. Abbates vel Praelati *nullius* qui ex praescripto apostolico vel ex propriae religionis constitutionibus benedici debent, intra tres menses a receptis litteris apostolicis, cessante legitimo impedimento, benedictionem ab Episcopo, quem maluerint, accipiant.

Can. 323. - § 1. Abbas vel Praelatus *nullius* easdem potestates ordinarias easdemque obligationes cum iisdem sanctionibus habet, quae competunt Episcopis residentialibus in propria dioecesi.

---

319 § 1: Benedictus XIV, const. *«Apostolicae servitutis»,* 14 mart. 1743, § 2, 6; const. *«Inter multa»,* 4 apr. 1747; S. C. C., 14 ian. 1721.

320 § 2: Gregorius XIV, const. *«Onus Apostolicae»,* 15 maii 1591, § 12.

322 § 2 : Pontificale Rom., tit. *De benedictione abbatis.*

GLAVA X.

NIŽI PRELATI

Kan. 319. - § 1. Prelati, koji su na čelu vlastitog područja, odvojenoga od svake biskupije, a duhovnicima i pukom, zovu se Opati ili Prelati *samosvojni* to jest naprama biskupiji, i to prema tomu, da li njihova crkva ima opatsko ili naprosto prelatsko dostojanstvo.

§ 2. Za *samosvojnu* opatiju ili prelaturu, koja nema barem tri župe, vrijede posebni propisi i na njih se ne primjenjuju propisi, koje kanoni donose o *samosvojnim* opatijama i prelaturama.

Kan. 320. - § 1. *Samosvojne* Opate i Prelate imenuje i u službu uvodi Rimski Prvosvećenik, ne dirajući u pravo izbora ili predlaganja, ako takvo nekomu zakonito pripada; no u tom slučaju potrebno je, da budu potvrđeni i u službu uvedeni od istoga Rimskog Prvosvećenika.

§ 2. Koji se postavljaju na *samosvojnu* opatiju ili prelaturu, moraju imati ista ona svojstva, koja pravo propisuje za Biskupe.

Kan. 321. - Ako nekom zboru pripada pravo izbora *samosvojnog* Opata ili Prelata, potrebno je, da izbor bude valjan, bezuvjetna većina glasova, ne brojeći ništave glasove, no ne dirajući time u posebno pravo, ako bi ono tražilo veći broj glasova.

Kan. 322. - § 1. *Samosvojni* se Opat ili Prelat ne može ni s kojega naslova ni sam ni preko drugih osoba umiješati u upravljanje opatije ili prelature, doklegod nije ušao u posjed prema odredbama kan. 334, § 3.

§ 2. *Samosvojni* Opati ili Prelati, koji moraju biti blagoslovljeni po apostolskoj odredbi ili prema ustanovama svoje redovničke družbe, treba da za tri mjeseca od primljenog apostolskog pisma, ako nema zakonite zapreke, prime blagoslov od Biskupa po svome izboru.

Kan. 323. - § 1. *Samosvojni* Opat ili Prelat ima istu redovnu vlast i iste dužnosti s istim prinudama, koje pripadaju sjedišnim biskupima u vlastitoj biskupiji.

---

323 § 1: Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus*, c. 11; Benedictus XIV, const. *«Quod Sancta»,* 23 nov. 1740, § 3, 5, 6; const. *«Firmandis»,* 6 nov. 1744, § 12; Leo XIII, litt. ap. *«In suprema»,* 10 iun. 1882.

§ 2. Si charactere episcopali non sit ornatus et benedictionem, si eam recipere debet, receperit, praeter alia munera quae in Can. 294, § 2 describuntur, potest quoque ecclesias et altaria immobilia consecrare.

§ 3. Quod attinet ad Vicarii Generalis constitutionem, serventur praescripta Can. 366-371.

Can. 324. - Capitulum religiosum abbatiae vel praelaturae *nullius* regitur propriis legibus ac constitutionibus; Capitulum saeculare, iure communi.

Can. 325. - Abbas vel Praelatus *nullius,* licet charactere episcopali careat, utitur tamen in proprio territorio insignibus pontificalibus cum throno ac baldachino et iure ibidem officia divina pontificali ritu celebrandi; crucem autem pectoralem, annulum cum gemma, ac pileolum violaceum potest etiam extra territorium deferre.

Can. 326. - Si praelatura saecularis Capitulo careat, eligantur consultores ad normam Can. 423-428.

Can. 327. - § 1. Abbatia vel praelatura *nullius* vacante, si agatur de abbatia vel praelatura religiosa, succedit Capitulum religiosorum, nisi constitutiones aliud ferant; si de saeculari, Capitulum canonicorum; utrumque autem Capitulum intra octiduum debet Vicarium Capitularem deputare ad normam Can. 432 seqq., qui abbatiam vel praelaturam regat usque ad novi Abbatis vel Praelati electionem.

§ 2. Abbatia vel praelatura impedita, servetur praescriptum Can. 429.

Can. 328. - Circa Romani Pontificis Familiares, sive praelati titulo gaudeant, sive non, standum privilegiis, regulis et traditionibus pontificiae Domus.

325: C. 3, *de privilegiis*, V, 7, in VI°; S. C. C., Papien., 3 iun. 1651, ad 1; Pontificale Rom., tit. *De benedictione abbatis.*

§ 2. Ako nemaju biskupskog posvećenja, a primili su blagoslov, ako ga moraju primiti, mogu osim službenih čina navedenih u kan. 294, § 2, još i posvećivati crkve i prijenosne oltare.

§ 3. Što se tiče postavljanja Glavnog Namjesnika, treba se držati odredaba u kan. 366-371.

Kan. 324. - Redovnički se Kaptol *samosvojne* opatije ili prelature ravna po vlastitim zakonima i ustanovama; svjetovnjački Kaptol po općem pravu.

Kan. 325. - *Samosvojni* se Opat ili Prelat, iako nema biskupskog posvećenja, služi ipak u vlastitom području velesvećeničkim odličjem s prijestoljem i nebnicom i s pravom u njemu izvršivati bogoslužje velesvećeničkim obredom; grudni pak križ, prsten s alemkamenom, te ljubičastu kapicu može nositi i izvan područja.

Kan. 326. - Ako svjetovnjačka Prelatura nema Kaptola, moraju se postaviti savjetnici prema propisima kan. 423-428.

Kan. 327. - § 1. Kada se *samosvojna* opatija ili prelatura uprazne, ako se radi o redovničkoj opatiji ili prelaturi, slijednik je redovnički Kaptol, ako nije u ustanovama drugo predviđeno; ako se radi o svjetovnoj, Kaptol kanonika; no jedan i drugi mora da u roku od osam dana izabere prema odredbama kan. 432, sl., Kaptolskog Namjesnika, koji će upravljati opatijom ili prelaturom sve do izbora novoga Opata ili Prelata.

§ 2. Ako bi opatija ili prelatura bila spriječena, treba se držati odredaba kan. 429.

Kan. 328. - Glede Domara Rimskog Prvosvećenika, bilo da imaju naslov prelata ili ne, vrijede Povlastice, pravila i predaje prvosvećeničkog Doma.

328: Pius X, motu propr. *«Inter multiplices»,* 21 febr. 1905.

TITULUS VIII.

DE POTESTATE EPISCOPALI DEQUE IIS QUI DE EADEM PARTICIPANT.

CAPUT I.

DE EPISCOPIS.

Can. 329. - § 1. Episcopi sunt Apostolorum successores atque ex divina institutione peculiaribus ecclesiis praeficiuntur quas cum potestate ordinaria regunt sub auctoritate Romani Pontificis.

§ 2. Eos libere nominat Romanus Pontifex.

§ 3. Si cui collegio concessum sit ius eligendi Episcopum, servetur praescriptum Can. 321.

Can. 330. - Antequam quis in Episcopum assumatur, constare debet, secundum modum a Sede Apostolica determinatum, eum esse idoneum.

Can. 331. - § 1. Ut quis idoneus habeatur, debet esse:

329 § 1: C. 16, C. XII, q. 1; Conc. Trident., sess. XXIII, *de ordine,* c. 4, Can. 8; Conc. Vatican., sess. IV, c. III, *de vi et ratione primatus Romani Pontificis*; Pius VI, const. *«Auctorem fidei»,* 28 aug. 1794, prop. 6, 8, Synodi Pistorien., damn.; Gregorius XVI, litt. ap. *«Cum in Ecclesia»,* 17 sept. 1833; ep. encycl. *«Commissum divinitus»,* 17 maii 1835; Leo XIII, ep. *«Iampridem»,* 6 ian. 1886; ep. *«Officio sanctissimo»,* 22 dec. 1887; ep. *«Est sane molestum»,* 17 dec. 1888; litt encycl. *«Sapientiae»,* 10 ian. 1890; ep. encycl. *«Satis cognitum»,* 29 iun. 1896; S. C. S. Off., decr. *«Lamentabili»,* 4 iul. 1907, prop. 50, damn.

329 § 2: C. 1, X, *de translatione episcopi*, I, 7; c. 2, *de praebendis et dignitatibus*, III, 4, in VI°; Conc. Trident., sess. XXIII, de ordine, Can. 8; Benedictus XIV, ep. *«In postremo»,* 20 oct. 1756, § 15; Pius IX, litt. ap. *«Multiplices inter»,* 10 iun. 1851; alloc. *«Acerbissimum»,* 27 sept. 1852; allocut. *«Nunquam fore»,* 15 dec. 1856; Syllabus errorum, prop. 50, 51; ep. encycl. *«Levate»,* 27 oct. 1867; Pius X, const. *«Sapienti consilio»,* 29 iun. 1908, § I, n. 2°, 2; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. II, n. 6°, 10°.

NASLOV VIII.

VLAST BISKUPOVA I ONIH KOJI U NJOJ IMAJU UDJELA

GLAVA I.

BISKUPI

Kan. 329. - § 1. Biskupi su nasljednici Apostola i po božanskoj su uredbi postavljeni nad pojedine crkve s kojima upravljaju redovnom vlašću u podčinjenosti Rimskom Prvosvećeniku.

§ 2. Rimski Prvosvećenik imenuje ih slobodno.

§ 3. Ako je kojemu zboru priznato pravo da bira Biskupe, tada se moraju obdržavati propisi kan. 321.

Kan. 330. - Prije nego li se netko postavi za Biskupa, treba da bude na način, propisan od Apostolske Stolice utvrđeno, da je za to prikladan.

Kan. 331. - § 1. Da se netko može smatrati prikladnim, treba:

329 § 3: C. 46, 48, 50, 57, X, *de electione et electi potestate*, I, 6.

330: C. 19, 44, X, *de electione et electi potestate,* I, 6; Conc. Trident., sess. XXII, de ref., c. 2; sess. XXIV, *de ref.,* c. 1; Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. *«Supernae dispositionis»,* 5 maii 1514, § 5; Gregorius XIV, const. *«Onus Apostolicae»,* 15 maii 1591, § 3, 5 sq.; Pius X, const. *«Sapienti consilio»,* 29 iun. 1908, § I, n. 2°, 2; S. C. Consist., decr. 25 iul. 1916.

331: § 1. 5.°: C. 5, D. LI; c. 6, 8, D. LXI; c. 19, D. LXIII; c. 14, C. VII, q. 1; c. 1, C. VIII, q. 2; c. 7, 17, 19, 20, *de electione et electi potestate*, I, 6; c. 15, X, *de aetate et qualitate et ordine praeficiendorum,* I, 14; c. 1, 18, X, *de filiis presbyterorum ordinandis vel non,* I, 17; Reg. 87, R. J., in VI°; Conc. Trident., sess. VI, *de ref.,* c. 1; sess. VII, *de ref.,* c. 1; sess. XXII, *de ref.,* c. 2; sess. XXIV, *de ref.,* c. 1; Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. *«Supernae dispositionis»,* 5 maii 1514, § 3; Gregorius XIV, const. *«Onus Apostolicae»,* 15 maii 1591, § 1, 7-9; Benedictus XIV, const. *«Ad Apostolicae»,* 17 oct. 1740, § 2; instr. *«Eo quamvis tempore»,* 4 maii 1745, § 19; Pius X, allocut. *«Duplicem»,* 14 nov. 1904; S. C. C., *Fanen.,* 5 et 25 iun. 1723.

1.° Natus ex legitimo matrimonio, non autem legitimatus etiam per subsequens matrimonium;

2.° Annos natus saltem triginta;

3.° A quinquennio saltem in sacro presbyteratus ordine constitutus;

4.° Bonis moribus, pietate, animarum zelo, prudentia, ceterisque dotibus praeditus, quae ipsum aptum efficiant ad gubernandam dioecesim de qua agitur;

5.° Laurea doctoris vel saltem licentia in sacra theologia aut iure canonico potitus in athenaeo aliquo vel in Instituto studiorum a Sancta Sede probatis, vel saltem earundem disciplinarum vere peritus; quod si ad religionem aliquam pertineat, a suis Superioribus maioribus vel similem titulum vel saltem verae peritiae testimonium habeat.

§ 2. Etiam electus, praesentatus vel quoquo modo ab illis designatus, qui privilegio a Sancta Sede concesso eligendi, praesentandi seu designandi gaudent, debet memoratis qualitatibus pollere.

§ 3. Iudicare num quis idoneus sit, ad Apostolicam Sedem unice pertinet.

Can. 332. - § 1. Cuilibet ad episcopatum promovendo, etiam electo, praesentato vel designato a civili quoque Gubernio, necessaria est canonica provisio seu institutio, qua Episcopus vacantis dioecesis constituitur, quaeque ab uno Romano Pontifice datur.

§ 2. Ante canonicam institutionem seu provisionem candidatus, praeter fidei professionem de qua in Can. 1406-1408, iusiurandum fidelitatis erga Sanctam Sedem edat secundum formulam ab Apostolica Sede probatam.

331: § 2: C. 1, 3, X, *de postulatione praelatorum,* I, 5; c. 7, 18, 44, 53, X, *de electione et electi potestate,* I, 6; Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.,* c. 1; Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. *«Supernae dispositionis»,* 5 maii 1514, § 3; Gregorius XIV, const. *«Onus Apostolicae»,* 15 maii 1591, § 14; Pius X, allocut. *«Duplicem»,* 14 nov. 1904.

331: § 3: C. 19, 44, X, *de electione et electi potestate*, I, 6; Pius X, allocut. *«Duplicem»,* 14 nov. 1904.

332 § 1: C. 4, 5, 7, D. LXIII; c. 12-15, C. XVI, q. 7; c. 18, X, *de electione et electi potestate*, I, 6; c. 3, 4, X, *de translatione episcopi*, I, 7; Reg. 1, R. J., in VI°; c. 5, *de electione et electi potestate*, I, 3, in Clem.; Conc. Constantinopolitan. IV, actio X, Can.

1.° Da je rođen u zakonitom braku, a ne samo pozakonjen, pa bilo to i naknadnom ženidbom;

2.° Da je najmanje trideset godina star;

3.° Da je prošlo barem pet godina od njegovog svećeničkog ređenja;

4.° Da se odlikuje dobrim vladanjem, pobožnošću, revnošću za duše, razboritošću i ostalim svojstvima, koja ga čine podesnim za upravljanje biskupijom, o kojoj se radi;

5.° Da je postigao stupanj doktorata ili najmanje licencijata svetog bogoslovlja na kojoj visokoj školi ili znanstvenom Zavodu odobrenima od Svete Stolice ili da je u tim naukama zaista valjano obrazovan; a ako pripada kojoj redovničkoj družbi, da ima od strane svojih viših Poglavara ili sličan naslov ili barem svjedodžbu o valjanoj obrazovanosti.

§ 2. Također onaj, koji je izabran, predložen ili bilo kako označen od onih, koji imaju od Svete Stolice povlasticu za izbor, predlaganje ili označivanje, mora imati spomenuta svojstva.

§ 3. Sud o tomu, da li je netko prikladan, spada isključivo na Apostolsku Stolicu.

Kan. 332. - § 1. Svakom onom, koji ima biti promaknut za biskupa, pa i izabranom, predloženom ili označenom, bilo to i od državne Vlade, potrebna je kanonska providba ili uvedenje, po kojoj on postaje biskupom upražnjene biskupije i koju daje jedino Rimski Prvosvećenik.

§ 2. Natjecatelj mora prije kanonskog uvedenja ili providbe, uz ispovijed vjere prema kan. 1406-1408, položili prisegu vjernosti Svetoj Stolici po obrascu propisanomu od Apostolske Stolice.

12; Clemens XI, const. *«In supremo»,* 24 aug. 1709, § 2; Pius VI, const. *«Super soliditate»,* 28 nov. 1786, § 16; ep. encycl. *«Charitas»,* 13 apr. 1791, § 2, 7, 14-19, 21, 24; Pius IX, allocut. *«Nunquam fore»,* 15 dec. 1856; Syllabus errorum, prop. 50; const. *«Romanus Pontifex»,* 28 aug. 1873; Pius X, allocut. *«Duplicem»,* 14 nov. 1904; S. C. C., decr. 30 apr. 1873, n. I.

332 § 2: Pontificale Rom., tit. *De consecratione electi in episcopum.*

Can. 333. - Nisi legitimo impedimento prohibeatur, promotus ad episcopatum, etiamsi S. R. E. sit Cardinalis, debet, intra tres menses a receptis apostolicis litteris, consecrationem suscipere, et intra quatuor ad suam dioecesim pergere, salvo praescripto Can. 238, § 2.

Can. 334. - § 1. Episcopi residentiales sunt ordinarii et immediati pastores in dioecesibus sibi commissis.

§ 2. In regimen tamen dioecesis neque per se neque per alios, nec ullo sub titulo sese ingerere possunt, nisi prius eiusdem dioecesis possessionem canonice ceperint; sed si ante suam ad episcopatum designationem vicarii capitulares, officiales, oeconomi fuerint renuntiati, haec officia etiam post designationem retinere et exercere possunt.

§ 3. Canonicam dioecesis possessionem capiunt Episcopi residentiales simul ac in ipsa dioecesi vel per se vel per procuratorem apostolicas litteras Capitulo ecclesiae cathedralis ostenderint, praesente secretario Capituli vel cancellario Curiae, qui rem in acta referat.

Can. 335. - § 1. Ius ipsis et officium est gubernandi dioecesim tum in spiritualibus tum in temporalibus cum potestate legislativa, iudiciaria, coactiva ad normam sacrorum canonum exercenda.

§ 2. Leges episcopales statim a promulgatione obligare incipiunt, nisi aliud in ipsis caveatur; modus autem promulgationis ab ipsomet Episcopo determinatur.

Can. 336. - § 1. Observantiam legum ecclesiasticarum Episcopi urgeant; nec in iure communi dispensare possunt, nisi ad normam Can. 81.

333: C. 2, D. LXXV; c. 1, D. C; c. 7, 44, X, *de electione et electi potestate*, I, 6; Conc. Trident., sess. VII, *de ref.*, c. 9; sess. XXIII, *de ref.*, c. 2; Benedictus XIV, ep. *«In postremo»*, 20 oct. 1756, § 2; Pontificale Rom., tit. *De consecratione electi in episcopum.*

334 § 1: Conc. Vatican., sess. IV, c. III, *de vi et ratione primatus Romani Pontificis;* Pius IX, ep. encycl. *«Etsi multa»*, 21 nov. 1873; Pius X, litt. encycl. *«Iamdudum»*, 24 maii 1911.

334 § 2: C. 12-14, C. XVI, q. 7; c. 9, 17, 23, X, *de electione et electi potestate*, I, 6; c. 5, *de electione et electi potestate*, I, 6, in VI°; c. 1, *de electione*, I, 3, in Extravag. com.; Iulius II, const. *«Romani Pontificis»*, 28 iul. 1505; Paulus IV, const. *«Incumbentia»*, 1 nov. 1557, § 2, 8 sq.; Pius IX, allocut. *«Nunquam fore»*, 15 dec. 1856; Syllabus errorum, prop. 50; const. *«Romanus Pontifex»*, 28 aug. 1873; S. C. C., *Paraguarien.*, 1 sept. 1657, ad 3; decr. 30 apr. 1873, n. I, III.

334 § 3: C. 1, *de electione*, I, 3, in Extravag. com.; Iulius II, const. *«Romani Pontificis»*, 28 iul. 1505; Pius IX, const. *«Apostolicae Sedis»*, 12 oct. 1869, § V, n. 1; const. *«Romanus Pontitex»*, 28 aug. 1873; S. C. C., *Paraguarien.*, 1 sept. 1657, ad 3.

Kan. 333. - Ako nema zakonite zapreke, dužan je onaj, koji je promaknut za Biskupa, pa iako je Stožernik S. R. C., primiti biskupsko posvećenje u roku od tri mjeseca, a za četiri mjeseca doći u svoju biskupiju, uz obdržavanje odredbe kan. 238, § 2.

Kan. 334. - § 1. Sjedišni su Biskupi u njima povjerenim biskupijama redovni i neposredni pastiri.

§ 2. No ne mogu se ni sami ni po drugima miješati bilo s kojega naslova u biskupijsku upravu, dok ne uđu u kanonski posjed biskupije; ali u slučaju da su prije svojega promaknuća za Biskupa bili postavljeni kao Kaptolski Namjesnici, predstojnici sudišta, gospodarski upravitelji, mogu ove službe i poslije promaknuća zadržati i vršiti.

§ 3. Sjedišni Biskupi uzimaju biskupiju u kanonski posjed time i u času, kada na tlu biskupije sami ili po zastupniku predoče apostolsko pismo Kaptolu stolne crkve, u prisutnosti kaptolskog tajnika ili ravnatelja kurijalne pisarne, koji treba da o tom sastavi zapisnik.

Kan. 335. - § 1. Njihovo je pravo i dužnost, da upravljaju biskupijom i u duhovnim i u vremenitim stvarima imajući za to zakonodavnu, sudačku i prinudnu vlast, koju treba da izvršuju u skladu sa svetim kanonima.

§ 2. Biskupski zakoni stupaju na snagu odmah po proglašenju, ako nije drugačije u njima predviđeno; a način proglašenja određuje sam Biskup.

Kan. 336. - § 1. Biskupi moraju tražiti, da se crkveni zakoni obdržavaju; a od općega prava ne mogu davati oprosta, osim prema odredbi kan. 81.

---

335 § 1: C. 2, C. IX, q. 3; c. 4, 5, C. X, q. 1; c. 48, 49, C. XVI, q. 1; c. 5, C. XXI, q. 1; c. 15, X, *de electione et electi potestate*, I, 6; c. 1, X, *de officio iudicis ordinarii*, I, 31; c. 2, X, *de maioritate et obedientia*, I, 33; c. 2, *de constitutionibus*, I, 2, in VI°; c. 7, *de officio ordinarii*, I, 16, in VI°; Conc. Trident., sess. VI, *de ref.*, c. 3; sess. XIII, *de ref.*, c. 1; sess. XXIII, *de ordine*, c. 4; Innocentius XIII, const. *«Apostolici ministerii»*, 23 maii 1723, § 15; Benedictus XIII, const. *«In supremo»*, 23 sept. 1724, § 12, 28; const. *«Pastoralis officii»*, 27 mart. 1726, § 3; Leo XIII, ep. encycl. *«Cum multa»*, 8 dec. 1882; Pontificale Rom., tit. *De consecratione electi in episcopum.*

336 § 1: Conc. Trident., sess. XXV, *de ref.*, c. 18; (continuatio sessionis), *de delectu ciborum, ieiuniis et diebus festis;* Benedictus XIV, ep. encycl. *«Non ambigimus»*, 30 maii 1741, § 2; ep. encycl. *«Nimiam licentiam»*, 18 maii 1743, § 14; Pius IX, ep. encycl. *«Cum nuper»*, 20 ian. 1858; Pius X, litt. encycl. *«Acerbo nimis»*, 15 apr. 1905; S. C. S. Off., decr. 13 mart. 1625, § 5; S. C. C., decr. *«Ut debita»*, 11 maii 1904; S. C. de Prop. Fide, decr. 18 aug. 1893; S. C. Indulg., *Urbis et Orbis*, 14 apr. 1856; S. R. C., *Cenomanen.*, 18 febr. 1843; *Toletana*, 31 aug. 1872, ad VI.

§ 2. Advigilent ne abusus in ecclesiasticam disciplinam irrepant, praesertim circa administrationem Sacramentorum et Sacramentalium, cultum Dei et Sanctorum, praedicationem verbi Dei, sacras indulgentias, implementum piarum voluntatum; curentque ut puritas fidei ac morum in clero et populo conservetur, ut fidelibus, praecipue pueris ac rudibus, pabulum doctrinae christianae praebeatur, ut in scholis puerorum ac iuvenum institutio secundum catholicae religionis principia tradatur.

§ 3. Circa praedicationis munus, servetur praescriptum Can. 1327.

Can. 337. - § 1. Episcopus in tota dioecesi, ne exceptis quidem locis exemptis, potest pontificalia exercere; non vero extra dioecesim sine expresso vel saltem rationabiliter praesumpto consensu Ordinarii loci, et, si agatur de ecclesia exempta, de consensu Superioris religiosi.

§ 2. Exercere pontificalia in iure est sacras functiones peragere quae ex legibus liturgicis requirunt insignia pontificalia, idest baculum et mitram.

336 § 1: C. 13, X, *de officio iudicis ordinarii*, I, 31; c. 5, X, *de his, quae fiunt a praelato sine consensu capituli*, III, 10; c. 2, X, *de reliquiis et veneratione sanctorum*, III, 45; Conc. Nicaen. II, actio VII, *definitio de sacris imaginibus;* Conc. Trident., sess. XIV, *de ref.*, prooemium; sess. XXI, *de ref.*, c. 8, 9; sess. XXII, *de observandis et evitandis in celebratione missae;* sess. XXIV, *de ref.*, c. 3; sess. XXV, *de purgatorio; de invocatione, veneratione et reliquiis sanctorum, et sacris imaginibus*; (continuatio sessionis), *de indulgentiis;* Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. «*Supernae Maiestatis*», 19 dec. 1516, § 1-3, 5-8; Hadrianus VI, ep. «*Dudum*», 20 iul. 1522; Urbanus VIII, const. «*Coelestis Hierusalem*», 5 iul. 1634, § 1, 2; const. «*Sacrosancta Tridentina Synodus*», 15 mart. 1642, § 1; Clemens IX, const. «*Speculatores*», 13 sept. 1669; Clemens XI, const. «*Ex illa*», 19 mart. 1715, § 2, 5; Innocentius XIII, const. «*Apostolici ministerii*», 23 maii 1723, § 22, 23; Benedictus XIII, const. «*In supremo*», 23 sept. 1724, § 18, 19, 28; const. «*Pastoralis officii*», 27 mart. 1726, § 3; Benedictus XIV, ep. encycl. «*Ubi primum*», 3 dec. 1740, § 1; ep. encycl. «*Etsi minime*», 7 febr. 1742, § 2; const. «*Ad militantis*», 30 mart. 1742, § 6; const. «*Ex quo*», 11 iul. 1742, § 10, 12, 21-25; ep. encycl. «*Nihil profecto*», 12 aug. 1742, § 2-5; ep. encycl. «*Inter omnigenas*», 2 febr. 1744, § 18, 24; ep. encycl. «*Suprema*», 7 iul. 1745, § 4; ep. «*Sollicitudini*», 1 oct. 1745, § 8, 10 sq., 37-39; const. «*Ubi primum*», 2 iun. 1746; const. «*Ad eradicandum*», 28 sept. 1746; ep. encycl. «*Inter caetera*», 1 ian. 1748; const. «*Quamvis iusto*», 30 apr. 1749, § 12; const. «*Etsi pastorali*», 25 aug. 1754, § 2; ep. «*Cum, ut recte nosti*», 27 iul. 1755, § 3 sq.; Clemens XIII, ep. «*Cum sicut accepimus*», 9 febr. 1768; Pius IX, ep. encycl. «*Qui pluribus*», 9 nov. 1846; ep. encycl. «*Nostis et Nobiscum*», 8 dec. 1849; allocut. «*Quibus luctuosissimis*», 5 sept. 1851; ep. encycl. «*Neminem vestrum*», 2 febr. 1854; ep. encycl. «*Optime noscitis*», 20 mart. 1854; ep. encycl. «*Singulari quidem*», 17 mart. 1856; ep. encycl. «*Cum nuper*», 20 ian. 1858; allocut. «*Maxima quidem*», 9 iun. 1862; ep. «*Quo graviora*», 8 iul. 1862; ep. «*Inter gravissimas*», 28 oct. 1870; Leo XIII, ep. encycl. «*Inscrutabili*», 21 apr. 1878; const. «*Romanos Pontifices*», 8 maii 1881; litt. encycl. «*Sapientiae*», 10 ian. 1890; ep. «*Inimica vis*», 8 dec. 1892; ep. encycl. «*Constanti Hungarorum*», 2 sept. 1893; ep. encycl. «*Caritatis providentiaeque*», 19 mart. 1894; ep. «*Litteras a vobis*», 2 iul. 1894; ep. encycl. «*Militantis Ecclesiae*», 1 aug. 1897; Pius X, litt. encycl. «*Acerbo nimis*», 15 apr. 1905; litt. encycl. «*Pascendi*», 8 sept. 1907; litt encycl. «*Editae saepe*», 26 maii 1910; S. C. S. Off., decr. 13 mart. 1625, § 5; decr. 20 nov. 1704; decr. 5 aug. 1745; 13 ian. 1875; decr. 30 maii 1891; (Mission. Abissin.), 26 aug. 1891; 5 iul. 1893; 1 maii 1901; decr. 8 apr. 1916; S. C. de Sacramentis, decr. 8 aug. 1910, n. VII, VIII; S. C. C., decr. «*Vigilanti*», 25 maii 1893; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Archiep. Hiberniae), 25 iun. 1791; (C. G.), 17 sept. 1792; decr. 13 apr 1807, n. I, III; instr. (ad Vic. Ap. Indiar. Orient.), 8 sept. 1869, n. 34; instr. a. 1883, n. I; decr. 18 aug. 1893; instr. 31 iul. 1902, n. 6, 11, 13; S. C. Indulg., *Urbis et Orbis*, 14 apr. 1856; S. R. C., *Gienen.*, 28 apr. 1703; decr. gen. 3 apr. 1821, ad 5, 6; *Blesen.*, 11 sept. 1847; *Tarnovien.*, 26 mart. 1859, ad VI; *Salten.*, 26 sept. 1868; *Mantuana*, 6 febr. 1875; *Lisbonen.*, 23 apr. 1875; *Urgellen seu Sanctimonialium Ordinis Sanctae Clarae*, 2 aug. 1884; *Marsorum*, 20 nov. 1885; *Mantuana*, 15 mart. 1888; decr. 27 aug. 1894; decr. 28 mart. 1914; decr. seu declar. 15 iul. 1914, n. I; Pontificale Rom., tit. *Ordo ad visitandas parochias.*

§ 2. Treba da bdiju nad tim, kako ne bi nastale zloupotrebe u crkvenoj stezi, napose kod dijeljenja Otajstava i Blagoslovina, kod bogoslužja ili štovanja Svetih, propovijedanja riječi Božje, svetih oproštenja, izvršivanja pobožne posljednje volje; treba da vode brigu o tom, da vjera i ćudorednost ostane čista kod duhovnika i kod puka, da se vjernicima, osobito djeci i neukima, daje duhovna hrana kršćanske pouke, da se u školama izvršuje nastava za djecu i mladež u skladu s načelima katoličke vjere.

§ 3. U pogledu propovijedanja, mora se obdržavati kan. 1327.

Kan. 337. - § 1. Biskup može izvršivati velesvećeničke obredne čine u cijeloj biskupiji, pa i na izuzetnim mjestima; no toga ne smije činiti izvan biskupije bez izričitog ili barem razborito pretpostavljenog pristanka mjesnog Ordinarija, a ako se radi o izuzetnoj crkvi, bez pristanka redovničkog Poglavara.

§ 2. Pod izvršivanjem velesvećeničkih čina razumijeva se u pravu obavljanje takvih bogoslužnih čina, za koje je po bogoslužnim propisima potrebna upotreba velesvećeničkih odličja, to jest štapa i mitre.

337 § 1: C. 28, C. VII, q. 1; Conc. Trident., sess. VI, de ref., c. 5; S. C. C., *Nullius*, 2 aug. 1596; *Nullius*, 1 iul. 1597; *Nebien.*, 26 ian. 1625; *Fesulana*, 28 apr. 1629; *Nullius*, 16 maii 1654; *Torcellen.*, 24 ian. 1660, ad 2; S. C. de Prop. Fide, decr. 14 aug. 1819; S. R. C., *Tullen.*, 6 dec. 1613; *Messanen.*, 12 iul. 1628; 4 dec. 1903; Caeremoniale Episcopor., l. I, c. XVII, n. 5. -- Vide etiam Can. 1008.

337 § 2: C. un., X, *de sacra unctione*, I, 15; Benedictus XIV, ep. «*Ad audientiam*», 15 febr. 1753, § 8; Caeremoniale Episcopor., l. I, c. XVII, n. 4, 8.

§ 3. Episcopus, licentiam concedens pontificalia exercendi in suo territorio, potest quoque permittere usum throni cum baldachino.

Can. 338. - § 1. Etiamsi Episcopi Coadiutorem habeant, tenentur lege personalis in dioecesi residentiae.

§ 2. Praeterquam causa visitationis Sacrorum Liminum, Conciliorum, quibus interesse debent, vel civilis officii suis ecclesiis legitime adiuncti, abesse possunt aequa de causa non ultra duos vel ad summum tres menses intra annum, sive continuos sive intermissos, dummodo cautum sit ne ex ipsorum absentia dioecesis quidquam detrimenti capiat: quod tamen tempus coniungi nequit sive cum tempore sibi concesso occasione suae promotionis, vel visitationis Sacrorum Liminum, vel assistentiae Concilio, sive cum tempore vacationum anni subsequentis.

§ 3. Ab ecclesia cathedrali ne absint tempore Adventus et Quadragesimae, diebus Nativitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes et Corporis Christi, nisi ex gravi et urgenti causa.

§ 4. Si ultra sex menses e dioecesi illegitime abfuerint, Episcopum Metropolita, ad normam Can. 274, n. 4, Metropolitam antiquior Suffraganeus residens Sedi Apostolicae denuntiet.

Can. 339. - § 1. Debent quoque, post captam sedis possessionem, omni exiguitatis redituum excusatione aut alia quavis exceptione remota, omnibus dominicis aliisque festis diebus de praecepto, etiam suppressis, Missam pro populo sibi commisso applicare.

337 § 3: S. R. C., decr. 12 iun. 1899.

338 § 1: C. 19-21, 25, 26, C. VII, q. 1; c. 9, X, *de clericis non residentibus in ecclesia vel praebenda,* III, 4; Conc. Trident., sess. VI, *de ref.,* c. 1; sess. XXIII, *de ref.,* c. 1; Pius IV, const. *«De salute gregis»,* 4 sept. 1560, § 1; const. *«In suprema»,* 25 nov. 1564, § 2; Urbanus VIII, const. *«Sancta Synodus»,* 12 dec. 1634, § 1-7; Alexander VII, const. *«Quia Ecclesia»,* 26 iul. 1662; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Ubi primum»,* 3 dec. 1740, § 4; ep. encycl. *«Grave»,* 15 aug. 1741, § 1, 8; const. *«Ad universae»,* 3 sept. 1746; S. C. Ep. et Reg., *Theatina,* 16 ian. 1615; *Nicoteren.,* 7 sept. 1619; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Archiep. Hiberniae), 25 iun. 1791.

338 § 2: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.,* c. 1; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Ubi primum»,* 3 dec. 1740, § 4; const. *«Ad universae»,* 3 sept. 1746; S. C. C., *Romana,* 3 febr. 1635; *Gurgen.,* 19 febr. 1718.

§ 3. Kada Biskup daje dopuštenje za izvršivanje velesvećeničkih obrednih čina na svojem području, može dopustiti ujedno i upotrebu prijestolja i nebnice.

Kan. 338. - § 1. Biskupi su dužni, pa i onda kada imaju Suradnika, da obdržavaju zakon o osobnom stolovanju u biskupiji.

§ 2. Ne računajući ovamo vrijeme za pohod Svetih Pragova, za pribivanje Saborima, kojima su dužni prisustvovati, odnosno za izvršivanje građanske službe s njihovim crkvama zakonito spojene, mogu biti na otsutstvu iz pravedna razloga kroz dva ili najviše tri mjeseca u godini, i to bilo neprekidno ili s prekidom, pod uvjetom da nema bojazni, da bi biskupija zbog njihova otsutstva pretpjela kakvu štetu: no ovo se vrijeme otsutstva ne može spojiti s onim, koje im je dopušteno pri promaknuću ili za pohod Svetih Pragova, ili za prisustvovanje Saboru, ili s vremenom dopusta za narednu godinu.

§ 3. Od stolne crkve ne smiju odsustvovati u vrijeme Došašća i Korizme, u dane Božića, Uskrsa, Duhova i Tijelova, ako za to nemaju važnoga i hitnoga razloga.

§ 4. U slučaju kada bi protupropisno odsustvovali izvan biskupije dulje od šest mjeseci, dužan je Biskupa prijaviti Apostolskoj Stolici Metropolit prema odredbe kan. 274, br. 4, a Metropolitu najstariji podčinjeni Biskup, koji vrši sjedišnu dužnost.

Kan. 339. - § 1. Nadalje su dužni, pošto uđu u posjed stolice, bez obzira na možebitne prihode ili na bilo kakvu izliku, za njima povjereni puk namijeniti Misu u sve nedjelje i zapovijedane blagdane, pa i u dokinute.

338 § 3: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.,* c. 1; Benedictus XIV, const. *«Ad universae»,* 3 sept. 1746; S. C. Ep. et Reg., *Acernen.,* 22 febr. 1647.

338 § 4: Conc. Trident., sess. VI, *de ref.,* c. 1; Pius IV, const. *«De salute gregis»,* 4 sept. 1560, § 2; Benedictus XIV, const. *«Ad universae»,* 3 sept. 1746; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Archiep. Hiberniae), 25 iun. 1791.

339 § 1: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.,* c. 1; Urbanus VIII, const. *«Universa»,* 13 sept. 1642, § 2; Leo XIII, litt. ap. *«In suprema»,* 10 iun. 1882; Pius X, const. *«Apostolicae»,* 15 apr. 1910, n. X; S. C. C., *Romana et aliarum,* 8 aug. 1911, ad I; S. C. de Prop. Fide, litt. encycl. (ad Deleg. Ap. pro Oriente), 8 nov. 1882; S. R. C., *Marsorum,* 12 nov. 1831, ad 22.

§ 2. In festo Nativitatis Domini, et si quod festum de praecepto in diem dominicam incidat, satis est ut Missam unam pro populo applicent.

§ 3. Si festum ita transferatur ut in die *ad quem* non solum fiat officium cum Missa festi translati, sed serventur quoque obligationes audiendi Missam et abstinendi a servilibus, Missa pro populo applicanda est in die *ad quem;* secus in die *a quo.*

§ 4. Episcopus Missam pro populo diebus supra indicatis per se ipse applicare debet; si ab eius celebratione legitime impediatur, statis diebus applicet per alium; si neque id praestare possit, quamprimum vel per se ipse vel per alium applicet alia die.

§ 5. Licet Episcopus duas vel plures dioeceses aeque principaliter unitas regat aut, praeter propriam dioecesim, aliam vel alias in administrationem habeat, obligationi tamen satisfacit per celebrationem et applicationem unius Missae pro universo populo sibi commisso.

§ 6. Episcopus, qui obligationi de qua in superioribus paragraphis, non satisfecerit, quam citius pro populo tot applicet Missas, quot omisit.

Can. 340. - § 1. Omnes Episcopi tenentur singulis quinquenniis relationem Summo Pontifici facere super statu dioecesis sibi commissae secundum formulam ab Apostolica Sede datam.

§ 2. Quinquennia sunt fixa et communia, atque computantur a die 1 Ianuarii 1911; in primo quinquennii anno relationem exhibere debent Episcopi Italiae, insularum Corsicae, Sardiniae, Siciliae, Melitae, et aliarum minorum adiacentium; in altero, Episcopi Hispaniae, Portugalliae, Galliae, Belgii, Hollandiae, Angliae, Scotiae et Hiberniae, cum insulis adiacentibus; in tertio, ceteri Europae Episcopi, cum insulis adiacentibus; in quarto, Episcopi totius Americae et insularum adiacentium; in quinto, Episcopi Africae, Asiae, Australiae et insularum his orbis partibus adiacentium.

§ 3. Si annus pro exhibenda relatione assignatus inciderit ex toto vel ex parte in primum biennium ab initio dioecesis regimine, Episcopus pro ea vice a conficienda et exhibenda relatione abstinere potest.

339 § 3: S. R. C., *Lingonen.,* 5 dec. 1868, ad I.

339 § 5: Leo XIII, litt. ap. *«In suprema»,* 10 iun. 1882.

340 § 1: Clemens XII, const. *«Pastorale officium»,* 10 ian. 1731, § 9; Benedictus XIV, const. *«Quod Sancta»,* 23 nov. 1740, § 1, 2, 4; Pius IX, ep. encycl. *«Optime noscitis»,* 20 mart. 1854; ep. encycl. *«Singulari quidem»,* 17 mart. 1856; S. C. Consist., decr. 31 dec. 1909, Can. I; Ordo servandus in relatione de statu ecclesiarum, 31 dec. 1909; Pontificale Rom., tit. *De consecratione electi in episcopum.*

340 § 2: S. C. Consist., decr. 31 dec. 1909, Can. II; Pontificale Rom., tit. *De consecratione electi in episcopum.*

340 § 3: S. C. Consist., decr. 31 dec. 1909, Can. V.

§ 2. Na blagdan Božića, i ako koji od zapovijedanih blagdana padne u nedjelju, dosta je da namijene jednu Misu za puk.

§ 3. Kada je blagdan prenesen tako, da na dan, *na koji* je prenesen, bude ne samo časoslovna služba s Misom o tom blagdanu, nego se u taj dan mora obdržavati i zapovijed o slušanju Mise i zabrani služinskih poslova, onda se mora Misa za puk namijeniti u dan, *na koji* se prenosi, inače u dan, *s kojega* je prijenos učinjen.

§ 4. Misu je za puk dužan Biskup namijeniti u gore označenim danima sam osobno; ako bi bilo zakonito spriječen, da je odsluži, treba da namjenu izvrši u određene dane po drugomu; ako ni toga ne bi mogao izvršiti, treba da tomu udovolji što prije ili sam osobno ili po drugomu u drugi koji dan.

§ 5. Iako Biskup upravlja s dvije ili više biskupija, koje su jednakopravno sjedinjene, ili osim sa svojom upravlja još jednom ili više biskupija, to ipak zadovoljava obavezi, ako odsluži i namijeni samo jednu Misu za sav njemu povjereni puk.

§ 6. Biskup, koji nije udovoljio obavezi označenoj u gornjim člancima, treba da što prije namijeni toliko Misa za puk, koliko je propustio.

Kan. 340. - § 1. Svi su Biskupi dužni da svake pete godine podnesu Vrhovnom Prvosvećeniku izvještaj o stanju povjerene im biskupije prema obrascu propisanom od Apostolske Stolice.

§ 2. Petogodišta su ustaljena i zajednička, a računaju se od dana 1. siječnja 1911.; u prvoj godini petogodišta dužni su izvještaj podnijeti Biskupi Italije, otoka Korzike, Sardinije, Sicilije, Malte, te drugih manjih u blizini; u drugoj Biskupi Španjolske, Portugala, Francuske, Belgije, Nizozemske, Engleske, Škotske i Irske s otocima u blizini; u trećoj ostali Biskupi Evrope s bližnjim otocima; u četvrtoj Biskupi cijele Amerike s obližnjim otocima; u petoj Biskupi Afrike, Azije, Australije i otoka, koji leže u ovim dijelovima svijeta.

§ 3. Kada godina za podnašanje izvještaja padne potpunoma ili djelomično u prvo dvogodište od nastupanja biskupijske uprave, tada Biskup za onaj put može propustiti sastavak i dostavu izvještaja.

Can. 341. - § 1. Omnes et singuli Episcopi eo anno quo relationem exhibere tenentur, ad Urbem, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli sepulcra veneraturi, accedant et Romano Pontifici se sistant.

§ 2. Sed Episcopis qui extra Europam sunt, permittitur ut alternis quinquenniis, idest singulis decenniis, Urbem petant.

Can. 342. - Episcopus debet praedictae obligationi satisfacere per se vel per Coadiutorem, si quem habeat, aut, ex iustis causis Sancta Sede probandis, per idoneum sacerdotem qui in eiusdem Episcopi dioecesi resideat.

Can. 343. - § 1. Ad sanam et orthodoxam doctrinam conservandam, bonos mores tuendos, pravos corrigendos, pacem, innocentiam, pietatem, et disciplinam in populo et clero promovendam ceteraque pro ratione adiunctorum ab bonum religionis constituenda, tenentur Episcopi obligatione visitandae quotannis dioecesis vel ex toto vel ex parte, ita ut saltem singulis quinquenniis universam vel ipsi per se vel, si fuerint legitime impediti, per Vicarium Generalem aliumve lustrent.

§ 2. Fas est Episcopo clericos duos etiam e Capitulo sive cathedrali sive collegiali sibi adsciscere visitationis comites atque adiutores; eosque, quos maluerit, eligere, reprobato quocunque contrario privilegio vel consuetudine.

§ 3. Si obligationi de qua in § 1, Episcopus graviter defuerit, servetur praescriptum Can. 274, nn. 4, 5.

341 § 1: Sixtus V, const. *«Romanus Pontifex»,* 20 dec. 1585; Benedictus XIV, const. *«Quod Sancta»,* 23 nov. 1740, § 1, 2, 4; Pius IX, ep. encycl. *«Optime noscitis»,* 20 mart. 1854; S. C. Consist., decr. 31 dec. 1909, Can. IV, § 1; Pontificale Rom., tit. *De consecratione electi in episcopum.*

341 § 2: S. C. Consist., decr. 31 dec. 1909, Can. IV, § 2; Pontificale Rom., tit. *De consecratione electi in episcopum.*

342: Sixtus V, const. *«Romanus Pontifex»,* 20 dec. 1585, § 4; Benedictus XIV, const. *«Quod Sancta»,* 23 nov. 1740, § 1, 2, 4; S. C. Consist., decr. 31 dec. 1909, Can. IV, § 3; S. C. C., *Hispalen.,* 15 ian. 1598; *Vasionen.,* 17 apr. 1627; *Quiten.,* 16 mart. 1647; *Eistetten.,* 24 febr. 1652; *Melevitana,* 14 dec. 1652; Pontificale Rom., tit. *De consecratione electi in episcopum.*

Kan. 341. - § 1. Svi i svaki Biskup mora u onoj godini, u kojoj je dužan podnijeti izvješće, doći u Grad, da se pokloni pred grobovima Blaženih Apostola Petra i Pavla, i prikazati se pred Rimskim Prvosvećenikom.

§ 2. No Biskupima, koji stoluju izvan Evrope, dopušteno je, da samo u svako drugo petogodište, to jest desete godine dođu u Grad.

Kan. 342. - Biskup je dužan spomenutoj obavezi udovoljiti sâm osobno ili po Suradniku biskupu, ako ga ima ili, ako za to ima pravednih razloga, koji treba da budu odobreni od Svete Stolice, po prikladnom svećeniku, koji ima sjedište u biskupiji.

Kan. 343. - § 1. U svrhu čuvanja čiste i pravovjerne vjerske nauke, učvršćivanja ćudoređa, ispravljanja lošega, promicanja mira, poštenja, pobožnosti i stege kod puka i duhovnika, te sređivanja svega ostaloga za dobro vjere, dužni su Biskupi svake godine izvršiti pohod biskupije, i to ili u potpunosti ili u jednom dijelu, ali tako da barem svakih pet godina prođu cijelu, bilo osobno, bilo, ako su zakonito spriječeni, po svom Glavnom Namjesniku ili po komu drugomu.

§ 2. Biskupu pristoji pravo, da povede sa sobom kao pratioce i pomoćnike pri pohodu dvojicu duhovnika, pa i iz Kaptola bilo stolnoga bilo zbornoga; i to tako, da sebi može uzeti koje god želi, te se ima smatrati dokinutom svaka protivna povlastica ili običaj.

§ 3. Ako bi Biskup znatno zanemario dužnost, o kojoj je riječ u § 1, treba se držati odredbe u kan. 274, br. 4, 5.

343 § 1: C. 4, 9-11, C. X, q. 1; c. 15, X, *de officio iudicis ordinarii,* I, 31; c. 23, X, *de censibus, exactionibus et procurationibus,* III, 39; c. 13, X, *de haereticis,* V, 7; c. 1, *de censibus, exactionibus et procurationibus,* III, 20, in VI°; Reg. 68, 72, R. J., in VI°; Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.,* c. 3; Clemens XII, const. *«Pastorale officium»,* 10 ian. 1731, § 9; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Ubi primum»,* 3 dec. 1740, § 5; Pius IX, ep. encycl. *«Singulari quidem»,* 17 mart. 1856; ep. *«Quo graviora»,* 8 iul. 1862; Pius X, const. *«Apostolicae»,* 15 apr. 1910, n. XVI; S. C. Consist., decr. 31 dec. 1909, Can. VII; S. C. C., *Segobricen.,* 24 aug. 1605, ad 8; *Boianen.,* 14 nov. 1654, ad 1; *Portugallien.,* 15 et 29 ian. 1701, ad 1-3; *S. Marci,* 9 dec. 1722, 16 ian. 1723; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Archiep. Hiberniae), 25 iun. 1791; (C. P.), 14 ian. 1798; Pontificale Rom., tit. *Ordo ad visitandas parochias.*

343 § 2: S. C. C., *Anagnina,* 27 maii 1713, ad 2.

Can. 344. - § 1. Ordinariae episcopali visitationi obnoxiae sunt personae, res ac loca pia, quamvis exempta, quae intra dioecesis ambitum continentur, nisi probari possit specialem a visitatione exemptionem fuisse ipsis ab Apostolica Sede concessam.

§ 2. Religiosos autem exemptos Episcopus visitare potest in casibus tantum in iure expressis.

Can. 345. - Visitator, in iis quae obiectum et finem visitationis respiciunt, debet paterna forma procedere, et ab eius praeceptis ac decretis datur recursus in devolutivo tantum; in aliis vero causis, etiam tempore visitationis, Episcopus ad normam iuris procedat necesse est.

Can. 346. - Studeant Episcopi debita cum diligentia, sine inutilibus tamen moris, pastoralem visitationem absolvere: caveant, ne superfluis sumptibus cuiquam graves onerosive sint, neve ratione visitationis ipsi aut quisquam suorum pro se suisve dona quodvis genus petant aut accipiant, reprobata quavis contraria consuetudine; circa vero victualia sibi suisque ministranda vel procurationes et expensas itineris, servetur legitima locorum consuetudo.

Kan. 510. - Opat Prvak, Poglavar samostanskog Zbora i vrhovni Starješina svake redovničke družbe prvosvećeničkog prava mora svake pete godine ili još češće, ako tako propisuju konstitucije, podnijeti Svetoj Stolici pismeni izvještaj o stanju družbe potpisan od njega i od njegova Vijeća, pa i od Ordinarija onoga mjesta, u kojemu ima sjedište vrhovna Nadstojnica i njezino Vijeće, kad se radi o ženskom redovničkom Zboru.

Kan. 511. - Viši Poglavari redovničkih družbi, koji su za tu dužnost određeni konstitucijama, moraju u vrijeme u njima propisano u svim sebi potčinjenim kućama izvršiti nadzorni pohod, i to sami osobno ili po drugim osobama, ako bi bili zakonito spriječeni.

Kan. 512. - § 1. I mjesni je Ordinarij dužan izvršiti sam osobno ili po drugom svake pete godine nadzorni pohod:

1.° U svim samostanima takvih duvna, koji su potčinjeni njemu ili neposredno Apostolskoj Stolici;

2.° U svim kućama muških ili ženskih redovničkih Zborova biskupijskog prava.

511: C. 7, X, *de statu monachorum et canonicorum regularium*, III, 35; Reg. 68, 72, R. J., in VI°; Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus*, c. 1, 8, 20.

512 § 1. 2.°: Reg. 68, 72, R. J., in VI°; c. 2, *de statu monachorum vel canonicorum regularium,* III, 10, in Clem.; Leo XIII, const. *«Conditae a Christo»,* 8 dec. 1900, § 1, n. X; S. C. Ep. et Reg., *Tornacen.,* 19 oct. 1621, ad 1; S. C. C., *Lamacen.,* 15 sept. 1605; *Regien.,* 13 ian. 1624.

§ 2. Visitare quoque eodem tempore debet:

1.° Monasteria monialium, quae regularibus subduntur, circa ea quae ad clausurae legem spectant; imo etiam circa alia omnia, si Superior regularis ea a quinque annis non visitaverit;

2.° Singulas domos Congregationis clericalis iuris pontificii etiam exemptae, in iis quae pertinent ad ecclesiam, sacrarium, oratorium publicum, sedem ad sacramentum poenitentiae;

3.° Singulas domos Congregationis laicalis iuris pontificii non solum in iis, de quibus in superiore numero, sed etiam in aliis, quae ad internam disciplinam spectant, ad normam tamen Can. 618, § 2, n. 2.

§ 3. Quod ad bonorum administrationem attinet, serventur praescripta Can. 532-535.

Can. 513. - § 1. Visitator ius et officium habet interrogandi religiosos quos oportere iudicaverit et cognoscendi de iis quae ad visitationem spectant; omnes autem religiosi obligatione tenentur respondendi secundum veritatem, nec Superioribus fas est quoquo modo eos ab hac obligatione avertere aut visitationis scopum aliter impedire.

§ 2. A decretis Visitatoris recursus datur in devolutivo tantum, nisi Visitator ordine iudiciario processerit.

Can. 514. - § 1. In omni religione clericali ius et officium Superioribus est per se vel per alium aegrotis professis, novitiis, aliisve in religiosa domo diu noctuque degentibus causa famulatus aut educationis aut hospitii aut infirmae valetudinis, Eucharisticum Viaticum et extremam unctionem ministrandi.

512 § 2. 3.°: C. 2, *de statu monachorum vel canonicorum regularium*, III, 10, in Clem.; Leo XIII, const. *«Conditae a Christo»*, 8 dec. 1900, § 2, n. XI; S. C. Ep. et Reg., *Pistorien.*, 21 nov. 1591; *Casalen.*, 9 nov. 1592; *Sulmonen.*, 23 maii 1595; *Comen.*, 31 ian. 1596; *Comen.*, 25 iun. 1596; *Ferrarien.*, 2 maii 1600; *Augustana*, 22 sept. 1628; *Nucerina Paganorum*, 7 iul. 1724, 28 sept. 1725, ad 1-4; *Luceorien.*, 29 apr. 1729, ad 4; *Pinerolien.*, 28 iul. 1837, ad 4 et 3 maii 1839; *Rhedonen.*, 27 febr. 1863; litt. 14 maii 1872; S. C. C., *Regien.*, 7 mart. 1608, ad 7; *Civitatis Regum*, 17 iun. 1617, 24 sept. 1622, 17 febr. 1624; *Giennen.*, 9 sept. 1625, ad 1; *Chilen.*, 14 nov. 1626, ad 2; *Limana*, 12 aug. 1628, ad 2; *Catacen.*, 17 nov. 1629, ad 2; *Regien.*, 9 nov. 1630; *Colimbrien.*, 26 maii 1640; *Catanien.*, 23 febr. 1641, ad 1; *Moguntina*, 30 ian. 1644; *Curien.*, 10 apr. 1660, ad 1; *Nullius*, 2 apr. 1661; *Florentina*, 29 iul. 1684, ad 5; *Ari-*

§ 2. Za isto vrijeme mora izvršiti pohod:

1.° U samostanima takvih, koje su podložne redovnicima regularcima, i to u pogledu svega onoga, što se odnosi na klauzuru, pa i u pogledu svega ostaloga, kada regularski Poglavar u njima dulje od pet godina nije izvršio pohoda;

2.° U svakoj pojedinoj kući duhovničkog Zbora prvosvećeničkog prava, pa bio on i izuzet, u pogledu svega, što spada na crkvu, svetište, javnu bogomolju, ispovjedaonicu;

3.° U svakoj pojedinoj kući svjetovnjačkog redovničkog Zbora prvosvećeničkog prava, i to ne samo u pogledu onoga, što je spomenuto u prednjem stavku, nego i u pogledu ostaloga, što spada na unutarnju stegu, no sve to ipak tako, da se obdržavaju odredbe kan. 618, § 2, br. 2.

§ 3. Što se tiče upravljanja imovinom, treba se držati propisa kan. 532-535.

Kan. 513. - § 1. Pohodnik ima pravo i dužnost ispitivati sve redovnike, za koje misli, da ih treba ispitati, i prosuditi sve ono, što spada na pohod; svi su pak redovnici obavezani odgovarati po istini, a Poglavarima je zabranjeno, da ih bilo kojim načinom odvraćaju od ove obaveze ili da svrhu pohoda bilo kako ometaju.

§ 2. Protiv odluka Pohodnika može se uložiti pritužba, ali bez odgodne moći, ako Pohodnik nije proveo sudski postupak.

Kan. 514. - § 1. U svim duhovničkim redovničkim družbama imaju Poglavari pravo i dužnost, da sami ili po drugom podijele pričest kao svetu Popudbinu i posljednju pomast bolesnim zavjetovanim redovnicima, novacima i svima onima, koji borave preko dana i noći u redovničkoj kući kao posluga ili kao gojenci ili kao gosti ili radi slaba zdravlja.

minen., 2 et 16 dec. 1747, 27 ian. 1748, ad 1-4; *Basileen.*, 22 sept. 1753, 9 febr. 1754, ad XII.

513 § 1: C. 2, *de statu monachorum vel canonicorum regularium*, III, 10, in Clem.; S. C. Ep. et Reg., *Card. S. Praxedis*, 3 ian. 1581; *Nucerina Paganorum*, 7 iul. 1724, 28 sept. 1725, ad 6, 7; *Luceorien.*, 29 apr. 1729, ad 5.

513 § 2: Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»*, 30 mart. 1742, § 6, 10, 19-21, 24; S. C. Ep. et Reg., *Tornacen.*, 19 oct. 1621, ad 1; *Augustinianorum*, 29 ian. 1649.

514 § 1: C. 16, X, *de excessibus praelatorum et subditorum*, V, 31; c. 1, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum*, V, 7, in Clem.; S. C. Ep. et Reg., *Parmen.*, 21 iul. 1848; S. C. C., *Mediolanen.*, mense iun. 1587, ad 5; 7 aug. 1683, ad 1.

§ 2. In monialium domo idem ius et officium habet ordinarius confessarius vel qui eius vices gerit.

§ 3. In alia religione laicali hoc ius et officium spectat ad parochum loci vel ad cappellanum quem Ordinarius parocho suffecerit ad normam Can. 464, § 2.

§ 4. In funeribus servetur praescriptum Can. 1221, 1230, § 5.

Can. 515. - Prohibentur tituli dignitatum vel officiorum mere honorifici; soli, si id permittant constitutiones, tolerantur tituli officiorum maiorum, quibus religiosi in propria religione reapse functi sint.

Can. 516. - § 1. Supremus religionis aut monasticae Congregationis Moderator, Superior provincialis et localis saltem formatae domus habeant suos consiliarios, quorum consensum aut consilium exquirant ad normam constitutionum et sacrorum canonum.

§ 2. Sint etiam pro administratione bonorum temporalium oeconomi: generalis qui religionis universae bona administret, provincialis qui provinciae, localis qui singularum domorum; qui omnes officio suo fungantur sub directione Superioris.

§ 3. Oeconomi generalis et provincialis munus gerere Superior ipse non potest; munus vero oeconomi localis, quamvis melius a munere Superioris distinguatur, componi tamen cum eo potest, si necessitas id exigat.

§ 4. Si de modo oeconomos eligendi constitutiones sileant, a Superiore maiore cum consensu sui Consilii eligantur.

Can. 517. - § 1. Quaevis virorum religio iuris pontificii procuratorem generalem habeat, qui, secundum constitutiones designatus, negotia propriae religionis apud Sanctam Sedem pertractet.

§ 2. Antequam praescriptum in constitutionibus tempus exspiret, ne amoveatur, inconsulta Sede Apostolica.

514 § 2: S. C. Ep. et Reg., *Caesenaten.*, mense maio 1788, ad 1, 2.

515: Pius X, motu propr. *«Quo magis»*, 23 oct. 1911, n. VIII; S. C. Ep. et Reg., 8 febr. 1718.

516 § 1: S. C. de Religiosis, instr. 30 iul. 1909, n. I, II, VI.

§ 2. U kući duvna ima isto pravo i dužnost redoviti ispovjednik ili njegov zamjenik.

§ 3. U svakoj drugoj svjetovnjačkoj redovničkoj družbi pripada ovo pravo i dužnost mjesnom župniku odnosno kapelanu, kojega je postavio Ordinarij mjesto župnika prema odredbi kan. 464, § 2.

§ 4. Što se tiče pogreba treba se držati odredba kan. 1221, 1230, § 5.

Kan. 515. - Zabranjeni su čisto počasni naslovi dostojanstava ili službi; trpiti se mogu samo, ako to dozvoljavaju konstitucije, naslovi viših službi, koje su redovnici zaista izvršivali u svojoj redovničkoj družbi.

Kan. 516. - § 1. Vrhovni Starješina redovničke družbe ili samostanskog Zbora, pa Poglavar pokrajinski ili mjesni kuće barem takove, koja je potpuna, moraju imati svoje vijećnike, od kojih su dužni tražiti pristanak ili savjet prema propisima konstitucija i svetih kanona.

§ 2. Treba da se postave i gospodarski upravnici za upravljanje imovinom: i to opći za upravljanje imovinom, koja pripada cijeloj družbi, pa pokrajinski za imovinu pokrajine i mjesni za imovinu svake pojedine kuće; svi ovi treba da izvršuju svoju službu pod ravnanjem Poglavarevim.

§ 3. Službu općega i pokrajinskog gospodarskog upravnika ne može preuzeti sam Poglavar; no služba mjesnog gospodarskog upravnika spojiva je za nuždu sa službom Poglavara, iako je bolje, da bude od nje rastavljena.

§ 4. Ako konstitucije nemaju odredbe glede izbora gospodarskih upravnika, tada ih postavlja viši Poglavar s pristankom svojega Vijeća.

Kan. 517. - § 1. Svaka muška redovnička družba prvosvećeničkog prava mora imati generalnog prokuratora, koji će, pošto bude označen u skladu s konstitucijama, obavljati poslove svoje družbe kod Svete Stolice.

§ 2. Prije nego što isteče u konstitucijama propisano vrijeme, neka se ne uklanja bez savjeta Apostolske Stolice.

516 § 2: Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus*, c. 2.

517 § 1: Leo XIII, litt. ap. *«Summum semper»*, 12 iul. 1893, n. I; S. C. Ep. et Reg., decr. 22 aug. 1814, n. III.

CAPUT II.

DE CONFESSARIIS ET CAPPELLANIS.

Can. 518. - § 1. In singulis religionis clericalis domibus deputentur plures pro sodalium numero confessarii legitime approbati, cum potestate, si agatur de religione exempta, absolvendi etiam a casibus in religione reservatis.

§ 2. Superiores religiosi, potestatem audiendi confessiones habentes, possunt, servatis de iure servandis, confessiones audire subditorum, qui ab illis sponte sua ac motu proprio id petant, at sine gravi causa id per modum habitus ne agant.

§ 3. Caveant Superiores ne quem subditum aut ipsi per se aut per alium vi, metu, importunis suasionibus aliave ratione inducant ut peccata apud se confiteatur.

Can. 519. - Firmis constitutionibus quae confessionem statis temporibus praecipiunt vel suadent apud determinatos confessarios peragendam, si religiosus, etiam exemptus, ad suae conscientiae quietem, confessarium adeat ab Ordinario loci approbatum, etsi inter designatos non recensitum, confessio, revocato quolibet contrario privilegio, valida et licita est; et confessarius potest religiosum absolvere etiam a peccatis et censuris in religione reservatis.

Can. 520. - § 1. Singulis religiosarum domibus unus dumtaxat detur confessarius ordinarius, qui sacramentales confessiones universae communitatis excipiat, nisi propter magnum ipsarum numerum vel aliam iustam causam sit opus altero vel pluribus.

---

518 § 1: Clemens VIII, decr. *«Sanctissimus»,* 26 maii 1593, § 3; S. C. C., decr. 21 sept. 1624, § 1; S. C. super Statu Regularium, 17 aug. 1866.

518 § 2: Clemens VIII, decr. *«Sanctissimus»,* 26 maii 1593, § 2; S. C. S. Off., 5 iul. 1899; S. C. C., *Parisien.,* 30 mart. 1594; decr. 21 sept. 1624, § 1.

518 § 3: S. C. Ep. et Reg., 5 iul. 1899.

519: S. C. Ep. et Reg., 4 iul. 1862; S. C. de Religiosis, decr. 5 aug. 1913; *Romana et aliarum,* 3 maii 1914.

GLAVA II.

ISPOVJEDNICI I KAPELANI

Kan. 518. - § 1. U svakoj pojedinoj duhovničkoj družbi moraju biti određeni ispovjednici, i to više njih razmjerno prema broju članova, zakonito odobreni s vlašću da mogu odrješivati, kad se radi o izuzetnoj družbi, i od takvih grijeha, koji su u družbi pridržani.

§ 2. Redovnički Poglavari, koji imaju vlast ispovijedanja, mogu uz propisane uvjete, ispovijedati svoje potčinjene, koji to svojevoljno i slobodno zatraže, ali neka toga bez važnoga razloga ne čine redovito.

§ 3. Poglavari treba da se čuvaju, da kojega svoga potčinjenoga sami osobno ili po drugomu silom, strahom, neuputnim nagovaranjem ili na bilo koji drugi način na navode, da svoje grijehe kod njih ispovjede.

Kan. 519. - I dalje obvezuju ustanove, koje propisuju ispovijed u određene dane ili preporučuju da se obavi kod za to određenih ispovjednika, no svaki redovnik, pa i izuzeti, smije radi umirenja svoje savjesti otići pred svakog ispovjednika, koji je odobren od mjesnog Ordinarija, iako nije određen za ispovijedanje redovnika; takva ispovijed je i valjana i dopuštena, a svaka se protivna povlastica ima smatrati opozvanom; a takav ispovjednik može odriješiti redovnika i od grijeha i kaznenih zabrana, što su u redovničkoj družbi pridržane.

Kan. 520. - § 1. U svakoj pojedinoj kući redovnica treba postaviti samo po jednoga redovnog ispovjednika, koji treba da ispovijeda svu zajednicu, osim kad je poradi njihovog velikog broja ili zbog drugog pravednog razloga potrebito, da bude još jedan ili više njih.

---

520 § 1: Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus,* c. 10; Benedictus XIV, const. *«Pastoralis curae»,* 5 aug. 1748; const. *«Quamvis iusto»,* 30 apr. 1749, § 14; Leo XIII, const. *«Conditae a Christo»,* 8 dec. 1900, § 2, n. VIII; S. C. Ep. et Reg., *Vallisoletana,* 4 apr. 1704, ad 5; *Turritana,* 9 febr. 1753; decr. *«Quemadmodum»,* 17 dec. 1890, n. 4; *Mazarien. et Civitatis Plebis,* 7 dec. 1906, ad 1; S. C. de Religiosis, decr. 3 febr. 1913, n. 1.

520 § 2: S. C. de Religiosis, decr. 3 febr. 1913, n. 5, 13; 22 apr. 1917.

§ 2. Si qua religiosa, ad animi sui quietem, et ad maiorem in via Dei progressum, aliquem specialem confessarium vel moderatorem spiritualem postulet, eum facile Ordinarius concedat; qui tamen invigilet ne ex hac concessione abusus irrepant; quod si irrepserint, eos caute et prudenter eliminet, salva conscientiae libertate.

Can. 521. - § 1. Unicuique religosarum communitati detur confessarius extraordinarius qui quater saltem in anno ad domum religiosam accedat et cui omnes religiosae se sistere debent, saltem benedictionem recepturae.

§ 2. Ordinarii locorum, in quibus religiosarum communitates exsistunt, aliquot sacerdotes pro singulis domibus designent, ad quos pro sacramento poenitentiae in casibus particularibus recurrere eae facile possint, quin necessarium sit ipsum Ordinarium toties quoties adire.

§ 3. Si qua religiosa aliquem ex iis confessariis expetat, nulli Antistitae liceat nec per se nec per alios, neque directe neque indirecte, petitionis rationem inquirere, petitioni verbis aut factis refragari, aut quavis ratione ostendere se id aegre ferre.

Can. 522. - Si, non obstante praescripto Can. 520, 521, aliqua religiosa, ad suae conscientiae tranquillitatem, confessarium adeat ab Ordinario loci pro mulieribus approbatum, confessio in qualibet ecclesia vel oratorio etiam semi-publico peracta, valida et licita est, revocato quolibet contrario privilegio; neque Antistita id prohibere potest aut de ea re inquirere, ne indirecte quidem; et religiosae nihil Antistitae referre tenentur.

520 § 2: S. C. de Religiosis, decr. 3 febr. 1913, n. 5, 13; 22 apr. 1917.

521 § 1: Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus,* c. 10; Innocentius XIII, const. *«Apostolici ministerii»,* 23 maii 1723, § 21; Benedictus XIII, const. *«In supremo»,* 23 sept. 1724, § 17, 28; const. *«Pastoralis officii»,* 27 mart. 1726, § 3, 9; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Demandatam»,* 24 dec. 1743, § 24; const. *«Pastoralis curae»,* 5 aug. 1748; const. *«Quamvis iusto»,* 30 apr. 1749, § 13, 14; Pius IX, ep. encycl. *«Cum nuper»,* 20 ian. 1858; Leo XIII, const. *«Conditae a Christo»,* 8 dec. 1900, § 2, n. VIII; S. C. Ep. et Reg., *Cameracen.,* 20 sept. 1593, ad 3; decr. 20 dec. 1616; *Vallisoletana,* 4 apr. 1704, ad 4; decr. *«Quemadmodum»,* 17 dec. 1890, n. 4; S. C. C., *Lucen.,* mense nov. 1585; 2 sept. 1617, ad 2; *Salutiarum,* 20 sept. 1642, ad 4; *Ariminen.,* 2 et 16 dec. 1747, 27 ian. 1748, ad 10, 13; S. C. de Religiosis, decr. 3 febr. 1913, n. 3.

§ 2. Ako bi koja redovnica zbog svojega duševnog mira i zbog boljeg napredovanja na putu Božjem tražila, da joj se dade posebni ispovjednik ili duhovni vođa, neka joj ga Ordinarij lako dozvoli; no neka pripazi, kako ne bi nastale od te dozvole zloupotrebe; a ako bi nastale, neka ih oprezno i razborito ukloni, bez povrede slobode savjesti.

Kan. 521. - § 1. Za svaku se zajednicu redovnica mora postaviti izvanredni ispovjednik, koji treba da barem četiri put u godini dođe u redovničku kuću i njemu treba da pristupe sve redovnice, barem da prime blagoslov.

§ 2. Mjesni Ordinariji, gdje ima zajednica redovnica, treba da odrede nekoliko svećenika za svaku pojedinu kuću, na koje će se one lako moći obratiti radi otajstva ispovijedi u posebnim slučajevima, a da ne bude nužno obraćati se u svakom takvom slučaju na Ordinarija.

§ 3. Ako bi koja redovnica zatražila kojega od ovih ispovjednika, ne smije nijedna Nastojnica ni sama ni preko drugih, ni izravno ni neizravno, ispitivati razlog molbe, niti molbu riječima ili djelima odbiti ili bilo na koji način pokazati, da joj to nije drago.

Kan. 522. - Ako bi koja redovnica, bez obzira na odredbe kan. 520, 521, došla radi mira svoje savjesti k ispovjedniku, koji je od mjesnoga Ordinarija odobren za ispovijedanje ženskih osoba, ispovijed obavljena u bilo kojoj crkvi ili bogomolji, pa i u polujavnoj, valjane je i dopuštena, a svaka se protivna povlastica ima smatrati opozvanom; Nadstojnica ne smije to zabranjivati, pa niti neizravno, a redovnice nisu dužne da bilo što o tom kažu Nadstojnici.

521 § 2: S. C. Ep. et Reg., decr. *«Quemadmodum»,* 17 dec. 1890, n. 4; *Malacitana,* 14 aug. 1891, ad 3; 1 febr. 1892; S. C. de Religiosis, decr. 3 febr. 1913, n. 4.

521 § 3: Benedictus XIV, const. *«Pastoralis curae»,* 5 aug. 1748; const. *«Quamvis iusto»,* 30 apr. 1749, § 14; S. C. Ep. et Reg., decr. *«Quemadmodum»,* 17 dec. 1890, n. 4; *Malacitana,* 14 aug. 1891, ad 1, 2; 5 aug. 1904; S. C. de Religiosis, decr. 3 febr. 1913, n. 11.

522: S. C. Ep. et Reg., 27 aug. 1852; *Atrebaten.,* 22 apr. 1872, ad 3; S. C. de Religiosis, decr. 3 febr. 1913, n. 14.

Can. 523. - Religiosae omnes, cum graviter aegrotant, licet mortis periculum absit, quemlibet sacerdotem ad mulierum confessiones excipiendas approbatum, etsi non destinatum religiosis, arcessere possunt eique, perdurante gravi infirmitate, quoties voluerint, confiteri, nec Antistita potest eas sive directe sive indirecte prohibere.

Can. 524. - § 1. In munus confessarii religiosarum et ordinarii et extraordinarii deputentur sacerdotes, sive e clero saeculari, sive religiosi de Superiorum licentia, morum integritate ac prudentia praestantes; sint insuper annos nati quadraginta, nisi iusta causa, iudicio Ordinarii, aliud exigat, nullam potestatem in easdem religiosas in foro externo habentes.

§ 2. Confessarius ordinarius non potest renuntiari extraordinarius nec, praeter casus in Can. 526 recensitos, rursus deputari ordinarius in eadem communitate, nisi post annum ab expleto munere; extraordinarius vero immediate ut ordinarius renuntiari potest.

§ 3. Confessarii religiosarum tum ordinarii tum extraordinarii interno vel externo communitatis regimini nullo modo sese immisceant.

Can. 525. - Si religiosarum domus Sedi Apostolicae immediate subiecta sit vel Ordinario loci, hic eligit sacerdotes a confessionibus tum ordinarios tum extraordinarios; si Superiori regulari, hic confessarios Ordinario praesentat, cuius est eosdem pro audiendis illarum monialium confessionibus approbare et Superioris negligentiam, si opus sit, supplere.

523: S. C. de Religiosis, decr. 3 febr. 1913, n. 15.

524 § 1: Benedictus XIV, ep. encycl. «*Demandatam*», 24 dec. 1743, § 24; const. «*Pastoralis curae*», 5 aug. 1748; const. «*Quamvis iusto*», 30 apr. 1749, § 14; S. C. Ep. et Reg., *Papien.*, 21 febr. 1614; *Oritana*, 28 nov. 1721; S. C. de Religiosis, decr. 3 febr. 1913, n. 7, 8.

524 § 2: S. C. Ep. et Reg., *Perusina*, 14 febr. 1631; *Squillacen.*, 21 sept. 1640; S. C. de Religiosis, decr. 3 febr. 1913, n. 9.

524 § 3: S. C. Ep. et Reg., *Messanen.*, 17 nov. 1599; S. C. de Religiosis, decr. 3 febr. 1913, n. 10.

525: Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus*, c. 10; Gregorius XV, const. «*Inscrutabili*», 5 febr. 1622, § 5; Clemens X, const. «*Superna*», 21 iun. 1670, § 4; Innocentius XIII, const. «*Apostolici ministerii*», 23 maii 1723, § 20; Benedictus XIII, const. «*In supremo*», 23 sept. 1724, § 17, 28; const. «*Pastoralis officii*», 27 mart. 1726, § 3, 8, 9; Clemens XII, const. «*Admonet Nos*», 11 aug. 1735, § 1, 3; Benedictus XIV, const. «*Ad militantis*», 30 mart. 1742, § 20; ep. encycl. «*Demandatam*», 24 dec. 1743, § 24; const. «*Pastoralis curae*», 5 aug. 1748; const. «*Quamvis iusto*», 30 apr. 1749, § 13, 14; Clemens XIII, const. «*Inter multiplices*», 11 dec. 1758, § 5-7; Leo XIII, const. «*Conditae a Christo*», 8 dec. 1900, § 1, n. XI, § 2, n. VIII; S. C. Ep. et Reg., *Veronen.*, 15 febr. 1593; *Bononien.*, 3 febr. 1599; *Gebennen.*, 19 ian. 1618; *Tornacen.*, 19 oct. 1621, ad 2; *Salutiarum*, 23 dec. 1644, ad 7; decr. «*Quemadmodum*», 17 dec. 1890, n. 4; S. C. C., *Vercellen.*, 23 aug. 1631; *Cameracen.*, 20 dec. 1631; *Belgii*, 6 apr. 1647; *Oscen.*, 13 nov. 1649; *Cadurcen.*, 2 iul. 1650, ad 1, 2; *Perusina*, 26 nov. 1650; *Ianuen.*, 15 nov. 1653; *Curien.*, 10 apr. 1660, ad 2; *Vratislavien.*, 16 et 30 ian. 1723; *Pharaonen.*, 19 sept., 14 nov. 1733, ad 3; *Constantien.*, 18 iun., 6 aug. 1746; *Ariminen.*, 2 et 16 dec. 1747, 27 ian. 1748, ad 10-13; *Basileen.*, 22 sept. 1753, 9 febr. 1754, ad IX; *Olomucen.*, 7 iun., 2 aug. 1755, ad 11; S. C. de Religiosis, decr. 3 febr. 1913, n. 6; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 11 dec. 1838, ad 9.

Kan. 523. - Sve redovnice, kada teško obole, iako nisu u smrtnoj pogibli, mogu dozvati bilo kojeg svećenika odobrenoga za ispovijedanje ženskih osoba, ma da nije određen za ispovjednika redovnica, i mogu se kod njega, dok bolest traje, ispovjediti kolikogod puta žele, a Nadstojnica im toga ne smije ni izravno ni neizravno zabraniti.

Kan. 524. - § 1. Za službu ispovjednika bilo redovnog bilo izvanrednog neka se odrede svećenici svjetovni ili s dopuštenjem Poglavara redovnički, i to takvi koji se odlikuju neporočnim životom i razboritošću; treba povrh toga da imaju četrdeset godina, ako razborit razlog po sudu Ordinarija, ne traži drugo, i da nad istim redovnicama nemaju u izvanjem području nikakve vlasti.

§ 2. Redovni ispovjednik ne može biti u istoj zajednici postavljen za izvanrednoga niti ponovno za redovnoga, osim u slučajevima spomenutim u kan. 526, ako nije prošla godina dana, otkad mu je prestala služba; no izvanredni može biti neposredno postavljen za redovnoga.

§ 3. Ispovjednici redovnica ni redovni ni izvanredni, nikako se ne smiju miješati u izvanju ili unutarnju upravu zajednice.

Kan. 525. - Ako je kuća redovnica potčinjena neposredno Apostolskoj Stolici ili mjesnom Ordinariju, tada Ordinarij postavlja svećenike za ispovjednike i redovne i izvanredne, ako je potčinjena regularskom Poglavaru, tada on predlaže ispovjednike Ordinariju, koji ih ima odobriti za ispovjednike odnosnih redovnica, i Poglavarov propust, ako treba, dopuniti.

Can. 526. - Religiosarum confessarius ordinarius suum munus ne exerceat ultra triennium; Ordinarius tamen eum ad secundum, imo etiam ad tertium triennium confirmare potest, si vel ob sacerdotum ad hoc officium idoneorum penuriam aliter providere nequeat, vel maior religiosarum pars, earum quoque quae in aliis negotiis ius non habent ferendi suffragium, in eiusdem confessarii confirmationem, per secreta suffragia, convenerit; dissentientibus tamen, si velint, aliter providendum est.

Can. 527. - Loci Ordinarius, ad normam Can. 880, potest, gravem ob causam, religiosarum confessarium tam ordinarium quam extraordinarium amovere, etiamsi monasterium regularibus subdatur et ipse sacerdos a confessionibus sit regularis, nec tenetur causam amotionis cuiquam significare, excepta Apostolica Sede, si ab ea requiratur; de amotione autem debet Superiorem regularem monere, si moniales regularibus subdantur.

Can. 528. - Etiam in laicalibus virorum eligionibus deputetur, ad normam Can. 874, § 1, 875, § 2, confessarius ordinarius et extraordinarius; et si religiosus aliquem specialem confessarium expostulet, illum Superior concedat, nullo modo petitionis rationem inquirens neque id aegre se ferre demonstrans.

Can. 529. - Si agatur de religionibus laicalibus non exemptis, Ordinarii loci est sacerdotem a sacris designare et a concionibus probare; si de exemptis, Superior regularis eosdem sacerdotes designat eiusque negligentiam supplet Ordinarius.

Can. 530. - § 1. Omnes religiosi Superiores districte vetantur personas sibi subditas quoquo modo inducere ad conscientiae manifestationem sibi peragendam.

§ 2. Non tamen prohibentur subditi quominus libere ac ultro aperire animum suum Superioribus valeant; imo expedit ut ipsi filiali cum fiducia Superiores adeant, eis, si sint sacerdotes, dubia quoque et anxietates suae conscientiae exponentes.

526: Reg. 29, R. J., in VI°; S. C. Ep. et Reg., *Comen.*, 4 mart. 1591; *Veronen.*, 15 febr. 1593; *Bononien.*, 3 febr. 1599; *Neapolitana*, 26 nov. 1602; *Mechlinien.*, 10 mart. 1634; *Venafrana*, 18 iul. 1749, n. 6; *Tridentina*, 29 ian. 1847, ad 3; 20 iul. 1875; *Mazarien. et Civitatis Plebis*, 7 dec. 1906, ad 2-4; S. C. C., 2 sept. 1617, ad 3; *Salutiarum*, 20 sept. 1642, ad 5; S. C. de Religiosis, decr. 3 febr. 1913, n. 2.

Kan. 526. - Redovni ispovjednik redovnica neka ne izvršuje svoje službe dulje od tri godine; ipak ga može Ordinarij potvrditi za drugo, pa i za treće trogodište, ako se desi, da ili ne može drugačije odrediti zbog nestašice za tu službu podesnih svećenika, ili ako bi se većina redovnica, brojeći ovamo i one, koje nemaju prava glasa u drugim poslovima, tajnim glasanjem složila u tom, da se i dalje potvrdi isti ispovjednik; ipak se za one, koje su tome protivne, mora dati, ako to žele, drugi ispovjednik.

Kan. 527. - Mjesni Ordinarij može, uz obdržavanje propisa kan. 880, iz važna razloga smijeniti ispovjednika redovnica i redovnoga i izvanrednoga, iako je samostan potčinjen regularcima a i sâm ispovjednik je regularac, te nije dužan priopćiti razlog smjenjivanja nikomu, osim Apostolskoj Stolici, ako bi ona to zatražila; o smjenjivanju dužan je obavijestiti regularskog Poglavara, ako su redovnice potčinjene regularcima.

Kan. 528. - I redovni i izvanredni ispovjednik mora se postaviti, u skladu s odredbama kan. 874, § 1, 875, § 2, i u svjetovnjačkim muškim redovničkim družbama; a ako redovnik zatraži kojega posebnog ispovjednika, neka mu ga Poglavar dade ne ispitujući nikako razlog traženja i ne pokazujući da mu to nije drago.

Kan. 529. - Kad se radi o svjetovnjačkim neizuzetim redovničkim družbama, spada na mjesnog Ordinarija, da odredi svećenika za svete obrede i odobri propovjednika; kad se radi o izuzetim, određuje takve svećenike regularski Poglavar, a njegov propust u tom, dopunuje Ordinarij.

Kan. 530. - § 1. Svima je redovničkim Poglavarima strogo zabranjeno, da bilo kako navode osobe, koje su im potčinjene, da im očituju svoju savjest.

§ 2. No zato ipak nije zabranjeno potčinjenima, da Poglavarima otkriju svoju dušu slobodno i svojevoljno; dapače je dobro, da oni pristupaju sa sinovskim pouzdanjem k Poglavarima i da im, ako su svećenici, izlože i dvojbe i tjeskobe svoje savjesti.

528: S. C. Ep. et Reg., decr. *«Quemadmodum»*, 17 dec. 1890, n. 4, 7.

529: Leo XIII, const. *«Conditae a Christo»*, 8 dec. 1900, § 1, n. XI, § 2, n. VIII. -- Vide etiam Can. 1338, § 3.

530 § 1: S. C. Ep. et Reg., decr. *«Quemadmodum»*, 17 dec. 1890, n. 1, 2, 7.

530 § 2: S. C. Ep. et Reg., decr. *«Quemadmodum»*, 17 dec. 1890, n. 3.

CAPUT III.

DE BONIS TEMPORALIBUS EORUMQUE ADMINISTRATIONE.

Can. 531. - Non modo religio, sed etiam provincia et domus sunt capaces acquirendi et possidendi bona temporalia cum reditibus stabilibus seu fundatis, nisi earum capacitas in regulis et constitutionibus excludatur aut coarctetur.

Can. 532. - § 1. Bona tum religionis, tum provinciae domusque, administrentur ad normam constitutionum.

§ 2. Expensas et actus iuridicos ordinariae administrationis valide, praeter Superiores, faciunt, intra fines sui muneris, officiales quoque, qui in constitutionibus ad hoc designantur.

Can. 533. - § 1. Pro pecuniae quoque collocatione servetur praescriptum Can. 532, § 1; sed praevium consensum Ordinarii loci obtinere tenentur:

1.° Antistita monialium et religionis iuris dioecesani pro cuiusvis pecuniae collocatione; imo, si monialium monasterium sit superiori regulari subiectum, ipsius quoque consensus est necessarius;

2.° Antistita in Congregatione religiosa iuris pontificii, si pecunia dotem professarum constituat, ad normam Can. 549;

3.° Superior vel Antistita domus Congregationis religiosae, si qui fundi domui tributi legative sint ad Dei cultum beneficentiamve eo ipso loco impendendam;

4.° Religiosus quilibet, etsi ordinis regularis alumnus, si pecunia data sit paroeciae vel missioni, aut religiosis intuitu paroeciae vel missionis.

§ 2. Haec item servanda sunt pro qualibet collocationis mutatione.

531: C. 75, C. XII, q. 2; c. 3, C. XII, q. 5; c. 2, C. XVI, q. 4; c. 7, C. XVI, q. 6; c. 10, X, de constitutionibus, I, 2; c. 2, X, *de consuetudine,* I, 4; c. 1, *de verborum significatione*, V, 11, in Clem.; c. 3, 5, *de verborum significatione,* tit. XIV, in Extravag. Ioan. XXII; c. un., *de rebus ecclesiae non alienandis*, III, 4, in Extravag com.; Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus,* c. 2, 3; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«Inter cunctas»,* 22 febr. 1418, art. 44, Ioannis Wicleff, damn.; Clemens XIII, const. *«Alias ad Apostolatus»,* 30 ian. 1768, § 1, 5, 7; Pius IX, ep. *«Incredibili»,* 17 sept. 1863; ep. encycl. *«Quanta cura»,* 8 dec. 1864; S. C. Ep. et Reg., *Minorum Capuccinorum*, 20 iun. 1686; *Romana seu Minorum Observantium,* 2 sept. 1870; S. C. C., S. *Severini,* mense iul. 1587.

GLAVA III.

IMOVINA I UPRAVLJANJE NJOME

Kan. 531. - Ne samo redovnička družba, nego i pojedina pokrajina i kuća imaju sposobnost stjecati i posjedovati imovinu sa stalnim ili zakladnim prihodima, ako im ta sposobnost nije u pravilima i konstitucijama oduzeta ili ograničena.

Kan. 532. - § 1. Imovinom koja pripada redovničkim družbama, pokrajinama ili kućama, mora se upravljati po propisima konstitucija.

§ 2. Osim Poglavara su ovlašteni da čine izdatke i valjano izvršuju pravne čine redovne uprave u granicama svoje službe, također i dužnosnici, koji su za to određeni u konstitucijama.

Kan. 533. - § 1. Odredba kan 532, § 1 mora se obdržavati i kod ulaganja novca; no povrh toga moraju dobiti još i pristanak mjesnog Ordinarija ovi:

1.° Nadstojnica duvna i Nadstojnica redovničke družbe biskupijskog prava za svako ulaganje novca; a ako je samostan duvna potčinjen regularskom Poglavaru, tada je još i njegov pristanak potrebit;

2.° Nadstojnica u redovničkom Zboru prvosvećeničkog prava, kad novci sačinjavaju miraz zavjetovanih sestara, prema odredbi kan. 549;

3.° Poglavar ili kućna Nadstojnica redovničkog Zbora, kada se radi o zakladnoj imovini, koja je kući dana, ili o zakladama za izvršivanje bogoslužja ili dobrotvornosti u onomu mjestu;

4.° Svaki redovnik, iako pripada regularskom Redu, kada je novac darovan župi ili vjerovjesničkoj postaji ili redovnicima u korist župe ili vjerovjesničke postaje.

§ 2. Sve se to mora obdržavati i u slučaju, kada se bilo kako mijenja uložno mjesto.

---

532 § 1: Leo XIII, const. *«Conditae a Christo»,* 8 dec. 1900, § 2, n. IX; S. C. Ep. et Reg., *Panormitana,* 28 nov. 1606; *Placentina,* 3 oct. 1611; S. C. de Religiosis, instr. 30 iul. 1909, n. X.

533 § 1. 4.°: Leo XIII, const. *«Romanos Pontifices»,* 8 maii 1881; const. *«Conditae a Christo»,* 8 dec. 1900, § 2, n. IX; S. C. de Prop. Fide, litt. (ad Ep. Ruraemunden.), 7 iul. 1893.

Can. 534. - § 1. Firmo praescripto Can. 1531, si agatur de alienandis rebus pretiosis aliisve bonis quorum valor superet summam triginta millium francorum seu libellarum, vel de contrahendis debitis et obligationibus ultra indicatam summam, contractus vi caret, nisi beneplacitum apostolicum antecesserit; secus, requiritur et sufficit licentia, in scriptis data, Superioris ad normam constitutionum cum consensu sui Capituli seu Consilii per secreta suffragia manifestato; sed si agatur de monialibus aut sororibus iuris dioecesani, accedat necesse est consensus, in scriptis praestitus, Ordinarii loci, necnon Superioris regularis, si monialium monasterium eidem subiectum sit.

§ 2. In precibus pro obtinendo consensu ad contrahenda debita vel obligationes, exprimi debent alia debita vel obligationes, quibus ipsa persona moralis, religio vel provincia vel domus, ad eum diem gravatur; secus obtenta venia invalida est.

Can. 535. - § 1. In quolibet monialium monasterio etiam exempto:

1.° Administrationis ratio, gratis exigenda, reddatur semel in anno, aut etiam saepius si id in constitutionibus praescribatur, ab Antistita Ordinario loci, itemque Superiori regulari, si monasterium sit eidem subiectum;

2.° Si ratio administrationis Ordinario non probetur, ipse potest opportuna remedia adhibere, etiam removendo, si res postulet, oeconomam aliosque administratores; quod si monasterium sit Superiori regulari subiectum, eum Ordinarius, uti prospiciat, moneat; quod si ille neglexerit, ipse per se consulat.

§ 2. In aliis mulierum religionibus, ratio administrationis bonorum quae dotes constituunt, Ordinario loci reddatur occasione visitationis et etiam saepius, si Ordinarius id necessarium duxerit.

534 § 1: C. 19, C. XII, q. 2; c. 1, X, *de rebus ecclesiae alienandis vel non,* III, 13; c. 15, X, *de decimis, primitiis et oblationibus,* III, 30; c. 1, *de rebus ecclesiae non alienandis*, III, 4, in Clem.; c. un., *de rebus ecclesiae non alienandis*, III, 4, in Extravag. com.; S. C. C., *Ordinis S. Francisci,* 8 mart. 1719; S. C. de Religiosis, instr. 30 iul. 1909, n. I, V-VII.

534 § 2: S. C. de Religiosis, instr. 30 iul. 1909, n. III, IV.

535 § 1. 2.°: Gregorius XV, const. *«Inscrutabili»,* 5 febr. 1622, § 5; Clemens XII, const. *«Admonet Nos»,* 11 aug. 1735, § 1, 3; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»,*

Kan. 534. - § 1. Kod otuđivanja imovine moraju se obdržavati propisi kan. 1531, a povrh toga da ugovor bude pravno valjan, valja dobiti još i unaprijedno odobrenje od Apostolske Stolice, ako se radi o otuđenju dragocjenih predmeta ili druge imovine, kod koje vrijednost prelazi iznos od trideset tisuća franaka ili lira, odnosno o opterećenju dugovanjem ili obavezama u iznosu većemu od naznačenoga; inače se traži i dostatno je dopuštenje pismeno dano od Poglavara u skladu s konstitucijama s pristankom Kapitula ili njihovog Vijeća zaključenim u tajnom glasovanju; no kada se radi o duvnama ili o sestrama biskupijskog prava, treba uz to još i pismeno podijeljeni pristanak mjesnoga Ordinarija, pa i regularskog Poglavara, ako je samostan duvna njemu potčinjen.

§ 2. U molbama za pristanak na opterećenje dugovima ili obavezama, moraju se naznačiti i drugi dugovi ili obaveze, koje do toga dana terete istu skupnu osobu, redovničku družbu odnosno pokrajinu ili kuću; inače je postignuto dopuštenje pravno nevaljano.

Kan. 535. - § 1. U svakom samostanu duvna, pa bio on i izuzet, mora:

1.° Nadstojnica jednom u godini, pa i češće, ako to propisuju konstitucije, podnijeti mjesnom Ordinariju bez obaveze na kakvu naplatu, račun o upravljanju, a isto tako i regularskom Poglavaru, ako je samostan duvna njemu potčinjen;

2.° Ako Ordinarij nađe, da računi nisu u redu, može odrediti mjere, koje smatra uputnima, pa i smijeniti ako treba gospodarsku upravnicu i druge dužnosnice kod upravljanja; za slučaj da je samostan potčinjen regularskom Poglavaru, pozvat će Ordinarij njega, da stvar dovede u red; ako li on to propusti, riješit će stvar sam.

§ 2. U drugim se ženskim redovničkim družbama moraju podnijeti mjesnom Ordinariju računi o upravljanju onom imovinom, koju sačinjavaju mirazi, i to prigodom nadzornog pohoda, pa i češće, ako Ordinarij to smatra potrebitim.

30 mart. 1742, § 20; Clemens XIII, const. *«Inter multiplices»,* 11 dec. 1758, § 5-7; S. C. Ep. et Reg., *Placentina,* 25 maii 1576; *Pistorien.,* 21 nov. 1591; *Spalaten.,* 9 mart. 1593, § 1; *Nucerina Paganorum*, 7 iul. 1724, 28 sept. 1725, ad 9; *Camerinen.,* 9 dec. 1740, ad 3; S. C. C., *Neapolitana,* 11 mart. 1673, ad 1; *Hieracen.,* 26 ian. 1692, ad 2; *Pharaonen.,* 19 sept., 14 nov. 1733, ad 2; *Papien.,* 26 ian., 16 febr., 16 mart. 1743, ad 9; *Ariminen.,* 2 et 16 dec. 1747, 27 ian. 1748, ad 9; *Conversana,* 13 mart., 24 apr., 8 maii 1751, ad 23; *Olomucen.,* 7 iun., 2 aug. 1755, ad 10.

535 § 2: Vide etiam Can. 550, § 2.

§ 3. Loci Ordinario ius insuper esto cognoscendi:

1.° De rationibus oeconomicis domus religiosae iuris dioecesani;

2.° De administratione fundorum legatorumque de quibus in Can. 533, § 1, nn. 3, 4.

Can. 536. - § 1. Si persona moralis (sive religio, sive provincia, sive domus) debita et obligationes contraxerit etiam cum Superiorum licentia, ipsa tenetur de eisdem respondere.

§ 2. Si contraxerit regularis cum licentia Superiorum, respondere debet persona moralis, cuius Superior licentiam dedit; si religiosus votorum simplicium, ipse respondere debet, nisi de Superioris licentia negotium religionis gesserit.

§ 3. Si contraxerit religiosus sine ulla Superiorum licentia, ipsemet respondere debet, non autem religio vel provincia vel domus.

§ 4. Firmum tamen semper esto, contra eum, in cuius rem aliquid ex inito contractu versum est, semper posse actionem institui.

§ 5. Caveant Superiores religiosi ne debita contrahenda permittant, nisi certo constet ex consuetis reditibus posse debiti foenus solvi et intra tempus non nimis longum per legitimam *amortizationem* reddi summam capitalem.

Can. 537. - Largitiones ex bonis domus, provinciae, religionis non permittuntur, nisi ratione eleemosynae vel alia iusta de causa, de venia Superioris et ad normam constitutionum.

535 § 3. 2.°: Leo XIII, const. *«Conditae a Christo»,* 8 dec. 1900, § 1, n. X, § 2, n. IX, XI.

536 § 2: S. C. de Religiosis, 18 aug. 1914.

536 § 3: C. 4, X, *de fideiussoribus,* III, 22; Reg. 76, R. J., in VI°; c. 1, *de rebus ecclesiae non alienandis,* III, 4, in Clem.; S. C. Ep. et Reg., *Aesina,* 5 febr. 1791.

§ 3. Povrh toga pripada mjesnom Ordinariju pravo ispitivati:

1.° Račune o gospodarstvu u redovničkim kućama biskupijskog prava;

2.° Upravljanje zakladama i zadužbinama, o kojima je riječ u kan. 533 § 1, br. 3, 4.

Kan. 536. - § 1. Ako je skupna osoba (bila to redovnička družba, pokrajina ili kuća) ugovorom preuzela dugove i obaveze, pa i onda kad je to učinjeno s dopuštenjem Poglavara, snosi ona sama odgovornost za njih.

§ 2. Ako ih je preuzeo redovnik regularac s dopuštenjem Poglavarovim, ima snositi odgovornost ona skupna osoba, nad kojom je Poglavarom onaj, koji je dao dopuštenje; ako je to učinio redovnik običnih zavjeta, snosi on sam odgovornost, osim ako je dobio od Poglavara dopuštenje, da u tom poslu zastupa družbu.

§ 3. Ako ih je preuzeo redovnik bez ikakva dopuštenja od strane Poglavara, snosi on sam odgovornost, a ne redovnička družba, pokrajina ili kuća.

§ 4. No u svakom slučaju treba da ostane slobodno u svako vrijeme pokrenuti parnicu protiv onoga, koji je iz ugovora imao kakvu dobit.

§ 5. Redovnički Poglavari ne smiju davati dopuštenja za preuzimanje dugovanja, ako nema sigurnosti, da će se moći iz redovnih prihoda plaćati kamati za dug i u vremenu ne odveć dugom otplatiti glavnica po zakonitoj *otplatnoj osnovi.*

Kan. 537. - Zabranjena su darovanja iz imovine redovničke kuće, pokrajine ili družbe, osim davanja milostinje ili iz drugog pravednog razloga, s dopuštenjem Poglavara i u skladu s konstitucijama.

537: C. 3, X, *de donationibus,* III, 24; Reg. 76, R. J., in VI°; Clemens VIII, const. *«Religiosae congregationes»,* 19 iun. 1594; decr. *«Nullus omnino»,* 25 iul. 1599, § 21; Urbanus VIII, const. *«Nuper»,* 16 oct. 1640; S. C. Ep. et Reg., litt. circulares 28 iul. 1708; *Aesina,* 5 febr. 1791; S. C. C., decr. 21 sept. 1624, § 1; S. C. de Religiosis, instr. 30 iul. 1909, n. XIII.

TITULUS XI.

DE ADMISSIONE IN RELIGIONEM.

Can. 538. - In religionem admitti potest quilibet catholicus qui nullo legitimo detineatur impedimento rectaque intentione moveatur, et ad religionis onera ferenda sit idoneus.

CAPUT I.

DE POSTULATU.

Can. 539. - § 1. In religionibus a votis perpetuis mulieres omnes et, si agatur de religione virorum, conversi, antequam ad novitiatum admittantur, postulatum ad sex saltem integros menses peragant; in religionibus vero a votis temporariis, ad necessitatem et tempus postulatus quod attinet, standum constitutionibus.

§ 2. Superior maior praescriptum postulatus tempus potest prorogare, non tamen ultra aliud semestre.

Can. 540. - § 1. Postulatus peragi debet vel in domo novitiatus vel in alia religionis domo in qua disciplina secundum constitutiones accurate servetur sub speciali cura probati religiosi.

§ 2. Postulantes vestem induant modestam ac diversam a veste novitiorum.

§ 3. In monasteriis monialium adspirantes, dum postulatum peragunt, lege clausurae tenentur.

Can. 541. - Postulantes, antequam novitiatum incipiant, exercitiis spiritualibus vacent per octo saltem integros dies; et, iuxta prudens confessarii iudicium, praemittant generalem anteactae vitae confessionem.

538: C. 20, C. XVI, q. 7; c. 2, C. XX, q. 2; c. 2, C. XXXIII, q. 5; c. 1, X, *de regularibus et transeuntibus ad religionem,* III, 31; Sixtus V, const. *«Cum de omnibus»,* 26 nov. 1587, § 4; Clemens VIII, const. *«Cum ad regularem»,* 19 mart. 1603, § 5; Alexander VII, const. *«Sacrosancti»,* 18 ian. 1658, § 2, n. VI; Clemens IX, const. *«In excelsa»,* 13 sept. 1669, § 1, n. VI, § 3; S. C. C., decr. 21 sept. 1624, § 1; S. C. super Statu Regularium, declar. 29 maii 1857, ad 2; S. C. de Religiosis, decr. 1 ian. 1911; decr. 15 aug. 1912, n. 1.

NASLOV XI.

PRIMANJE U REDOVNIČKU DRUŽBU

Kan. 538. - U redovničku družbu može biti primljen svaki katolik, kojemu ne smeta nikakva zakonita zapreka, a vodi ga prava nakana i sposoban je snositi terete, što ih družba nameće.

GLAVA I.

PRIPRAVNIŠTVO

Kan. 539. - § 1. Sve ženske osobe u redovničkim družbama s vječnim zavjetima i braća svjetovnjaci u muškim redovničkim družbama, moraju prije nego što se pripuste u novaštvo, svršiti pripravništvo kroz najmanje šest punih mjeseci; a u redovničkim družbama s privremenim zavjetima treba se u pogledu potrebe i vremena za pripravništvo držati odredaba u konstitucijama.

§ 2. Viši Poglavar može produljiti vrijeme propisano za pripravništvo, ali samo najviše za šest mjeseci.

Kan. 540. - § 1. Pripravništvo se mora svršavati pod posebnim vodstvom iskusnoga redovnika, i to ili u kući, gdje je novaštvo ili u kojoj drugoj redovničkoj kući, u kojoj se obdržava stega točno prema konstitucijama.

§ 2. Pripravnici treba da su odjeveni u skromnu odjeću, i to različitu od odjeće novaka.

§ 3. Osobe, koje žele stupiti u samostan duvna, obavezne su, dok svršavaju pripravništvo, na zakon o klauzuri.

Kan. 541. - Pripravnici su dužni prije nego započnu novaštvo, obaviti duhovne vježbe najmanje kroz punih osam dana; a treba da, prema razboritom sudu ispovjednikovu, za prošli život učine opću ispovijed.

539 § 1: S. C. de Religiosis, decr. 15 aug. 1912, n. 2, 3.
540 § 1: S. C. de Religiosis, decr. 1 ian. 1911.
540 § 2: S. C. de Religiosis, decr. 15 aug. 1912, n. 3.
540 § 3: S. C. de Religiosis, 7 nov. 1916.

CAPUT II.

DE NOVITIATU.

ART. I.

DE REQUISITIS UT QUIS IN NOVITIATUM ADMITTATUR.

Can. 542. - Firmo praescripto Can. 539-541, aliisque in propriis cuiusque religionis constitutionibus,

1.° Invalide ad novitiatum admittuntur: Qui sectae acatholicae adhaeserunt; Qui aetatem ad novitiatum requisitam non habent; Qui religionem ingrediuntur vi, metu gravi aut dolo inducti, vel quos Superior eodem modo inductus recipit; Coniux, durante matrimonio; Qui obstringuntur vel obstricti fuerunt vinculo professionis religiosae; Hi quibus imminet poena ob grave delictum commissum de quo accusati sunt vel accusari possunt; Episcopus sive residentialis sive titularis, licet a Romano Pontifice sit tantum designatus; Clerici qui ex instituto Sanctae Sedis iureiurando tenentur operam suam navare in bonum suae dioecesis vel missionum, pro eo tempore quo iurisiurandi obligatio perdurat.

2.° Illicite, sed valide admittuntur: Clerici in sacris constituti, inconsulto loci Ordinario aut eodem contradicente ex eo quod eorum discessus in grave animarum detrimentum cedat, quod aliter vitari minime possit; Aere alieno gravati qui solvendo pares non sint; Reddendae rationi obnoxii aut aliis saecularibus negotiis implicati, ex quibus lites et molestias religio timere possit; Filii qui parentibus, idest patri vel matri, avo vel aviae, in gravi necessitate constitutis, opitulari debent, et parentes quorum opera sit ad liberos alendos vel educandos necessaria; Ad sacerdotium in religione destinati, a quo tamen removeantur irregularitate aliove canonico impedimento; Orientales in latinis religionibus sine venia scripto data Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali.

542 2.°: C. 4, C. XX, q. 3; c. 1, X, *de his, quae vi metusve causa fiunt,* I, 40; c. 1, 14, X, *de regularibus et transeuntibus ad religionem,* III, 31; c. 3, 4, 8, 12, 13, X, *de conversione coniugatorum,* III, 32; Sixtus V, const. *«Cum de omnibus»,* 26 nov. 1587, § 4, 5; const. *«Ad Romanum»,* 21 oct. 1588, § 12, 17; Clemens VIII, const. *«Cum ad regularem»,* 19 mart. 1603, § 3-5; Alexander VII, const. *«Cum circa»,* 20 iun. 1660, § 3; Benedictus XIV, ep. *«Ex quo»,* 14 ian. 1747; S. C. Ep. et Reg., *Pistorien.,* a. 1587; *Panormitana,* 25 nov. 1644; *Pinerolien.,* 28 iun. 1837, ad 2; *Aurelianen.,* 20 dec.

GLAVA II.

NOVAŠTVO

ČLANAK I.

UVJETI DA NETKO BUDE PRIMLJEN U NOVAŠTVO

Kan. 542. - Uz obdržavanje propisa kan. 539-541, i ostalih, koji su sadržani u vlastitim konstitucijama svake pojedine redovničke družbe,

1.° Nevaljano se primaju u novaštvo: Koji su pristupili nekatoličkoj sljedbi; Koji nemaju za novaštvo propisanu dob života; Koji u redovničku družbu stupaju pod utjecajem sile, teškoga straha ili prevare, odnosno oni, koje je primio Poglavar stojeći pod jednakim utjecajem; Ženidbeni drug za trajanja braka; Koji su vezani redovničkim zavjetima ili su to bili; Kojima prijeti kazna zbog počinjenog teškog krivičnog djela, radi kojega su optuženi ili mogu biti optuženi; Biskup i sjedišni i naslovni, iako je od Rimskog Prvosvećenika tek po imenu označen; Duhovnici, koji su na temelju uredbe Svete Stolice pod prisegom obavezani djelovati u službi svoje biskupije ili u vjerovjesničkoj, i to tako dugo, dok im traje obaveza dana pod prisegom.

2.° Nedopušteno, ali ipak valjano, primaju se ove osobe: Duhovnici, koji su primili više redove, bez dopuštenja mjesnog Ordinarija ili protiv njegove volje, ako bi njihov odlazak bio na veliku štetu duša, koja se drugačije ne bi nikako mogla izbjeći; Koji su opterećeni dugovima, a ne mogu ih isplatiti; Koji još imaju položiti račune ili su vezani drugim svjetovnim poslovima, zbog kojih bi redovnička družba mogla biti zapletena u parnice i neugodnosti; Djeca, koja su dužna pomagati roditelje, to jest oca ili majku, djeda ili baku, a oni su u teškoj neimaštini, i roditelji, koji su potrebni djeci za njihovo uzdržavanje i odgoj; Koji bi imali primiti u redovničkoj družbi svećeničko ređenje, a stoji im na putu ređenička nepravilnost ili druga kanonska smetnja; Istočnjaci u latinskim redovničkim družbama bez pismenog dopuštenja Svetog Zbora za Istočnu Crkvu.

1859; decr. *«Perpensis»,* 3 maii 1902, n. 1; S. C. Consist., *Romana,* 6 aug. 1909, ad XIII, XV; S. C. C., decr. 21 sept. 1624, § 1; S. C. super Statu Regularium, litt. encycl. *«Neminem latet»,* 19 mart. 1857; S. C. de Religiosis, decr. 7 sept. 1909, n. 3°, 4°; declar. 4 ian. 1910, n. 3°, 4°; decr. 16 maii 1911, n. 20; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 24 nov. 1625; (C. G.), 7 aug. 1645; declar. 8 apr. 1661, ad II, III; instr. 27 apr. 1871, n. 10; (C. G.), 1 iun. 1885, ad 1; ep. 15 iun. 1912.

Can. 543. - Ius admittendi ad novitiatum et subsequentem professionem religiosam tam temporariam quam perpetuam pertinet ad Superiores maiores cum suffragio Consilii seu Capituli, secundum peculiares cuiusque religionis constitutiones.

Can. 544. - § 1. In quavis religione omnes adspirantes, antequam admittantur, exhibere debent testimonium recepti baptismatis et confirmationis.

§ 2. Adspirantes viri debent praeterea testimoniales litteras exhibere Ordinarii originis ac cuiusque loci in quo, post expletum decimum quartum aetatis annum, morati sint ultra annum moraliter continuum, sublato quolibet contrario privilegio.

§ 3. Si agatur de admittendis illis qui in Seminario, collegio vel alius religionis postulatu aut novitiatu fuerunt, requiruntur praeterea litterae testimoniales, datae pro diversis casibus a rectore Seminarii vel collegii, audito Ordinario loci, aut a maiore religionis Superiore.

§ 4. Pro clericis admittendis, praeter testimonium ordinationis, sufficiunt litterae testimoniales Ordinariorum in quorum dioecesibus post ordinationem ultra annum moraliter continuum sint commorati, salvo praescripto § 3.

§ 5. Religioso professo, ad aliam religionem ex apostolico indulto transeunti, satis est testimonium Superioris maioris prioris religionis.

§ 2. Vlasništvo pak svega onoga, što steče svojim trudom ili dobije s obzirom na redovničku družbu, pripada družbi.

580 § 1: S. C. Ep. et Reg., decr. 6 iun. 1836, ad 4; *Veronen.,* 20 dec. 1844, ad 1; *Trappensium,* 20 dec. 1861, n. 1; litt. 30 dec. 1882; decr. *«Perpensis»,* 3 maii 1902, n. 11; S. C. super Statu Regularium, declar. 12 iun. 1858, n. IX.

580 § 2: S. C. Ep. et Reg., *Nullius Mercatelli,* 24 iun. 1579; *Novarien.,* 26 iul. 1580; *Hispaniarum,* 22 ian. 1591; *Messanen.,* 1 mart. 1595; *Camerinen.,* 28 apr. 1599; *Ordinis* B. M. V. *de Mercede*, 9 ian. 1601; *Lycien.,* 11 maii 1635, ad 2; *Florentina,* 14 et 21 febr. 1845, ad 3; litt. 30 dec. 1882; S. C. C., *Civitatis Regalis in Indiis (Limana),* mense febr. 1586, ad 28; S. C. de Religiosis, 13 iul. 1913; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Monachos Maronit. Libanen.), 4 febr. 1895.

§ 3. Cessionem, vel dispositionem de qua in Can. 569, § 2, professus mutare potest non quidem proprio arbitrio, nisi constitutiones id sinant, sed de supremi Moderatoris licentia, aut, si de monialibus agatur, de licentia Ordinarii loci et, si monasterium regularibus obnoxium sit, Superioris regularis, dummodo mutatio, saltem de notabili bonorum parte, non fiat in favorem religionis; per discessum autem a religione eiusmodi cessio ac dispositio habere vim desinit.

Can. 581. - § 1. Professus a votis simplicibus antea nequit valide, sed intra sexaginta dies ante professionem sollemnem, salvis peculiaribus indultis a Sancta Sede concessis, debet omnibus bonis quae actu habet, cui maluerit, sub conditione secuturae professionis, renuntiare.

§ 2. Secuta professione, ea omnia statim fiant, quae necessaria sunt ut renuntiatio etiam iure civili effectum consequatur.

Can. 582. - Post sollemnem professionem, salvis pariter peculiaribus Apostolicae Sedis indultis, omnia bona quae quovis modo obveniunt regulari:

1.° In Ordine capaci possidendi, cedunt Ordini vel provinciae vel domui secundum constitutiones;

2.° In Ordine incapaci, acquiruntur Sanctae Sedi in proprietatem.

Can. 583. - Professis a votis simplicibus in Congregationibus religiosis non licet:

1.° Per actum inter vivos dominium bonorum suorum titulo gratioso abdicare;

2.° Testamentum conditum ad normam Can. 569, § 3, mutare sine licentia Sanctae Sedis, vel, si res urgeat nec tempus suppetat ad eam recurrendi, sine licentia Superioris maioris aut, si nec ille adiri possit, localis.

---

580 § 3: S. C. Ep. et Reg., litt. 30 dec. 1882; 2 iun. 1905.

581 § 1: Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus,* c. 16; S. C. Ep. et Reg., decr. *«Perpensis»,* 3 maii 1902, n. 11; S. C. super Statu Regularium, 1 aug. 1862.

581 § 2: S. C. Ep. et Reg., 16 sept. 1885.

582 2.°: C. 11, C. XII, q. 1; c. 1, C. XVIII, q. 1; c. 6, X, *de statu monachorum et canonicorum regularium,* III, 35; c. 1, *de verborum significatione,* V, 11, in Clem.; c. 3, 5,

§ 3. Prepuštanje i raspolaganje imovinom, o kojoj se govori u kan. 569, § 2, može zavjetovani promijeniti, ali ne na svoju ruku, osim ako to konstitucije dopuštaju, nego s dopuštenjem vrhovnog Starješine, odnosno kad se radi o duvnama, s dopuštenjem mjesnog Ordinarija i regularskog Poglavara u slučaju, kada je samostan potčinjen regularskim redovnicima, a sve to uz uvjet, da ta promjena, barem u pogledu znatnijega dijela imovine, ne bude u korist družbe; istupom pako iz družbe gubi valjanost svako takvo prepuštanje i raspolaganje.

Kan. 581. - § 1. Koji je položio obične zavjete, dužan je u roku od šezdeset dana prije svečanih zavjeta, ako Sveta Stolica nije podijelila iznimnih pogodnosti, svu svoju imovinu, koju u taj čas posjeduju, darovati komu god hoće, uz uvjet ako položi svečane zavjete, ali prije toga roka ne može toga valjano učiniti.

§ 2. Čim se zavjeti polože, mora se odmah izvršiti i sve ono, što je potrebito, da darovanje bude valjano i po građanskom zakonu.

Kan. 582. - Poslije svečanih zavjeta, ako isto tako Sveta Stolica nije podijelila iznimnih pogodnosti, sva ona imovina, koja bilo na koji način pripadne regularskom redovniku:

1.° U takovom Redu, koji ima imovinsku sposobnost, postane vlasništvom Reda ili pokrajine ili kuće u skladu s konstitucijama;

2.° U takovom Redu, koji nema imovinske sposobnosti, pripada i postaje vlasništvom Svete Stolice.

Kan. 583. - Onima koji su položili obične zavjete u redovničkim Zborovima nije dopušteno:

1.° Odreći se vlasništva svoje imovine bez protučinidbe pravnim činom među živima;

2.° Svoju oporuku, što su je načinili prema odredbi kan. 569, § 3, mijenjati bez dozvole Svete Stolice, odnosno ako je stvar hitna i nema više vremena na nju se obratiti, bez dozvole višega Poglavara ili, ako se ne može ni do njega, bez dozvole mjesnoga.

---

de verborum significatione, tit. XIV, in Extravag. Ioan. XXII; Clemens VIII, decr. *«Nullus omnino»,* 25 iul. 1599, § 2, 3; S. C. Ep. et Reg., *Bononien.,* 29 nov. 1619; 26 iun. 1829, ad I, II; decr. 6 iun. 1836, ad 2; *Florentina,* 14 et 21 sept. 1845, ad 1, 2; *Veliternen. et Albanen.,* 11 mart. 1853; *Zamoren.,* 15 ian. 1897; S. C. C., decr. 21 sept. 1624, § 1; S. C. de Religiosis, 13 iul. 1913; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Monachos Maronit. Libanen.), 4 febr. 1895.

583 2.°: S. C. Ep. et Reg., *Trappensium,* 20 dec. 1861, n. 2.

Can. 584. - Post annum ab emissa qualibet professione religiosa, vacant beneficia paroecialia; post triennium cetera.

Can. 585. - Professus a votis perpetuis sive sollemnibus sive simplicibus amittit ipso iure propriam quam in saeculo habebat dioecesim.

Can. 586. - § 1. Professio religiosa irrita ob impedimentum externum non convalescit per subsequentes actus, sed opus est ut a Sede Apostolica sanetur, vel denuo, cognita nullitate et impedimento sublato, legitime emittatur.

§ 2. Si autem irrita fuerit ob consensus defectum mere internum, hoc praestito, convalescit, dummodo ex parte religionis consensus non fuerit revocatus.

§ 3. Si contra validitatem professionis religiosae gravia sint argumenta et religiosus renuat ad cautelam sive professionem renovare sive eiusdem sanationem petere, res ad Sedem Apostolicam deferatur.

584: C. 4, *de regularibus et transeuntibus ad religionem*, III, 14, in VI°; Benedictus XIV, ep. *«Ex quo»*, 14 ian. 1747; S. C. Ep. et Reg., 25 aug. 1903.

586 § 1: S. C. Ep. et Reg., *Viennen.*, 10 dec. 1841.

Kan. 584. - Godinu dana poslije položenih redovničkih zavjeta bilo kakovih postaju župske nadarbine zavjetovanoga upražnjene, a poslije tri godine ostale.

Kan. 585. - Koji je položio vječne redovničke zavjete, bilo svečane bilo obične, gubi time snagom samoga zakona biskupijsku pripadnost, koju je imao u svijetu.

Kan. 586. - § 1. Redovničko zavjetovanje, koje je ostalo ništavim zbog izvanjske zapreke, ne postaje valjanim po kasnijim činima, nego je potrebno, da ga ukrijepi Apostolska Stolica, ili da se ponovno učini propisano, pošto se za ništavost sazna i zapreka ukloni.

§ 2. Ako je pak bilo ništavo zbog čisto unutarnjeg nedostatka u pristanku, čim se pristanak dade, ukrjepljuje se zavjetovanje, ali uz uvjet, da međutim nije bio opozvan pristanak od strane redovničke družbe.

§ 3. Ako bi postojali važni razlozi protiv valjanosti redovničkog zavjetovanja, a redovnik bi odbio da za svaku sigurnost ili obnovi zavjetovanje ili zatraži, da se ukrijepi, mora se stvar iznijeti pred Apostolsku Stolicu.

586 § 2: C. 1, X, *de his, quae vi metusve causa fiunt*, I, 40; c. 15, X, *de regularibus et transeuntibus ad religionem*, III, 31.

TITULUS XII.

DE RATIONE STUDIORUM IN RELIGIONIBUS CLERICALIBUS.

Can. 587. - § 1. Quaelibet clericalis religio habeat studiorum sedes a Capitulo generali vel a Superioribus approbatas, firmo praescripto Can. 554, § 3.

§ 2. In studiorum domo vigeat perfecta vita communis; secus studentes ad ordines promoveri nequeunt.

§ 3. Si religio aut provincia studiorum domos rite instructas habere nequeat, aut si quas habet, adire, Superiorum iudicio, difficile sit, religiosi alumni mittantur vel ad recte ordinatam studiorum sedem alius provinciae aut religionis, vel ad scholas Seminarii episcopalis, vel ad publicum catholicum athenaeum.

§ 4. Religiosis, qui studiorum causa longe a propria domo mittuntur, non licet in privatis domibus habitare, sed opus est ut in aliquam suae religionis domum se recipiant, vel, si id fieri non possit, apud religiosum aliquod institutum virorum, vel Seminarium aliamve piam domum, cui sacri ordinis viri praesint, quaeque ab ecclesiastica auctoritate approbata sit.

Can. 588. - § 1. Toto studiorum curriculo religiosi committantur speciali curae Praefecti seu Magistri spiritus qui eorum animos ad vitam religiosam informet opportunis monitis, instructionibus atque exhortationibus.

§ 2. Praefectus vel Magister spiritus iis qualitatibus praeditus sit oportet, quae in Magistro novitiorum requiruntur ad normam Can. 559, §§ 2, 3.

587 § 2: S. C. Ep. et Reg., decr. 22 apr. 1851, n. 2, 3.

587 § 4: Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus,* c. 4.

NASLOV XII.

ODGOJ I OBRAZOVANJE U DUHOVNIČKIM REDOVNIČKIM DRUŽBAMA

Kan. 587. - § 1. Svaka duhovnička redovnička družba mora imati mjesto za nauke određeno od Općeg Kapitula ili od Poglavara, uz obdržavanje odredaba kan. 554, § 3.

§ 2. U kući za nauke mora se potpuno obdržavati zajednički život, inače učenici ne mogu biti pripušteni k ređenju.

§ 3. Ako redovnička družba ili pokrajina ne može imati propisno uređenih kuća za nauku, odnosno ako ih ima, ali je do njih, po sudu Poglavara, pristup težak, treba da se redovnički gojenci pošalju u valjano uređeno mjesto za nauke u drugoj kojoj pokrajini ili družbi, ili u škole biskupskog Sjemeništa, ili u javne katoličke školske ustanove.

§ 4. Redovnici, koji se pošalju na nauke daleko od vlastite kuće, ne smiju stanovati u privatnim kućama, nego treba da se smjeste u koju bilo kuću njihove družbe, ili ako to nije moguće, u koji muški redovnički zavod ili u Sjemenište, odnosno u drugu takvu pobožnu kuću, u kojoj su predstojnici muževi s višim redovima i koja ima odobrenja od crkvene vlasti.

Kan. 588. - § 1. Redovnici moraju kroz cijelo vrijeme svojih nauka biti povjereni posebnoj skrbi Nadstojnika ili Učitelja u duhovnom životu, koji će podesnim opominjanjem, poukom i govorima duše njihove upućivati u redovničkom životu.

§ 2. Nadstojnik ili Učitelj za duhovni život treba da ima ona svojstva, koja su propisana za Učitelja novaka prema odredbama kan. 559, §§ 2, 3.

588 § 1: Clemens VIII, const. *«Cum ad regularem»,* 19 mart. 1603, § 20; S. C. C., decr. 21 sept. 1624, § 1.

588 § 2: Clemens VIII, const. *«Cum ad regularem»,* 19 mart. 1603, § 20; S. C. C., decr. 21 sept. 1624, § 1.

§ 3. Superiores vero sedulo invigilent ut ea quae Can. 595 pro omnibus religiosis praescribuntur, in studiorum domo perfectissime observentur.

Can. 589. - § 1. Religiosi in inferioribus disciplinis rite instructi, in philosophiae studia saltem per biennium et sacrae theologiae saltem per quadriennium, doctrinae D. Thomae inhaerentes ad normam. Can. 1366, § 2, diligenter incumbant, secundum instructiones Apostolicae Sedis.

§ 2. Studiorum tempore magistris et alumnis officia ne imponantur quae a studio eos avocent vel scholam quoquo modo impediant; supremus autem Moderator et in casibus particularibus alii quoque Superiores possunt pro sua prudentia eos a nonnullis communitatibus actibus, etiam a choro, praesertim nocturnis horis, eximere, quoties id studiis excolendis necessarium videatur.

Can. 590. - Religiosi sacerdotes, iis tantum exceptis qui a Superioribus maioribus gravem ob causam fuerint exempti, aut qui vel sacram theologiam, vel ius canonicum vel philosophiam scholasticam doceant, post absolutum studiorum curriculum, quotannis, saltem per quinquennium, a doctis gravibusque patribus examinentur in variis doctrinae sacrae disciplinis antea opportune designatis.

Can. 591. - In qualibet saltem formata domo, minimum semel in mense, habeatur solutio casus moralis et liturgici, cui, si Superior opportunum existimaverit, addi potest sermo de re dogmatica coniunctisve doctrinis; et omnes clerici professi qui studio sacrae theologiae operam navant aut illud expleverunt et in domo degunt, assistere tenentur, nisi aliud in constitutionibus caveatur.

589 § 1: S. C. de Religiosis, declar. 7 sept. 1909, ad III; 31 maii 1910.

589 § 2: Clemens VIII, decr. *«Nullus omnino»*, 25 iul. 1599, S. C. C., decr. 21 sept. 1624, § 1.

§ 3. Poglavari pak treba da pomnjivo bdiju nad tim, da se sve ono, što je u kan. 595 propisano za sve redovnike, najtočnije obdržava u kući za nauke.

Kan. 589. - § 1. Redovnici su dužni svršivši propisno niže nauke, baviti se marnim učenjem filozofije najmanje kroz dvije godine i svetoga bogoslovlja najmanje kroz četiri godine, i to držeći se nauke sv. Tome prema odredbi kan. 1366, § 2, u skladu s napucima Apostolske Stolice.

§ 2. Za vrijeme nauka ne smije se nastavnicima ni đacima nalagati takove dužnosti, koje bi ih odvraćale od učenja ili bi školi ma na koji način smetale; vrhovni pak Starješina, a u pojedinim slučajevima i drugi Poglavari, mogu ih izuzeti od izvršivanje zajedničkih čina pa i od moljenja u koru, osobito za noćnih sati, kad god to zbog boljega uspjeha u učenju smatraju potrebitim.

Kan. 590. - Redovnici svećenici, izuzevši samo one, koje bi viši Poglavari od toga oslobodili iz važna razloga, odnosno i one, koji su nastavnici ili svetoga bogoslovlja ili kanonskog prava ili skolastičke filozofije, dužni su po svršenim naukama još najmanje kroz pet godina polagati svake godine ispite pred učenim i ozbiljna života ocima, i to iz različitih unaprijed primjereno označenih predmeta svetih nauka.

Kan. 591. - Barem u svakoj potpunoj kući mora se najmanje jednom na mjesec udesiti rješavanje po kojega slučaja iz područja moralke ili liturgike, a pri tom se može, ako to Poglavar smatra uputnim, dodati i po koje predavanje iz dogmatike ili iz drugih srodnih nauka, a svi zavjetovani duhovnici, koji uče sveto bogoslovlje ili su nauke završili i borave u kući, dužni su tomu prisustvovati, ako u ustanovama nije određeno drugačije.

591: Clemens VIII, decr. *«Nullus omnino»*, 25 iul. 1590, § 1; S. C. Ep. et Reg., 8 nov. 1752, § 3; decr. 22 aug. 1814, n. XI; S. C. C., decr. 21 sept. 1624, § 1.

TITULUS XIII.

DE OBLIGATIONIBUS ET PRIVILEGIIS RELIGIOSORUM.

CAPUT I.

DE OBLIGATIONIBUS.

Can. 592. - Obligationibus communibus clericorum, de quibus in Can. 124-142, etiam religiosi omnes tenentur, nisi ex contextu sermons vel ex rei natura aliud constet.

Can. 593. - Omnes et singuli religiosi, Superiores aeque ac subditi, debent, non solum quae nuncuparunt vota fideliter integreque servare, sed etiam secundum regulas et constitutiones propriae religionis vitam componere atque ita ad perfectione sui status contendere.

Can. 594. - § 1. In quavis religione vita communis accurate ab omnibus servetur etiam in iis quae ad victum, ad vestitum et ad supellectilem pertinent.

592: C. 8, X, *de conversione coniugatorum*, III, 32; c. 1, 4, 6, X, *ne clerici vel monachi saecularibus negotiis se immisceant,* III, 50; c. 1, *de statu monachorum vel canonicorum regularium*, III, 10, in Clem.; Conc. Trident., sess. XXIV, *de matrimonio*, Can. 9; S. Pius V, const. *«Romanus Pontifex»,* 14 oct. 1568, § 2; Urbanus VIII, litt. ap. *«Ex debito»,* 22 febr. 1633, § 8; Alexander VII, const. *«Sacrosancti»,* 18 ian. 1658, § 2, n. VIII; Clemens IX, const. *«Solicitudo»,* 17 iun. 1669; const. *«In excelsa»,* 13 sept. 1669, § 1, n. VIII, § 3; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Apostolicum ministerium»,* 30 maii 1753, § 18; Clemens XIII, ep. encycl. *«Cum primum»,* 17 sept. 1759, § 4, 9; Pius IX, ep. encycl. *«Neminem vestrum»,* 2 febr. 1854; const. *«Apostolicae Sedis»,* 12 oct. 1869, § III, n. 1; S. C. Ep. et Reg., decr. 22 aug. 1814, n. XI; S. C. Consist., decr. 18 nov. 1910; S. C. de Religiosis, decr. 1 ian. 1911, n. III; S. C. de Prop. Fide, 20 nov. 1626.

NASLOV XIII.

DUŽNOSTI I POVLASTICE REDOVNIKA

GLAVA I.

DUŽNOSTI

Kan. 592. - Dužnosti, koje su svim duhovnicima zajedničke, a o kojima je govor u kan. 124-142, obavezuju i sve redovnike, ako drugo nije sigurno, iz govorne sveze ili po prirodi stvari.

Kan. 593. - Svi i svaki pojedini redovnik, Poglavari jednako kao i potčinjeni, dužni su ne samo vjerno i potpuno obdržavati zavjete, što su ih položili, nego i sav svoj život urediti u skladu s pravilima i ustanovama vlastite družbe i tako težiti na savršenstvo svojega staleža.

Kan. 594. - § 1. U svakoj se redovničkoj kući mora od svih točno obdržavati zajednički život, pa i u onomu, što spada na odijelo, hranu i pokućstvo.

593: C. 7, X, *ne clerici vel monachi suecularibus negotiis se immisceant*, III, 50; c. 1, *de verborum significatione*, tit. XIV, in Extravag. Ioan. XXII; Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus,* c. 1; Pius IX, ep. encycl. *«Nostis et Nobiscum»,* 8 dec. 1849; ep. encycl. *«Cum nuper»,* 20 ian. 1858; Leo XIII, ep. *«Le religiose famiglie»,* 29 iun. 1901; S. C. de Prop. Fide, decr. 15 sept. 1832.

594 § 1: C. 11, C. XII, q. 1; c. 25, C. XVIII, q. 2; c. 7, X, *de officio iudicis orditarii*, I, 31; c. 5, X, *de regularibus et transeuntibus ad religionem,* III, 31; c. 2, 4, 6, X, *de statu monachorum et canonicorum regularium,* III, 35; Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus,* c. 1, 2; Clemens VIII, decr. *«Nullus omnino»,* 25 iul. 1599, § 2-4; S. C. Ep. et Reg., *Pacten.,* 22 dec. 1579; *Messanen.,* 1 mart. 1595; decr. 22 aug. 1814, n. X; decr. 22 apr. 1851; S. C. C., decr. 21 sept. 1624, § 1; S. C. super Statu Regularium, declar. 1 oct. 1852.

§ 2. Quidquid a religiosis, etiam a Superioribus, acquiritur ad normam Can. 580, § 2, et Can. 582, n. 1, bonis domus, provinciae vel religionis admisceatur, et pecunia quaelibet omnesque *tituli* in capsa communi deponantur.

§ 3. Religiosorum supellex paupertati conveniat quam professi sunt.

Can. 595. - § 1. Curent Superiores ut omnes religiosi:

1.° Quotannis spiritualibus exercitiis vacent;

2.° Legitime non impediti quotidie Sacro intersint, orationi mentali vacent, et in alia pietatis officia, quae a regulis et constitutionibus praescripta sint, sedulo incumbant;

3.° Ad poenitentiae sacramentum semel saltem in hebdomada accedant.

§ 2. Superiores suos inter subditos promoveant frequentem, etiam quotidianam, sanctissimi Corporis Christi receptionem: frequens autem, imo etiam quotidianus accessus ad sanctissimam Eucharistiam religiosis rite dispositis libere pateat.

§ 3. Si autem post ultimam sacramentalem confessionem religiosus communitati gravi scandalo fuerit aut gravem et externam culpam patraverit, donec ad poenitentiae sacramentum denuo accesserit, Superior potest eum, ne ad sacram communionem accedat, prohibere.

§ 4. Si quae sint religiones votorum sive sollemnium sive implicium, quarum in regulis aut constitutionibus vel etiam calendariis communiones aliquibus diebus affixae aut iussae reperiantur, hae normae vim dumtaxat directivam habent.

594 § 2: C. 11, C. XII, q. 1; c. 7, X, *de officio iudicis ordinarii,* I, 31; c. 5, X *de regularibus et transeuntibus ad religionem,* III, 31; c. 2, 6, X, *de statu monachorum et canonicorum regularium*, III, 35; Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus*, c. 2; Clemens VIII, decr. *«Nullus omnino»,* 25 iul. 1599, § 2; S. C. E.p et Reg., *Nullius Mercatelli,* 24 iun. 1579; *Hispaniarum,* 22 ian. 1591; *Messanen.,* 1 mart. 1595; *Ordinis B. M. V. de Mercede*, 9 ian. 1601; decr. 22 aug. 1814, n. X; *Florentina,* 14 et 21 febr. 1845, ad 1-3; litt. 30 dec. 1882; S. C. C., *Civitatis Regalis in Indiis (Limana),* mense febr. 1586, ad 28; *Vallisoletana,* 17 oct. 1601, ad 1; decr. 21 sept. 1624, § 1; *Bononien.,* 3 iul. 1734.

594 § 3: C. 1, *de statu monachorum vel canonicorum regularium,* III, 10, in Clem.; Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus,* c. 2; Clemens VIII, decr. *«Nullus omnino»,* 25 iul. 1599, § 3, 16; S. C. Ep. et Reg., *Neapolitana,* 16 nov. 1629, ad 5-8; S. C. C., decr. 21 sept. 1624, § 1.

§ 2. Sve što redovnici, pa i Poglavari, steknu u skladu s odredbama kan. 580, § 2 i kan. 582, br. 1, mora ući u imovinu kuće, pokrajine ili družbe, i sav se novac i sve *vrijednosnice* imaju položiti u zajedničku blagajnu.

§ 3. Redovničko pokućstvo treba da je u skladu sa siromaštvom, na koje su se zavjetovali.

Kan. 595. - § 1. Poglavari treba da vode brigu o tom, da redovnici:

1.° Svake godine obave duhovne vježbe;

2.° Svaki dan, ukoliko nisu spriječeni, prisustvuju svetoj Misi, svrše misaonu molitvu i brižno obave druge pobožne vježbe, koje su propisane u pravilima i konstitucijama;

3.° Da najmanje jedan put sedmično pristupaju otajstvu ispovijedi.

§ 2. Poglavari treba da svoje potčinjene upućuju na često, pa i svagdanje primanje presvetog Tijela Kristova; a često, pa i svagdanje primanje presvete Pričesti mora svim redovnicima, koji su za to propisno spremljeni, biti posve slobodno.

§ 3. No ako bi redovnik poslije svoje posljednje sakramentne ispovijedi bio zajednici na veliku sablazan ili ako bi počinio koji teški i izvanji grijeh, može mu Poglavar zabraniti pristupanje svetoj pričesti, dok se ponovno ne ispovjedi.

§ 4. Ako bi koja redovnička družba imala u svojim pravilima ili konstitucijama ili i u kalendarima označene dane, u koje se mora pristupati pričesti, ove odredbe vrijede samo kao upute.

595 § 1. 3.°: *Conc. Trident., sess. XXV,* de regularibus, *c. 10; Clemens VIII, decr.* «Nullus omnino», *25 iul. 1599, § 25; S. C. Ep. et Reg., encycl. (ad Ep. Italiae), 9 oct. 1682; decr. 22 aug. 1814, n. XI; decr.* «Singulari», *27 mart. 1896, n. 8; S. C. C., decr. 21 sept. 1624, § 1.*

595 § 2: Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus*, c. 10; S. C. Ep. et Reg., *Baiocen.,* 1 oct. 1839; S. C. C., decr. 12 febr. 1679; decr. *«Sacra Tridentina Synodus»,* 20 dec. 1905, n. 7; S. C. de Religiosis, decr. 1 ian. 1911; S. R. C., *Cameracen.,* 11 dec. 1885, ad II.

595 § 3: S. C. Ep. et Reg., decr. *«Quemadmodum»,* 17 dec. 1890, n. 5.

595 § 4: S. C. Ep. et Reg., litt. 4 aug. 1888; decr. *«Quemadmodum»,* 17 dec. 1890, n. 6; *Malacitana,* 14 aug. 1891, ad ultimum; S. C. C., decr. *«Sacra Tridentina Synodus»,* 20 dec. 1905, n. 8.

Can. 596. - Religiosi omnes proprium suae religionis habitum deferant tum intra tum extra domum, nisi gravis causa excuset, iudicio Superioris maioris aut, urgente necessitate, etiam localis.

Can. 597. - § 1. In domibus regularium sive virorum sive mulierum canonice constitutis, etiam non formatis, servetur clausura papalis.

§ 2. Lege clausurae papalis afficitur tota domus quam communitas regularis inhabitat, cum hortis et viridariis accessui religiosorum reservatis; excluso, praeter publicum templum cum continente sacrario, etiam hospitio pro advenis, si adsit, et collocutorio, quod, quantum fieri potest, prope ianuam domus constitui debet.

§ 3. Partes clausurae legi obnoxiae patenter indicentur; Superioris vero maioris vel Capituli generalis secundum constitutiones, aut, si agatur de monasterio monialium, Episcopi erit clausurae fines accurate praescribere aut legitimis de causis mutare.

Can. 598. - § 1. Intra regularium virorum clausuram ne admittantur mulieres cuiusvis aetatis, generis aut conditionis sub quovis praetextu.

§ 2. Eximuntur ab hac lege uxores eorum qui supremum actu tenent populorum principatum, cum comitatu.

Can. 599. - § 1. Si domus regularium virorum adnexum habeat convictum pro alumnis internis vel alia opera religionis propria, separata saltem aedis pars, si fieri possit, religiosorum habitationi reservetur, clausurae legi subiecta.

§ 2. Etiam in loca extra clausuram alumnis externis aut internis vel operibus religionis propriis reservata, personae alterius sexus, nisi aequa de causa et de Superioris licentia, ne admittantur.

596: C. 2, *ne clerici vel monachi saecularibus negotiis se immisceant*, III, 24, in VI°; c. 2, *de vita et honestate clericorum,* III, 1, in Clem.; Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus*, c. 19.

597 § 1: C. 11, C. XVI, q. 1; c. un., *de statu regularium*, III, 16, in VI°; Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus,* c. 5; S. Pius V, const. *«Circa pastoralis»,* 29 maii 1566, § 1; Gregorius XIII, const. *«Deo sacris»,* 30 dec. 1572, § 1; Clemens VIII, decr. *«Nullus omnino»,* 25 iul. 1599, § 11; Gregorius XV, const. *«Inscrutabili»,* 5 febr. 1622, § 2; Innocentius XIII, const. *«Apostolici ministerii»,* 23 maii 1723, § 18; Benedictus XIII, const. *«In supremo»,* 23 sept. 1724, § 15, 28; const. *«Pastoralis officii»,* 27 mart. 1726, § 3, 6; Clemens XII, const. *«Admonet Nos»,* 11 aug. 1735, § 1, 3; Benedictus XIV, const. *«Regularis disciplinae»,* 3 ian. 1742, § 1, 3-5; const. *«Salutare»,* 3 ian. 1742, § 2; ep. *«Per binas»,* 24 ian. 1747; S. C. Ep. et Reg., Capuccinorum, 18 apr. 1605, ad 1, 2, 5; ep. 20 sept. 1815; *Gandaven.,* 24 sept. 1816; S. C. C., decr. 21 sept. 1624, § 1; S. C. de Prop. Fide, decr. 26 aug. 1780; (C. P. pro Sin.), 5 mart. 1787.

Kan. 596. - Svi su redovnici dužni nositi odijelo svoje družbe i u kući i izvan kuće, ako ih od toga ne ispričava važan razlog po sudu višega Poglavara, odnosno u hitnom slučaju, i mjesnoga.

Kan. 597. - § 1. U svim kanonski osnovanim kućama regularskih redovnika i muških i ženskih, pa ma one i ne bile potpune, mora se obdržavati papinska klauzura.

§ 2. Zakon papinske klauzure zahvaća cijelu kuću, u kojoj je regularska zajednica nastanjena, zajedno s vrtovima i perivojima, u koje imaju samo redovnici pristup; no izuzeta je ne samo javna crkva s priključenom sakristijom, nego i gostinjac za pridošlice, ako postoji, i govorionica, koja po mogućnosti treba da bude blizu kućnih vrata.

§ 3. Dijelovi, koji su podvrženi zakonu klauzure moraju biti jasno označeni; a viši Poglavar ili generalni Kapitul, prema tomu kako propisuju konstitucije, odnosno Biskup, kad se radi o samostanu duvna, moraju granice klauzure točno odrediti ili ih izmijeniti iz zakonitih razloga.

Kan. 598. - § 1. U klauzuru muških regularaca ne smiju se ni pod kojom izlikom puštati ženske osobe, bilo koje dobi, roda i zanimanja.

§ 2. Od tog su zakona izuzete supruge državnih poglavara, dok su u službi, zajedno s pratnjom.

Kan. 599. - § 1. Ako kuću muških regularaca ima pripojen odgojni zavod za nutarnje pitomce ili kakva druga poduzeća vlastita družbi, treba da bude, po mogućnosti, jedan dio zgrade odvojen za stanovanje redovnika, koji će biti podvržen zakonu klauzure.

§ 2. I u ona mjesta, koja su izvan klauzure, ali su zadržana za nutarnje ili vanjske pitomce, odnosno za poduzeća družbi vlastita, ne smiju se pustiti osobe drugog spola bez opravdana razloga i dopuštenja Poglavara.

597 § 2: S. C. Ep. et Reg., *Ordinis Praedicatorum*, 24 apr. 1582; *Capuana,* 9 ian. 1595; *Arben.,* 3 iun. 1606; *Aretina,* 8 aug. 1614; S. C. C., *Ferentina,* 15 mart., 5 apr. 1794, 20 febr. 1796.

598 § 1: C. 20-22, C. XVIII, q. 2; S. Pius V, const. *«Regularium»,* 24 oct. 1566; const. *«Decet»,* 16 iul. 1570; Gregorius XIII, const. *«Ubi gratiae»,* 13 iun. 1575, § 1; Benedictus XIV, const. *«Regularis disciplinae»,* 3 ian. 1742, § 1, 3-5; Pius IX, const. *«Apostolicae Sedis»,* 12 oct. 1869, § II, n. 7; S. C. Ep. et Reg., *Narnien.,* 21 apr. 1577; *Bracharen.,* 26 iul. 1594; *Faventina,* 24 ian. 1595; *Caven.,* 22 febr. 1595, ad 3; *Capuccinorum,* 18 apr. 1605, ad 4; *Poloniae* 20 apr. 1646; *Ferrarien.,* 10 maii 1743; S. C. C., 11 mart. 1623; S. C. de Prop. Fide, decr. 26 aug. 1780; (C. P. pro Sin.), 5 mart. 1787; S. R. C., *Oriolen.,* 30 sept. 1628; *Oriolen.,* 11 iun. 1629; *Urbis et Orbis Regularium*, 5 iul. 1631; *Sulmonen.,* 24 nov. 1635; *Cusentina,* 10 dec. 1667.

Can. 600. - Intra monialium clausuram nemo, cuiusvis generis, conditionis, sexus, aetatis admittatur sine Sanctae Sedic licentia, exceptis personis quae sequuntur:

1.° Ordinario loci aut Superiori regulari, monasterium monialium visitantibus vel aliis Visitatoribus ab ipsis delegatis licet clausuram ingredi dumtaxat inspectionis causa, cautoque ut unus saltem clericus vel religiosus vir maturae aetatis eos comitetur;

2.° Confessarius vel qui eius vices gerit potest, cum debitis cautelis, ingredi clausuram ad ministranda Sacramenta infirmis aut ad assistendum morientibus;

3.° Possunt clausuram ingredi qui supremum actu tenent populorum principatum eorumque uxores cum comitatu; itemque S. R. E. Cardinales;

4.° Antistitae est, adhibitis debitis cautelis, ingressum permittere medicis, chirurgis, aliisque quorum opera sit necessaria, impetrata prius saltem habituali approbatione ab Ordinario loci; si vero necessitas urgeat nec tempus suppetat approbationem petendi, haec iure praesumitur.

Can. 601. - § 1. Nemini monialium liceat post professionem exire e monasterio, etiam ad breve tempus, quovis praetextu, sine speciali Sanctae Sedis indulto, excepto casu imminentis periculi mortis vel alius gravissimi mali.

600 4.°: C. 25, C. XVIII, q. 2; c. un., *de statu regularium*, III, 16, in VI°; Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus*, c. 5; Gregoris XIII, const. *«Deo sacris»*, 30 dec. 1572, § 1, 6; const. *«Ubi gratiae»*, 13 iun. 1575, § 1; const. *«Dubiis»*, 23 dec. 1581, § 1; Paulus V, const. *«Monialuim»*, 10 iul. 1612; Alexander VII, const. *«Felici»*, 20 oct. 1664, § 1, 3, 5; Innocentius XIII, const. *«Apostolici ministerii»*, 23 maii 1723, § 18; Benedictus XIII, const. *«In supremo»*, 23 sept. 1724, § 15, 28; const. *«Pastoralis officii»*, 27 mart. 1726, § 3, 6; Benedictus XIV, const. *«Salutare»*, 3 ian. 1742, § 1-3; ep. *«Per binas»*, 24 ian. 1747; Pius IX, const. *«Apostolicae Sedis»*, 12 oct. 1869, § II, n. 6; S. C. Ep. et Reg., *Asculana*, 1 mart. 1580; *Camerinen.*, 13 iun. 1581; *Lucana*, 29 mart. 1589; *Mantuana*, 9 iun. 1591; *Lisbonen.*, 23 aug. 1593; *Ferrarien.*, 13 iun. 1594; *Bracharen.*, 26 iul. 1594; *Aretina*, 4 sept. 1596; *Nolana*, 5 nov. 1596; *Ianuen.*, 1 dec. 1599; 26 nov. 1602; *Cracovien.*, 23 apr. 1616; *Neapolitana*, 10 iun. 1616; *Caietana*, 5 febr. 1627; *Senogallien.*, 15 ian. 1638: *Poloniae*, 20 apr. 1646; *Tranen.*, 26 ian. 1714; *Algaren.*, 20 iul. 1736; *Limana*, 19 ian. 1751; *Aesina*, 29 maii 1846, ad 1, 2; *Hispaniarum*, 16 iul. 1884, ad 1; S. C. C., *Carthaginen.*, mense maio 1585; *Civitatis Regalis in Indiis (Limana)*, mense febr. 1586, ad 24; *Regien.*, 7 mart. 1608, ad 7; *Civitatis Regum*, 17 iun. 1617; *Regien.*, 13 ian. 1624; *Giennen.*, 9 sept. 1625, ad 1; *Limana*, 12 aug. 1628, ad 2; *Cathacen.*, 17 nov. 1629, ad 2; *Regien.*, 9 nov. 1630;

Kan. 600. - U klauzuru duvna se ne smije bez dopuštenja Svete Stolice pustiti nitko bilo kojega roda, zvanja, spola i dobi, izuzevši ove osobe:

1.° Mjesni Ordinarij ili regularski Poglavar, kada obavljaju nadzorni pohod ili drugi od njih ovlašteni Pohodnici, koji smiju u klauzuru unići, ali jedino za to, da izvrše nadzor, uz uvjet, da ih pri tom prati barem jedan duhovnik ili redovnik zrele dobi;

2.° Ispovjednik ili njegov zamjenik može ući u klauzuru uz potrebite mjere opreza, u tu svrhu da podijeli Otajstva bolesnicima ili da bude kod smrtne postelje umirućih;

3.° Mogu unići u klauzuru vrhovni državni poglavari, dok su na vladi, kao i njihove supruge s pratnjom, a isto tako i S. R. C. Stožernici;

4.° Nadstojnica može dopustiti ulazak, uz potrebite mjere opreza, liječnicima, ranarnicima i drugima, od kojih je pomoć potrebita, ali treba da prije sebi za to ishodi odobrenje od mjesnog Ordinarija barem općenito za sve takve slučajeve; u hitnom slučaju, kada nema više vremena, da se traži takvo odobrenje, ono se pretpostavlja po pravu.

Kan. 601. - § 1. Nijedna duvna ne smije poslije položenih zavjeta izići iz samostana ni za najkraće vrijeme i ni pod kojom izlikom bez posebnog dopuštenja Svete Stolice, osim u slučaju neminovne smrtne pogibli ili drugog kojeg vrlo velikog zla.

Ianuen., 10 maii 1631; *Sabinen.*, 3 iul. 1632, ad 3; *Colimbrien.*, 26 maii 1640; *Catanien.*, 23 febr. 1641, ad 1; *Nullius*, 2 apr. 1661; *Florentina*, 29 iul. 1684, ad 5; *Salisburgen.*, 29 nov. 1710, 10 ian. 1711; *Lycien.*, 22 sept. 1742, ad 4-6; *Papien.*, 26 ian., 16 febr., 16 mart. 1743, ad 4-8; *Ariminen.*, 2 et 16 dec. 1747, 27 ian. 1748, ad 1-3, 5, 6, 8; *Conversana*, 13 mart., 24 apr., 8 maii 1751, ad 7, 9, 17-22; S. C. de Religiosis, 1 sept. 1912. -- Vide etiam can 552, § 2.

601 § 1: C. un., *de statu regularium*, III, 16, in VI°; Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus*, c. 5; S. Pius V, const. *«Circa pastoralis»*, 29 maii 1566, § 1; const. *«Decori»*, 1 febr. 1570, § 2; Gregorius XIII const. *«Deo sacris»*, 30 dec. 1572, § 1; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Cum Sacrarum»*, 1 iun. 1741, § 2; const. *«Salutare»*, 3 ian. 1742, § 1, 2; Pius IX, const. *«Apostolicae Sedis»*, 12 oct. 1869, § II, n. 6; S. C. S. Off. (Ratisbonen.), 22 dec. 1880, ad III; S. C. Ep. et Reg., *Perusina*, 10 apr. 1573; *Assisinaten.*, 7 oct. 1573; *Squillacen.*, 2 mart. 1575; *Assisien.*, 3 nov. 1578; *Aliphana*, 12 mart. 1591; *Nolana*, 30 sept. 1591; *Tolosana*, 9 nov. 1592; *Collen.*, 3 nov. 1593; *Tropien.*, 22 iul. 1596; *Leodien.*, 18 iun. 1627; *Gandaven.*, 13 iun. 1636; *Avenionen.*, 20 sept. 1720; ep. 20 sept. 1815; *Hispaniarum*, 16 iul. 1884, ad 2, 3; S. C. C., *Olomucen.*, 11 iul. 1665, ad 12.

§ 2. Hoc periculum, si tempus suppetat, scripto recognoscendum est a loci Ordinario.

Can. 602. - Clausura monasterii monialium ita circumsepta esse debet ut, quoad fieri potest, nullus sit in eam vel ab ea prospectus externarum personarum.

Can. 603. - § 1. Clausura monialium, etsi regularibus subiectarum, sub vigilantia est Ordinarii loci, qui potest delinquentes, regularibus viris non exceptis, poenis quoque ac censuris corrigere et coercere.

§ 2. Etiam Superiori regulari custodia clausurae monialium sibi subiectarum commissa est, qui moniales aut alios suos subditos, si quid hac in re deliquerint, poenis quoque punire potest.

Can. 604. - § 1. In domibus etiam Congregationum religiosarum sive pontificii sive dioecesani iuris clausura servetur, in quam nemo alterius sexus admittatur, nisi ii de quibus in Can. 598, § 2 et Can. 600, alique quos es iustis ac rationabilibus causis Superiores admitti posse censuerint.

§ 2. Praescriptum Can. 599 etiam domibus Congregationum religiosarum sive virorum sive mulierum applicetur.

§ 3. Episcopus in adiunctis peculiaribus, gravibusque intercedentibus causis, potest hanc clausuram, nisi agatur de religione clericali exempta, censuris munire; semper autem curet ut eadem rite servetur et quidquid in eam irrepat vitii corrigatur.

Can. 605. - Omnes quibus est clausurae custodia, sedulo advigilent ne, alienis invisentibus, inutili collocutione disciplina perturbetur et spiritus religiosus detrimentum patiatur.

---

601 § 2: Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus,* c. 5.

602: S. C. Ep. et Reg., *Reatina,* 6 nov. 1577; *Neocastren.,* 16 aug. 1594; *Bononien.,* 21 sept. 1838; S. C. C., *Urbinaten.,* 10 mart. 1663, ad 18.

603 § 1: C. un., *de statu regularium*, III, 16, in VI°; Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus*, c. 5; S. Pius V, const. *«Circa pastoralis»,* 29 maii 1566, § 2, 8; Gregorius XIII, const. *«Deo sacris»,* 30 dec. 1512, § 1; Gregorius XV, const. *«Inscrutabili»,* 5 febr. 1622, § 2, 4; Innocentius XIII, const. *«Apostolici ministerii»,* 23 maii 1723, § 18; Benedictus XIII, const. *«In supremo»,* 23 sept. 1724, § 15, 28; const. *«Pastoralis officii»,* 27 mart. 1726, § 3, 6; Clemens XII, const. *«Admonet Nos»,* 11 aug. 1735, § 1, 3; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»,* 30 mart. 1742, § 20, 24; ep. encycl. *«Gravissimo»,* 31 oct. 1749, § 3; Clemens XIII, const. *«Inter multiplices»,* 11 dec. 1758, § 5-7; Pius IX, ep. *«Quo graviora»,* 8 iul. 1862; S. C. Ep. et Reg., Pistorien., 21 nov. 1591; *Casalen.,* 9 nov. 1592; *Nucerina Paganorum*, 7 iul. 1724, 28 sept. 1725, ad 1-4; *Luceorien.,* 29 apr. 1729, ad 4; *Limana,* 19 ian. 1751; S. C. C., *Vercellen.,* 8 nov. 1617, ad 2; *Regien.,* 9 nov. 1630; *Avenionen.,* 20 aug. 1633; *Adrien. et Pennen.*, 6 maii 1656; *Auximana,* 26 ian. 1658; *Fossanen.,* 31 aug. 1658, ad 7; *Olomucen.,* 7 iun., 2 aug. 1755, ad 7.

§ 2. Da li tako nešto postoji, treba da provjeri mjesni Ordinarij, ako za to još ima vremena, i to pismenim putem.

Kan. 602. - U samostanima duvna mora klauzura biti tako ograđena, da po mogućnosti, ne mogu strane osobe vidjeti u klauzuru niti da se one vide iz nje.

Kan. 603. - § 1. Klauzura duvna, pa i onih, koje su potčinjene regularcima, stoji pod nadzorom mjesnog Ordinarija, koji može prestupnike, pa bili oni i regularci, udariti popravnim i odmaznim kaznama i kaznenim zabranama.

§ 2. I regularskom Poglavaru povjereno je čuvanje klauzure kod duvna, koje su njemu potčinjene, pa može i on duvne i druge sebi podložne osobe, ako bi u toj stvari počinile prestupak, udariti kaznama.

Kan. 604. - § 1. I u kućama redovničkih Zborova, bilo da su prvosvećeničkog ili biskupijskog prava, mora se obdržavati klauzura, u koju se ne smije pustiti nijedna osoba drugog spola, osim onih, koje su spomenute u kan. 598, § 2 i u kan. 600 i onih, za koje Poglavari iz pravednih i razumnih razloga smatraju, da se mogu pustiti.

§ 2. Odredbu kan. 599 treba primijeniti i na kuće redovničkih Zborova, bili oni muški ili ženski.

§ 3. Biskup može u posebnim prilikama i iz važnih razloga ovu klauzuru, ako se ne radi o izuzetnoj duhovničkoj redovničkoj družbi, zaštititi kaznenim zabranama; a uvijek neka vodi brigu o tom, da se propisno obdržava i da se ukloni svaka neurednost.

Kan. 605. - Svi oni, kojima je povjereno čuvanje klauzure, treba da brižno paze, da se pri posjetama stranih osoba ne ometa stega i da duh redovnički ne trpi štete.

---

603 § 2: C. un., *de statu regularium*, III, 16, in VI°; S. Pius V, const. *«Circa pastoralis»,* 29 maii 1566, § 2, 8.

604 § 3: Leo XIII, const. *«Conditae a Christo»,* 8 dec. 1900, § 2, n. IV; S. C. Ep. et Reg., *Parisien.,* 1 aug. 1839, ad 2, 3.

605: C. 21, 24, C. XVIII, q. 2; c. 8, X, *de vita et honestate clericorum*, III, 1; c. un., *de statu regularium*, III, 16, in VI°; S. C. Ep. et Reg., *Neapolitana,* 6 dec. 1838.

Can. 606. - § 1. Curent Superiores religiosi ut accurate observentur quae sive circa egressum subditorum e claustris, sive circa excipiendos vel adeundos extraneos, in propriis constitutionibus praescripta sunt.

§ 2. Superioribus fas non est, salvis praescriptis in Can. 621-624, permittere ut subditi extra domum propriae religionis degant, nisi gravi et iusta de causa atque ad tempus quo fieri potest brevius secundum constitutiones; pro absentia vero quae sex menses excedat, nisi causa studiorum intercedat, semper Apostolicae Sedis venia requiritur.

Can. 607. - Antistitae et Ordinarii locorum serio advigilent ne religiosae, citra casum necessitatis, singulae extra domum pergant.

Can. 608. - § 1. Curent Superiores ut religiosi subditi, a se designati, praesertim in dioecesi in qua degunt, cum a locorum Ordinariis vel parochia eorum ministerium requiritur ad consulendum populi necessitati, tum intra tum extra proprias ecclesias aut oratoria publica illud, salva religiosa disciplina, libenter praestent.

§ 2. Vicissim locorum Ordinarii ac parochi libenter utantur opera religiosorum, praesertim in dioecesi degentium, in sacro ministerio et maxime in administrando sacramento poenitentiae.

Can. 609. - § 1. Si ecclesia, apud quam residet communitas religiosa, sit simul paroecialis, servetur, congrua congruis referendo, praescriptum Can. 415.

§ 2. In ecclesia religiosarum a votis sive sollemnibus sive simplicibus paroecia erigi nequit.

§ 3. Advigilent Superiores ne divinorum officiorum in propriis ecclesiis celebratio catecheticae instructioni aut Evangelii exsplanationi in ecclesia paroeciali tradendae nocumentum afferat; iudicium autem utrum nocumentum afferat, necne, ad loci Ordinarium pertinet.

Can. 610. - § 1. In religionibus sive virorum sive mulierum, quibus est chori obligatio, in singulis domibus ubi quatuor saltem sint religiosi choro obligati et actu legitime non impediti, et etiam pauciores, si ita ferant constitutiones, debet ad normam constitutionum quotidie divinum officium communiter persolvi.

606: C. 7, X, *de officio iudicis ordinarii*, I, 31; Clemens VIII, decr. *«Nullus omnino»*, 25 iul. 1599, § 19; S. C. C., decr. 21 sept. 1624, § 1.

608 § 2: C. 2, *de sepulturis*, III, 7, in Clem.; c. un., *de iudiciis*, II, 1, in Extravag. com.; c. 2, *de sepulturis*, III, 6, in Extravag. com.

Kan. 606. - § 1. Redovnički Poglavari treba da vode brigu o tom, da se točno obdržava sve ono što vlastite konstitucije propisuju u pogledu izlaženja potčinjenih iz samostana ili primanja i posjećivanja stranih osoba.

§ 2. Poglavari nisu ovlašteni, uz obdržavanje propisa u kan. 621-624, dopustiti, da njihovi potčinjeni borave izvan kuće, osim iz važna i pravedna razloga i što je moguće kraće vrijeme u skladu s konstitucijama; no za izbivanje duže od šest mjeseci, osim kada se radi o izbivanju radi nauka, traži se uvijek dopuštenje od Apostolske Stolice.

Kan. 607. - Nadstojnice i mjesni Ordinariji treba da brižno paze, da redovnice ne bi bez nužde pojedinački izlazile izvan kuće.

Kan. 608. - § 1. Poglavari treba da nastoje, da njima podložni redovnici, koji su od njih za to određeni, osobito u biskupiji u kojoj borave, budu pripravno, bez povrede redovničke stege, na pomoći, kada ovu zatraže mjesni Ordinariji ili župnici za duhovne potrebe vjernika, bilo to u vlastitim crkvama i javnim bogomoljama bilo izvan istih.

§ 2. Isto tako treba da mjesni Ordinariji i župnici rado primaju pomoć, koju im pružaju redovnici, osobito oni koji prebivaju u biskupiji, za službu Božju, napose za slušanje ispovijedi.

Kan. 609. - § 1. Ako je crkva, kod koje redovnička zajednica ima svoje sijelo, ujedno i župska, treba, uz primjerenu primjenu, obdržavati propise kan. 415.

§ 2. U crkvi se redovnica, bilo svečanih bilo običnih zavjeta, ne može osnovati župa.

§ 3. Poglavari treba da paze na to, da izvršivanje bogoslužja u vlastitim crkvama, ne bi bilo na štetu pouci u kršćanskom nauku ili tumačenju Evanđelja u župskoj crkvi; sud o tom, da li je na štetu ili nije, spada na mjesnog Ordinarija.

Kan. 610. - § 1. U redovničkim družbama i muškim i ženskim, u kojima postoji obaveza moljenja u koru, mora se u skladu s konstitucijama sveta časoslovna služba izmoliti zajednički u svakoj onoj kući, gdje su barem četiri na moljenje u koru obavezana redovnika, koji nisu zakonito spriječeni, pa i manji broj, ako to traže konstitucije.

---

609 § 3: Benedictus XIV, ep. encycl. *«Etsi minime»*, 7 febr. 1742, § 15.

610 § 1: C. 1, *de celebratione missarum et aliis divinis officiis*, III, 14, in Clem.; S. C. Ep. et Reg., decr. 22 aug. 1814, n. XI; *Cenomanen.*, 19 apr. 1844.

§ 2. Missa quoque officio diei respondens secundum rubricas quotidie celebrari debet in religionibus virorum et etiam, quoad fieri possit, in religionibus mulierum.

§ 3. In eisdem religionibus sive virorum sive mulierum, sollemniter professi qui a choro abfuerunt, debent, exceptis conversis, horas canonicas privatim recitare.

Can. 611. - Omnes religiosi sive viri sive mulieres, libere possunt mittere litteras, nulli obnoxias inspectioni, ad Sanctam Sedem eiusque in natione Legatum, ad Cardinalem Protectorem, ad proprios Superiores maiores, ad Superiorem domus forte absentem, ad Ordinarium loci cui subiecti sint et, si agatur de monialibus quae sub regularium iurisdictione sunt, etiam ad Superiores maiores Ordinis; et ab istis omnibus praedicti religiosi, viri aut mulieres, litteras item nemini inspiciendas recipere.

Can. 612. - Praeter praescriptum Can. 1345, si loci Ordinarius ob causam publicam sonitum campanarum, preces aliquas vel sacra sollemnia indicat, religiosi omnes, etiam exempti, obedire debent, salvis constitutionibus et privilegiis suae cuiusque religionis.

CAPUT II.

DE PRIVILEGIIS.

Can. 613. - § 1. Quaelibet religio iis tantum privilegiis gaudet, quae vel hoc in Codice continentur, vel a Sede Apostolica directe eidem concessa fuerint, exclusa in posterum qualibet communicatione.

§ 2. Privilegia quibus gaudet Ordo regularis, competunt quoque monialibus eiusdem Ordinis, quatenus eorum sint capaces.

610 § 2: S. C. Ep. et Reg., *Ianuen.,* 18 dec. 1618; S. R. C., *Ordinis Minorum*, 13 febr. 1666, n. 6; *Ordinis Minorum Capuccinorum S. Francisci,* 7 dec. 1888, ad VII; decr. gen. 2 dec. 1891; *Ordinis Fratrum Minorum Provinciae Apuliae,* 19 ian. 1906, ad II.

610 § 3: S. C. Ep. et Reg., *Cenomanen.,* 19 apr. 1844; S. R. C., *Ordinis Praemonstratensis*, 4 aug. 1877.

§ 2. Svaki se dan mora u muškim redovničkim družbama služiti i Misa u skladu sa službom onoga dana, a po mogućnosti i u ženskima.

§ 3. U istim družbama, i muškim i ženskim, dužni su oni, koji bi bili odsutni od moljenja u koru, a imaju svečane zavjete, izuzevši braću laike, izmoliti kanonske časove zasebno.

Kan. 611. - Svi redovnici muški i ženski mogu pisma, a da ih nitko ne pregledava, slobodno slati Svetoj Stolici, njegovom Poslaniku kod odnosnog naroda, Stožerniku Zaštitniku, vlastitim višim Poglavarima, kućnom Poglavaru, ako bi on bio odsutan, mjesnom Ordinariju, kojemu su potčinjeni, a osim toga, kad se radi o duvnama, koje su pod vlašću regularaca, još i višim Poglavarima Reda; a isto tako mogu spomenuti redovnici, muški i ženski, od svih ovih primati pisma, koja nema nitko prava pregledavati.

Kan. 612. - Svi su redovnici, pa i izuzeti, dužni ne samo obdržavati odredbu kan. 1345, nego i odredbe mjesnog Ordinarija, ako on propiše zbog kakvog javnog uzroka zvonjavu, neke molitve ili svečano bogoslužje, ukoliko je to u skladu s konstitucijama i povlasticama svake pojedine redovničke družbe.

GLAVA II.

POVLASTICE

Kan. 613. - § 1. Svakoj pojedinoj redovničkoj družbi pripadaju samo one povlastice, koje su ili sadržane u ovom Kodeksu ili su joj podijeljene izravno od Svete Stolice, pa je svako sudioništvovanje u povlasticama unaprijed zabranjeno.

§ 2. Povlastice, koje pripadaju regularskom Redu, imaju i duvne istoga Reda, ukoliko kod njih postoji za to pravna sposobnost.

612: Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus*, c. 12; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»,* 30 mart. 1742, § 7; S. R. C., decr. gen. 3 apr. 1821, ad 1, 2; *Assisien.,* 16 febr. 1856, ad V.

613 § 2: S. C. Indulg., *Conimbricen.,* 28 ian. 1711; 22 apr. 1711; 28 apr. 1716; *Monialium Tertii Ordinis S. Francisci,* 3 dec. 1736; *Nolana,* 1 apr. 1743; *Monialium Ordinario locorum subiectarum*, 30 maii 1744; *Viennen. in Austria*, 26 aug. 1747; *Monialium S. Ursulae,* 16 dec. 1749; *Cameracen.,* 22 febr. 1847, ad 5; *Tertii Ordinis S. Francisci,* 18 sept. 1861; *Lincien.,* 13 iul. 1898, ad II.

Can. 614. - Religiosi, etiam laici ac novitii, fruuntur clericorum privilegiis de quibus in Can. 119-123.

Can. 615. - Regulares, novitiis non exclusis, sive viri sive mulieres, cum eorum domibus et ecclesiis, exceptis iis monialibus quae Superioribus regularibus non subsunt, ab Ordinarii loci iurisdictione exempti sunt, praeterquam in casibus a iure expressis.

Can. 616. - § 1. Regulares extra domum illegitime degentes, etiam sub praetextu accedendi ad Superiores, exemptionis privilegio non gaudent.

§ 2. Si extra domum delictum commiserint nec a proprio Superiore praemonito puniantur, a loci Ordinario puniri possunt, etsi e domo legitime exierint et domum reversi fuerint.

Can. 617. - § 1. Si in regularium aliorumve religiosorum exemptorum domibus eorumve ecclesiis abusus irrepserint, et Superior monitus prospicere neglexerit, Ordinarius loci obligatione tenetur rem ad Sedem Apostolicam statim deferendi.

§ 2. Domus autem non formata manet sub peculiari vigilantia Ordinarii loci, qui, si abusus irrepserint et fidelibus scandalo fuerint, ipse per se potest interim providere.

Can. 618. - § 1. Religiones votorum simplicium exemptionis privilegio non gaudent, nisi specialiter eisdem fuerit concessum.

§ 2. In religionibus tamen iuris pontificii Ordinario loci non licet:

614: C. 40, C. XI, q. 1; Martinus V, const. *«Ad reprimendas»,* 1 febr. 1428, § 3; S. C. C., *Milevitana,* 28 febr. 1654, ad 1. -- Vide etiam Can. 2343, § 4.

615: C. 2, 6, C. XVIII, q. 2; c. 5, 9, *de privilegiis*, V, 7, in VI°; Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus,* c. 9; S. Pius V, const. *«Etsi mendi cantium»,* 16 maii 1567, § 1, n. 17, § 2, n. 17; const. *«Ex supernae»,* 16 aug. 1567, § 2, 3; Gregorius XV, const. *«Inscrutabili»,* 5 febr. 1622, § 4; Clemens XII, const. *«Admonet Nos»,* 11 aug. 1735, § 1, 3; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»,* 30 mart. 1742, § 19; const. *«Firmandis»,* 6 nov. 1744, § 2 sq.; ep. encycl. *«Apostolicum ministerium»,* 30 maii 1753, § 5, 12, 14; Leo XIII, const. *«Romanos Pontifices»,* 8 maii 1881; S. C. Ep. et Reg., *Pistorien.,* 21 nov. 1591; *Casalen.,* 9 nov. 1592; *Vercellen.,* 5 apr. 1625; *Nanneten.,* 18 iul. 1642; declar. 19 nov. 1671, ad I, II; *Rhedonen.,* 27 febr. 1863, ad 1; S. C. C., *Moguntina,* 30 ian. 1644; S. C. de Religiosis, *Vicentina,* 3 aug. 1915.

616 § 1: C. 2, *de regularibus et transeuntibus ad religionem*, III, 8, in Extravag. com.; Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus,* c. 4.

Kan. 614. - Redovnicima, pa i braći svjetovnjacima i novacima, pripadaju duhovničke povlastice, o kojima je riječ u kan. 119-123.

Kan. 615. - Regularci, ne izuzimajući niti novake, i muški i ženski, izuzeti su, osim u slučajevima naznačenim u pravu, zajedno sa svojim kućama i crkvama, ispod poglavarske vlasti mjesnog Ordinarija, izuzevši one duvne, koje nisu potčinjene regularskim Poglavarima.

Kan. 616. - § 1. Regularci, koji su protuzakonito nalaze izvan svoje kuće, pa bilo i pod izlikom da idu k Poglavarima, nemaju povlastice izuzeća.

§ 2. Ako boraveći izvan kuće počine kakvo krivično djelo, a vlastiti ih Poglavar, prethodno upozoren, ne kazni, može ih kazniti mjesni Ordinarij, iako su zakonito bili izišli i međutim se u nju povratili.

Kan. 617. - § 1. Ako bi u kućama ili crkvama regularaca ili drugih izuzetih redovnika nastale zloupotrebe, a Poglavar, upozoren na to, stvar ne uredi, dužan je mjesni Ordinarij, da to smjesta dojavi Apostolskoj Stolici.

§ 2. Nepotpuna pak kuća podvržena je posebnom nadzoru mjesnog Ordinarija, pa ako bi nastale zloupotrebe i bile vjernicima na sablazan, tada on može i sam međutim postupati.

Kan. 618. - § 1. Redovničke družbe s običnim zavjetima nemaju povlastice izuzeća, ako im nije iznimno podijeljena.

§ 2. No u redovničkim družbama prvosvećeničkog prava Ordinarij ipak ne smije:

616 § 2: C. 1, *de privilegiis*, V, 7, in VI°; Conc. Trident., sess. VI, *de ref.,* c. 3; sess. VII, *de ref.,* c. 14; sess. XXV, *de regularibus,* c. 14; S. Pius V, const. *«Etsi mendicantium»,* 16 maii 1567, § 1, n. 16, § 2, n. 16; const. *«Ex supernae»,* 16 aug. 1567, § 2, 3; Clemens VIII, const. *«Suscepti muneris»,* 23 febr. 1596, § 3; Innocentius X, const. *«Cum sicut»,* 14 maii 1648, § 4, I, ad 12, 16; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»,* 30 mart. 1742, § 24; ep. *«Pontificia»,* 27 maii 1746; ep. encycl. *«Apostolicum ministerium»,* 30 maii 1753, § 15; S. C. Ep. et Reg., ep. 18 nov. 1835; ep. 11 dec. 1835; S. C. C., *Vicentina,* 14 dec. 1652; *Cortonen.,* 16 maii 1654; *Matheranen.,* 2 aug. 1681; S. C. de Religiosis, decr. 21 nov. 1908, n. I, 14°.

618 § 1: Leo XIII, const. *«Conditae a Christo»,* 8 dec. 1900, § 1, 2, n. V, VIII, X; Pius X, motu propr. *«Dei providentis»,* 15 iul. 1906, n. V; S. C. Ep. et Reg., *Congregationis Presbyterorum Saecularium,* 16 sept. 1864, ad 2.

1.° Constitutiones ullatenus immutare aut de re oeconomica cognoscere, salvo praescripto Can. 533-535;

2.° Sese ingerere in regimen internum ac disciplinam, exceptis casibus in iure expressis; nihilominus in religionibus laicalibus ipse potest ac debet inquirere num disciplina ad constitutionum normam vigeat, num quid sana doctrina morumve probitas detrimenti ceperit, num contra clausuram peccatum sit, num Sacramenta aequa stataque frequentia suscipiantur; et, si Superiores de gravibus forte abusibus admoniti opportune non providerint, ipse per se consulat; si qua tamen maioris momenti occurrant, quae moram non patiantur, decernat statim; decretum vero ad Sanctam Sedem deferat.

Can. 619. - In omnibus in quibus religiosi subsunt Ordinario loci, possunt ab eodem etiam poenis coerceri.

Can. 620. - Per indultum ab Ordinario loci legitime concessum, obligatio legis communis cessat quoque pro religiosis omnibus in dioecesi commorantibus, salvis votis et constitutionibus propriis cuiusvis religionis.

Can. 621. - § I. Regulares, qui ex instituto mendicantes vocantur et sunt, eleemosynas in dioecesi, ubi eorum religiosa domus est constituta, quaerere valent de sola Superiorum suorum licentia; extra dioecesim vero indigent praeterea licentia scripto data ab Ordinario loci in quo eleemosynas colligere cupiunt.

§ 2. Hanc licentiam Ordinarii locorum, praecipue dioecesium finitimarum, nisi gravibus et urgentibus de causis, ne denegent neve revocent, si religiosa domus ex mendicatione in sola dioecesi, in qua est constituta, vivere nullo modo possit.

618 § 2. 2.°: Leo XIII, const. *«Conditae a Christo»,* 8 dec. 1900, § 2, n. I, II, IV, IX, XI; S. C. Ep. et Reg., *Pinerolien.,* 28 iul. 1837, ad 4 et 3 maii 1839; litt. 14 maii 1872.

619: Gregorius XV, const. *«Inscrutabili»,* 5 febr. 1622, § 4, 6; Innocentius X, const. *«Cum sicut»,* 14 maii 1648, § 4, II, ad 4; Clemens XII, const. *«Admonet Nos»,* 11 aug. 1735, § 1, 3; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»,* 30 mart. 1742, § 19; const. *«Firmandis»,* 6 nov. 1744, § 3; ep. encycl. *«Apostolicum ministerium»,* 30 maii 1753, § 14; S. C. Ep. et Reg., *Zagabrien.,* 14 dec. 1674; S. C. C., *Limana,* 16 apr. 1633; *Vercellen.,* 21 mart. 1642, ad 8.

1.° Bilo što mijenjati u konstitucijama ili određivati u imovinskim stvarima; uz obržavanje kan. 533-535;

2.° Miješati se u unutarnje upravljanje i stegu, osim u onim slučajevima, koji su predviđeni u pravu; no zato ipak može i mora ispitivati u pogledu svjetovnjačkih redovničkih družbi, da li u njima vlada stega u skladu s konstitucijama, da li se ne povređuje zdrav nauk i valjano ćudoređe, da li se ne griješi protiv klauzure, da li se Otajstva primaju propisno i često; pa ako Poglavari, upozoreni na možebitne veće zloupotrebe, stvar ne urede, neka on to sam učini; no ako bi se slučilo nešto važnije, što ne dopušta odgađanja, neka smjesta izda odluku, a onda je podnese Sv. Stolici.

Kan. 619. - U svemu onomu, u čemu su redovnici podložni mjesnom Ordinariju, u tomu ih može i kaznama udariti.

Kan. 620. - Snagom pogodnosti, koju je propisno podijelio mjesni Ordinarij, prestaje obaveza općeg zakona i za sve redovnike, koji u biskupiji borave, ali uvijek ostaju i dalje na snazi zavjeti i vlastite konstitucije svake pojedine redovničke družbe.

Kan. 621. - § 1. Oni regularci, koji se od svog osnutka nazivaju i jesu prosjački, ovlašteni su na osnovu samoga dopuštenja od strane svojih Poglavara sakupljati milostinju u onoj biskupiji, u kojoj se nalazi njihova redovnička kuća; no izvan te biskupije treba im povrh toga pismeno dopuštenje od mjesnog Ordinarija, u čijoj biskupiji žele sakupljati milostinju.

§ 2. To dopuštenje neka mjesni Ordinariji, osobito u susjednim biskupijama, ne uskrate i ne opozovu bez važnih i hitnih razloga, ako redovnička kuća ne bi nikako mogla živjeti od prošnje u samoj onoj biskupiji u kojoj se nalazi.

621 § 1: S. Pius V, const. *«Etsi mendicantium»,* 16 maii 1567, § 1, n. 15, § 2, n. 15; S. C. Ep. et Reg., *Salernitana,* 8 nov. 1581; *Bracharen.,* 2 aug. 1594; *Feltren.,* 15 febr. 1595; *Carmelitarum,* 9 ian. 1608; *Conventualium Nucerinorum,* 21 ian. 1611; *Capuccinorum,* 5 oct. 1646; *Hipporegien.,* 25 maii 1703; S. C. C., *Pisana,* 12 iun. 1608; S. C. de Religiosis, decr. 21 nov. 1908, n. I, 1°, 2°.

621 § 2: S. C. de Religiosis, decr. 21 nov. 1908, n. I, 3°, 4°.

Can. 622. - § 1. Alii omnes religiosi Congregationum iuris pontificii, sine peculiari Sanctae Sedis privilegio, stipem petere prohibentur; quibus, si hoc privilegium impetraverint, opus erit praeterea licentia scripto data ab Ordinario loci, nisi aliter in ipso privilegio cautum fuerit.

§ 2. Religiosi Congregationum iuris dioecesani stipem quaeritare nequaquam possunt sine licentia scripto data tum ab Ordinario loci in quo sita est eorum domus, tum ab Ordinario loci in quo stipem quaerere cupiunt.

§ 3. Religiosis, de quibus in §§ 1 et 2 huius canonis, Ordinarii locorum licentiam quaeritandae stipis ne concedant, praesertim ubi sunt conventus regularium nomine et re mendicantium, nisi sibi constet de vera domus vel pii operis necessitate, cui alio modo occurri nequeat; quod si necessitati provideri possit stipe quaerenda intra locum seu districtum vel dioecesim in qua iidem commorantur, ampliorem licentiam ne largiantur.

§ 4. Sine authentico et recenti rescripto Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, Ordinarii latini nec sinant orientalem ullum cuiusvis ordinis et dignitatis in proprio territorio pecuniam colligere, nec suum subditum in orientales dioeceses ad eundem finem mittant.

Can. 623. - Non licet Superioribus stipem colligendam committere, nisi professis aetate animoque maturis, maxime si de mulieribus agatur, nunquam autem iis qui in studia adhuc incumbunt.

Can. 624. - Quod vero attinet ad modum in quaeritanda stipe servandum et ad disciplinam a quaestuantibus custodiendam, religiosi utriusque sexus stare debent instructionibus a Sede Apostolica hac de re datis.

---

622 § 1: Leo XIII, const. *«Conditae a Christo»,* 8 dec. 1900, § 2, n. VII; S. C. Ep. et Reg., decr. *«Singulari»,* 27 mart. 1896, n. 2, 4; S. C. de Religiosis, decr. 21 nov. 1908, n. II, 1°.

622 § 2: S. C. Ep. et Reg., decr. *«Singulari»,* 27 mart. 1896, n. 3; S. C. de Religiosis, decr. 21 nov. 1908, n. II, 2°.

622 § 3: S. C. Ep. et Reg., decr. *«Singulari»,* 27 mart. 1896, n. 5; S. C. de Religiosis, decr. 21 nov. 1908, n. II, 3°.

622 § 4: Alexander VIII, const. *«Alias emanavit»,* 21 oct. 1690, § 1, 3; Clemens XII, const. *«Dudum»,* 26 mart. 1736, § 3; S. C. de Religiosis, decr. 21 nov. 1908, n. II, 5°; S. C. de Prop. Fide (C. G.), decr. 4 febr. 1677; litt. encycl. 24 sept. 1882; ep. circularis 1 ian. 1912.

Kan. 622. - § 1. Svima je drugim redovnicima iz redovničkih Zborova prvosvećeničkog prava zabranjeno bez posebne povlastice od Svete Stolice, sakupljati priloge; a ako dobiju tu povlasticu, treba im povrh toga još i pismeno dopuštenje od mjesnog Ordinarija, ako nije u samoj povlastici drugačije predviđeno.

§ 2. Redovnici iz redovničkih Zborova biskupijskog prava nikako ne smiju prikupljati priloge bez pismena dopuštenja i od mjesnog Ordinarija, u čijoj se biskupiji nalazi njihova kuća, i od mjesnog Ordinarija, gdje žele skupljati priloge.

§ 3. Mjesni Ordinariji neka ne dadu redovnicima, o kojima je riječ u §§ 1 i 2 ovoga kanona, dopuštenje za sakupljanje priloga, napose ne ondje, gdje se nalaze samostani i po imenu i u stvari prosjačkih regularaca, ako nisu stekli uvjerenje, da se odnosna kuća ili pobožno djelo zaista nalazi u nuždi, kojoj nema druge pomoći; kada se ovoj nuždi može doskočiti sakupljanjem priloga u mjestu ili okolici odnosno biskupiji, u kojoj oni prebivaju, neka im se ne daju daljnja dopuštenja.

§ 4. Bez vjerodostojnog i nedavno izdanog otpisa Zbora za istočnu Crkvu, latinski Ordinariji neka ne dopuštaju nijednomu istočnjaku bilo kojega reda i dostojanstva sakupljati novac na njihovom području, a isto tako neka ne šalju u tu svrhu svojega podložnika u istočnjačke biskupije.

Kan. 623. - Poglavari smiju sakupljanje priloga povjeriti samo zavjetovanim redovnicima zrelije dobi i duha, osobito kada se radi o ženskima, nikada pak takvima, koji su još na naucima.

Kan. 624. - Što se tiče načina, kojega se valja pri sakupljanju priloga držati i redovničke stege, koju sakupljači moraju očuvati, treba da se redovnici jednoga i drugoga spola drže naputaka izdanih u toj stvari od Apostolske Stolice.

623: S. C. Ep. et Reg., *Senen.,* 8 maii 1576; decr. *«Singulari»,* 27 mart. 1896, n. 8; S. C. de Religiosis, decr. 21 nov. 1908, n. I, 7°, 8°, n. II, 9°.

624: S. C. Ep. et Reg., *Parmen.,* 18 iun. 1574; *Senen.,* 8 maii 1576; *Derthonen.,* 9 sept. 1586; *Aretina,* 21 ian. 1593; decr. *«Singulari»,* 27 mart. 1896, n. 8; S. C. de Religiosis, decr. 21 nov. 1908, n. I, 8°- 13°, n. II, 9°, 10°.

Can. 625. - Abbates regulares de regimine, legitime electi, debent intra tres menses ab electione benedictionem accipere ab Episcopo dioecesis in qua monasterium situm est; postquam vero benedictionem receperint, praeterquam potestate conferendi ordines ad normam Can. 964, n. 1, fruuntur privilegiis de quibus in Can. 325, excepto pileolo violaceo.

CAPUT III.

DE OBLIGATIONIBUS ET PRIVILEGIIS RELIGIOSI AD ECCLESIASTICAM DIGNITATEM PROMOTI VEL PAROECIAM REGENTIS.

Can. 626. - § 1. Religiosus nequit, sine Sedis Apostolicae auctoritate, ad dignitates, officia aut beneficia promoveri, quae cum statu religioso componi non possint.

§ 2. Legitime ab aliquo collegio electus, nequit electioni assentiri sine licentia Superioris.

§ 3. Si voto teneatur non acceptandi dignitates, specialis Romani Pontificis dispensatio est necessaria.

Can. 627. - § 1. Religiosus, renuntiatus Cardinalis aut Episcopus sive residentialis sive titularis, manet religiosus, particeps privilegiorum suae religionis, votis ceterisque suae professionis obligationibus adstrictus, exceptis iis quas cum sua dignitate ipse prudenter iudicet componi non posse, salvo praescripto Can. 628.

§ 2. Eximitur tamen a potestate Superiorum et, vi voti obedientiae, uni Romano Pontifici manet obnoxius.

625: C. I, X, *de supplenda negligentia praelatorum*, I, 10; c. 3, *de privilegiis*, V, 7, in VI°; Benedictus XIII, const. *«Commissi Nobis»*, 6 maii 1725, § 1, 2; S. C. C., *Posnanien.*, 16 apr. 1639; *Colonien. seu Leodien.*, 14 iun., 20 aug. 1738, ad 1; S. R. C., *Eugubina*, 17 iul. 1604, ad 3; *Brixinen.*, 24 iul. 1638; *Barcinonen.*, 11 iul. 1739; *Bahien. in Brasilia*, 23 maii 1846, ad 3; *Ordinis Monachorum Sancti Basilii*, 18 dec. 1846; *Sancti Hippolyti*, 31 aug. 1867, ad VIII; *Liverpolitana*, 13 iun. 1902; Pontificale Rom., tit. *De benedictione abbatis.*

Kan. 625. - Regularski Opati na upravi, dužni su, pošto budu izabrani, u toku od tri mjeseca po izboru primiti blagoslov od Biskupa one biskupije, u kojoj se nalazi njihov samostan; a kada blagoslov prime, imaju povrh toga, što im pripada vlast podjeljivati redove prema kan. 964, br. 1, još i povlastice spomenute u kan. 325, izuzevši upotrebu ljubičaste kapice.

GLAVA III.

DUŽNOSTI I POVLASTICE REDOVNIKA, KOJI JE PODIGNUT NA CRKVENO DOSTOJANSTVO ILI UPRAVLJA ŽUPOM

Kan. 626. - § 1. Bez naročite odredbe Apostolske Stolice ne mogu se redovniku podijeliti dostojanstva, službe ili nadarbine, koje su nespojive s redovničkim staležom.

§ 2. Koji je zakonito izabran od nekog Zbora, ne može primiti izbora bez dopuštenja Poglavareva.

§ 3. Ako bi bio zavjetom vezan ne primati dostojanstva, potreban mu je posebni oprost od Rimskog Prvosvećenika.

Kan. 627. - § 1. Redovnik, koji je imenovan Stožernikom ili Biskupom bilo sjedišnim bilo naslovnim, ostaje i dalje redovnikom, pa mu pripadaju povlastice njegove družbe i obavezan je na zavjete i dužnosti svojega staleža, izuzevši ono, što se po njegovom razložnom sudu ne može složiti s njegovim dostojanstvom, uz obdržavanje propisa kan. 628.

§ 2. No ipak nije više pod vlašću Poglavara, nego je krepošću zavjeta poslušnosti podvrgnut jedino Rimskom Prvosvećeniku.

---

626 § 1: Benedictus XIV, const. *«Cum nuper»*, 8 nov. 1751, § 1; Leo XIII, const. *«Romanos Pontifices»*, 8 maii 1881; S. C. Consist., 5 iul. 1915.

626 § 2: C. 27, *de electione et electi potestate*, I, 6. in VI°; c. 2, *de electione*, I, 3, in Extravag. com.

626 § 3: Urbanus VIII, const. *«Cum sicut accepimus»*, 21 maii 1635, § 4; const. *«Honorum»*, 24 febr. 1643, § 2.

627 § 1: Alexander VII, const. *«Quia Ecclesia»*, 26 iul. 1662; Benedictus XIII, const. *«Custodes»*, 7 mart. 1726, § 5; S. C. Ep. et Reg., *Alexien.*, 6 maii 1864.

Can. 628. - Religiosus ad dignitatem episcopalem vel aliam extra propriam religionem evectus:

1.° Si per professionem dominium bonorum amiserit, bonorum quae ipsi obveniunt, habet usum, usumfructum et administrationem; proprietatem vero Episcopus residentialis, Vicarius Apostolicus, Praefectus Apostolicus, acquirit dioecesi, vicariatui, praefecturae; ceteri, Ordini vel Sanctae Sedi, ad normam Can. 582, salvo praescripto Can. 239, § 1, n. 19;

2.° Si per professionem dominium bonorum non amiserit, bonorum quae habebat, recuperat usum, usumfructum et administrationem; quae postea ipsi obveniant, sibi plene acquirit;

3.° In utroque autem casu de bonis, quae ipsi obveniunt non intuitu personae, debet disponere secundum offerentium voluntatem.

Can. 629. - § 1. Dimisso cardinalatu vel episcopatu vel expleto munere extra religionem sibi a Sede Apostolica commisso, religiosus ad religionem redire tenetur.

§ 2. Potest tamen Cardinalis et Episcopus religiosus quamlibet suae religionis domum eligere in qua degat; sed caret voce activa et passiva.

Can. 630. - § 1. Religiosus, qui paroeciam regit sive titulo parochi sive titulu vicarii, manet adstrictus ad observationem votorum et constitutionum, quatenus haec observatio potest cum muneris sui officiis consistere.

§ 2. Quare, in iis quae ad religiosam disciplinam attinent, subest Superiori, cuius proinde est, et quidem privative respectu Ordinarii loci, in eius agendi rationem circa haec omnia inquirere eumque, si casus ferat, corrigere.

628 3.°: C. 1, C. XVIII, q. 1; S. C. C., *Neapolitana,* 7 dec. 1639; S. C. de Prop. Fide, 4 mart. 1716; (C. G.), 10 nov. 1716; (C. G.), 22 dec. 1716; (C. P. pro Sin.), 28 sept. 1725; decr. 17 aug. 1772.

629 § 1: Benedictus XIII, const. «*Custodes*», 7 mart. 1726, § 7.

Kan. 628. - Redovnik, koji je podignut na biskupsko dostojanstvo ili na drugo izvan svoje redovničke družbe:

1.° Ako je zavjetovanjem izgubio sposobnost posjedovati imovinu, pripada mu za imovinu, koja mu pridođe, upotreba, uživanje plodova i upravljanje; a pravo vlasništva pripada, kad se radi o sjedišnom Biskupskom Apostolskom Namjesniku i Predstojniku, biskupiji, namjesništvu ili predstojništvu; kad se radi o drugima, Redu ili Svetoj Stolici u skladu s kan. 582; no ipak vrijedi i odredba kan. 239, § 1, br. 19;

2.° Ako zavjetovanjem nije izgubio imovinske sposobnosti, zadobiva natrag upotrebu, uživanje plodova i upravljanje u pogledu one imovine, koju je imao, a u pogledu one, koja mu poslije pridođe, pripada mu potpuno pravo vlasništva.

3.° U jednom i drugom slučaju dužan je, da u pogledu one imovine, koja mu nije dana s obzirom na njegovu osobu kao takovu, raspolaže u skladu s voljom darovalaca.

Kan. 629. - § 1. Pošto je napustio stožerničko ili biskupsko dostojanstvo, odnosno pošto izvrši dužnost, koja mu je bila izvan redovničke družbe od Apostolske Stolice povjerena, redovnik je dužan povratiti se u družbu.

§ 2. Ipak može takav redovnik, koji je Stožernik ili Biskup, sebi odabrati bilo koju kuću svoje redovničke družbe, u kojoj će prebivati; ali mu ne pripada pravo ni da bira ni da bude izabran.

Kan. 630. - § 1. Redovnik, koji upravlja župom bilo kao župnik bilo kao namjesnik, vezan je i dalje na svoje zavjete i na konstitucije, ukoliko se to može spojiti s dužnostima njegove službe.

§ 2. Stoga je on u svemu, što spada na redovničku stegu, potčinjen Poglavaru, pa zato pripada samo ovomu, a ne i mjesnom Ordinariju, pravo, da u pogledu svega toga ispituje njegovo ponašanje i da ga, ako treba, pozove na red.

629 § 2: Paulus IV, const. «*In sacra*», 19 iul. 1559; Benedictus XIII, const. «*Custodes*», 7 mart. 1726, § 8.

630 § 2: C. 6, C. XVI, q. 2; Benedictus XIV, const. «*Firmandis*», 6 nov. 1744, § 8. -- Vide etiam Can. 296, § 2.

§ 3. Bona quae ipsi obveniunt intuitu paroeciae cui praeficitur, ipsi paroeciae acquirit; cetera acquirit ad instar aliorum religiosorum.

§ 4. Non obstante voto paupertatis, eidem licet eleemosynas in bonum paroecianorum, vel pro scholis catholicis aut locis piis paroeciae coniunctis, quovis modo oblatas accipere aut colligere, et acceptas sive collectas administrare, itemque, servata offerentium voluntate, pro prudenti suo arbitrio, erogare, salva semper vigilantia sui Superioris; sed eleemosynas pro ecclesia paroeciali aedificanda, conservanda, instauranda, exornanda accipere, apud se retinere, colligere aut administrare pertinet ad Superiores, si ecclesia sit communitatis religiosae; secus ad loci Ordinarium.

Can. 631. - § 1. Idem parochus vel vicarius religiosus, licet ministerium exerceat in domo seu loco ubi maiores Superiores religiosi ordinariam sedem habent, subest immediate omnimodae iurisdictioni, visitationi et correctioni Ordinarii loci, non secus ac parochi saeculares, regulari observantia unice excepta.

§ 2. Ordinarius loci, ubi eum suo muneri defecisse compererit, opportuna decreta condere ac meritas in eum poenas statuere potest; in quo nihilominus Ordinarii facultates minime privativae sunt, sed Superior ius cumulativum cum ipso habet, ita tamen ut, si aliter a Superiore, aliter ab Ordinario decerni contingat, decretum Ordinarii praevalere debeat.

§ 3. Quod attinet ad parochi vel vicarii religiosi remotionem e paroecia, servetur praescriptum Can. 454, § 5; et quod ad bona temporalia, praescriptum Can. 533, § 1, n. 4, et Can. 535, § 3, n. 2.

630 § 3: Leo XIII, const. «*Romanos Pontifices*», 8 maii 1881.

631 § 1: C. 6, C. XVI, q. 2; c. 9, *de privilegiis*, V, 7, in VI°; Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus*, c. 11; Gregorius XV, const. «*Inscrutabili*», 5 febr. 1622, § 2, 4; Clemens XII, const. «*Admonet Nos*», 11 aug. 1735, § 1, 3; Benedictus XIV, const. «*Ad militantis*», 30 mart. 1742, § 8, 19; const. «*Firmandis*», 6 nov. 1744, § 2, 8-10; Clemens XIII, const. «*Inter multiplices*», 11 dec. 1758, § 5-7; S. C. Ep. et Reg., *Perusina*, 11 ian. 1578; S. C. C., *Guardien.*, 22 sept. 1600; *Manilen.*, 9 maii 1626; *Olomucen.*, 11 iul. 1665, 7 iun., 2 aug. 1755, ad 1. -- Vide etiam Can. 296, § 1.

§ 3. Vlasništvo imovine, koju dobije s obzirom na župu, pripada samoj toj župi; u pogledu vlasništva druge imovine vrijedi ono, što je propisano za sve druge redovnike.

§ 4. Slobodno mu je, bez obzira na zavjet siromaštva, primati bilo kojim načinom darovane milodare u korist župljana i sabirati ih, a s primljenima ili sabranima upravljati, pa i izdavati ih po svom razboritom sudu u skladu s voljom darovalaca, ali pravo nadzora pripada uvijek Poglavaru; no ako je crkva u vlasništvu redovničke zajednice, tada pravo primati milodare za izgradnju, uzdržavanje, popravke i ures župske crkve, kod sebe ih držati, sabirati i njima upravljati spada na Poglavare, a inače na mjesnog Ordinarija.

Kan. 631. - § 1. Takav redovnički župnik ili župski namjesnik spada i u slučaju, kada svoju službu vrši u kući ili mjestu, gdje imaju viši redovnički Poglavari svoje sjedište, u svemu neposredno pod poglavarsku vlast, nadzorni pohod i vlast karanja mjesnog Ordinarija, jednako kao i svjetovni župnici, izuzevši jedino ono, što spada na redovnički život.

§ 2. Mjesnom Ordinariju pripada pravo, da izda u slučajevima, kada bi našao, da je takav redovnik povrijedio svoje dužnosti, primjerene odredbe i izrekne protiv njega zaslužene kazne; no u tom nisu Ordinarijeva ovlaštenja nipošto isključiva, nego i Poglavaru pripada uporedno s njim to isto pravo, no ipak na taj način, da odredba Ordinarijeva ima prednost, ako bi se dogodilo, da Poglavar odredi jedno, a Ordinarij drugo tomu protivno.

§ 3. Što se tiče premještaja župnika ili župskog namjesnika sa župe, treba se držati odredbe kan. 454, § 5; a što se tiče imovine odredaba kan. 533, § 1, br. 4, i kan. 535, § 3, br. 2.

631 § 2: Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. «*Dum intra*», 19 dec. 1516, § 3; Gregorius XV, const. «*Inscrutabili*», 5 febr. 1622, § 2, 4; Clemens XII, const. «*Admonet Nos*», 11 aug. 1735, § 1, 3; Benedictus XIV, const. «*Ad militantis*», 30 mart. 1742, § 8, 19; const. «*Firmandis*», 6 nov. 1744, § 3, 9, 10. -- Vide etiam Can. 296, § 2.

TITULUS XIV.

DE TRANSITU AD ALIAM RELIGIONEM.

Can. 632. - Religiosus nequit ad aliam religionem, etiam strictiorem, vel e monasterio sui iuris ad aliud transire sine auctoritate Apostolicae Sedis.

Can. 633. - § 1. Transiens ad aliam religionem novitiatum peragere debet; quo durante, manentibus votis, iura et obligationes particulares, quas in religione derelicta habuit, suspensa manent, et ipse obligatione tenetur Superioribus novae religionis et ipsi novitiorum Magistro parendi etiam ratione voti obedientiae.

§ 2. Si in religione ad quam transiit, professionem non edat, ad pristinam religionem redire debet, nisi interim votorum tempus exspiraverit.

§ 3. Transiens ad aliud monasterium eiusdem Ordinis nec novitiatum peragit nec novam emittit professionem.

Can. 634. - Sollemniter professus aut professus a votis simplicibus perpetuis, si transierit ad aliam religionem cum votis sollemnibus vel simplicibus perpetuis, post novitiatum, praetermissa professione temporaria, de qua in Can. 574, vel admittatur ad professionem sollemnem aut simplicem perpetuam vel ad pristinam redeat religionem; ius tamen est Superiori eum probandi diutius, sed non ultra annum ab expleto novitiatu.

Can. 635. - Transeuntes ad aliud monasterium eiusdem religionis a die transitus, ad aliam vero religionem ab edita nova professione:

1.° Amittunt omnia iura et obligationes prioris religionis vel monasterii et alterius iura et officia suscipiunt;

632: Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus*, c. 19.

NASLOV XIV.

PRIJELAZ U DRUGU REDOVNIČKU DRUŽBU

Kan. 632. - Redovnik ne može bez odredbe Apostolske Stolice prijeći u drugu redovničku družbu, pa niti u strožu, niti iz jednog samosvojnog samostana u drugi.

Kan. 633. - § 1. Tko prelazi u drugu družbu, mora izvršiti novaštvo; za to ga vrijeme vežu zavjeti, dok su mu posebna prava i dužnosti, što ih je imao u prijašnoj redovničkoj družbi, obustavljena, a dužan je pokoravati se Poglavarima nove družbe, pa i istomu Učitelju novaka, također i po zavjetu poslušnosti.

§ 2. Ako u redovničkoj družbi, u koju je prešao, ne bi položio zavjeta, dužan je povratiti se u prijašnju družbu, ako mu nije međutim prošlo vrijeme zavjeta.

§ 3. Tko prelazi iz jednoga samostana u drugi od istoga Reda ne svršava novaštva niti ponovno polaže zavjete.

Kan. 634. - Koji je položio svečane ili obične vječne zavjete, mora se, ako prijeđe u drugu redovničku družbu sa svečanim ili običnim vječnim zavjetima, po svršenom novaštvu, bez polaganja privremenih zavjeta, o kojima je riječ u kan. 574, odmah pripustiti ili k svečanim ili k običnim vječnim zavjetima, ili se mora povratiti u prijašnju družbu; no ipak mu Poglavar može produžiti kušnju, ali ne duže od jedne godine po svršenom novaštvu.

Kan. 635. - Koji su prešli u drugi samostan iste redovničke družbe, od dana prijelaza, a koji su prešli u drugu družbu, od dana, u koji su položili nove zavjete:

1.° Gube sva prava i obaveze prijašnje družbe odnosno samostana, a primaju prava i dužnosti nove;

2.° Religio vel monasterium *a quo* bona servat, quae ipsius religiosi ratione iam ei quaesita fuerunt; quod spectat ad dotem eiusve fructus et alia bona personalia, si qua habeat religiosus, servandum praescriptum Can. 551, § 2; demum nova religio ius habet pro novitiatus tempore ad iustam retributionem, si eidem locus sit ad normam Can. 570, § 1.

Can. 636. - Sollemnitas votorum in eo qui legitime secundum superiores canones vota simplicia in Congregatione religiosa nuncupat, eo ipso exstinguitur, nisi aliud in apostolico indulto expresse caveatur.

2.° Družba odnosno samostan, *iz kojega* se prelazi, zadržava onu imovinu, koja je po tome redovniku već prešla u njezino vlasništvo; što se tiče miraza ili prihoda od njega i druge osobne imovine, ako bi je redovnik imao, mora se obdržavati odredba kan. 551, § 2; konačno ima nova družba pravo na pravednu odštetu za vrijeme provedeno u novaštvu, ako takvoj ima mjesta prema propisima kan. 570, § 1.

Kan. 636. - Svečani zavjeti redovnika, koji prešavši u skladu s prednjim kanonima u koji redovnički Zbor, polaže samo obične zavjete, tim samim gube svoj svečani značaj, ako u apostolskom otpisu nije drugačije predviđeno.

TITULUS XV.

DE EGRESSU E RELIGIONE.

Can. 637. - Professus a votis temporariis, expleto votorum tempore, libere potest religionem deserere; pariter religio ob iustas ac rationabiles causas eundem potest a renovandis votis temporariis vel ab emittenda professione perpetua excludere, non tamen ratione infirmitatis, nisi certo probetur eam ante professionem fuisse dolose reticitam aut dissimulatam.

Can. 638. - Indultum manendi extra claustra, sive temporarium, idest indultum *exclaustrationis,* sive perpetuum, idest indultum *saecularizationis,* sola Sedes Apostolica in religionibus iuris pontificii dare potest; in religionibus iuris dioecesani etiam loci Ordinarius.

Can. 639. - Qui indultum exclaustrationis ab Apostolica Sede impetravit, votis ceterisque suae professionis obligationibus, quae cum suo statu componi possunt, manet obstrictus; exteriorem tamen debet habitus religiosi formam deponere; perdurante tempore indulti caret voce activa et passiva, sed gaudet privilegiis mere spiritualibus suae religionis, et Ordinario territorii ubi commoratur, loco Superiorum propriae religionis, subditur etiam ratione voti obedientiae.

Can. 640. - § 1. Qui, impetrato saecularizationis indulto, religionem relinquit:

1.° A sua religione separatur, habitus eiusdem exteriorem formam debet deponere, et in Missa et horis canonicis, in usu et dispensatione Sacramentorum saecularibus assimilatur;

637: S. C. Ep. et Reg., *Capuccinorum,* 10 mart. 1650; *Ordinis S. Benedicti,* 13 maii 1904, ad 2.

638: Leo XIII, const. *«Conditae a Christo»,* 8 dec. 1900, § 1, n. VIII, § 2, n. II; S. C. S. Off. (Novae Aureliae), 2 aug. 1876; S. C. Ep. et Reg., *Viennen. et Sancti Hippolyti,* 20 sept. 1840, ad 1; *Herbipolen.,* 9 iun. 1854; *Bellovacen.,* 21 apr. 1903; S. C. super

NASLOV XV.

ISTUP IZ REDOVNIČKE DRUŽBE

Kan. 637. - Redovnik, koji je položio privremene zavjete, slobodno može napustiti redovničku družbu, pošto vrijeme zavjeta prođe; isto tako može mu i družba iz pravednih i razumnih razloga ne dati, da obnovi privremene ili položi vječne zavjete, ali se to ne smije učiniti zbog bolesti, ako nije sa sigurnošću utvrđeno, da je bila zlonamjerno prešućena ili pritajena.

Kan. 638. - Pogodnost da se boravi izvan samostana, bilo da je ta pogodnost samo privremena, to jest pogodnost običnog *boravljenja izvan samostana*, bilo da je trajna, to jest pogodnost *povraćaja u svijet*, može u redovničkim družbama prvosvećeničkog prava podijeliti samo Apostolska Stolica; a u družbama biskupijskog prava i mjesni Ordinarij.

Kan. 639. - Tko je primio od Apostolske Stolice pogodnost običnog boravljenja izvan samostana, ostaje i dalje vezan zavjetima i ostalim dužnostima svojega staleža, koje se s njegovim stanjem mogu složiti; ipak treba da odloži izvanjsku redovničku odjeću; za vrijeme dok mu traje pogodnost, nema prava ni birati ni biti biran, ali uživa sve čisto duhovne povlastice svoje družbe, a mjesto Poglavarima vlastite redovničke družbe, potčinjen je Ordinariju područja, u kojemu boravi, također po zavjetu poslušnosti.

Kan. 640. - § 1. Tko napusti družbu, pošto primi pogodnost povraćaja u svijet:

1.° Odvaja se od svoje redovničke družbe, mora odložiti izvanjski oblik njezine nošnje, te se u pogledu Mise i časoslova, kao i primanja i dijeljenja Otajstava izjednačuje sa svjetovnim duhovnicima;

Statu Regularium, declar. 12 iun. 1858, n. II; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 24 aug. 1885.

639: S. C. de Religiosis, 1 sept. 1912.

2.° A votis liberatus manet, firmis oneribus ordini maiori adnexis, si in sacris fuerit; non tenetur obligatione horas canonicas vi professionis recitandi nec aliis regulis et constitutionibus adstringitur.

§ 2. Si ex apostolico indulto in religionem rursus recipiatur, novitiatum ac professionem instaurat et locum inter professos obtinet a die novae professionis.

Can. 641. - § 1. Si religiosus in sacris constitutus propriam dioecesim ad normam Can. 585 non amiserit, debet, non renovatis votis, vel obtento saecularizationis indulto, ad propriam redire dioecesim et a proprio Ordinario recipi; si amiserit, nequit extra religionem sacros ordines exercere, donec Episcopum benevolum receptorem invenerit, aut Sedes Apostolica aliter providerit.

§ 2. Episcopus religiosum recipere potest sive pure et simpliciter, sive pro experimento ad triennium: in priore casu religiosus eo ipso est dioecesi incardinatus; in altero, Episcopus potest probationis tempus prorogare, non ultra tamen aliud triennium; quo etiam transacto, religiosus, nisi antea dimissus fuerit, ipso facto dioecesi incardinatus manet.

Can. 642. - § 1. Quilibet professus, ad saeculum regressus, licet valeat, ad normam Can. 641, sacros ordines exercere, prohibetur tamen sine novo et speciali Sanctae Sedis indulto:

1.° Quolibet beneficio in basilicis maioribus vel minoribus, et in ecclesiis cathedralibus;

2.° Quolibet magisterio et officio in Seminariis maioribus et minoribus seu collegiis in quibus clerici educantur, itemque in Universitatibus et Institutis, quae privilegio apostolico gaudent conferendi gradus academicos;

3.° Quocunque officio vel munere in Curiis episcopalibus et in religiosis domibus sive virorum sive mulierum, etiamsi agatur de Congregationibus dioecesanis.

§ 2. Haec valent quoque de iis qui vota temporaria, vel iuramentum perseverantiae, vel peculiares quasdam promissiones ad normam suarum constitutionum ediderunt et ab eisdem dispensati fuerunt, si per sex integros annos eisdem ligati fuerint.

640 § 1. 2.°: S. R. C., *Americae Septentrionalis seu Religiosorum in missionibus*, 27 sept. 1873.

641 § 1: S. C. Ep. et Reg., decr. *«Auctis admodum»*, 4 nov. 1892, n. 5; *Abulen.*, 20 nov. 1895.

2.° Oslobođen je od zavjeta, ali mu ostaju obaveze spojene s višim redovima, ako ih je primio; nije dužan moliti časoslov po obavezi zavjetovanja niti obdržavati druga pravila i konstitucije.

§ 2. Ako bude na temelju apostolskog dopuštenja ponovno primljen u redovničku družbu, mora ponoviti novaštvo i zavjetovanje, a među zavjetovanima dobiva mjesto od dana novih zavjeta.

Kan. 641. - § 1. Ako redovnik s višim redovima nije izgubio svoje biskupijske pripadnosti prema odredbi kan. 585, mora se, ako ne obnovi zavjeta, ili ako dobije pogodnost povraćaja u svijet, povratiti u svoju biskupiju, a vlastiti Ordinarij dužan ga je primiti; ako ju je izgubio, ne može izvan redovničke družbe izvršivati svetih redova, dokle god ne nađe Biskupa, koji ga je pripravan primiti, ili dok Apostolska Stolica na odredi drugačije.

§ 2. Biskup može redovnika primiti bilo bezuvjetno i bez daljnjega, bilo na kušnju kroz tri godine: u prvom je slučaju redovnik tim samim ustožeren u biskupiju; u drugom može mu Biskup produljiti vrijeme kušnje, ali ne dulje, nego na daljnje tri godine; pa kada i to protekne, redovnik je, ako ne bi prije toga bio otpušten, bez daljnjega ustrožeren u biskupiju.

Kan. 642. - § 1. Svaki zavjetovani redovnik, koji se je povratio u svijet, iako slobodno može, u skladu s odredbama kan. 641, izvršivati svete redove, ne smije ipak bez nove i posebne dozvole Svete Stolice:

1.° Dobiti bilo kakovu nadarbinu u većim ili manjim bazilikama, ni u stolnim crkvama;

2.° Ne može mu biti povjerena nikakva nastavnička ili druga služba u velikim i malim Sjemeništima ili zavodima, u kojima se odgajaju duhovnici, a isto tako ni na Sveučilištima i Visokim školama, koje na temelju apostolske povlastice imaju pravo podjeljivati akademske stupnjeve;

3.° Preuzeti bilo kakvu službu ili dužnost u biskupskim Kurijama i redovničkim kućama bilo muškim bilo ženskim, pa iako se radi samo o redovničkim Zborovima.

§ 2. Sve ovo vrijedi i za one, koji su položili privremene zavjete, ili prisegu o ustrajanju, ili neke posebne zavjete po odredbama svojih konstitucija, pa su od toga dobili oprost, ako su time bili vezani kroz punih šest godina.

642 § 1. 3.°: S. C. Ep. et Reg., 31 ian. 1899, ad 2; S. C. de Religiosis, decr. 15 iun. 1909, n. 1°-4°.

642 § 2: S. C. de Religiosis, declar. 5 apr. 1910.

Can. 643. - § 1. Qui e religione, expleto votorum temporariorum tempore aut obtento saecularizationis indulto, egrediantur vel ex eadem fuerint dimissi, nihil possunt repetere ob quamlibet operam religioni praestitam.

§ 2. Si tamen religiosa sine dote recepta fuerit nec ex propriis bonis sibimet providere valeat, religio ex caritate eidem dare debet ea quae requiruntur ut modo tuto ac convenienti domum redeat, ac providere ut, naturali aequitate servata, per aliquod tempus, mutuo consensu vel in casu dissensus ab Ordinario loci determinandum, honeste vivere possit.

Can. 644. - § 1. Apostata a religione dicitur professus a votis perpetuis sive sollemnibus sive simplicibus qui e domo religiosa illegitime egreditur cum animo non redeundi, vel qui, etsi legitime egressus, non redit eo animo ut religiosae obedientiae sese subtrahat.

§ 2. Malitiosus animus, de quo in § 1, iure praesumitur, si religiosus intra mensem nec reversus fuerit nec Superiori animum redeundi manifestaverit.

§ 3. Fugitivus est qui, sine Superiorum licentia, domum religiosam deserit cum animo ad religionem redeundi.

Can. 645. - § 1. Apostata et fugitivus ab obligatione regulae et votorum minime solvuntur et debent sine mora ad religionem redire.

§ 2. Superiores debent eos sollicite requirere, et ipsos, si vera poenitentia acti redeant, suscipere; reditum vero monialis apostatae vel fugitivae caute curet loci Ordinarius, et, si agatur de monasterio exempto, etiam Superior regularis.

643 § 1: S. C. Ep. et Reg., *Aquen. et Lucionen.,* 11 mart. 1898.

644 § 2: Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus*, c. 19.

644 § 3: Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus*, c. 4.

645 § 1: C. 3, C. XX, q. 3; c. 7, 24, X, *de regularibus et transeuntibus ad religionem,* III, 31; Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus*, c. 19; Benedictus XIV, const. *«Si datam»,* 4 mart. 1748; S. C. Ep. et Reg., *Ordinis S. Augustini,* 11 aug. 1758; S. C. C., decr. 21 sept. 1624, § 4, 5.

Kan. 643. - § 1. Koji istupe iz redovničke družbe, pošto im prođe vrijeme privremenih zavjeta ili pošto prime pogodnost povraćaja u svijet, ne mogu ništa potraživati u ime bilo kakvog svojeg rada učinjenog u korist družbe.

§ 2. No ipak, ako bi redovnica, koja je bila primljena bez miraza, ostala bez ikakvih sredstava za život, neka joj družba iz ljubavi dade toliko, koliko joj treba da se može sigurno i dolično povratiti svojoj kući, i neka se bez povrede prirodne pravičnosti, za nju pobrine, da može pristojno živjeti neko vrijeme, koje se ima odrediti međusobnim sporazumom ili za slučaj spora od mjesnog Ordinarija.

Kan. 644. - § 1. Odmetnikom od redovničke družbe naziva se onaj, koji je položio vječne zavjete bilo svečane bilo obične, pa napusti redovničku kuću s nakanom više se ne vraćati, ili koji se otišavši zakonito, ne vraća u nakani, da izmakne ispod redovničke stege.

§ 2. Zla nakana, o kojoj je riječ u § 1, pravno se pretpostavlja, kad se redovnik za mjesec dana ne vrati niti Poglavaru ne priopći svoju nakanu povratiti se u družbu.

§ 3. Odbjeglicom se smatra onaj, koji bez dopuštenja Poglavarâ ostavi redovničku kuću, s nakanom povratiti se u družbu.

Kan. 645. - § 1. Odmetnika i odbjeglicu obavezuju i dalje pravila i zavjeti i dužni su se što prije povratiti u družbu.

§ 2. Poglavari su dužni brižno za njima tragati i natrag ih primiti, ako se zaista raskajani povrate; a za povratak duvne, koja se je odmetnula ili odbjegla, treba da se oprezno stara mjesni Ordinarij, a kad se radi o izuzetom samostanu, još i regularski Poglavar.

645 § 2: C. 2, C. XX, q. 3; c. 1, C. XX, q. 4; c. 15, 18, 19, 39, C. XXVII, q. 1; c. 1, X, *de his, quae vi metusve causa fiunt,* I, 40; c. 5, 7, 24, X, *de regularibus et transeuntibus ad religionem,* III, 31; Paulus IV, const. *«Postquam»,* 20 iul. 1558, § 3, 5; Benedictus XIV, const. *«Si datam»,* 4 mart. 1748; S. C. Ep. et Reg., *Ordinis B. M. V. de Mercede,* 10 febr. 1604; S. C. C., decr. 21 sept. 1624, § 4; *Limana,* 10 mart. 1629, ad 2; *Minimorum,* 15 mart. 1636; decr. 24 iul. 1694, n. 1.

TITULUS XVI.

DE DIMISSIONE RELIGIOSORUM.

Can. 646. - § 1. Ipso facto habendi sunt tanquam legitime dimissi religiosi:

1.° Publici apostatae a fide catholica;

2.° Religiosus, qui fugam arripuerit cum muliere; aut religiosa quae cum viro;

3.° Attentantes aut contrahentes matrimonium aut etiam vinculum, ut aiunt, civile.

§ 2. In his casibus sufficit ut Superior maior cum suo Capitulo vel Consilio ad normam constitutionum emittat declarationem facti; curet autem probationes facti collectas in domus regestis asservare.

CAPUT I.

DE DIMISSIONE RELIGIOSORUM QUI VOTA TEMPORARIA NUNCUPARUNT.

Can. 647. - § 1. Professum a votis temporariis sive in Ordinibus sive in Congregationibus iuris pontificii dimittere potest supremus religionis Moderator vel Abbas monasterii sui iuris cum consensu sui cuiusque Consilii per secreta suffragia manifestato, vel, si agatur de monialibus, Ordinarius loci et, si monasterium sit regularibus obnoxium, Superior regularis, postquam manasterii Antistita cum suo Consilio fidem de causis scripto fecerit; in Congregationibus vero iuris dioecesani, Ordinarius loci in quo religiosa domus sita est, qui tamen iure suo ne utatur Moderatoribus insciis vel iuste dissentientibus.

646 § 1. 3.°: S. C. de Religiosis, decr. 16 maii 1911, n. 18.

646 § 2: S. C. de Religiosis, decr. 16 maii 1911, n. 18.

NASLOV XVI.

OTPUST IZ REDOVNIČKE DRUŽBE

Kan. 646. - § 1. Moraju se smatrati bez daljnjega zakonito otpuštenima redovnici:

1.° Javni odmetnici od katoličke vjere;

2.° Redovnik, koji je pobjegao sa ženskom; ili redovnica s muškim;

3.° Koji pokušaju sklopiti ili sklope ženidbu, pa bilo to i tako zvana građanska sveza.

§ 2. U takvim je slučajevima dovoljno, da viši Poglavar sa svojim Kapitulom ili Vijećem dade u skladu s konstitucijama izjavu o činjenici; no treba da povede brigu o tom, da se dokazi, koji za to postoje, pohrane u kućnoj pismarnici.

GLAVA I.

OTPUST REDOVNIKA, KOJI SU POLOŽILI PRIVREMENE ZAVJETE

Kan. 647. - § 1. Redovnika s privremenim zavjetima može i u Redovima i u redovničkim Zborovima prvosvećničkog prava otpustiti vrhovni Starješina družbe ili Opat samosvojnog samostana, svaki s pristankom svojega Vijeća u tajnom glasanju, ili kad se radi o duvnama, mjesni Ordinarij, a ako je samostan potčinjen regularcima, i regularski Poglavar, pošto im Nadstojnica sa svojim Vijećem podnese pismeno svjedočanstvo o razlozima; u redovničkim pak Zborovima biskupijskog prava nadležan je za to Ordinarij mjesta, gdje se nalazi odnosna redovnička kuća, ali se on ne smije tim pravom poslužiti bez znanja ili protiv opravdana protivljenja Starješina.

647 § 1: Leo XIII, const. «*Conditae a Christo*», 8 dec. 1900, § 1, n. VIII, § 2, n. I; S. C. super Statu Regularium, declar. 12 iun. 1858, n. IV.

§ 2. Ii omnes, graviter eorum onerata conscientia, religiosum dimittere nequeunt, nisi servatis quae sequuntur:

1.° Causae dimissionis debent esse graves;

2.° Possunt se habere sive ex parte religionis sive ex parte religiosi. Defectus spiritus religiosi qui aliis scandalo sit, est sufficiens dimissionis causa, si repetita monitio una cum salutari poenitentia incassum cesserit, non vero infirma valetudo, nisi certo constet eam ante professionem fuisse dolose reticitam aut dissimulatam;

3.° Licet Superiori dimittenti certo innotescere debeant, non est tamen necesse ut formali iudicio comprobentur. At religioso semper manifestari debent, data eidem plena respondendi licentia; eiusque responsiones Superiori dimittenti fideliter subiiciantur;

4.° Contra dimissionis decretum est religioso facultas recurrendi ad Sedem Apostolicam; et pendente recursu, dimissio nullum habet iuridicum effectum;

5.° Si de mulieribus agatur, servari debet praescriptum Can. 643, § 2.

Can. 648. - Religiosus dimissus ad normam Can. 647 ipso facto solvitur ab omnibus votis religiosis, salvis oneribus ordini maiori adnexis, si sit in sacris, et firmo praescripto Can. 641, § 1, 642; clericus autem in minoribus ordinibus constitutus eo ipso redactus est in statum laicalem.

CAPUT II.

DE DIMISSIONE RELIGIOSORUM QUI VOTA PERPETUA NUNCUPARUNT IN RELIGIONE CLERICALI NON EXEMPTA VEL IN RELIGIONE LAICALI.

Can. 649. - In virorum religionibus clericalibus non exemptis et laicalibus, ut professus a votis perpetuis dimitti possit, praecedant necesse est tria delicta cum duplici monitione ac defectu emendationis ad normam Can. 656-662.

647 § 2. 5.°: S. C. Ep. et Reg., *Ordinis S. Benedicti,* 13 maii 1904, ad 2; S. C. super Statu Regularium, declar. 12 iun. 1858, n. V; 7 febr. 1862, ad 2, 3; S. C. de Religiosis, decr. 1 ian. 1911, n. VIII.

§ 2. Svi ovi ne smiju, pod teškom odgovornošću u savjesti, otpustiti redovnika, ako nije ostvareno ovo:

1.° Razlozi za otpust moraju biti teški;

2.° Mogu postojati bilo od strane družbe bilo od strane redovnika. Pomanjkanje redovničkog duha, koje je drugima na sablazan, dovoljan je razlog za otpust, ako su ponovne opomene dane sa spasonosnom pokorom ostale bez uspjeha, no nije dovoljan razlog bolest, ako nije sigurno utvrđeno, da je bila prije zavjetovanja zlonamjerno prešućena ili pritajena;

3.° Iako razlozi moraju biti sa sigurnošću poznati Poglavaru, koji otpušta, ipak nije potrebito, da budu utvrđeni sudskim postupkom. No uvijek se moraju priopćiti redovniku davši mu potpunu slobodu, da se brani; a njegova se obrana mora neokrnjeno podnijeti Poglavaru, koji otpušta;

4.° Protiv odluke o otpustu pripada redovniku pravo pritužbe na Apostolsku Stolicu; do rješenja pritužbe nema otpust nikakvog pravnog učinka;

5.° Ako se radi o ženskima, mora se obdržati propis kan. 643, § 2.

Kan. 648. - Redovnik, koji je otpušten prema odredbama kan. 647, odriješen je bez daljnjega od svih redovničkih zavjeta, ali mu ostaju obaveze, koje su spojene s višim redovima, ako ih ima, i veže ga ono, što je propisano u kan. 641, § 1, 642; duhovnik pak, koji ima samo niže redove, povraćen je bez daljnjega u stalež svjetovnjački.

GLAVA II.

OTPUST REDOVNIKA, KOJI SU POLOŽILI VJEČNE ZAVJETE U NEIZUZETOJ REDOVNIČKOJ DUHOVNIČKOJ DRUŽBI ILI U SVJETOVNJAČKOJ REDOVNIČKOJ DRUŽBI

Kan. 649. - Da može biti otpušten redovnik s vječnim zavjetima u neizuzetnim duhovničkim i u svjetovnjačkim redovničkim družbama, potrebno je, da su prije toga počinjena tri krivična djela, da je dva puta uslijedila opomena, a da nije bilo popravka u skladu s odredbama kan. 656-662.

648: S. C. super Statu Regularium, declar. 12 iun. 1858, n. III; S. C. de Religiosis, decr. 1 ian. 1911, n. VIII.

Can. 650. - § 1. Haec si constiterint, supremus religionis Moderator cum suo Consilio, perpensis omnibus facti adiunctis, deliberet num locus sit dimissioni.

§ 2. Si maior suffragiorum numerus pro dimissione steterit:

1.° In religione iuris dioecesani res tota deferatur ad Ordinarium loci in quo religiosa professi domus sita est, cuius est dimissionem pro suo prudenti arbitrio decernere ad normam Can. 647;

2.° In religione iuris pontificii ipse supremus religionis Moderator dimissionis decretum ferat; quod tamen ut suum sortiatur effectum, debet a Sede Apostolica confirmari.

§ 3. Religioso ius est suas rationes libere exponendi; eiusque responsiones in actis fideliter referendae sunt.

Can. 651. - § 1. Etiam ad dimittendas religiosas professas a votis perpetuis sive sollemnibus sive simplicibus exiguntur graves causae exteriores una cum incorrigibilitate, experimento prius habito ita ut spes resipiscentiae evanuerit, iudicio Antistitae.

§ 2. Praescriptum Can. 650, § 3 etiam in religiosarum dimissione servandum est.

Can. 652. - § 1. Si agatur de religiosis iuris dioecesani, Ordinarii loci in quo sita est sororis professae domus, est causas dimissionis expendere et decretum dimissionis ferre.

§ 2. Si de monialibus, Ordinarius loci omnia acta et documenta transmittat ad Sacram Congregationem cum suo et Superioris regularis voto, si monasterium regularibus sit subiectum.

§ 3. Si de aliis religiosis iuris pontificii, suprema religionis Moderatrix rem totam ad Sacram Congregationem pariter deferat cum omnibus actis et documentis; Sacra autem Congregatio tum in hoc tum in praecedenti casu quod magis expedire censuerit, decernet, firmo praescripto Can. 643, § 2.

650 § 1: Leo XIII, const. *«Conditae a Christo»,* 8 dec. 1900, § 2, n. I.

650 § 2. 2.°: Leo XIII, const. *«Conditae a Christo»,* 8 dec. 1900, § 2, n. I.

651 § 1: S. C. de Religiosis, decr. 16 maii 1911, n. 21.

Kan. 650. - § 1. Kada je sve ovo utvrđeno, tada vrhovni Starješina sa svojim Vijećem, razmotrivši sve činjenične prilike, donosi odluku o tom, da li ima mjesta otpustu.

§ 2. Ako za otpust bude većina glasova:

1.° Ima se u družbi biskupijskog prava cijela stvar podnijeti Ordinariju mjesta, gdje se nalazi kuća, u kojoj je odnosni redovnik, pa na njega spada, da o otpustu donese rješenje o skladu s odredbom kan. 647;

2.° U redovničkoj družbi prvosvećeničkog prava donosi odluku o otpustu sam vrhovni starješina družbe; no ona nema učinka, dok ne bude potvrđena od Apostolske Stolice.

§ 3. Redovniku pripada pravo, da slobodno iznese svoje razloge, a njegova se obrana mora vjerno unijeti u zapisnik.

Kan. 651. - § 1. I za otpust redovnica, koje su položile vječne zavjete bilo svečane bilo obične, traže se teški vanjski razlozi spojeni s nepopravljivošću, tako da poslije svih pokušaja nema, po sudu Nadstojnice, nade za popravak.

§ 2. Propis kan. 650, § 3 mora se obdržati i pri otpuštanju redovnica.

Kan. 652. - § 1. Ako se radi o redovnicama biskupijskog prava, spada u nadležnost Ordinarija mjesta, gdje se nalazi kuća, u kojoj je odnosna zavjetovana sestra, da ispita razloge za otpust i donese odluku o otpustu.

§ 2. Ako se radi o duvnama, mora mjesni Ordinarij dostaviti sve spise i dokaznice Svetom Zboru sa svojim mišljenjem i s mišljenjem regularskog Poglavara, ako je samostan potčinjen regularcima.

§ 3. Ako se radi o drugim redovnicima prvosvećeničkog prava, mora vrhovna Starješica družbe isto tako cijelu stvar sa svima spisima i dokaznicama podnijeti Svetom Zboru, koji onda u ovomu kao i u gornjem slučaju donosi odluku po svojoj uviđavnosti, no pri tom se uvijek mora obdržavati i odredba kan. 643, § 2.

652 § 1: Leo XIII, const. *«Conditae a Christo»,* 8 dec. 1900, § 1, n. VIII.

652 § 2: S. C. de Religiosis, decr. 16 maii 1911, n. 21.

Can. 653. - In casu gravis scandali exterioris vel gravissimi nocumenti communitati imminentis, religiosus statim potest a Superiore maiore cum consensu sui Consilii vel etiam, si periculum sit in mora et tempus non adsit adeundi Superiorem maiorem, a Superiore locali cum consensu sui Consilii et Ordinarii loci, ad saeculum remitti, habitu religioso illico deposito, ita tamen ut res per ipsum Ordinarium aut per Superiorem maiorem, si adsit, Sanctae Sedis iudicio sine mora subiiciatur.

CAPUT III.

DE PROCESSU IUDICIALI IN DIMISSIONE RELIGIOSORUM QUI VOTA PERPETUA SIVE SOLEMNIA SIVE SIMPLICIA NUNCUPARUNT IN RELIGIONE CLERICALI EXEMPTA.

Can. 654. - Vir professus a votis sollemnibus aut a votis simplicibus perpetuis in religione clericali exempta ne dimittatur, nisi processu instituto, salvo praescripto Can. 646, 668, et revocato quolibet contrario privilegio.

Can. 655. - § 1. Ad sententiam dimissionis ferendam competens est supremus religionis vel monasticae Congregationis Moderator cum suo Consilio seu Capitulo, quod quatuor saltem religiosis constet; si qui deficiant, eorum loco totidem religiosos eligat praeses de consensu aliorum qui cum ipso tribunal collegiale constituant.

§ 2. Praeses de aliorum consensu promotorem iustitiae nominet ad normam Can. 1589, § 2.

Can. 656. - Ad processum instruendum deveniri nequit nisi praecesserint:

1.° Gravia delicta externa sive contra ius commune sive contra speciale religiosorum ius;

653: S. C. de Religiosis, decr. 16 maii 1911, n. 21.

§ 3. In omnibus tamen religiosis seu piis domibus oratorium habentibus cum facultate sanctissimam Eucharistiam habitualiter asservandi, nocte Nativitatis Domini, unus sacerdos tres rituales Missas vel, servatis servandis, unam tantum quae adstantibus omnibus ad praecepti quoque satisfactionem valeat, celebrare potest et sacram communionem petentibus ministrare.

Can. 822. - § 1. Missa celebranda est super altare consecratum et in ecclesia vel oratorio consecrato aut benedicto ad normam iuris, salvo praescripto Can. 1196.

§ 2. Privilegium altaris portatilis vel iure vel indulto Sedis tantum Apostolicae conceditur.

§ 3. Hoc privilegium ita intelligendum est, ut secumferat facultatem ubique celebrandi, honesto tamen ac decenti loco et super petram sacram, non autem in mari.

§ 4. Loci Ordinarius aut, si agatur de domo religionis exemptae, Superior maior, licentiam celebrandi extra ecclesiam et oratorium super petram sacram et decenti loco, nunquam autem in cubiculo, concedere potest iusta tantum ac rationabili de causa, in aliquo extraordinario casu et per modum actus.

Can. 823. - § 1. Non licet Missam celebrare in templo haereticorum vel schismaticorum, etsi olim rite consecrato aut benedicto.

821 § 3: S. C. S. Off., decr. 1 aug. 1907; 26 nov. 1908, ad I; S. R. C., *Aquileien.*, 27 iul. 1720; *Congregationis Missionis,* 27 aug. 1836, ad 1; *Congregationis Clericorum Regularium Sancti Pauli Barnabitarum,* 22 iul. 1848; *Urgellen.*, 7 aug. 1871, ad IX.

822 § 1: C. 1, 2, 11, 12, 14, 15, 28, D. I, *de cons.;* c. 18, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; Conc. Trident., sess. XXII, *de observandis et evitandis in celebratione missae;* Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»,* 30 mart. 1742, § 6; ep. encycl. *«Inter omnigenas»,* 2 febr. 1744, § 22; const. *«Imposito Nobis»,* 29 mart. 1751, § 4; ep. encycl. *«Magno cum»,* 2 iun. 1751, § 2, 11; S. C. S. Off., 17 ian. 1900; S. C. C., *Florentina,* 2 dec. 1628; *Taurinen.*, 26 ian. 1669, ad 2; 1 mart. 1687; S. C. de Prop. Fide, 14 dec. 1668, ad 1, 2; decr. 30 apr. 1753, n. 3; (C. G.), 17 apr. 1758, ad 4; litt. (ad Superior. Mission. Malabaren.), 2 sept. 1780; (C. P. pro Sin.), 14 ian. 1802, ad 1, 2; instr. (ad Vic. Gen. Nankin.), 29 febr. 1836; (C. G.), 21 sept. 1840, ad 7; litt. encycl. (ad Patriarch. Orient.), 13 aug. 1842; S. R. C., *Rhedonen.*, 6 oct. 1837; *Vivarien.*, 7 dec. 1844, ad 2; *Sancti Flori,* 3 iul. 1846; Missale Rom., tit. *Rubricae generales missalis,* c. XX, *de praeparatione altaris, et ornamentorum eius;* tit. *De defectibus in celebratione missarum occurrentibus,* c. X, *de defectibus in ministerio ipso occurrentibus,* n. 1.

§ 3. No u svim redovničkim i pobožnim kućama, u kojima se na osnovu trajne ovlastice čuva presveta Euharistija može jedan misnik otslužiti prema obredu tri Mise ili, držeći se onoga što treba, samo jednu, kod koje zadovoljavaju svi prisutni zapovijedi slušati Misu, a može ujedno podijeliti svetu pričest onima, koji to žele.

Kan. 822. - § 1. Misa se mora služiti na posvećenom oltaru i u crkvi ili bogomolji, koja je propisno posvećena ili blagoslovljena, uz obdržavanje odredbe kan. 1196.

§ 2. Povlastica se *prijenosnog oltara* dobiva ili po odredbi zakona ili jedino još na osnovu pogodnosti od Svete Stolice.

§ 3. Ta povlastica ima taj smisao, da sadržava ovlaštenje služiti na svakom mjestu, koje je dostojno i prilično, i na posvećenom kamenu, ali ne na moru.

§ 4. Samo iz pravednog i razumnog razloga može za izvanredni koji slučaj i za onaj put, mjesni Ordinarij, odnosno kad se radi o kući izuzete redovničke družbe, viši Poglavar dati dopuštenje misiti izvan crkve i bogomolje, na posvećenom kamenu i na dostojnom mjestu, ali nikada u spavaonici.

Kan. 823. - § 1. Zabranjeno je služiti Misu u hramu krivovjeraca ili raskolnika, iako je bio ranije propisno posvećen ili blagoslovljen.

822 § 2: C. 30, D. I, de cons.; Pius VII, const. *«Iamdiu»,* 19 apr. 1816; Pius X, const. *«Sapienti consilio»,* 29 iun. 1908, § I, n. 3°, 2; S. C. C., *Toletana,* 4 iun. 1672, ad 8, 9; *Caesaraugustana et Matriten.*, 23 mart. 1907; S. C. de Prop. Fide (C. P. pro Sin.), 13 aug. 1669; decr. 30 apr. 1735, n. 2, 4; S. R. C., *Congr. Missionum Provinciae Lituaniae,* 11 iul. 1699; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. III, n. 11°, b.

822 § 3: C. 30, D. I, *de cons.;* c. 12, *de privilegiis,* V, 7, in VI°; S. C. de Prop. Fide, 20 ian. 1667; S. R. C., *Vicen.*, 4 mart. 1901, ad IV.

822 § 4: C. 12, 14, D. I, *de cons.;* S. C. *de Sacramentis, Romana et aliarum,* 23 dec. 1912, ad I; *Meliten.*, 22 mart. 1915, ad I; S. C. de Prop. Fide, decr. 30 apr. 1753, n. 2, 4; (C. G. - Constantinop.), 18 nov. 1765; instr. (ad Ep. Scodren.), 11 sept. 1779, n. 3; (C. P. pro Sin. - Sutchuen.), 6 sept. 1821; litt. (ad Vic. Ap. Bosniae), 16 iun. 1827.

823 § 1: C. 21, 22, D. I, *de cons.;* Benedictus XIV, const. *«Praeclaris»,* 18 mart. 1746; ep. *«Iam inde»,* 12 maii 1756, § 3; S. C. S. Off. (Archiep. Antibaren.), 1 dec. 1757; instr. (ad Ep. Cataren.), 12 mart. 1809; (ad Vic. Ap. Malacen.), 5 iun. 1889; S. C. de Prop. Fide, 21 maii 1627; (C. G.), 13 febr. 1629; (C. P.), 7 maii 1631, ad 2; instr. (pro Graeco-Melchit.), 15 febr. 1746.

§ 2. Deficiente altari proprii ritus, sacerdoti fas est ritu prorio celebrare in altari consecrato alius ritus catholici, non autem super Graecorum *antimensiis*.

§ 3. In altaribus papalibus nemo celebret sine apostolico indulto.

ART. IV.

DE MISSARUM ELEEMOSYNIS SEU STIPENDIIS.

Can. 824. - § 1. Secundum receptum et probatum Ecclesiae morem atque institutum, sacerdoti cuilibet Missam celebranti et applicanti licet eleemosynam seu stipendium recipere.

§ 2. Quoties autem pluries in die celebrat, si unam Missam ex titulo iustitiae applicet, sacerdos, praeterquam in die Nativitatis Domini, pro alia eleemosynam recipere nequit, excepta aliqua retributione ex titulo extrinseco.

Can. 825. - Nunquam licet:

1.° Missam applicare ad intentionem illius qui applicationem, oblata eleemosyna, petiturus est, sed nondum petiit, et eleemosynam postea datam retinere pro Missa antea applicata;

2.° Eleemosynam recipere pro Missa quae alio titulo debetur et applicatur;

3.° Duplicem eleemosynam pro eiusdem Missae applicatione accipere;

823 § 2: Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»*, 26 maii 1742, § VI, n. VIII, XIX; const. *«Imposito Nobis»*, 29 mart. 1751, § 1, 2, 4, 6-8; ep. encycl. *«Allatae sunt»*, 26 iul. 1755, § 33, 35, 36; S. C. S. Off., 7 iun. 1726.

823 § 3: Benedictus XIV, ep. *«Dilectus Filius»*, 15 ian. 1745, § 1; allocut. *«Postquam»*, 30 sept. 1750, § 3; const. *«Ad honorandam»*, 27 mart. 1752, § 16; const. *«Fidelis Dominus»*, 25 mart. 1754, § 6; ep. «In postremo», 20 oct. 1756, § 9.

824 § 1: Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«Inter cunctas»*, 22 febr. 1418, art. 25, Ioannis Wicleff, damn.; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Demandatam»*, 24 dec. 1743, § 10; const. *«Praeclaris»*, 18 mart. 1746; const. *«Quod expensis»*, 26 aug. 1748; Pius VI,

§ 2. Dopušteno je svećeniku, kad nema oltara svojega obreda, služiti po svom obredu na posvećenom oltaru bilo kojega drugoga katoličkog obreda, ali ne na *oltarnicima* Grka.

§ 3. Na papinskim oltarima ne smije misiti nitko bez apostolskog dopuštenja.

ČLANAK IV.

MILODARI ILI NAGRADE ZA MISE

Kan. 824. - § 1. Prema usvojenom i odobrenom crkvenom običaju i uredbi smije svaki misnik, koji služi i namijeni Misu, primiti za to milodar ili nagradu.

§ 2. No kadgod misi više puta na dan, ako već jednu Misu namjenjuje po obavezi iz pravednosti, ne može svećenik uzeti, osim na Božić, nagradu za drugu, izuzevši neku naknadu iz vanjskog naslova.

Kan. 825. - Nikada nije dopušteno:

1.° Namijeniti Misu na nakanu onoga, koji će tražiti namjenu i dati milodar, ali još nije tražio, pa onda sebi uzeti nagradu za Misu, koja je otslužena ranije;

2.° Primiti milodar za takvu Misu, koja je obvezna i koja se namjenjuje s drugog naslova;

3.° Uzeti dvostruki milodar za namjenu jedne i iste Mise;

const. *«Auctorem fidei»*, 28 aug. 1794, prop. 30, 54, Synodi Pistorien., damn.; S. C. de Prop. Fide, instr. (pro Graeco-Melchit.), 15 febr. 1746; decr. 13 apr. 1807, n. XVI.

824 § 2: Benedictus XIV, const. *«Quod expensis»*, 26 aug. 1748; ep. encycl. *«Apostolicum ministerium»*, 30 maii 1753, § 11; Leo XIII, litt. ap. *«Trans Oceanum»*, 18 apr. 1897, n. VII; Benedictus XV, const. *«Incruentum»*, 10 aug. 1915, n. I; S. C. C., *Ventimilien.*, 19 dec. 1835; litt. (ad Ep. Cameracen.), 14 oct. 1843; *Cameracen.*, 25 sept. 1858, ad 1, 2, 4; *Treviren.*, 23 mart. 1861, ad 1; *Salamantina*, 22 febr. 1862, ad 3; *Nanceyen.-Tullen. et Nemausien.*, 14 sept. 1878; *Tudertina*, 15 sept. 1888; 27 febr. 1905, ad 4; 15 oct. 1915; S. C. de Prop. Fide, litt. encycl. 15 oct. 1863; instr. 24 maii 1870, n. 8.

4.° Alteram recipere eleemosynam pro sola celebratione, alteram pro applicatione eiusdem Missae, nisi certo constet unam stipem oblatam esse pro celebratione sine applicatione.

Can. 826. - § 1. Stipendia quae a fidelibus pro Missis offeruntur sive ex propria devotione, veluti ad manum, sive ex obligatione etiam perpetua a testatore propriis heredibus facta, *manualia* dicuntur.

§ 2. Ad *instar manualium* vocantur stipendia Missarum fundatarum, quae applicari non possunt in proprio loco, aut ab iis qui eas applicare deberent secundum tabulas fundationis, et ideo de iure aut Sanctae Sedis indulto aliis sacerdotibus tradendae sunt ut iisdem satisfiat.

§ 3. Alia stipendia quae ex fundationum reditibus percipiuntur, appellantur *fundata* seu *Missae fundatae.*

Can. 827. - A stipe Missarum quaelibet etiam species negotiationis vel mercaturae omnino arceatur.

Can. 828. - Tot celebrandae et applicandae sunt Missae, quot stipendia etiam esigua data et accepta fuerint.

Can. 829. - Licet sine culpa illius qui onere celebrandi gravatur, Missarum eleemosynae iam perceptae perierint, obligatio non cessat.

Can. 830. - Si quis pecuniae summam obtulerit pro Missarum applicatione, non indicans earundem numerum, hic supputetur secundum eleemosynam loci in quo oblator morabatur, nisi aliam fuisse eius intentionem legitime praesumi debeat.

825 4.°: Innocentius XII, const. *«Nuper»,* 23 dec. 1697, § 5, 6, 15, ad 4, § 30; const. *«Nuper a Congregatione»,* 24 apr. 1699; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Demandatam»,* 24 dec. 1743, § 10; ep. encycl. *«Cum semper oblatas»,* 19 aug. 1744, § 2; const. *«Quod expensis»,* 26 aug. 1748; Leo XIII, litt. ap. *«In suprema»,* 10 iun. 1882; S. C. S. Off., decr. 24 sept. 1665, prop. 8, 10, damn.; S. C. C., decr. 21 iun. 1625; *Aretina,* 28 apr. 1629, ad 1-3; *Tridentina,* 13 iul. 1630, ad 1; *Civitatis Castellanae,* 2 aug. 1631; *Cotronen.,* 7 febr. 1632; *Clodien.,* 22 iul. 1634, ad 2; *Belgii,* 16 iun. 1635, ad 1; *Urbanien.,* 22 dec. 1640; *Vicentina,* 23 aug. 1642; *Pistorien.,* 30 maii 1643, ad 3; *Elven.,* 5 maii 1646, ad 4; declar. 27 sept. 1659; *Neapolitana,* 25 ian., 13 dec. 1659; *Collen.,* 18 sept. 1683, ad 4; 10 maii 1692; decr. 23 nov. 1697, ad 4; *Nullius Altamurae,* 9 dec. 1690, 4 apr. 1693, 30 aug. 1698; *Pistorien. et Praten.,* 14 febr. 1699; *Treviren.,* 23 mart. 1861; S. C. de Prop. Fide, decr. 13 apr. 1807, n. XVI; S. R. C., *Monasterien.,* 14 iun. 1845, ad 1.

826 § 1: S. C. C., decr. *«Ut debita»,* 11 maii 1904.

826 § 2: S. C. C., decr. *«Ut debita»,* 11 maii 1904; 19 dec. 1904, ad 1.

4.° Uzeti jedan milodar za samo služenje, a drugi za namjenu iste Mise, ako ne postoji sigurnost za to, da je jedna nagrada dana za samo služenje bez namjene.

Kan. 826. - § 1. Takve nagrade, što ih daju vjernici bilo od svoje pobožnosti, kao na ruku, bilo po obavezi, koja im je oporučno nametnuta, ma i za vjekovita vremena, kao baštinicima, zovu se *ručnima.*

§ 2. *U vidu ručnih* zovu se nagrade od zakladnih Misa, što ih nije moguće izvršiti na svom mjestu odnosno od onih, koji bi ih morali izvršiti prema zakladnim listovima, pa se stoga po pravu ili na temelju ovlaštenja od Svete Stolice moraju predati drugim svećenicima, da iz izvrše.

§ 3. Druge nagrade, što se primaju iz prihoda od zaklada, zovu se *zakladama* ili *zakladnim Misama.*

Kan. 827. - Od misnih nagrada treba da je daleko svako, pa i prividno privređivanje ili trgovanje.

Kan. 828. - Toliko se Misa mora otslužiti i namijeniti, koliko je dano i primljeno nagrada, pa bile one i malene.

Kan. 829. - Ni onda kada su primljene nagrade međutim već i propale, pa bilo i bez krivnje onoga, koga tereti obaveza otslužiti Mise, ne prestaje obaveza.

Kan. 830. - Ako je netko predao svotu novca za to, da se namijene Mise, a nije označio njihova broja, mora se broj odrediti prema visini nagrade u onom mjestu, na kojemu je boravio darovalac, osim ako se smije zakonito pretpostaviti, da je imao drugačiju nakanu.

827: Conc. Trident., sess. XXII, *de observandis et evitandis in celebratione missae;* Benedictus XIV, ep. *«Pro eximia»,* 30 iun. 1741; const. *«Ad militantis»,* 30 mart. 1742, § 6; const. *«Quod expensis»,* 26 aug. 1748; S. C. C., decr. 25 iul. 1874, ad 1-5; decr. *«Vigilanti»,* 25 maii 1893, ad 1-5; ep. 28 aug. 1897; decr. *«Ut debita»,* 11 maii 1904, n. 8-10; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Archiep. Hiberniae), 25 iun. 1791; decr. 18 aug. 1893. -- Vide etiam Can. 840, § 1; 918, § 2.

828: Innocentius XII, const. *«Nuper»,* 23 dec. 1697, § 4, 5, 15, ad 2, 3, § 30; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Demandatam»,* 24 dec. 1743, § 10; S. C. S. Off., decr. 24 sept. 1665, prop. 10, damn.; S. C. C., decr. 21 iun. 1625; *Cotronen.,* 7 febr. 1632; decr. 23 nov. 1697, ad 2, 3; *Congregationis Passionis,* 16 dec. 1893, ad 1; S. C. de Prop. Fide, decr. 13 apr. 1807, n. XVI; litt. (ad Vic. Capit. Dyrrachien.), 29 aug. 1844; litt. encycl. (ad Ep. Orient.), 20 ian. 1893.

830: Innocentius XII, const. *«Nuper»,* 23 dec. 1697, § 15, ad 2, § 30; S. C. C., decr. 23 nov. 1697, ad 2; *Aprutina,* 15 nov. 1698, ad 2; *Larinen.,* 10 maii 1710, ad 3.

Can. 831. - § 1. Ordinarii loci est manualem Missarum stipem in sua dioecesi definire per decretum, quantum fieri potest, in dioecesana Synodo latum; nec sacerdoti licet ea maiorem exigere.

§ 2. Ubi desit Ordinarii decretum, servetur consuetudo dioecesis.

§ 3. Etiam religiosi, licet exempti, circa stipem manualem stare debent decreto Ordinarii loci aut dioecesis consuetudini.

Can. 832. - Sacerdoti fas est oblatam ultro maiorem stipem pro Missae applicatione accipere; et, nisi loci Ordinarius prohibuerit, etiam minorem.

Can. 833. - Praesumitur oblatorem petiisse solam Missae applicationem; si tamen oblator expresse aliquas circumstantias in Missae celebratione servandas determinaverit, sacerdos, eleemosynam acceptans, eius voluntati stare debet.

Can. 834. - § 1. Missae pro quibus celebrandis tempus ab oblatore expresse praescriptum est, eo omnino tempore sunt celebrandae.

§ 2. Si oblator nullum tempus pro Missarum manualium celebratione expresse praescripserit:

1.° Missae pro urgenti causa oblatae quamprimum tempore utili sunt celebrandae;

2.° In aliis casibus Missae sunt celebrandae intra modicum tempus pro maiore vel minore Missarum numero.

§ 3. Quod si oblator arbitrio sacerdotis tempus celebrationis expresse reliquerit, sacerdos poterit tempore quo sibi magis placuerit, eas celebrare, firmo praescripto Can. 835.

---

831 § 1: Innocentius XII, const. «*Nuper*», 23 dec. 1697, § 15, ad 5, § 30; Benedictus XIV, const. «*Quod expensis*», 26 aug. 1748; S. C. C., *Mediolanen.*, 13 ian. 1629, ad 30; decr. 23 nov. 1697, ad 5; *Aprutina*, 15 nov. 1698, ad 1; S. C. de Prop. Fide, decr. 13 aug. 1774; S. C. Indulg., *Urbis et Orbis*, 19 maii 1761; S. R. C., *Placentina*, 22 nov. 1710, ad 10.

831 § 2: Innocentius XII, const. «*Nuper*», 23 dcc. 1697, § 15, ad 5, § 30; Benedictus XIV, const. «*Quod expensis*», 26 aug. 1748; S. C. C., decr. 23 nov. 1697, ad 5; *Aprutina*, 15 nov. 1698, ad 1; S. C. Indulg., *Urbis et Orbis*, 19 maii 1761.

831 § 3: S. C. C., *Romana*, 15 ian. 1639, ad 2; *S. Severini*, 16 iul. 1689; *Ordinis Minorum Conventualium*, 8 maii 1905.

832: Innocentius XII, const. «*Nuper*», 23 dec. 1697, § 15, ad 3, § 30; S. C. C., *Pistorien.*, 16 ian. 1649, ad 2; *S. Severini*, 16 iul. 1689, ad 1; decr. 23 nov. 1697, ad 3; *Ordinis Minorum Conventualium*, 8 maii 1905; 15 oct. 1915, ad II.

Kan. 831. - § 1. Stvar je mjesnog Ordinarija, da izda, ako je moguće u biskupijskoj Sinodi, odluku o visini nagrade za ručne Mise, a misniku je zabranjeno, da traži veću.

§ 2. Gdje o tom nema odredbe izdane od Ordinarija, treba se držati biskupijskog običaja.

§ 3. Također i redovnici, pa i izuzeti, moraju se držati u pogledu nagrada za ručne Mise odredbe mjesnog Ordinarija ili biskupijskog običaja.

Kan. 832. - Svećenik slobodno smije primiti za misnu namjenu veću nagradu, ako je dana od dobre volje, pa i manju, ako toga nije mjesni Ordinarij zabranio.

Kan. 833. - Pretpostavlja se, da je darovalac zatražio samo misnu namjenu; no za slučaj da je darovalac izričito označio stanovite okolnosti, koje bi trebalo ispuniti pri služenju, dužan je svećenik, koji je nagradu primio, da izvrši njegovu volju.

Kan. 834. - § 1. Mise, za koje je darovalac izrijekom propisao vrijeme, u koje ih treba služiti, moraju se služiti točno u to vrijeme.

§ 2. Kada darovalac nije izrijekom odredio nikakvo vrijeme za otsluženje ručnih Misa:

1.° Mise plaćene za hitne namjene moraju se otslužiti što prije, čim je za to vrijeme slobodno;

2.° Inače se moraju Mise otslužiti unutar kratka vremena prema većem ili manjem broju Misa.

§ 3. U slučaju kada je darovalac izričito ostavio vrijeme otsluženja svećeniku na volju, može ih svećenik otslužiti u vrijeme, koje mu je najpogodnije, uz obdržavanje odredbe kan. 835.

833: S. C. S. Off. (Sect. de Indulg.), decr. 20 febr. 1913; S. C. C., *Patavina*, 13 iun. 1653; *Romana*, 4 iun. 1689, ad 1, 2; *Romana*, 18 maii, 1 iun. 1715, ad 5; *Romana*, 2 oct. 1721; *Bergomen.*, 19 iun., 10 iul. 1728, ad 2; 19 dec. 1904, ad 2, 3; S. C. de Prop. Fide, litt. (ad Vic. Capit. Dyrrachien.), 8 iun. 1844; S. R. C., decr. 5 aug. 1662; decr. gen. 1 dec. 1666; decr. gen. 13 aug. 1669; *Urbis et Orbis*, 29 sept. 1714; *Aquen.*, 3 mart. 1761, ad 7; *Plurium Dioecesium*, 13 iun. 1899, ad IV.

834 § 1: S. C. C., *Clusina*, 12 iul. 1670, ad 2; *Alexanen.*, 23 iun., 1 sept. 1742, ad 9.

834 § 2. 2.°: Innocentius XII, const. «*Nuper*», 23 dec. 1697, § 15, ad 12, 15, § 30; S. C. C., decr. 23 nov. 1697, ad 12, 15; decr. «*Ut debita*», 11 maii 1904, n. 2.

834 § 3: Innocentius XII, const. «*Nuper*», 23 dec. 1697, § 15, ad 12, 15, § 30; S. C. C., decr. 23 nov. 1697, ad 12, 15; decr. «*Ut debita*», 11 maii 1904, n. 3.

Can. 835. - Nemini licet tot Missarum onera per se celebrandarum recipere quibus intra annum satisfacere nequeat.

Can. 836. - In ecclesiis in quibus ob fidelium peculiarem devotionem Missarum eleemosynae ita affluunt, ut omnes Missae celebrari ibidem debito tempore nequeant, moneantur fideles, per tabellam in loco patenti et obvio positam, Missas oblatas celebratum iri vel ibidem, cum commode poterit, vel alibi.

Can. 837. - Qui Missas per alios celebrandas habet, eas quamprimum distribuat, firmo praescripto Can. 841; sed tempus legitimum pro earundem ceebratione incipit a die quo sacerdos celebraturus easdem receperit, nisi aliud constet.

Can. 838. - Qui habent Missarum numerum de quibus sibi liceat libere disponere, possunt eas tribuere sacerdotibus sibi acceptis, dummodo probe sibi constet eos esse omni exceptione maiores vel testimonio proprii Ordinarii commendatos.

Can. 839. - Qui Missas a fidelibus receptas aut quoquo modo suae fidei commissas aliis celebrandas tradiderint, obligatione tenentur usque dum acceptatae ab eisdem obligationis et recepti stipendii testimonium obtinuerint.

Can. 840. - § 1. Qui Missarum stipes manuales ad alios transmittit, debet acceptas integre transmittere, nisi aut oblator expresse permittat aliquid retinere, aut certo constet excessum supra taxam dioecesanam datum fuisse intuitu personae.

§ 2. In Missis ad instar manualium, nisi obstet mens fundatoris, legitime retinetur excessus et satis est remittere solam eleemosynam manualem dioecesis in qua Missa celebratur, si pinguis eleemosyna locum pro parte teneat dotis beneficii aut causae piae.

835: Innocentius XII, const. «*Nuper*», 23 dec. 1697, § 15, ad 11, § 18, 30; S. C. C., decr. 23 nov. 1697, ad 11; decr. «*Ut debita*», 11 maii 1904, n. 1, 3.

836: S. C. C., *Mediolanen.*, 8 mart. 1659.

837: S. C. C., decr. «*Ut debita*», 11 maii 1904, n. 4; 27 febr. 1905, ad 7.

838: S. C. C., decr. «*Vigilanti*», 25 maii 1893; decr. «*Ut debita*», 11 maii 1904, n. 5, 7.

839: S. C. C., decr. «*Ut debita*», 11 maii 1904, n. 6.

840 § 1: Innocentius XII, const. «*Nuper*», 23 dec. 1697, § 6, 15, ad 10, § 30; Benedictus XIV, ep. encycl. «*Quanta cura*», 30 iun. 1741, § 1, 3; ep. «*Pro eximia*», 30 iun. 1741; const. «*Quod expensis*», 26 aug. 1748; Pius IX, const. «*Apostolicae Sedis*», 12

Kan. 835. - Nitko ne smije za sebe preuzeti toliko misnih obaveza, da ih ne bi mogao izvršiti unutar jedne godine.

Kan. 836. - U crkvama gdje se zbog osobite pobožnosti vjernika nakupi toliko misnih nagrada, da se ne mogu ondje u propisanom vremenu otslužiti sve Mise, moraju se vjernici obavijestiti pismenim i na vidljivom i pristupačnom mjestu postavljenim oglasom, da će se plaćene Mise otslužiti ili ondje ukoliko to bude moguće, ili drugdje.

Kan. 837. - Tko ima takve Mise, koje će morati otslužiti netko drugi, ima ih što prije porazdijeliti, uz obdržavanje propisa kan. 841; no propisno vrijeme za njihovo otsluženje započima onim danom, u koji ih je primio misnik, koji će ih otslužiti, ako nije drukčije utvrđeno.

Kan. 838. - Koji imaju neki broj Misa, s kojima mogu slobodno raspoložiti, smiju ih dati misnicima, kojima god hoće, uz uvjet da su potpunoma uvjereni o tom, da su ti bez svakog prigovora ili imaju preporuku od vlastitog Ordinarija.

Kan. 839. - Koji Mise, što su ih primili od vjernika ili su im kakogod bile povjerene, predadu drugima na otsluženje, ostaju tako dugo u obavezi, dok od njih ne dobiju potvrdu, da su ti obavezu preuzeli i nagradu primili.

Kan. 840. - § 1. Tko drugima predaje nagrade za ručne Mise, mora ih predati u cijelosti, kako ih je primio, osim kada ili darovalac izričito dopusti, da taj sebi nešto zadrži, ili je posve sigurno, da je dano više, nego što iznosi biskupijska pristojba, baš s obzirom na njegovu osobu.

§ 2. Kod Misa u vidu ručnih, smije se, ukoliko to nije u protivnosti s voljom zakladateljevom, višak zakonito zadržati i otstupiti samo nagradu za ručne Mise, koja je propisana u onoj biskupiji, u kojoj se Misa ima otslužiti, ako obilnija nagrada ima značaj nadarbinskog ili zakladnog prihoda.

---

oct. 1869, § II, n. 12; S. C. S. Off., decr. 24 sept. 1665, prop. 9, damn.; 13 ian. 1892, ad 4; S. C. C., decr. 21 iun. 1625; *Romana*, 21 febr. 1688; decr. 23 nov. 1697, ad 10; 20 aug. 1860; decr. 25 iul. 1814, ad 7; decr. «*Vigilanti*», 25 maii 1893, ad 6; 21 nov. 1898; decr. «*Ut debita*», 11 maii 1904, n. 9, 11; 19 dec. 1904, ad 3; *Bredae*, 25 febr. 1905, ad 2; S. C. de Prop. Fide, litt. encycl. (ad Ep. Orient.), 20 ian. 1893; S. Poenit., 6 apr. 1742; 22 aug. 1826, ad 3.

840 § 2: Innocentius XII, const. «*Nuper*», 23 dec. 1697, § 15, ad 7, 8, § 30; S. C. C., *Romana*, 7 maii 1672, 21 febr. 1688; decr. 23 nov. 1697, ad 7, 8; *Monacen.*, 28 febr., 28 mart., 22 aug. 1874; *Hildesien.*, 21 ian. 1898; decr. «*Ut debita*», 11 maii 1904, n. 15; *Veglen.*, 23 febr. 1907, ad 2; S. Poenit., 22 aug. 1826, ad 2.

Can. 841. - § 1. Omnes et singuli administratores causarum piarum aut quoquo modo ad Missarum onera implenda obligati, sive ecclesiastici sive laici, sub exitum cuiuslibet anni, Missarum onera quibus nondum fuent satisfactum, suis Ordinariis tradant secundum modum ab his definiendum.

§ 2. Hoc autem tempus ita est accipiendum ut in Missis ad instar manualium obligatio eas deponendi decurrat a fine illius anni intra quem onera impleri debuissent; in manualibus vero, post annum a die suscepti oneris, salva diversa offerentium voluntate.

Can. 842. - Ius et officium advigilandi ut onera Missarum adimpleantur, in ecclesiis saecularium pertinet ad loci Ordinarium; in religiosorum ecclesiis, ad eorum Superiores.

Can. 843. - § 1. Rectores ecclesiarum aliorumque piorum locorum sive saecularium sive religiosorum in quibus eleemosynae Missarum recipi solent, peculiarem habeant librum in quo accurate notent Missarum receptarum numerum, intentionem eleemosynam, celebrationem.

§ 2. Ordinarii tenentur obligatione singulis saltem annis huiusmodi libros sive per se ipsi sive per alios recognoscendi.

Can. 844. - § 1. Ordinarii quoque locorum et Superiores religiosi qui propriis subditis aliisve Missas celebrandas committunt, quas acceperint Missas cum suis eleemosynis cito in librum per ordinem referant curentque pro viribus ut quamprimum celebrentur.

§ 2. Imo omnes sacerdotes sive saeculares sive religiosi debent accurate adnotare quas quisque Missarum intentiones receperit, quibusve satisfecerit.

841 § 1: S. C. C., decr. *«Vigilanti»*, 25 maii 1893; decr. *«Ut debita»*, 11 maii 1904, n. 4; 19 dec. 1904, ad 4.

841 § 2: S. C. C., decr. *«Vigilanti»*, 25 maii 1893; decr. *«Ut debita»*, 11 maii 1904, n. 4.

842: Innocentius XII, const. *«Nuper»*, 23 dec. 1697, § 8, 23, 24, 30; Pius IX, ep. encycl. *«Cum nuper»*, 20 ian. 1858; S. C. Ep. et Reg., *Sancti Hippolyti*, 11 maii 1904; S. C. C., decr. 21 iun. 1625; *S. Miniati*, 13 nov. 1683, ad 3; decr. 23 nov. 1697; *Nullius seu Montis Virginis*, 14 nov. 1699, 26 iun. 1700; decr. *«Vigilanti»*, 25 maii 1893; decr. *«Ut debita»*, 11 maii 1904, n. 15; S. C. de Prop. Fide, litt. encycl. (ad Ep. Orient.), 20 ian. 1893.

Kan. 841. - § 1. Svaki pojedini upravitelj pobožnih zaklada odnosno i svi oni, koji su kojimgod načinom obavezani na izvršenje misnih obaveza, bili oni crkvene ili svjetovne osobe, moraju pri koncu svake godine predati svojim Ordinarijima sve one misne obaveze, kojima još nije udovoljeno, i to na način, koji će oni propisati.

§ 2. To se vrijeme ima tako razumjeti, da kod Misa koje su u vidu ručnih izlazi pri kraju one godine unutar koje su se morale svršiti; a kod ručnih za jednu godinu od dana primljene obaveze, ukoliko to nije u protivnosti s voljom darovalaca.

Kan. 842. - U svjetovnim crkvama ima mjesni Ordinarij pravo i dužnost nadzirati, da li se izvršuju misne obaveze; u redovničkim crkvama redovnički Poglavari.

Kan. 843. - § 1. Ravnatelji crkvi i drugih pobožnih mjesta, bilo da su ta svjetovna bilo redovnička, na kojima se običavaju primati misne nagrade, moraju imati posebnu knjigu, u koju treba točno upisati broj, namjenu, nagradu i otsluženje za sve primljene Mise.

§ 2. Ordinariji su dužni barem jedanput svake godine te knjige osobno ili po drugima provjeriti.

Kan. 844. - § 1. Mjesni Ordinariji i redovnički Poglavari, koji predavaju Mise na otsluženje svojima potčinjenima ili drugima, moraju također odmah upisivati u knjigu po redu primljene Mise zajedno s odnosnim nagradama i nastojati, koliko mogu, da se što prije otsluže.

§ 2. Dapače i svi svećenici i svjetovni i redovnički dužni su točno zapisivati, koje su misne namjene primili i kada su im udovoljili.

843 § 1: Innocentius XII, const. *«Nuper»*, 23 dec. 1697, § 19, 30; S. C. C., decr. 23 nov. 1697; decr. *«Ut debita»*, 11 maii 1904, n. 15; Caeremoniale Episcopor., l. I, c. VI, n. 4.

843 § 2: Innocentius XII, const. *«Nuper»*, 23 dec. 1697, § 19, 30; S. C. C., decr. 23 nov. 1697.

844: S. C. C., decr. *«Ut debita»*, 11 maii 1904, n. 7; 27 febr. 1905, ad 1.

CAPUT II.

DE SANCTISSIMO EUCHARISTIAE SACRAMENTO.

ART. I.

DE MINISTRO SACRAE COMMUNIONIS.

Can. 845. - § 1. Minister ordinarius sacrae communionis est solus sacerdos.

§ 2. Extraordinarius est diaconus, de Ordinarii loci vel parochi licentia, gravi de causa concedenda, quae in casu necessitatis legitime praesumitur.

Can. 846. - § 1. Quilibet sacerdos intra Missam et, si privatim celebrat, etiam proxime ante et statim post, sacram communionem ministrare potest, salvo praescripto Can. 869.

§ 2. Etiam extra Missam quilibet sacerdos eadem facultate pollet ex licentia saltem praesumpta rectoris ecclesiae, si sit extraneus.

Can. 847. - Ad infirmos publice sacra communio deferatur, nisi iusta et rationabilis causa aliud suadeat.

Can. 848. - § 1. Ius et officium sacram communionem publice ad infirmos etiam non paroecianos extra ecclesiam deferendi, pertinet ad parochum intra suum territorium.

§ 2. Ceteri sacerdotes id possunt in casu tantum necessitatis aut de licentia saltem praesumpta eiusdem parochi vel Ordinarii.

---

845 § 1: C. 29, D. II, *de cons.;* Conc. Trident., sess. XIII, *de Eucharistia,* c. 8; sess. XXIII, *de ordine,* c. 1; Leo XIII, ep. encycl. *«Mirae caritatis»,* 28 maii 1902; Missale Rom., tit. *Ritus servandus in celebratione missae,* c. X, *de oratione dominica et aliis usque ad factam communionem,* n. 6.

845 § 2: C. 13, 18, D. XCIII; S. R. C., *Ordinis Minorum Observantium S. Francisci,* 25 febr. 1777; *Tunkini Occidentalis,* 14 aug. 1858, ad I.

846 § 1: S. C. C., *Comen.,* 17 maii 1749, ad 4; S. R. C., *Albinganen.,* 24 iul. 1683, ad 2; decr. gen. 23 iul. 1868; 17 iul. 1894, ad III; *Ordinis Fratrum Minorum Provinciae Apuliae,* 19 ian. 1906, ad III; Missale Rom., tit. *Ritus servandus in celebratione missae,* c. X, *de oratione dominica et aliis usque ad factam communionem,* n. 6; Rituale Rom., tit. IV, c. 2, *Ordo administrandi sacram communionem,* n. 10, 11.

846 § 2: C. 1, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum,* V, 7, in Clem.; Reg. 42, R. J., in VI°.

GLAVA II.

PRESVETO EUHARISTIJSKO OTAJSTVO

ČLANAK I.

DJELITELJ SVETE PRIČESTI

Kan. 845. - § 1. Redovni je djelitelj svete pričesti samo svećenik.

§ 2. Izvanredni je djelitelj đakon, uz dopuštenje mjesnoga Ordinarija ili župnika, za što treba važan razlog, ali se može u slučaju nužde zakonito pretpostaviti.

Kan. 846. - § 1. Svaki svećenik može dijeliti svetu pričest pod Misom, a kada služi sukromno, i neposredno prije i poslije Mise, uz obdržavanje propisa kan. 869.

§ 2. I izvan Mise ima svaki svećenik isto ovlaštenje, ali ako je stran, uz dopuštenje barem pretpostavljeno od strane ravnatelja crkve.

Kan. 847. - Bolesnicima treba svetu pričest nositi javno, osim ako bi pravedan i razuman razlog tražio, da se tako ne radi.

Kan. 848. - § 1. Župniku pripada na njegovom području pravo i dužnost nositi javno svetu pričest izvan crkve bolesnicima, pa i nežupljanima.

§ 2. Drugi svećenici mogu to samo u slučaju nužde ili s dopuštenjem, barem pretpostavljenim, od istoga župnika ili od Ordinarija.

847: C. 10, X, *de celebratione missarum, et sacramento Eucharistiae, et divinis officiis,* III, 41; Conc. Trident., sess. XIII, *de Eucharistia,* c. 6, Can. 7; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Inter omnigenas»,* 2 febr. 1744, § 22, 13; S. C. de Sacramentis, *Romana et aliarum,* 23 dec. 1912, ad III; S. C. C., decr. 12 febr. 1679; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Ep. Scodren.), 11 sept. 1779, n. 3; (C. P. pro Sin. - Sutchuen.), 26 iun. 1820; (C. P. pro Sin. - Sutchuen.), 9 dec. 1822, ad 1; litt. encycl. 25 febr. 1859; S. R C., *Gandaven.,* 16 dec. 1826, ad secundam facti speciem, ad 1; *Bisinianen.,* 23 maii 1846; *Molinen.,* 12 sept. 1857, ad XIX; *Vicariatus Apostolici de Dania,* 10 febr. 1871, ad I, 1, 3-5; *Mantuana,* 6 febr. 1875; *Templen.,* 12 ian. 1878, ad VII; *Calaguritana et Calceaten.,* 13 febr. 1892, ad dubia additionalia, ad III; Rituale Rom., tit. IV, c. 4, *de communione infirmorum,* n. 1, 6, 7, 9, 10.

848 § 1: S. C. C., *Mantuana, 16 mart. 1680; Novarien.,* 27 aug. 1695, ad 1; *Narnien.,* 26 sept. 1699, ad 1; Rituale Rom., tit. IV, c. 4, *de communione infirmorum,* n. 7.

848 § 2: C. 1, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum,* V, 7, in Clem.

Can. 849. - § 1. Communionem privatim ad infirmos quilibet sacerdos deferre potest, de venia saltem praesumpta sacerdotis, cui custodia sanctissimi Sacramenti commissa est.

§ 2. Quando privatim sacra communio infirmis ministratur, reverentiae ac decentiae tanto sacramento debitae sedulo consulatur, servatis a Sede Apostolica praescriptis normis.

Can. 850. - Sacram communionem per modum Viatici sive publice sive privatim ad infirmos deferre, pertinet ad parochum ad normam Can. 848, salvo praescripto Can. 397, n. 3 et Can. 514, §§ 1-3.

Can. 851. - § 1. Sacerdos sacram communionem distribuat azymo pane vel fermentato, secundum proprium ritum.

§ 2. Ubi vero necessitas urgeat nec sacerdos diversi ritus adsit, licet sacerdoti orientali qui fermentato utitur, ministrare Eucharistiam in azymo, vicissim latino aut orientali qui utitur azymo, ministrare in fermentato; at suum quisque ritum ministrandi servare debet.

Can. 852. - Sanctissima Eucharistia sub sola specie panis praebeatur.

849 § 2: Benedictus XIV, ep. encycl. *«Inter omnigenas»,* 2 febr. 1744, § 23; S. C. de Sacramentis, *Romana et aliarum,* 23 dec. 1912, ad III; S. C. de Prop. Fide (C. P. pro Sin.), 20 sept. 1739; instr. (ad Ep. Scodren.), 11 sept. 1779, n. 3; litt. encycl. 25 febr. 1859.

850: C. 1, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum,* V, 7, in Clem.; Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. *«Dum intra»,* 19 dec. 1516, § 7; Clemens XII, litt. ap. *«Compertum»,* 24 aug. 1734, dub. XII; litt. ap. *«Concredita Nobis»,* 13 maii 1739; Benedictus XIV, const. *«Omnium sollicitudinum»,* 12 sept. 1744, § 14, dub. XII, § 26-40; const. *«Firmandis»,* 6 nov. 1744, § 9; Pius IX, const. *«Apostolicae Sedis»,* 12 oct. 1869, § II, n. 14; Pius X, const. *«Tradita ab antiquis»,* 14 sept. 1912, n. V; S. C. C., *Messanen.,* mense ian. 1622; *Romana,* 27 aug. 1667; *Mantuana,* 16 mart. 1680; *Novarien.,* 27 aug. 1695, ad 1; *Asculana,* 7 iun. 1698; *Narnien.,* 26 sept. 1699, ad 1; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 13 iun. 1633; litt. 11 oct. 1780; S. R. C., *Spoletana Terrae de Visso,* 20 iun. 1609, ad 1; *Montis Regalis,* 17 mart. 1663, ad 4; *S. Severi,* 13 maii, 18 dec. 1756, ad 7; Rituale Rom., tit. IV, c. 4, *de communione infirmorum.*

Kan. 849. - § 1. Sukromno može nositi pričest bolesnicima svaki svećenik s dopuštenjem, barem pretpostavljenim, od onoga svećenika, kojemu je povjereno čuvanje presvetog Otajstva.

§ 2. Kada se sveta pričest sukromno dijeli bolesnicima, mora se brižno paziti na poštovanje i čast, što je dugujemo tolikom otajstvu, držeći se pri tom propisa izdanih od Apostolske Stolice.

Kan. 850. - Nositi svetu pričest bilo javno bilo privatno bolesnicima kao Popudbinu spada na župnika prema odredbi kan. 848, uz obdržavanje propisa kan. 397, br. 3 i kan. 514, §§ 1-3.

Kan. 851. - § 1. Svetu pričest mora svećenik podijeliti u beskvasnom ili kvasnom kruhu, prema svojemu obredu.

§ 2. U slučaju hitne nužde, kad nema svećenika drugog obreda, smije istočnjački svećenik, koji upotrebljava kvasni kruh, podijeliti presveto otajstvo u beskvasnom, i obratno, latinski ili istočnjački, koji upotrebljava beskvasni kruh, podijeliti pričest u kvasnom, ali se pri tom svaki mora držati svojega obreda.

Kan. 852. - Presveta Euharistija neka se podjeljuje samo pod prilikom kruha.

851 § 1: C. 14, X, *de officio iudicis ordinarii,* I, 31; Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»,* 26 maii 1742, § VI, n. XI; ep. encycl. *«Allatae sunt»,* 26 iul. 1755, § 23, 34; Pius X, const. *«Tradita ab antiquis»,* 14 sept. 1912, n. I; S. C. de Prop. Fide, litt. (ad Archiep. Smyrnen.), 24 sept. 1863; (C. G.), 30 apr. 1866, ad 2.

851 § 2: Pius X, const. *«Tradita ab antiquis»,* 14 sept. 1912, n. II, V.

852: Conc. Trident., sess. XXI, *de communione,* c. 1, 2, Can. 1, 2; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«Inter cunctas»,* 22 febr. 1418, art 18, de quo errorum Wicleff et Husz suspecti interrogandi; (in Conc Constantien.), const. *«In eminentis»,* 22 febr. 1418; Leo X, const. *«Exsurge Domine»,* 15 iun. 1520, error 16, Martini Luther, damn.; Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»,* 26 maii 1742, § VI, n. XV; litt. ap. *«Fra le moltiplicita»,* 1 maii 1751; ep. encycl. *«Allatae sunt»,* 26 iul. 1755, § 25; S. C. de Prop. Fide, instr. (pro Chaldaeis), 6 dec. 1717; decr. 6 oct. 1863, C, b; Missale Rom., tit. *Ritus servandus in celebratione missae,* c. X, *de oratione dominica et aliis usque ad factam communionem,* n. 6.

ART. II.

DE SUBIECTO SACRAE COMMUNIONIS.

Can. 853. - Quilibet baptizatus qui iure non prohibetur, admitti potest et debet ad sacram communionem.

Can. 854. - § 1. Pueris, qui propter aetatis imbecillitatem nondum huius sacramenti cognitionem et gustum habent, Eucharistia ne ministretur.

§ 2. In periculo mortis, ut sanctissima Eucharistia pueris ministrari possit ac debeat, satis est ut sciant Corpus Christi a communi cibo discernere illudque reverenter adorare.

§ 3. Extra mortis periculum plenior cognitio doctrinae christianae et accuratior praeparatio merito exigitur, ea scilicet, qua ipsi fidei saltem mysteria necessaria necessitate medii ad salutem pro suo captu percipiant, et devote pro suae aetatis modulo ad sanctissimam Eucharistiam accedant.

§ 4. De sufficienti puerorum dispositione ad primam communionem iudicium esto sacerdoti a confessionibus eorumque parentibus aut iis qui loco parentum sunt.

§ 5. Parocho autem est officium advigilandi, etiam per examen, si opportunum prudenter iudicaverit, ne pueri ad sacram Synaxim accedant ante adeptum usum rationis vel sine sufficienti dispositione; itemque curandi ut usum rationis assecuti et sufficienter dispositi quamprimum hoc divino cibo reficiantur.

853: Alexander VII, const. *«Sacrosancti»,* 18 ian. 1658, § 2, n. XII, XIII; Clemens IX, const. *«In excelsa»,* 13 sept. 1669, § I, n. XII, XIII, § 3; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Sutchuen.), 29 apr. 1784; Rituale Rom., tit. IV, c. 1, *de sanctissimo Eucharistiae sacramento,* n. 8, 10; *de communione infirmorum,* n. 1. -- Vide etiam Can. 731, § 2.

854 § 1: Conc. Trident., sess. XXI, *de communione,* c. 4, Can. 4; Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»,* 26 maii 1742, § II, n. VII; ep. encycl. *«Allatae sunt»,* 26 iul. 1755, § 24; S. C. S. Off., 14 iun. 1741; (Tchely Meridio-Oriental.), 10 apr. 1861, ad 1; S. C de Sacramentis, decr. 8 aug. 1910, n. III; Rituale Rom., tit. IV, c. 1, *de sanctissimo Eucharistiae sacramento,* n. 11.

ČLANAK II.

PRIMALAC SVETE PRIČESTI

Kan. 853. - Svetoj se pričesti može i mora pripustiti svaki kršteni, kojemu to nije u zakonu zabranjeno.

Kan. 854. - § 1. Djeci, koja još ne znaju i ne shvaćaju toga otajstva, ne smije se podijeliti pričest.

§ 2. Da se djeci u smrtnoj pogibli smije i mora podijeliti presveta Euharistija, dosta je, da znaju razlikovati Tijelo Kristovo od obične hrane i dostojno mu se pokloniti.

§ 3. Izvan smrtne pogibli traži se s pravom nešto veće znanje kršćanskog nauka i pomnjivija priprava, naime takva, da u dosegu svojega shvaćanja znadu barem one vjerske istine, koje su za spasenje neophodno potrebite i da svetoj pričesti pristupaju pobožnošću, koja odgovara njihovoj nejakoj dobi.

§ 4. Sud o tom, da li su djeca dovoljno spremljena za prvu pričest spada na ispovijednika i na njihove roditelje odnosno na one, koji su im namjesto roditelja.

§ 5. A župnikova je dužnost paziti, pa i ispitivanjem, ako razborito drži, da je to potrebito, da djeca ne pristupaju svetoj pričesti prije nego što su došli do upotrebe razuma niti prije nego što su dovoljno pripravljeni; a isto tako treba da vodi brigu o tom, da oni, koji su došli do upotrebe razuma i dovoljno su pripravljeni, budu što prije okrijepljeni ovom božanskom hranom.

---

854 § 2: S. C. S. Off. (Tchely Meridio-Oriental.), 10 apr. 1861, ad 1; S. C. de Sacramentis, decr. 8 aug. 1910, n. VIII.

854 § 3: Innocentius XI, const. *«Caelestis Pastor»,* 20 nov. 1687, prop. 32, Michaelis de Molinos, damn.; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Etsi minime»,* 7 febr. 1742, § 9; S. C. S. Off., decr. 7 dec. 1690, prop. 23, damn.; S. C. de Sacramentis, decr. 8 aug. 1910, n. II, III; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 12 ian. 1869.

854 § 4: S. C. de Sacramentis, decr. 8 aug. 1910, n. IV.

854 § 5: Conc. Trident., sess. XXI, *de communione,* c. 4, Can. 4; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Etsi minime»,* 7 febr. 1742, § 9; const. *«Etsi pastoralis»,* 26 maii 1742, § II, n. VII; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 12 ian. 1869; Rituale Rom., tit. IV, c. 1, *de sanctissimo Eucharistiae sacramento,* n. 11.

Can. 855. - § 1. Arcendi sunt ab Eucharistia publice indigni, quales sunt excommunicati, interdicti manifestoque infames, nisi de eorum poenitentia et emendatione constet et publico scandalo prius satisfecerint.

§ 2. Occultos vero peccatores, si occulte petant et eos non emendatos agnoverit, minister repellat; non autem, si publice petant et sine scandalo ipsos praeterire nequeat.

Can. 856. - Nemo quem conscientia peccati mortalis gravat, quantumcumque etiam se contritum existimet, sine praemissa sacramentali confessione ad sacram communionem accedat; quod si urgeat necessitas ac copia confessarii illi desit, actum perfectae contritionis prius eliciat.

Can. 857. - Nemini liceat sanctissimam Eucharistiam recipere, qui eam eadem die iam receperit, nisi in casibus de quibus in Can. 858, § 1.

Can. 858. - § 1. Qui a media nocte ieiunium naturale non servaverit, nequit ad sanctissimam Eucharistiam admitti, nisi mortis urgeat periculum, aut necessitas impediendi irreverentiam in sacramentum.

§ 2. Infirmi tamen qui iam a mense decumbunt sine certa spe ut cito convalescant, de prudenti confessarii consilio sanctissimam Eucharistiam sumere possunt semel aut bis in hebdomada, etsi aliquam medicinam vel aliquid per modum potus antea sumpserint.

855 § 1: C. 24, D. LXXXVI; c. 9, C. XI, q. 3; c. 20, C. XXIV, q. 3; c. 95, D. II, *de cons.;* c. 3, 5, X, *de usuris,* V, 19; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Ex omnibus»,* 16 oct. 1756, § 3 sq.; S. C. S. Off., 27 iul. 1892, ad 1; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Sutchuen.), 29 apr. 1784; S. Poenit., 10 dec. 1860, ad 20; Rituale Rom., tit. IV, c. 1, *de sanctissimo Eucharistiae sacramento,* n. 8; c. 4, *de communione infirmorum,* n. 1.

855 § 2: C. 2, X, *de officio iudicis ordinarii,* I, 31; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Ex omnibus»,* 16 oct. 1756, § 9; S. C. S. Off. (Portus Aloisii), 1 aug. 1855; Rituale Rom., tit. IV, c. 1, *de sanctissimo Eucharistiae sacramento,* n. 9.

856: Conc. Trident., sess. XIII, *de Eucharistia,* c. 7, Can. 11; Leo X, const. *«Exsurge Domine»,* 15 iun. 1520, error 15, Martini Luther, damn.; S. C. C., decr. *«Sacra Tridentina Synodus»,* 20 dec. 1905, n. 3; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Sutchuen.), 29 apr. 1784; Rituale Rom., tit. IV, c. 1, *de sanctissimo Eucharistiae sacramento,* n. 3.

Kan. 855. - § 1. Od svete se pričesti moraju odbiti oni, koji su javno nedostojni, kao izopćeni, udareni uskratom bogoslužja ili očito beščasni, dok se ne dokaže, da su se pokajali i popravili i dok ne pruže zadovoljštine za javnu sablazan.

§ 2. Skrovite pak grješnike, mora djelitelj odbiti onda, kad traže pričest skrovito, a on zna, da se nisu popravili, no toga ne smije učiniti, kad pričest javno traže i kad ih ne može mimoići bez sablazni.

Kan. 856. - Nitko koji si je svjestan, da je u smrtnom grijehu, ne smije, pa ni s najsavršenijim pokajanjem, pristupiti svetoj pričesti, a da se prije toga nije ispovjedio; u slučaju hitnu nužde, a nema za dotičnika ispovjednika, treba da prije probudi savršeno pokajanje.

Kan. 857. - Nitko ne smije primiti svete pričesti, tko ju je istoga dana već jednom primio, osim u slučajevima navedenim u kan. 858, § 1.

Kan. 858. - § 1. Tko od ponoći nije potpunoma na tašte, ne može se pripustiti svetoj pričesti, osim ako mu prijeti smrtna pogibao ili treba spriječiti obeščašćenje otajstva.

§ 2. No bolesnici koji leže bolesni već od mjesec dana i nema sigurne nade, da će ubrzo ozdraviti, mogu po ispovjednikovom razboritom savjetu primati presvetu pričest jedan ili dva puta nedjeljno, iako su uzeli lijek ili što drugoga u vidu pića.

858 § 1: C. 54, D. II, *de cons.;* Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«In eminentis»,* 22 febr. 1418; Benedictus XIV, ep. *«Quadam»,* 24 mart. 1756, § 3; S. C. S. Off. (Coreae), 5 iul. 1854, ad 1; Missale Rom., tit. *De defectibus in celebratione missarum occurrentibus,* c. IX, *de defectibus dispositionis corporis,* n. 1; Rituale Rom., tit. IV, c. 1, *de sanctissimo Eucharistiae sacramento,* n. 3; c. 4, *de communione infirmorum,* n. 4.

858 § 2: Benedictus XIV, ep. *«Quadam»,* 24 mart. 1756, § 3, 9; S. C. S. Off., 7 sept. 1897; S. C. C., decr. 7 dec. 1906.

Can. 859. - § 1. Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis, idest ad rationis usum, pervenerit, debet semel in anno, saltem in Paschate, Eucharistiae sacramentum recipere, nisi forte de consilio proprii sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum.

§ 2. Paschalis communio fiat a dominica Palmarum ad dominicam in albis; sed locorum Ordinariis fas est, si ita personarum ac locorum adiuncta exigant, hoc tempus etiam pro omnibus suis fidelibus anticipare, non tamen ante quartam diem dominicam Quadragesimae, vel prorogare, non tamen ultra festum sanctissimae Trinitatis.

§ 3. Suadendum fidelibus ut huic praecepto satisfaciant in sua quisque paroecia; et qui in aliena paroecia satisfecerint, curent proprium parochum de adimpleto praecepto certiorem facere.

§ 4. Praeceptum paschalis communionis adhuc urget, si quis illud praescripto tempore, quavis de causa, non impleverit.

Can. 860. - Obligatio praecepti communionis sumendae, quae impuberes gravat, in eos quoque ac praecipue recidit, qui ipsorum curam habere debent, idest in parentes, tutores, confessarium, institutores et parochum.

Can. 861. - Praecepto communionis recipiendae non satisfit per sacrilegam communionem.

Can. 862. - Expedit ut feria V maioris hebdomadae omnes clerici, etiam sacerdotes qui ea die a Sacro litando abstinent, sanctissimo Christi Corpore in Missa sollemni seu conventuali reficiantur.

---

859 § 1: C. 12, X, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 38; Conc. Trident., sess. XIII, *de Eucharistia,* Can. 9; sess. XXI, *de communione,* c. 4, Can. 4; Eugenius IV, ep. *«Fide digna»,* 8 iul. 1440; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Inter omnigenas»,* 2 febr. 1744, § 21; ep. encycl. *«Inter praeteritos»,* 3 dec. 1749, § 3; ep. encycl. *«Magno cum»,* 2 iun. 1751, § 21; Leo XIII, ep. encycl. *«Mirae caritatis»,* 28 maii 1902; S. C. S. Off., 23 mart. 1656, ad 1; 13 nov. 1669; S. C. de Sacramentis, decr. 8 aug. 1910, n. I; S. C. de Prop. Fide (Sinarum), 12 sept. 1645, ad 1; Rituale Rom., tit. IV, c. 3, *de communione paschali,* n. 1, 4.

859 § 2: Eugenius IV, ep. *«Fide digna»,* 8 iul. 1440; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Inter omnigenas»,* 2 febr. 1744, § 21; ep. encycl. *«Magno cum»,* 2 iun. 1751, § 21, 22; S. R. C., *Tifernaten.,* 22 mart. 1806; Rituale Rom., tit. IV, c. 3, *de communione paschali,* n. 2, 3.

Kan. 859. - § 1. Svaki je vjernik obojega spola, pošto dođe u godine rasudbe, to jest do upotrebe razuma, dužan jednom u godini, barem o Uskrsu, primiti presvetu Euharistiju, osim možda u takvom slučaju, kad bi po savjetu vlastitog ispovjednika smatrao, da mu se valja zbog nekog razumnog razloga, privremeno uzdržati od pričesti.

§ 2. Uskrsna se pričest mora primiti od Cvjetne do Bijele nedjelje; no slobodno je mjesnim Ordinarijima, ako to traže osobne i mjesne prilike, ovo vrijeme pomaknuti naprijed, pa i za sve svoje vjernike, ali ne pred četvrtu nedjelju u Korizmi, odnosno i produljiti, ali ipak ne dalje od svetkovine presvetog Trojstva.

§ 3. Vjernicima treba preporučiti, da svaki pojedini izvrši ovu zapovijed u svojoj župi; oni pak koji su joj zadovoljili u tuđoj župi, neka se pobrinu, da obavijeste vlastitog župnika o tom, da su izvršili zapovijed.

§ 4. Zapovijed o uskrsnoj pričesti obavezuje i dalje, ako je netko nije ispunio bilo s kojega uzroka.

Kan. 860. - Obaveza iz zapovijedi o primanju pričesti, ukoliko se odnosi na osobe nedorasle, pada također i posebice i na one, koji su dužni, da se o njima brinu, to jest na roditelje, štitnike, ispovjednika, učitelje i župnika.

Kan. 861. - Zapovijedi o primanju pričesti nije zadovoljio onaj, tko se pričesti svetogrdno.

Kan. 862. - Dolikuje, da se na Veliki Četvrtak kod svečane ili saborne Mise okrijepe presvetim Tijelom Kristovim svi duhovnici, pa i svećenici, koji toga dana ne služe Misu.

---

859 § 3: Benedictus XIV, ep. encycl. *«Magno cum»,* 2 iun. 1751, § 21, 22; Pius X, const. *«Tradita ab antiquis»,* 14 sept. 1912, n. IV; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Deleg. Ap. Aegypti), 30 apr. 1862, n. 2°; litt. encycl. 26 febr. 1896; Rituale Rom., tit. IV, c. 3, *de communione paschali,* n. 3.

859 § 4: Eugenius IV, ep. *«Fide digna»,* 8 iul. 1440.

860: S. C. de Sacramentis, decr. 8 aug. 1910, n. IV.

861: S. C. S. Off., decr. 4 mart. 1679, prop. 55, damn.

862: S. C. de Prop. Fide (Siam), 11 sept. 1841; S. R. C., *Civitaten.,* 27 sept. 1608; *Seguntina,* 19 sept. 1654, ad 1; *Cortonen.,* 10 sept. 1701, ad 16; decr. gen. 27 sept. 1716; *Conchen.,* 22 dec. 1770; *Mutinen.,* 23 sept. 1837, ad I; *Amerina,* 12 aug. 1854; Caeremoniale Episcopor., l. II, c. XXIII, n. 6.

Can. 863. - Excitentur fideles ut frequenter, etiam quotidie, pane Eucharistico reficiantur ad normas in decretis Apostolicae Sedis traditas; utque Missae adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam sanctissimae Eucharistiae perceptione, rite dispositi, communicent.

Can. 864. - § 1. In periculo mortis, quavis ex causa procedat, fideles sacrae communionis recipiendae praecepto tenentur.

§ 2. Etiamsi eadem die sacra communione fuerint refecti, valde tamen suadendum, ut in vitae discrimen adducti denuo communicent.

§ 3. Perdurante mortis periculo, sanctum Viaticum, secundum prudens confessarii consilium, pluries, distinctis diebus, administrari et licet et decet.

Can. 865. - Sanctum Viaticum infirmis ne nimium differatur; et qui animarum curam gerunt, sedulo advigilent ut eo infirmi plene sui compotes reficiantur.

Can. 866. - § 1. Omnibus fidelibus cuiusvis ritus datur facultas ut, pietatis causa, sacramentum Eucharisticum quolibet ritu confectum suscipiant.

§ 2. Suadendum tamen ut suo quisque ritu fideles praecepto communionis paschalis satisfaciant.

§ 3. Sanctum Viaticum moribundis ritu proprio accipiendum est; sed, urgente necessitate, fas esto quolibet ritu illud accipere.

863: C. 56, D. II, *de cons.;* Conc. Trident., sess. XIII, *de Eucharistia,* c. 8; sess. XXII, *de sacrificio missae,* c. 6; Innocentius XI, const. *«Caelestis Pastor»,* 20 nov. 1687, prop. 32, Michaelis de Molinos, damn.; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Certiores effecti»,* 13 nov. 1742, § 2-4; Pius IX, ep. encycl. *«Nostis et Nobiscum»,* 8 dec. 1849; ep encycl. *«Singulari quidem»,* 17 mart. 1856; Leo XIII, ep. encycl. *«Mirae caritatis»,* 28 maii 1902; Pius X, litt. encycl. *«Editae saepe»,* 26 maii 1910; S. C. S. Off., decr. 7 dec. 1690, prop. 23, damn.; S. C. Ep. et Reg., *Baiocen.,* 1 oct. 1839; S. C. de Sacramentis, decr 8 aug. 1910, n. V, VI; S. C. C., decr. 12 febr. 1679; decr. *«Sacra Tridentina Synodus»,* 20 dec. 1905, n. 6; *Romana et aliarum,* 15 sept. 1906, ad 1; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Sutchuen.), 29 apr. 1784; instr. (pro Mission. Sin.), a. 1817; (C. G.), 12 iun. 1869; S. R. C., *Cameracen.,* 11 dec. 1885, ad II; Rituale Rom., tit. IV, c. 1, *de sanctissimo Eucharistiae sacramento,* n. 2.

864 § 1: C. 9, C. XXVI, q. 6; c. 93, D. II, *de cons.;* Conc. Nicaen. I, Can. 13; S. Innocentius I, ep. *«Consulenti tibi»,* 20 febr. 405, c. 2; S. C. de Prop. Fide (C. P. pro Sin.), 20 febr. 1801; (C. P. pro Sin. - Tunkin. Occident.), 21 iul. 1841, ad 1, 2; instr. 31 iul. 1902, n. 6.

864 § 3: Rituale Rom., tit. IV, c. 4, *de communione infirmorum,* n. 3.

Kan. 863. - Vjernike treba podsticati, da se često, pa i svakidašnje, krijepe euharistijskim kruhom prema odredbama sadržanima u rješenjima Apostolske Stolice; a kada prisustvuju Misi, da se pričeste ne samo na duhovni način, nego da prime, valjano pripravljeni, i presvetu Euharistiju.

Kan. 864. - § 1. U smrtnoj su pogibli, dolazila ta od bilo kojega uzroka, vjernici dužni primiti svetu pričest.

§ 2. Pa iako su se toga dana već pričestili, ipak se veoma preporuča, da se ponovno pričeste, ako padnu u životnu pogibao.

§ 3. Ako smrtna pogibao traje podulje, ne samo da se smije, nego i dolikuje, da se, po savjetu razborita ispovjednika, daje sveta Popudbina i više put, ali ne u istom danu.

Kan. 865. - Sa svetom Popudbinom za bolesnike ne valja odviše odgađati, pa dušobrižnici treba da brižljivo paze na to, da se bolesnici njom okrijepe, dok su još pri punoj svijesti.

Kan. 866. - § 1. Svim vjernicima bilo kojeg obreda daje se mogućnost, da iz pobožnosti primaju presvetu Euharistiju bilo kojim obredom posvećeno.

§ 2. No ipak se preporuča, da svaki pojedini vjernik po svojem obredu zadovolji zapovijedi o uskrsnoj pričesti.

§ 3. Samrtnici treba da prime svetu Popudbinu po vlastitom obredu, ali ako je nužda, smije se primiti po bilo kojem obredu.

865: C. 93, D. II, *de cons.;* Conc. Nicaen. I, Can. 13; S. Innocentius I, ep. *«Consulenti tibi»,* 20 febr. 405, c. 2; Alexander VII, const. *«Sacrosancti»,* 18 ian. 1658, § 2, n. XIII; Clemens IX, const. *«In excelsa»,* 13 sept. 1609, § 1, n. XIII, § 3; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Inter omnigenas»,* 2 febr. 1744, § 22; const. *«Firmandis»,* 6 nov. 1744, § 9; S. C. de Prop. Fide, instr. 31 iul. 1902, n. 6; Rituale Rom., tit. IV, c. 4, *de communione infirmorum,* n. 1; tit. V, c. 4, *de visitatione et cura infirmorum,* n. 10.

866 § 1: Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»,* 26 maii 1742, § VI, n. XIII, XIV: Leo XIII, litt. ap. *«Orientalium»,* 30 nov. 1894, n. II; Pius X, const. *«Tradita ab antiquis»,* 14 sept. 1912, n. III; S. C. de Prop. Fide, decr. 18 aug. 1893; litt. encycl. 26 febr. 1896.

866 § 2: Pius X, const. *«Tradita ab antiquis»,* 14 sept. 1912, n. IV; S. C. S. Off., 12 dec. 1821; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 11 dec. 1838, ad 23; litt. encycl. 26 febr. 1896.

866 § 3: Pius X, const. *«Tradita ab antiquis»,* 14 sept. 1912, n. V; S. C. S. Off., 12 dec. 1821; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 11 dec. 1838, ad 23; instr. (ad Deleg. Ap. Aegypti), 30 apr. 1862, n. 2°, 3°; decr. 6 oct. 1863, C, d; decr. 18 aug. 1893; litt. encycl. 26 febr. 1896.

ART. II.

DE TEMPORE ET LOCO QUO SACRA COMMUNIO DISTRIBUI POTEST.

Can. 867. - § 1. Omnibus diebus licet sanctissimam Eucharistiam distribuere.

§ 2. Feria tamen VI maioris hebdomadae solum licet sacrum Viaticum ad infirmos deferre.

§ 3. In Sabbato Sancto sacra communio nequit fidelibus ministrari nisi inter Missarum sollemnia vel continuo ac statim ab iis expletis.

§ 4. Sacra communio iis tantum horis distribuatur, quibus Missae sacrificium offerri potest, nisi aliud rationabilis causa suadeat.

§ 5. Sacrum tamen Viaticum quacunque diei aut noctis hora ministrari potest.

Can. 868. - Sacerdoti celebranti non licet Eucharistiam intra Missam distribuere fidelibus adeo distantibus ut ipse altare e conspectu amittat.

Can. 869. - Sacra communio distribui potest ubicunque Missam celebrare licet, etiam in oratorio privato, nisi loci Ordinarius, iustis de causis, in casibus particularibus id prohibuerit.

867 § 1: S. C. C., decr. 12 febr. 1679; 28 nov. 1912.

867 § 2: S. C. C., decr. 12 febr. 1679; S. R. C., *Lucana,* 15 maii 1745; Missale Rom., *Rubrica in feria V, in Coena Domini.*

867 § 3: S. R. C., *Tifernaten.,* 22 mart. 1806; 28 apr. 1914, ad II.

867 § 4: S. R. C., *Tuden.,* 7 sept. 1816, ad 23; *Ordinis FF. Minorum Provinciae Portugalliae,* 11 iun. 1904, ad I.

ČLANAK III.

MJESTO I VRIJEME ZA DIJELJENJE SVETE PRIČESTI

Kan. 867. - § 1. Presveta Euharistija smije dijeliti u sve dane.

§ 2. No ipak se na Veliki Petak smije samo bolesnima dati sveta Popudbina.

§ 3. Na Veliku se Subotu smije vjernicima dijeliti sveta pričest samo pod svečanom Misom ili neposredno odmah pošto je završena.

§ 4. Svetu pričest treba podjeljivati samo u one sate, u koje se može prikazati misna žrtva, osim ako postoji razuman razlog, da se postupi drukčije.

§ 5. No sveta se Popudbina ipak može podijeliti u svaki sat dana i noći.

Kan. 868. - Svećenik ne smije pod Misom, koju služi, dijeliti presvetu Euharistiju vjernicima, koji su toliko udaljeni, da bi time izgubio iz vida oltar.

Kan. 869. - Sveta se pričest smije dijeliti svagdje, gdjegod se smije služiti Misa, pa i u privatnoj bogomolji, osim ako bi to iz pravednih razloga zabranio mjesni Ordinarij.

867 § 5: Rituale Rom., tit. IV, c. 4, *de communione infirmorum,* n. 10.

868: S. R. C., *Florentina,* 19 dec. 1829, ad 1; *Ianuen.,* 7 dec. 1844; *Ordinis Minorum Capuccinorum Sancti Francisci,* 24 mart. 1860, ad I; *Societatis Iesu,* 11 maii 1878, ad VIII.

869: S. C. C., decr. 12 febr. 1679; S. R. C., *Urbis et Orbis,* 8 maii 1407.

TITULUS IV.

DE POENITENTIA.

Can. 870. - In poenitentiae sacramento, per iudicialem absolutionem a legitimo ministro impertitam, fideli rite disposito remittuntur peccata post baptismum commissa.

CAPUT I.

DE MINISTRO SACRAMENTI POENITENTIAE.

Can. 871. - Minister huius sacramenti est solus sacerdos.

Can. 872. - Praeter potestatem ordinis, ad validam peccatorum absolutionem requiritur in ministro potestas iurisdictionis, sive ordinaria sive delegata, in poenitentem.

870: C. 49, 51, 88, D. I, *de poenit.;* c. 1, D. VI, *de poenit.;* c. 1, X, *de summa Trinitate et fide catholica,* I, 1; Conc. Trident., sess. VI, *de iustificatione,* c. 14, Can. 29; sess. VII, *de sacramentis in genere,* Can. 1; sess. XIV, *de poenitentia,* c. 1-8, Can. 1-4, 9, 12, 15; Professio fidei (in Conc. Lugdunen. II) a Michaele Palaeologo Gregorio X oblata, a. 1274; Benedictus XII, a. 1341, prop. 48, 51, 52, Armenorum, damn.; Eugenius IV (in Conc. Florentin.), const. *«Exultate Deo»,* 22 nov. 1439, § 13; Leo X, const. *«Exsurge Domine»,* 15 iun. 1520, errores 5, 10-12, 14, Martini Luther, damn.; S. Pius V, const. *«Ex omnibus afflictionibus»,* 1 oct. 1567, errores 57, 58, Michaelis Baii, damn.; Urbanus VIII, const. *«In eminenti»,* 6 mart. 1641, § 2, 8; Pius VI, const. *«Mediator»,* 11 nov. 1784, § 5; const. *«Auctorem fidei»,* 28 aug. 1794, prop. 36, 38, Synodi Pistorien., damn.; S. C. S. Off., decr. 4 mart. 1679, prop. 64, damn; 2 dec. 1874; Rituale Rom., tit. III, c. 1, *de sacramento poenitentiae,* n. 1, 2. -- Vide etiam Can. 886.

871: C. 51, 78, 88, D. I, *de poenit.;* c. 1, D. VI, *de poenit.;* c. 10, X, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 38; Conc. Trident., sess. VI, *de iustificatione,* c. 14; sess. XIV, *de poenitentia,* c. 1, 2, 5-7, 9, Can. 10; sess. XXIII, de ordine, c. 1; Innocentius II, ep. *«Testante Apostolo»,* 16 iul. 1141, capitul. 12, Petri Abaelard, damn.; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«Inter cunctas»,* 22 febr. 1418, art. 20, 21, de quibus errorum Wicleff et Husz suspecti interrogandi; Eugenius IV (in Conc. Florentin.), const. *«Exultate Deo»,* 22 nov. 1439, § 13; Leo X, const. *«Exsurge Domine»,* 15 iun. 1520, error 13, Martini Luther, damn.; Gregorius XIII, const. *«Officii nostri»,* 6 aug. 1574, § 2; Clemens VIII, const. *«Etsi alias»,* 1 dec. 1601; Urbanus VIII, const. *«Apostolatus officium»,* 23 mart. 1628, § 3; Benedictus XIV, const. *«Sacerdos in aeternum»,* 20 apr. 1744; ep. encycl. *«Quam grave»,* 2 aug. 1757, § 15-20; const. *«Divinarum»,* 2 aug. 1757; Pontificale Rom., tit. *De ordinatione presbyteri;* Rituale Rom., tit. III, c. 1, *de sacramento poenitentiae,* n. 1.

NASLOV IV.

POKORA

Kan. 870. - U otajstvu pokore opraštaju se sudačkim odrješenjem podijeljenim od zakonita djelitelja propisno pripremljenom vjerniku poslije krštenja počinjeni grijesi.

GLAVA I.

DJELITELJ OTAJSTVA POKORE

Kan. 871. - Djelitelj je ovog otajstva samo svećenik.

Kan. 872. - Djelitelj, da može dati valjano odrješenje od grijeha, mora osim ređeničke vlasti imati nad pokornikom još i poglavarstvenu, bilo redovnu bilo prenešenu.

872: C. 2, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 10, in VI°; Conc Trident., sess. XIV, *de poenitentia,* c. 7; sess. XXIII, *de ref.,* c. 15; Eugenius IV (in Conc. Florentin.), const. *«Exultate Deo»,* 22 nov. 1439, § 13; Gregorius XV, const. *«Inscrutabili»,* 5 febr. 1622, § 1; Innocentius X, const. *«Cum sicut»,* 14 maii 1648, § 3, 4, I, ad 9, 10; Clemens X, const. *«Superna»,* 21 iun. 1670, § 1, 4; Innocentius XII, const. *«Cum sicut»,* 19 apr. 1700; Innocentius XIII, const. *«Apostolici ministerii»,* 23 maii 1723, § 19; Benedictus XIII, const. *«In supremo»,* 23 sept. 1724, § 16, 28; const. *«Pastoralis officii»,* 27 mart. 1726, § 3, 7-9; Clemens XII, const. *«Admonet Nos»,* 11 aug. 1735, § 1, 3; Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»,* 26 maii 1742, § V, n. VII; const. *«Apostolica indulta»,* 5 aug. 1744, § 3, 5; ep. encycl. *«Apostolicum ministerium»,* 30 maii 1753, § 7; Pius VI, const. *«Auctorem fidei»,* 28 aug. 1794, prop. 37, Synodi Pistorien., damn.; S. C. S. Off., decr. 24 sept. 1665, prop. 13, 16, damn.; S. C. Ep. et Reg., 9 ian. 1601; decr. 7 ian. 1617; S. C. C., *Hildeshemen.,* 16 sept., 18 nov. 1769; S. C. de Prop. Fide (C. P. pro Sin - Chan-si), 16 ian. 1803; Rituale Rom., tit. III, c. 1, *de sacramento poenitentiae,* n. 1.

Can. 873. - § 1. Ordinaria iurisdictione ad confessiones excipiendas pro universa Ecclesia, praeter Romanum Pontificem, potiuntur S. R. E. Cardinales; pro suo quisque territorio Ordinarius loci, et parochus aliique qui loco parochi sunt.

§ 2. Hac eadem iurisdictione gaudent etiam canonicus poenitentiarius ecclesiae quoque collegiatae, ad normam Can. 401, § 1, et Superiores religiosi exempti pro suis subditis, ad normam constitutionum.

§ 3. Haec iurisdictio cessat amissione officii, ad normam Can. 183, et, post sententiam condemnatoriam vel declaratoriam, excommunicatione, suspensione ab officio, interdicto.

Can. 874. - § 1. Iurisdictionem delegatam ad recipiendas confessiones quorumlibet sive saecularium sive religiosorum confert sacerdotibus tum saecularibus tum religiosis etiam exemptis Ordinarius loci in quo confessiones excipiuntur, sacerdotes autem religiosi eadem ne utantur sine licentia saltem praesumpta sui Superioris, firmo tamen praescripto Can. 519.

§ 2. Locorum Ordinarii iurisdictionem ad audiendas confessiones habitualiter ne concedant religiosis qui a proprio Superiore non praesentantur; iis vero qui a proprio Superiore praesentantur, sine gravi causa eam ne denegent, firmo tamen praescripto Can. 877.

873 § 1: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.*, c. 15; Gregorius XV, const. «*Inscrutabili*», 5 febr. 1622, § 1; Clemens X, const. «*Superna*», 21 iun. 1670, § 1; Clemens XII, const. «*Admonet Nos*», 11 aug. 1735, § 1, 3; Benedictus XIV, const. «*Etsi pastoralis*», 26 maii 1742, § V, n. VII; ep. encycl. «*Apostolicum ministerium*», 30 maii 1753, § 7.

873 § 2: Clemens X, const. «*Superna*», 21 iun. 1670, § 4; S. C. C., *Parisien.*, 30 mart. 1594. -- Vide etiam Can. 518, § 2.

873 § 3: Vide etiam Can. 2261, § 3; 2275, n. 2; 2284.

874 § 1: C. 2, *de poenitentiis et remissionibus*, V, 10, in VI°; c. 2, *de sepulturis*, III, 7, in Clem.; c. un., *de iudiciis*, II, 1, in Extravag. com.; c. 2, *de sepulturis*, III, 6, in Extravag. com.; Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.*, c. 15; S. Pius V, const. «*Romani Pontificis*», 6 aug. 1571, § 2, 3; Gregorius XV, const. «*Inscrutabili*», 5 febr. 1622, § 1; Urbanus VIII, const. «*Cum sicut*», 12 sept. 1628, § 1; Innocentius X, const. «*Cum sicut*», 14 maii 1648, § 3, 4, I, ad 9, 10; Clemens X, const. «*Superna*», 21 iun. 1670, § 4; Innocentius XII, const. «*Emanavit*», 6 sept. 1698, § 1; const. «*Cum sicut*», 19

Kan. 873. - § 1. Redovnu poglavarstvenu vlast za ispovijedanje u cijeloj Crkvi osim Rimskog Prvosvećenika imaju i S. R. C. Stožernici, a u svom području svaki mjesni Ordinarij, pa župnici i drugi, koji su namjesto župnika.

§ 2. Istu tu poglavarstvenu vlast imaju također i kanonik pokorničar, pa i kod zborne crkve, prema odredbi kan. 401, § 1, nadalje izuzeti redovnički Poglavari za svoje potčinjene, u skladu s konstitucijama.

§ 3. Prestaje ova poglavarstvena vlast gubitkom službe prema odredbi kan. 183, nadalje izopćenjem, obustavom službe i uskratom bogoslužja nakon presudne ili izjavne osude.

Kan. 874. - § 1. Prenesenu poglavarstvenu vlast za ispovijedanje bilo kojih osoba i svjetovnjaka i redovnika podjeljuje i svjetovnim i redovničkim svećenicima, pa i izuzetima, mjesni Ordinarij onoga mjesta, na kojemu se ispovijeda; no redovnički svećenici neka se tom vlašću ne posluže bez dopuštenja, barem pretpostavljenoga, od strane svojih Poglavara, ali i tu važi propis kan. 519.

§ 2. Mjesni Ordinariji neka ne podjeljuju trajne ispovjedne vlasti redovnicima, koji nisu za to predloženi od njihovog vlastitog Poglavara; naprotiv takvima, koji su od njihovog vlastitog Poglavara predloženi, neka je ne uskrate bez važna razloga, ali se i pri tom valja držati propisa u kan. 877.

apr. 1700; Innocentius XIII, const. «*Apostolici ministerii*», 23 maii 1723, § 19; Benedictus XIII, const. «*In supremo*», 23 sept. 1724, § 16, 28; const. «*Pastoralis officii*», 27 mart. 1726, § 3, 7; Clemens XII, const. «*Admonet Nos*», 11 aug. 1735, § 1, 3; Benedictus XIV, const. «*Apostolica indulta*», 5 aug. 1744, § 3, 5; ep. encycl. «*Apostolicum ministerium*», 30 maii 1753, § 7, 12, 22; S. C. S. Off., decr. 24 sept. 1665, prop. 13, 16, damn.; S. C. Ep. et Reg., *Zagabrien.*, 14 dec. 1674; *Lusitana*, 11 apr. 1698; *Ordinis Praedicatorum*, 2 mart. 1866, ad 1; S. C. C., *Pharen.*, 12 maii 1594, ad 3; *Bracharen.*, 24 maii 1601, ad 2; *Calaguritana*, 6 iul. 1608; *Aretina*, 26 oct. 1631; *Casertana*, 10 sept. 1633, ad 2; *S. Angeli Longobardorum*, 30 maii 1637; *Civitatis Plebis*, 19 ian. 1641; *Nullius*, 15 oct. 1644; *Neapolitana*, 14 apr. 1646; *Brugen.*, 10 iun. 1662, ad 1; decr. 12 febr. 1679; *Patavina*, 11 dec. 1683; *Posnanien.*, 15 nov., 3 dec. 1707, ad 2; *Hildeshemen.*, 16 sept., 18 nov. 1769; *Baren.*, 25 sept. 1858; *Baren.*, 1 apr. 1876, ad 1.

874 § 2: C. 2, *de sepulturis*, III, 7, in Clem.; c. un., *de iudiciis*, II, 1, in Extravag. com.; c. 2, *de sepulturis*, III, 6, in Extravag. com.; Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. «*Dum intra*», 19 dec. 1516, § 6.

Can. 875. - § 1. In religione clericali exempta ad recipiendas confessiones professorum, novitiorum aliorumve de quibus in Can. 514, § 1, iurisdictionem delegatam confert quoque proprius eorundem Superior, ad normam constitutionum; cui fas est eam concedere etiam sacerdotibus e clero saeculari aut alius religionis.

§ 2. In religione laicali exempta, Superior proponit confessarium, qui tamen iurisdictionem obtinere debet ab Ordinario loci, in quo religiosa domus reperitur.

Can. 876. - § 1. Revocata qualibet contraria particulari lege seu privilegio, sacerdotes tum saeculares tum religiosi, cuiusvis gradus aut officii, ad confessiones quarumcunque religiosarum ac novitiarum valide et licite recipiendas peculiari iurisdictione indigent, salvo praescripto Can. 239, § 1, n. 1, 522, 523.

§ 2. Hanc iurisdictionem confert loci Ordinarius, ubi religiosarum domus sita est, ad normam Can. 525.

Can. 877. - § 1. Tum locorum Ordinarii iurisdictionem, tum Superiores religiosi iurisdictionem aut licentiam audiendarum confessionum ne concedant, nisi iis qui idonei per examen reperti fuerint, nisi agatur de sacerdote cuius theologicam doctrinam aliunde compertam habeant.

§ 2. Si post concessam iurisdictionem aut licentiam prudenter dubitent num probatus a se antea sacerdos pergat adhuc idoneus esse, eum ad novum doctrinae periculum adigant, etsi agatur de parocho aut canonico poenitentiario.

875 § 1: Clemens VIII, decr. «*Sanctissimus*», 26 maii 1593, § 3; Clemens X, const. «*Superna*», 21 iun. 1670, § 4; Clemens XII, const. «*Admonet Nos*», 11 aug. 1735, § 2, 3; S. C. Ep. et Reg., *Piscien. seu Ordinis Eremitarum S. Augustini,* 3 iun. 1864; S. C. C., *Parisien.,* 30 mart. 1594; decr. 21 sept. 1624, § 1.

876 § 1: Gregorius XV, const. «*Inscrutabili*», 5 febr. 1622, § 5; Clemens X, const. «*Superna*», 21 iun. 1670, § 4; Innocentius XIII, const. «*Apostolici ministerii*», 23 maii 1723, § 20; Benedictus XIII, const. «*In supremo*», 23 sept. 1724, § 17, 28; const. «*Pastoralis officii*», 27 mart. 1726, § 3, 8; Clemens XII, const. «*Admonet Nos*», 11 aug. 1735, § 1, 3; Benedictus XIV, const. «*Ad militantis*», 30 mart. 1742, § 20; ep. encycl. «*Demandatam*», 24 dec. 1743, § 24; Clemens XIII, const. «*Inter multiplices*», 11 dec. 1758, § 5-7; S. C. C., *Olomucen.,* 7 iun., 2 aug. 1755, ad 11, 12; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 11 dec. 1838, ad 9.

877 § 1: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.,* c. 15; Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. «*Dum intra*», 19 dec. 1516, § 6; S. Pius V, const. «*Romani Pontificis*», 6 aug. 1571, § 2; Gregorius XV, const. «*Inscrutabili*», 5 febr. 1622, § 1; Urbanus VIII,

Kan. 875. - § 1. U izuzetoj redovničkoj družbi s duhovničkim značajem može podijeliti prenesenu vlast za ispovijedanje zavjetovanih redovnika, novaka i drugih osoba spomenutih u kan. 514, § 1, također i vlastiti njihov Poglavar, u skladu s konstitucijama; slobodno mu je podijeliti je i svećenicima svjetovnim ili iz druge redovničke družbe.

§ 2. U izuzetoj redovničkoj družbi sa svjetovnjačkim značajem predlaže ispovjednika Poglavar, ali taj mora ispovjednu vlast dobiti od Ordinarija onoga mjesta, na kojem se nalazi redovnička kuća.

Kan. 876. - § 1. Svi svećenici i svjetovni i redovni, bilo kojega stupnja ili službe, trebaju za valjano i dopušteno ispovijedanje bilo kojih redovnica i novakinja posebnu ispovjednu ovlast i svaki se protivni krajevni zakon ili povlastica dokida, ali ostaju u kreposti odredbe kan. 239, § 1, br. 1, 522 i 523.

§ 2. Tu vlast podjeljuje Ordinarij mjesta, u kojemu se nalazi kuća redovnica, u skladu s propisom kan. 525.

Kan. 877. - § 1. Mjesni Ordinariji neka ne podjeljuju ispovjedne vlasti, a ni redovnički Poglavari vlasti ili dopuštenja, osim takvim svećenicima, koji su za to na ispitu proglašeni sposobnima, izim da se radi o svećeniku, o čijem su se bogoslovskom znanju uvjerili od drugud.

§ 2. Ako bi iza podijeljene vlasti ili dopuštenja nastala razborita sumnja o tom, da li je prije od njih ovlašteni svećenik i dalje sposoban, treba da ga pritegnu na novi naučni ispit, pa radilo se i o župniku ili kanoniku pokorničaru.

const. «*Cum sicut*», 12 sept. 1628, § 1; Clemens X, const. «*Superna*», 21 iun. 1670, § 5; Innocentius XIII, const. «*Apostolici ministerii*», 23 maii 1723, § 20; Benedictus XIII, const. «*In supremo*», 23 sept. 1724, § 17, 28; const. «*Pastoralis officii*», 27 mart. 1726, § 3, 8; Clemens XII, const. «*Admonet Nos*», 11 aug. 1735, § 1, 3; Benedictus XIV, const. «*Ad militantis*», 30 mart. 1742, § 20; ep. encycl. «*Apostolicum ministerium*», 30 maii 1753, § 7, 8; Clemens XIII, const. «*Inter multiplices*», 11 dec. 1758, § 5-7; S. C. Ep. et Reg., *Venetiarum,* 15 mart. 1594; *Aesina,* 29 maii 1846, ad 4; S. C. C., *Olomucen.,* 7 iun., 2 aug. 1755, ad 13; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 17 mart. 1760; (C. G.), 2 aug. 1762; decr. 13 apr. 1807, n. XII.

877 § 2: Clemens X, const. «*Superna*», 21 iun. 1670, § 5; Innocentius XII, const. «*Emanavit*», 6 sept. 1698, § 1; Clemens XII, const. «*Admonet Nos*», 11 aug. 1735, § 2, 3; Benedictus XIV, const. «*Apostolicum ministerium*», 30 maii 1753, § 9; S. C. Ep. et Reg., *Toletana,* 22 apr. 1596; *Granaten.,* 25 iul. 1597, ad 1; *Lusitana,* 11 apr. 1698; S. C. C., *Panormitana,* mense sept. 1585, ad 4; *Nullius,* 22 ian. 1598; *Anconitana,* 11 sept. 1610; *Patavina,* 17 ian. 1654, ad 4; *Pampilonen.,* 15 ian. 1667.

Can. 878. - § 1. Iurisdictio delegata aut licentia audiendarum confessionum concedi potest certis quibusdam circumscripta finibus.

§ 2. Caveant tamen locorum Ordinarii ac religiosi Superiores ne iurisdictionem aut licentiam sine rationabili causa nimis coarctent.

Can. 879. - § 1. Ad confessiones valide audiendas opus est iurisdictione scripto vel verbis expresse concessa.

§ 2. Pro concessione iurisdictionis nihil exigi potest.

Can. 880. - § 1. Loci Ordinarius vel Superior religiosus iurisdictionem vel licentiam ad audiendas confessiones ne revocent aut suspendant, nisi gravem ob causam.

§ 2. At graves ob causas Ordinarius potest etiam parocho aut poenitentiario confessarii munus interdicere, salvo recursu in devolutivo ad Sedem Apostolicam.

§ 3. Non tamen licet Episcopo, inconsulta Sede Apostolica, si de domo formata agatur, omnibus alicuius religiosae domus confessariis una simul iurisdictionem adimere.

878 § 1: Clemens X, const. «*Superna*», 21 iun. 1670, § 4; Innocentius XIII, const. «*Apostolici ministerii*», 23 maii 1723, § 19; Benedictus XIII, const. «*In supremo*», 23 sept. 1724, § 16, 28; const. «Pastoralis officii», 27 mart. 1726, § 3, 7; Clemens XII, const. «*Admonet Nos*», 11 aug. 1735, § 2, 3; Benedictus XIV, const. «*Ad militantis*», 30 mart. 1742, § 15; const. «*Apostolica indulta*», 5 aug. 1744, § 3, 5; ep. encycl. «*Apostolicum ministerium*», 30 maii 1753, § 9; Clemens XIII, const. «*Inter multiplices*», 11 dec. 1758, § 5-7; S. C. C., *Cadurcen.*, 7 oct. 1662, ad 2; *Olomucen.*, 7 iun., 2 aug. 1755, ad 4; *Nullius Orbetelli*, 14 apr., 2 iun. 1821; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 11 dec. 1838, ad 5.

878 § 2: Gregorius XVI, ep. «*Allatum isthinc*», 12 oct. 1843; S. C. Ep. et Reg., *Mediolanen.*, 18 maii 1622; 13 sept. 1641; *Pisauren.*, 22 sept. 1645; S. C. C., *Galliarum*, 26 apr. 1653; *Senonen.*, 28 febr. 1654, ad 1; *Ypren.*, 22 sept. 1668; *Umbriacen.*, 16 mart. 1669; S. R. C., *Perusina*, 13 maii 1719.

879 § 1: Gregorius XV, const. «*Inscrutabili*», 5 febr. 1622, § 1; Innocentius X, const. «*Cum sicut*», 14 maii 1648, § 3, 4, I, ad 9, 10, II, ad 5, 6; Clemens X, const. «*Superna*», 21 iun. 1670, § 1; Innocentius XIII, const. «*Apostolici ministerii*», 23 maii 1723, § 19; Benedictus XIII, const. «*In supremo*», 23 sept. 1724, § 16, 28; const. «*Pastoralis officii*», 27 mart. 1726, § 3, 7-9; Clemens XII, const. «*Admonet Nos*», 11 aug. 1735, § 1, 3; Benedictus XIV, const. «*Apostolica indulta*», 5 aug. 1744, § 3, 5. -- Vide etiam Can. 876.

Kan. 878. - § 1. Prenesena se ispovjedna vlast ili dopuštenje može podijeliti i sa stanovitim ograničenjima.

§ 2. No ipak treba da Ordinariji i redovnički Poglavari pri tom paze na tu vlast i dopuštenje bez razumnog razloga suviše ne ograniče.

Kan. 879. - § 1. Za valjano ispovijedanje traži se, da ovlast bude izrijekom podijeljena pismeno ili usmeno.

§ 2. Za podjeljivanje ispovjedne ovlasti ne može se tražiti nikakva naplata.

Kan. 880. - § 1. Mjesni Ordinarij ili redovnički Poglavar ne smije podijeljenu ispovjednu ovlast opozvati ili obustaviti, ako za to nema važna razloga.

§ 2. No Ordinarij može, ako za to ima važnih razloga, zabraniti ispovijedanje, pa i župniku ili pokorničaru, s pravom pritužbe na Apostolsku Stolicu, ali bez odgodne moći.

§ 3. Biskup ipak ne smije, ako se nije prije toga obratio na Apostolsku Stolicu, oduzeti, kad se radi o potpunoj redovničkoj kući, ispovjednu ovlast u isto vrijeme svima ispovjednicima takve kuće.

879 § 2: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.*, c. 15; Gregorius XV, const. «*Inscrutabili*», 5 febr. 1622, § 1, 5; Clemens X, const. «*Superna*», 21 iun. 1670, § 1; Clemens XII, const. «*Admonet Nos*», 11 aug. 1735, § 1, 3; Clemens XIV, ep. encycl. «*Decet quam maxime*», 21 sept. 1769, § 24.

880 § 1: Gregorius XV, const. «*Inscrutabili*», 5 febr. 1622, § 5; Innocentius X, const. «*Cum sicut*», 14 maii 1648, § 4, 11, ad 2; Clemens X, const. «*Superna*», 21 iun. 1670, § 5, 6; Innocentius XII, const. «*Emanavit*», 6 sept. 1698, § 1; Clemens XII, const. «*Admonet Nos*», 11 aug. 1735, § 1-3; Benedictus XIV, const. «*Ad militantis*», 30 mart. 1742, § 15, 20; ep. encycl. «*Apostolicum ministerium*», 30 maii 1753, § 9; S. C. Ep. et Reg., *Bononien.*, 3 febr. 1599; decr. 20 nov. 1615; *Lusitana*, 11 apr. 1698; *Camerinen.*, 9 dec. 1740, ad 2; *Nicoteren.*, 30 sept. 1746, ad 3; *S. Miniati*, 19 iun. 1806; S. C. C, *Panormitana*, mense sept. 1585, ad 4; *Mileten.*, 24 iul. 1643; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 11 dec. 1838, ad 5.

880 § 2: Gregorius XV, const. «*Inscrutabili*», 5 febr. 1622, § 5; Clemens XII, const. «*Admonet Nos*», 11 aug. 1735, § 1, 3; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 11 dec. 1838, ad 5; (C. G.), 11 dec. 1839, ad 4.

880 § 3: Innocentius X, const. «*Cum sicut*», 14 maii 1648, § 4, II, ad 1; Clemens X, const. «*Superna*», 21 iun. 1670, § 6; Innocentius XII, const. «*Emanavit*», 6 sept 1698, § 1; S. C. Ep. et Reg., decr. 20 nov. 1615; *Sarnen.*, 24 apr. 1671; *Lusitana*, 11 apr. 1698; *Minorum Observantium*, 28 nov. 1732; *S. Deodati*, 13 mart. 1896.

Can. 881. - § 1. Omnes utriusque cleri sacerdotes ad audiendas confessiones approbati in aliquo loco, sive ordinaria sive delegata iurisdictione instructi, possunt etiam vagos ac peregrinos ex alia dioecesi vel paroecia ad sese accedentes, itemque catholicos cuiusque ritus orientalis, valide et licite absolvere.

§ 2. Qui ordinariam habent absolvendi potestatem, possunt subditos absolvere ubique terrarum.

Can. 882. - In periculo mortis omnes sacerdotes, licet ad confessiones non approbati, valide et licite absolvunt quoslibet poenitentes a quibusvis peccatis aut censuris, quantumvis reservatis et notoriis, etiamsi praesens sit sacerdos approbatus, salvo praescripto Can. 884, 2252.

Can. 883. - § 1. Sacerdotes omnes maritimum iter arripientes, dummodo vel a proprio Ordinario, vel ab Ordinario portus in quo navim conscendunt, vel etiam ab Ordinario cuiusvis portus interiecti per quem in itinere transeunt, facultatem rite acceperint confessiones audiendi, possunt, toto itinere, quorumlibet fidelium secum navigantium confessiones in navi excipere, quamvis navis in itinere transeat vel etiam aliquandiu consistat variis in locis diversorum Ordinariorum iurisdictioni subiectis.

§ 2. Quoties vero navis in itinere consistat, possunt confessiones excipere tum fidelium qui quavis de causa ad navim accedant, tum eorum qui ipsis ad terram obiter appellentibus confiteri petant eosque valide ac licite absolvere etiam a casibus Ordinario loci reservatis.

881 § 1: Clemens X, const. *«Superna»*, 21 iul. 1670, § 7; S. C. S. Off., 28 nov. 1725, ad 7; S. C. C., *Vilnen.*, 25 iun. 1639, ad 5; *Burgi S. Sepulcri*, 20 sept. 1698, ad 3, 4; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Archiep. Aleppen.), 2 iun. 1835; (C. G.), 11 dec. 1838, ad 12, 13; instr. (ad Deleg. Ap. Aegypti), 30 apr. 1862, n. 2°.

881 § 2: Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»*, 26 maii 1742, § V, n. V, VI; ep. eucycl. *«Apostolicum ministerium»*, 30 maii 1753, § 22; S. C. C., *Civitatis Plebis*, 19 ian. 1641; *Burgi S. Sepulcri*, 20 sept. 1698, ad 3, 4; *Posnanien.*, 19 nov., 3 dec. 1707, ad 1; S. C. de Prop. Fide (C. P. pro Sin.), 3 dec. 1835.

Kan. 881. - § 1. Svi i svjetovni i redovnički svećenici, koji imaju u nekom mjestu ispovjednu ovlast, bilo da je njihova vlast redovna ili prenesena, mogu valjano i dopušteno odrješivati također i beskućnike i strance iz druge biskupije ili župe, koji im pristupe, a isto tako i katolike bilo kojega istočnog obreda.

§ 2. Koji imaju redovnu vlast za ispovijedanje, mogu odrješivati svoje potčinjene svegdje na svijetu.

Kan. 882. - U smrtnoj pogibli mogu svi svećenici, iako inače nisu za ispovijedanje ovlašteni, valjano i dopušteno odriješiti od svih grijeha i kaznenih zabrana sve pokornike, sve da je i prisutan ovlašteni svećenik, ali uz obdržavanje propisa kan. 884, 2252.

Kan. 883. - § 1. Svi svećenici, koji putuju morem mogu, pod uvjetom da su primili propisno ovlaštenje za ispovijedanje bilo od vlastitog Ordinarija, bilo od Ordinarija luke, u kojoj su došli na brod, bilo od Ordinarija ma koje luke, u kojoj su putem prolazeći pristali, za trajanja cijelog putovanja, ispovijedati sve vjernike, koji putuju s njima zajedno, iako bi brod putem prolazno pristajao ili se dapače i zadržavao kroz neko vrijeme u raznim mjestima, koja su potčinjena poglavarstvenoj vlasti različitih Ordinarija.

§ 2. Kadgod pak brod pristane negdje na putu, mogu ispovjediti i vjernike, koji bilo s kojeg razloga dođu na brod, a tako i one, koji od njih zatraže, da ih ispovjede, kada usput izađu na kopno, pa ih mogu valjano i dopušteno odriješiti i od onih grijeha, koji su pridržani Ordinariju.

882: C. 14, C. XXVI, q. 6; c. 1, *de privilegiis*, V, 7, in Extravag. com.; Conc. Trident., sess. XIV, *de poenitentia*, c. 7; Innocentius XII, const. *«Cum sicut»*, 19 apr. 1700; Benedictus XIV, const. *«Pia Mater»*, 5 apr. 1747; S. C. S. Off. (Kentuky), 9 maii 1821; (Cincinnat.), 13 sept. 1859, ad 1; (Smyrnen.), 30 iun., 7 iul. 1864, ad 6; 29 iul. 1891; litt. 19 aug. 1891, ad 3; S. C. Ep. et Reg., 9 ian. 1601; decr. 7 ian. 1617; Rituale Rom., tit. III, c. 1, *de sacramento poenitentiae*, n. 1, 23.

883 § 1: S. C. S. Off., decr. 17 mart 1869; decr. 9 apr. 1900; 13 dec. 1901; decr. 23 aug. 1905; S. C. de Prop. Fide, decr. 4 febr. 1907.

883 § 2: S. C. S. Off., 13 dec. 1906.

Can. 884. - Absolutio complicis in peccato turpi invalida est, praeterquam in mortis periculo; et etiam in periculo mortis, extra casum necessitatis, est ex parte confessarii illicita ad normam constitutionum apostolicarum et nominatim constitutionis Benedicti XIV *Sacramentum Poenitentiae,* 1 Iun. 1741.

Can. 885. - Etsi preces, ab Ecclesia formulae absolutoriae adiunctae, ad ipsam absolutionem obtinendam non sint necessariae, nihilominus, nisi iusta de causa, ne omittantur.

Can. 886. - Si Confessarius dubitare nequeat de poenitentis dispositionibus et hic absolutionem petat, absolutio nec deneganda, nec differenda est.

Can. 887. - Pro qualitate et numero peccatorum et conditione poenitentis salutares et convenientes satisfactiones confessarius iniungat; quas poenitens volenti animo excipere atque ipse per se debet implere.

Can. 888. - § 1. Meminerit sacerdos in audiendis confessionibus se iudicis pariter et medici personam sustinere ac divinae iustitiae simul et misericordiae ministrum a Deo constitutum esse ut honori divino et animarum saluti consulat.

884: Benedictus XIV, const. *«Apostolici muneris»,* 8 febr. 1745, § 2- 4; const. *«Convocatis»,* 25 nov. 1749, n. XXIII; ep. encycl. *«Inter praeteritos»,* 3 dec. 1749, § 56 sq.; litt. encycl. *«Benedictus Deus»,* 25 dec. 1750, § 5; Pius IX, const. *«Apostolicae Sedis»,* 12 oct. 1869, § I, n. 10; S. C. S. Off., decr. 24 sept. 1665, prop. 7, damn.; (Cincinnat.), 13 sept. 1859, ad 3, 4; (Briocen.), 18 iul. 1860; instr. 20 febr. 1866; 4 apr. 1871; (Petrocoricen.), 5 dec. 1883, ad 2; 13 ian. 1892, ad 3; S. C. C., *Colonien.,* 16 nov. 1720, ad 3, 4; S. Poenit., 19 febr. 1896.

885: Conc. Trident., sess. XIV, *de poenitentia,* c. 3; S. C. S. Off. (Vic. Ap. Sandwic.), 11 dec. 1850, ad 16; S. R. C., *Veronen.,* 11 mart. 1837; Rituale Rom., tit. III, c. 2, *Absolutionis forma.*

886: C. 7, 8, 10, C. XXVI, q. 6; c. 49, 57, D. I, *de poenit.;* c. 75, D. IV, *de cons.;* Clemens XI, const. *«Unigenitus»,* 8 sept. 1713, prop. 87, Paschasii Quesnel, damn.; const. *«Pastoralis officii»,* 28 aug. 1718, § 4; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Etsi minime»,* 7 febr. 1742, § 12; ep. encycl. *«Apostolica Constitutio»,* 26 iun. 1749, § 22; Pius VI, const. *«Auctorem fidei»,* 28 aug. 1794, prop. 36, Synodi Pistorien., damn.; S. C. S. Off., decr. 4 mart. 1679, prop. 60, 61, 64, damn.; decr. 7 dec. 1690, prop. 17, damn.; 27 maii 1761, ad 2; (Kentuky), 9 maii 1821; 27 iun. 1838; (Hierosolymae), 13 ian. 1864; S. C. Ep. et Reg., *Baiocen.,* 1 oct. 1839; S. C. de Prop. Fide (C. G. - Constantinop.), 4 febr. 1664, ad 2; instr. (ad Visitator. Ap. Tunkin. Occident.), 3 oct. 1736, n. 1; (C. P. pro Sin.), 28 dec. 1770; instr. (ad Vic. Ap. Sutchuen.), 29 apr. 1784; (C. P. pro Sin.), 13 ian. 1794; instr. 16 ian. 1803; decr. 13 apr. 1807, n. XXI; instr. (ad Vic. Ap. Cochinchin.), mense aug. 1827; (C. P. pro Sin.), 19 iul. 1838;

Kan. 884. - Odrješenje sudionika u bludnom grijehu nevaljano je, osim u smrtnoj pogibli; a nije ni u smrtnoj pogibli, izvan slučaja nužde, za ispovjednika dopušteno prema odredbama apostolskih uredaba, a naročito sadržanih u uredbi Benedikta XIV. *Otajstvo Pokore,* od 1. lipnja 1741.

Kan. 885. - Iako molitve, koje je Crkva dodala odrješnom obrascu, nisu potrebite za to, da se primi samo odrješenje, ipak ih se ne smije ispustiti bez opravdana razloga.

Kan. 886. - Kada ispovjednik ne može sumnjati o skrušenosti pokornikovoj i taj traži, da bude odriješen, ne smije mu odrješenja ni uskratiti ni odgoditi.

Kan. 887. - Ispovjednik treba da naloži spasonosnu i primjerenu pokoru prema vrsti i broju grijeha i prema pokornikovom staležu, a pokornik ju je dužan pripravno primiti i sam je osobno izvršiti.

Kan. 888. - § 1. Svećenik treba da pri ispovijedanju drži na umu, da je zajedno i sudac i liječnik i da ga je Bog postavio službenikom božanske pravde, ali i milosrđa, da bi se starao za čast Božju i spasenje duša.

S. Poenit., 13 nov. 1901; Rituale Rom., tit. III, c. 1, *de sacramento poenitentiae,* n. 22, 24. -- Vide etiam Can. 870.

887: C. 78, D. I, *de poenit.;* c. 12, X, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 38; c. 2, *de sepulturis,* III, 7, in Clem.; c. un., *de iudiciis,* II, 1, in Extravag. com.; c. 2, *de sepulturis,* III, 6, in Extravag. com.; c. 1, *de privilegiis,* V, 7, in Extravag. com.; Conc. Trident., sess. VI, *de iustificatione,* c. 14; sess. XIV, *de poenitentia,* c. 3, 5, 8, 9, Can. 4, 12-15; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«Inter cunctas»,* 22 febr. 1418, art. 21, de quo errorum Wicleff et Husz suspecti interrogandi; Eugenius IV (in Conc. Florentin.), const. *«Exultate Deo»,* 22 nov. 1439, § 13; Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»,* 26 maii 1742, § V, n. I; const. *«Pia Mater»,* 5 apr. 1747; ep. encycl. *«Apostolica Constitutio»,* 26 iun. 1749, § 23-25; ep. *«Ex quo primum»,* 1 mart. 1756, § 48; Pius VI, const. *«Mediator»,* 11 nov. 1784, § 5; const. *«Auctorem fidei»,* 28 aug. 1794, prop. 35, Synodi Pistorien., damn.; S. C. S. Off., decr. 24 sept. 1665, prop. 15, damn.; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Visitator. Ap. Tunkin. Occident.), 3 oct. 1736, n. 2; instr. (ad Vic. Ap. Sutchuen.), 29 apr. 1784; instr. 16 ian. 1803; (C. P. pro Sin.), 19 iul. 1838; Rituale Rom., tit. III, c. 1, *de sacramento poenitentiae,* n. 11, 18-21, 25; c. 2, *Absolutionis forma,* n. 1; tit. IV, c. 3, *de communione paschali,* n. 1.

888 § 1: C. 1, D. VI, *de poenit.;* c. 12, X, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 38; Conc. Trident., sess. XIV, *de poenitentia,* c. 8; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Apostolica Constitutio»,* 26 iun. 1749, § 19, 20; Pius VI, const. *«Mediator»,* 11 nov. 1784, § 5; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Sutchuen.), 29 apr. 1784; Rituale Rom., tit. III, c. 1, *de sacramento poenitentiae,* n. 2, 3, 17.

§ 2. Caveat omnino ne complicis nomen inquirat, ne curiosis aut inutilibus quaestionibus, maxime circa sextum Decalogi praeceptum, quemquam detineat, et praesertim ne iuniores de iis quae ignorant imprudenter interroget.

Can. 889. - § 1. Sacramentale sigillum inviolabile est; quare caveat diligenter confessarius ne verbo aut signo aut alio quovis modo et quavis de causa prodat aliquatenus peccatorem.

§ 2. Obligatione servandi sacramentale sigillum tenentur quoque interpres aliique omnes ad quos notitia confessionis quoquo modo pervenerit.

Can. 890. - § 1. Omnino prohibitus est confessario usus scientiae ex confessione acquisitae cum gravamine poenitentis, excluso etiam quovis revelationis periculo.

§ 2. Tam Superiores pro tempore exsistentes, quam confessarii qui postea Superiores fuerint renuntiati, notitia quam de peccatis in confessione habuerint, ad exteriorem gubernationem nullo modo uti possunt.

Can. 891. - Magister novitiorum eiusque socius, Superior Seminarii collegiive sacramentales confessiones suorum alumnorum secum in eadem domo commorantium ne audiant, nisi alumni ex gravi et urgenti causa in casibus particularibus sponte id petant.

Can. 892. - § 1. Parochi aliique quibus cura animarum vi muneris est demandata, gravi iustitiae obligatione tenentur audiendi sive per se sive per alium confessiones fidelium sibi commissorum, quoties ii audiri rationabiliter petant.

888 § 2: C. 1, D. VI, *de poenit.;* Benedictus XIV, ep. encycl. *«Suprema»,* 7 iul. 1745; const. *«Ubi primum»,* 2 iun. 1746; const. *«Ad eradicandum»,* 28 sept. 1746; *«Apostolici ministerii»,* 9 dec. 1749; Pius IX, const. *«Apostolicae Sedis»,* 12 oct. 1869, § II, n. 1; Rituale Rom., tit. III, c. 1, *de sacramento poenitentiae,* n. 16.

889 § 1: C. 7, C. III, q. 7; c. 89, D. I, *de poenit.;* c. 2, D. VI, *de poenit.;* c. 2, X, *de officio iudicis ordinarii,* I, 31; c. 13, X, *de excessibus praelatorum et subditorum,* V, 31; c. 12, X, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 38; S. C. Ep. et Reg., *Caputaquen.,* 26 iun. 1582; S. C. C., *Tridentina,* 19 aug. 1673; S. C. de Prop. Fide (C. P. pro Sin.), 14 ian. 1806; decr. 13 apr. 1807, n. XVII; instr. (ad Vic. Gen. Nankin.), 29 febr. 1836; Rituale Rom., tit. III, c. 1, *de sacramento poenitentiae*, n. 1.

889 § 2: S. C. de Prop. Fide (C. G.), 6 sept. 1630.

§ 2. Neka se strogo čuva, da traga za imenom sudionika u grijehu i da ne stavlja nikomu suvišna i nepotrebna pitanja, naročito ne u pogledu šeste zapovijedi Božje, a osobito da mladež nerazborito ne zapitkuje o stvarima, koje su im nepoznate.

Kan. 889. - § 1. Pečat je ispovjedne tajne nepovredljiv; zato mora ispovjednik brižljivo paziti, da ni riječju ni znakom ni bilo kojim načinom ni bilo s kojeg razloga kakogod ne oda grješnika.

§ 2. Dužnost čuvati ispovjednu tajnu obavezuje i tumače i sve druge osobe, koje su bilo kojim načinom saznale za sadržaj ispovijedi.

Kan. 890. - § 1. Iako ne postoji nikakva pogibao, da se sazna, što je bilo predmetom ispovijedi, ipak je ispovjedniku bezuvjetno zabranjeno, da se posluži onim, što je saznao u ispovijedi, kada bi to za pokornika moglo biti neprilično.

§ 2. S onim, što znaju o grijesima iz ispovijedi, ne smiju se u izvanjem upravljanju poslužiti tadanji Poglavari ni ispovjednici, koji Poglavarima postanu kasnije.

Kan. 891. - Učitelj novaka i njegov pomoćnik, pa Starješine Sjemeništa ili odgojnog zavoda neka ne ispovijedaju svoje gojence, koji prebivaju s njima u istoj kući, osim ako bi to u pojedinačkim slučajevima zbog važnog i hitnog razloga tražili od svoje volje sami gojenci.

Kan. 892. - § 1. Župnici i drugi, kojima je u svezi s njihovom službom povjereno dušobrižništvo, dužni su pod teškom obavezom iz pravednosti ispovijedati njima povjerene vjernike osobno ili po drugomu, kadgod to razložno zatraže.

890 § 1: C. 2, X, *de officio iudicis ordinarii,* I, 31; S. C. S. Off., decr. 18 nov. 1682; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Gen. Nankin.), 29 febr. 1836.

890 § 2: Clemens VIII, decr. *«Sanctissimus»,* 26 maii 1593, § 4; S. C. Ep. et Reg., *Aversana,* 30 apr. 1627; S. C. C., decr. 21 sept. 1624, § 1.

891: S. C. S. Off., 5 iul. 1899; 20 dec. 1899.

892 § 1: Clemens XII, litt. ap. *«Compertum»,* 24 aug. 1734, dub. X, XII; litt. ap. *«Concredita Nobis»,* 13 maii 1739; Benedictus XIV, const. *«Omnium sollicitudinum»,* 12 sept. 1744, § 14, dub. X, XII, § 26, 33 sq.; const. «Firmandis», 6 nov. 1744, § 9; S. C. de Sacramentis, decr. 8 aug. 1910, n. VII; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Sutchuen.), 29 apr. 1784; instr. 16 ian. 1803; (C. P. pro Sin.), 19 iul. 1838; Rituale Rom., tit. III, c. 1, *de sacramento poenitentiae*, n. 6.

§ 2. Urgente necessitate, omnes confessarii obligatione tenentur ex caritate confessiones fidelium audiendi, et in mortis periculo omnes sacerdotes.

CAPUT II.

DE RESERVATIONE PECCATORUM.

Can. 893. - § 1. Qui ordinario iure possunt audiendi confessiones potestatem concedere aut ferre censuras, possunt quoque, excepto Vicario Capitulari et Vicario Generali sine mandato speciali, nonnullos casus ad suum avocare iudicium, inferioribus absolvendi potestatem limitantes.

§ 2. Haec avocatio dicitur *reservatio* casuum.

§ 3. Quod attinet ad reservationem censurarum, servetur praescriptum Can. 2246, 2247.

Can. 894. - Unicum peccatum ratione sui reservatum Sanctae Sedi est falsa delatio, qua sacerdos innocens accusatur de crimine sollicitationis apud iudices ecclesiasticos.

Can. 895. - Locorum Ordinarii peccata ne reservent, nisi, re in Synodo dioecesana discussa, vel extra Synodum auditis Capitulo cathedrali et aliquot ex prudentioribus ac probatioribus suae dioecesis animarum curatoribus, vera reservationis necessitas aut utilitas comprobata fuerit.

---

893 § 1: C. 2, *de poenitentiis et remissionibus* V, 10, in VI°; c. 1, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum,* V, 7, in Clem.; c. 1, *de privilegiis,* V, 7, in Extravag. com.; Conc. Trident., sess. XIV, *de poenitentia,* c. 7, can 11; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«Inter cunctas»,* 22 febr. 1418, art. 25, de quo errorum Wicleff et Husz suspecti interrogandi; Clemens VIII, decr. *«Sanctissimus»,* 26 maii 1593, § 1, 3; Clemens X, const. *«Superna»,* 21 iun. 1670, § 6, 7; Clemens XII, const. *«Admonet Nos»,* 11 aug. 1735, § 2, 3; Benedictus XIV, const. *«Pias Christifidelium»,* 21 aug. 1752, § 3; Pius VI, const. *«Auctorem fidei»,* 28 aug. 1794, prop. 44, 45, Synodi Pistorien., damn.; Leo XIII, litt. ap. *«Orientalium»,* 30 nov. 1894, n. VI; S. C. S. Off., decr. 24 sept. 1665, prop. 12, damn.; S. C. Ep. et Reg., *Hieracen.,* 28 apr. 1587; *Ferrarien.,* 14 iun. 1595; 9 ian. 1601; decr. 7 ian. 1617; *Neapolitana,* 7 dec. 1646; *Mechlinien.,* 15 iun. 1647; S. C. C., *Salernitana,* mense iun. 1584; *Elboren.,* mense maio 1585; *Marsicana,* mense apr. 1587; *Castellaneten.,* mense iun. 1587; *Mediolanen.,*

§ 2. U slučaju nužde svi su ispovjednici dužni iz ljubavi vjernike ispovijedati, a u slučaju smrtne pogibli i svi svećenici.

GLAVA II.

PRIDRŽANI GRIJESI

Kan. 893. - § 1. Oni koji imaju redovnu vlast podijeliti ovlaštenje za ispovijedanje ili nametnuti kaznene zabrane, izuzevši Kaptolskog i Glavnog Namjesnika, ako taj nema posebne punomoći, mogu također zadržati sebi ispovijed nekih grijeha tako, da nižima ograniče vlast dati od njih odrješenje.

§ 2. Takav se zadržaj naziva *pridržavanje* slučajeva.

§ 3. U pogledu pridržavanja kaznenih zabrana treba se držati kan. 2246, 2247.

Kan. 894. - Jedini grijeh, gdje je odrješenje od samog grijeha pridržano Svetoj Stolici, je lažna prijava zbog zavađanja na bludnost u ispovijedi podnesena kod crkvenih sudaca protiv nedužnog svećenika.

Kan. 895. - Mjesni Ordinariji neka sebi ne pridržavaju grijeha, ako nije utvrđeno, da je to potrebito i korisno, u biskupijskoj Sinodi, pošto je pitanje raspravljeno ili izvan Sinode, pošto saslušaju stolni Kaptol i nekoliko razboritijih i iskusnijih dušobrižnika svoje biskupije.

---

mense mart. 1588; *Pharen.,* 12 maii 1594, ad 1; decr. 21 sept. 1624, § 1; *Nullius,* 5 febr. 1650; *Maioricen.,* 4 maii 1675, ad 3; *Andrien.,* 29 nov. 1710, 24 ian. 1711, ad 4; *Colonien.,* 16 nov. 1720, ad 1; S. C. de Prop. Fide (C. G. - Constantinop.), 4 febr. 1664, ad 1; (C. G.), 6 aug. 1753; (C. P. pro Sin.), 20 febr. 1801; (C. G.), 11 dec. 1838, ad 2, 10; Rituale Rom., tit. III, c. 1, *de sacramento poenitentiae,* n. 4, 12, 22.

894: Benedictus XIV, const. *«Sacramentum Poenitentiae»,* 1 iun. 1741, § 3; const. *«Etsi pastoralis»,* 26 maii 1742, § IX, n. V; const. *«Apostolici muneris»,* 8 febr. 1745, § 2; S. C. S. Off., 13 iun. 1710; instr. 20 febr. 1866; decr. 27 iun. 1866; S. C. de Prop. Fide, litt. encycl. 6 aug. 1885, n. 2.

895: S. C. S. Off., instr. 13 iul. 1916, n. 1; S. C. Ep. et Reg., litt. 26 nov. 1602; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Indiar. Orient.), 8 sept. 1869, n. 49.

Can. 896. - Inter Superiores religionis clericalis exemptae unus Superior generalis, et in monasteriis sui iuris Abbas, cum proprio cuiusque Consilio, peccata, ut supra, subditorum reservare possunt, firmo praescripto Can. 518, § 1, 519.

Can. 897. - Casus reservandi sint pauci omnino, tres scilicet vel, ad summum, quatuor ex gravioribus tantum et atrocioribus criminibus externis specifice determinatis; ipsa vero reservatio ne ultra in vigore maneat, quam necesse sit ad publicum aliquod inolitum vitium exstirpandum et collapsam forte christianam disciplinam instaurandam.

Can. 898. - Prorsus ab iis peccatis sibi reservandis omnes abstineant quae iam sint Sedi Apostolicae etiam ratione censurae reservata, et regulariter ab iis quoque quibus censura, etsi nemini reservata, a iure imposita sit.

Can. 899. - § 1. Statutis semel reservationibus quas vere necessarias aut utiles iudicaverint, curent locorum Ordinarii ut ad subditorum notitiam, quo meliore eis videatur modo, eaedem deducantur, nec facultatem a reservatis absolvendi cuivis et passim impertiant.

§ 2. At huiusmodi absolvendi facultas ipso iure competit canonico poenitentiario ad normam Can. 401, § 1, et habitualiter impertiatur saltem vicariis foraneis, addita, praesertim in locis dioecesis a sede episcopali remotioribus, facultate subdelegandi toties confessarios sui districtus, si et quando pro urgentiore aliquo determinato casu ad eos recurrant.

§ 3. Ipso iure a casibus, quos quoquo modo sibi Ordinarii reservaverint, absolvere possunt tum parochi, aliive qui parochorum nomine in iure censentur, toto tempore ad praeceptum paschale adimplendum utili, tum singuli missionarii quo tempore missiones ad populum haberi contingat.

896: Clemens VIII, decr. «*Sanctissimus*», 26 maii 1593, § 1; S. C. C., decr. 21 sept. 1624, § 1; S. C. super Statu Regularium, 17 aug. 1866.

897: Conc. Trident., sess. XIV, *de poenitentia,* c. 7; Benedictus XIV, ep. encycl. «*A quo primum*», 14 iun. 1751, § 8; S. C. S. Off., instr. 13 iul. 1916, n. 2, 3; S. C. Ep. et Reg., *Castellaneten.,* 15 maii 1590; 9 ian. 1601; litt. 26 nov. 1602; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Sutchuen.), 6 iun. 1817, n. 4; instr. (ad Vic. Ap. Indiar. Orient.), 8 sept. 1869, n. 49.

Kan. 896. - U izuzetim redovničkim družbama s duhovničkim značajem može pridržavati, kao gore, grijehe svojih potčinjenih, od Poglavara samo vrhovni Starješina, a u samosvojnim samostanima Opat, svaki sa svojim Vijećem, uz obdržavanje propisa kan. 518, § 1, 519.

Kan. 897. - Potrebno je svakako, da broj pridržanih grijeha bude malen, to jest tri ili najviše četiri, i to samo od vrlo teških i sramotnih izvanjskih zlodjela, označenih po vrsti; sam pak pridržaj neka se ne održava u kreposti duže, nego što je potrebno, da se iskorijeni koja općenito uvriježena mana i ne uspostavi orunula možda kršćanska stega.

Kan. 898. - Nikako sebi nitko ne smije pridržati grijehe, koji su već Apostolskoj Stolici pridržani, pa niti takve, koji su zadržani samo zbog kaznene zabrane, a u pravilu niti takve, kod kojih zakonom nametnuta kaznena zabrana nije nikomu pridržana.

Kan. 899. - § 1. Mjesni Ordinarij, pošto su jednom odredili, da sebi pridržavaju grijehe, za koje to smatraju potrebitim ili korisnim, neka vode brigu o tom, da to bude njihovim potčinjenim objavljeno na način, koji smatraju najpodesnijim i da ne davaju ovlaštenja od njih odriješiti svima i bez ikakovih poteškoća.

§ 2. No takvo ovlaštenje davati odrješenje pripada snagom samoga zakona kanoniku pokorničaru prema odredbi kan. 401, § 1, a trajno neka se podijeli barem još dekanima s tim, da mogu, osobito kad se radi o mjestima u biskupiji, koja su udaljenija od biskupskog sjedišta, to ovlaštenje dalje prenositi svaki put i na ispovjednike svoga kotara, ako i kad se ti u određenom kojem hitnijem slučaju obrate na njih.

§ 3. Od grijeha, koje su sebi bilo kako pridržali Ordinariji, mogu po odredbi samoga zakona odriješiti i župnici odnosno oni, koji dolaze u pravu pod imenom župnika kroz cijelo za uskrsnu ispovijed pogodno vrijeme, i pojedini misionari u vrijeme, kad se puku drže misije.

898: Reg. 54, R. J., in VI°; S. C. S. Off., instr. 13 iul. 1916, n. 4; S. C. Ep. et Reg., litt. 26 nov. 1602.

899 § 1: Conc. Trident., sess. XIV, de poenitentia, c. 7; S. C. S. Off., instr. 13 iul. 1916, n. 6; S. C. Ep. et Reg., litt. 26 nov. 1602.

899 § 2: S. C. S. Off., instr. 13 iul. 1916, n. 6.

899 § 3: S. C. S. Off., instr. 13 iul. 1916, n. 7, c, d.

Can. 900. - Quaevis reservatio omni vi caret:

1.° Cum confessionem peragunt sive aegroti qui domo egredi non valent, sive sponsi matrimonii ineundi causa;

2.° Quoties vel legitimus Superior petitam pro aliquo determinato casu absolvendi facultatem denegaverit, vel, prudenti confessarii iudicio, absolvendi facultas a legitimo Superiore peti nequeat sine gravi poenitentis incommodo aut sine periculo violationis sigilli sacramentalis;

3.° Extra territorium reservantis, etiamsi dumtaxat ad absolutionem obtinendam poenitens ex eo discesserit.

CAPUT III.

DE SUBIECTO SACRAMENTI POENITENTIAE.

Can. 901. - Qui post baptismum mortalia perpetravit, quae nondum per claves Ecclesiae directe remissa sunt, debet omnia quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habeat, confiteri et circumstantias in confessione explicare, quae speciem peccati mutent.

Can. 902. - Peccata post baptismum commissa, sive mortalia directe potestate clavium iam remissa, sive venialia, sunt materia sufficiens, sed non necessaria, sacramenti poenitentiae.

900 3.°: Clemens VIII, decr. *«Sanctissimus»,* 26 maii 1593; Clemens X, const. *«Superna»,* 21 iun. 1670, § 7; S. C. S. Off., instr. 13 iul. 1916, n. 7, a, b, e; S. C. C., *Caven.,* 22 iun. 1619; decr. 21 sept. 1624, § 1.

901: C. 38, 39, 49, 61, 88, 90, D. I, *de poenit.;* c. 12, X, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 38; c. 1, *de privilegiis,* V, 7, in Extravag. com.; Conc. Trident., sess. VI, *de iustificatione*, c. 14, Can. 29; sess. VII, *de baptismo,* Can. 10; sess. XIV, *de poenitentia,* c. 1, 2, 4, 5, Can. 4, 6-9; Benedictus XII, a. 1341, prop. 82, Armenorum, damn.; Clemens VI, ep. *«Super quibusdam»,* 29 sept. 1351; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«Inter cunctas»,* 22 febr. 1418, art. 7, Ioannis Wicleff, damn., art. 20, de quo errorum Wicleff et Husz suspecti interrogandi; Eugenius IV (in Conc. Florentin.), const. *«Exultate Deo»,* 22 nov. 1439, § 13; Sixtus IV, const. *«Licet ea»,* 9 aug. 1478, § 3, 5; Leo X, const. *«Exsurge Domine»,* 15 iun. 1520, error 8, Martini Luther, damn.; Alexander VII, const. *«Sacrosancti»,* 18 ian. 1658, § 2, n. XI; Clemens

Kan. 900. - Posvema prestaje vrijediti svaki pridržaj:

1.° Kad se ispovijedaju bolesnici, koji ne mogu izlaziti iz kuće ili vjerenici radi sklapanja ženidbe;

2.° Kadgod ili zakoniti Poglavar uskrati ovlaštenje odriješiti zatraženo u određenom slučaju, ili se, po razboritom sudu ispovjednikovom, ne može ovlaštenje zatražiti od zakonita Poglavara bez znatne poteškoće za pokornika ili bez pogibli, da se ne povrijedi ispovjedna tajna;

3.° Izvan područja onoga, koji je grijeh pridržao, iako je pokornik odanle otišao samo za to, da dobije odrješenje.

GLAVA III.

PRIMALAC OTAJSTVA POKORE

Kan. 901. - Tko je učinio poslije krštenja smrtne grijehe, a koji još nisu izravno oprošteni po crkvenoj vlasti odrješivati od grijeha, dužan ih je sve, za koje je sebi po pomnjivom ispitivanju svjestan, ispovjediti i u ispovijedi reći i okolnosti, koje mijenjaju vrstu grijeha.

Kan. 902. - Poslije krštenja učinjeni grijesi bili oni smrtni, ali po vlasti odrješivati od grijeha već izravno oprošteni ili lahki, sačinjavaju za otajstvo pokore tvar dostatnu, ali ne i potrebitu.

IX, const. *«In excelsa»,* 13 sept. 1669, § 1, n. XI, § 3; Innocentius XI, const. *«Caelestis Pastor»,* 20 nov. 1687, prop. 47, 48, 60, Michaelis de Molinos, damn.; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Apostolica Constitutio»,* 26 iun. 1749, § 19; ep. encycl. *«Inter praeteritos»,* 3 dec. 1749, § 77; Pius VI, const. *«Mediator»,* 11 nov. 1784, § 4-6; S. C. S. Off., declar. 20 iun. 1602; decr. 24 sept. 1665, prop. 11, 24, 25, damn.; decr. 4 mart. 1679, prop. 50, 58, 59, damn.; S. C. de Prop. Fide, instr. 31 iul. 1902, n. 5; Rituale Rom., tit. III, c. 1, *de sacramento poenitentiae,* n. 11, 14, 15.

902: C. 1, *de privilegiis,* V, 7, in Extravag. com.; Conc. Trident., sess. XIV, *de poenitentia,* c. 5, Can. 7; Leo X, const. *«Exsurge Domine»,* 15 iun. 1520, error 8, Martini Luther, damn.; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Apostolica Constitutio»,* 26 iun. 1749, § 16 sq.; ep. encycl. *«Inter praeteritos»,* 3 dec. 1749, § 77; Pius VI, const. *«Auctorem fidei»,* 28 aug. 1794, prop. 39, Synodi Pistorien., damn.; S. C. Ep. et Reg., *Baiocen.,* 1 oct. 1839.

Can. 903. - Qui aliter confiteri non possunt, non prohibentur, si velint, per interpretem confiteri, praecavendo abusus et scandala, firmo praescripto Can. 889, § 2.

Can. 904. - Ad normam constitutionum apostolicarum et nominatim constitutionis Benedicti XIV *Sacramentum Poenitentiae,* 1 Iun. 1741, debet poenitens sacerdotem, reum delicti sollicitationis in confessione, intra mensem denuntiare loci Ordinario, vel Sacrae Congregationi S. Officii; et confessarius debet, graviter onerata eius conscientia, de hoc onere poenitentem monere.

Can. 905. - Cuivis fideli integrum est confessario legitime approbato etiam alius ritus, cui maluerit, peccata sua confiteri.

Can. 906. - Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis, idest ad usum rationis, pervenerit, tenetur omnia peccata sua saltem semel in anno fideliter confiteri.

Can. 907. - Praecepto confitendi peccata non satisfacit, qui confessionem facit sacrilegam vel voluntarie nullam.

CAPUT IV.

DE LOCO AD CONFESSIONES EXCIPIENDAS.

Can. 908. - Sacramentalis confessionis proprius locus est ecclesia vel oratorium publicum aut semi-publicum.

903: S. C. de Prop. Fide (C. G.), 6 sept. 1630.

904: Gregorius XV, const. *«Universi»,* 30 aug. 1622, § 7; Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»,* 26 maii 1742, § IX, n. V; const. *«Apostolici muneris»,* 8 febr. 1745, § 2; Pius IX, const. *«Apostolicae Sedis»,* 12 oct. 1869, § IV, n. 4; S. C. S. Off., decr. 24 sept. 1665, prop. 6, 7, damn.; 28 apr. 1700; 13 iun. 1710; 22 ian. 1727; 6 mart. 1839; litt. 20 maii 1842; instr. 20 febr. 1866, n. 1-8; instr. 20 iul. 1890; instr. 6 aug. 1897; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Cochinchin), 26 aug. 1775; litt. encycl. 25 iul. 1883.

905: C. 2, *de haereticis,* V, 3, in Extravag. com.; Clemens VIII, instr. *«Sanctissimus»,* 31 aug. 1595, § 3; Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»,* 26 maii 1742, § V, n. V, VI; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 17 sept. 1792; instr. (ad Archiep. Aleppen.), 2 iun. 1835; (C. G.), 11 dec. 1838, ad 12, 13; instr. (ad Deleg. Ap. Aegypti), 30 apr. 1862, n. 2°.

Kan. 903. - Onima, koji se drukčije ne bi mogli ispovijediti, dopušteno je, ako hoće, da se ispovjede preko tumača, ali treba paziti, da pri tom ne bude zloporabe ili sablazni, uz obdržavanje propisa kan. 889, § 2.

Kan. 904. - Prema propisima apostolskih uredbi, a naročito uredbe Benedikta XIV. *Otajstvo Pokore,* od 1. lipnja 1741., dužan je pokornik svećenika, koji bi počinio krivično djelo zavađanja na bludnost u ispovijedi, prijaviti u roku od mjesec dana mjesnom Ordinariju ili Svetom Zboru Sv. Službe; a ispovjednik je dužan, pod teškom odgovornošću u savjesti, da pokornika opomene na tu njegovu obavezu.

Kan. 905. - Svakomu vjerniku stoji na volju, da svoje grijehe ispovjedi pred ispovjednikom, ma i drugog obreda, pred kojim hoće.

Kan. 906. - Svaki je vjernik obojega spola dužan, pošto je došao u dobu rasudbe, to jest do upotrebe razuma, sve svoje grijehe barem jednom u godini istinski ispovjediti.

Kan. 907. - Toj zapovijedi svoje grijehe ispovjediti ne zadovoljuje tko izvrši svetogrdnu ili hotomično ništavu ispovijed.

GLAVA IV.

MJESTO ZA ISPOVIJEDANJE

Kan. 908. - Pravo je mjesto za Otajstva ispovijedi crkva ili bogomolja bilo javna bilo polujavna.

906: C. 12, X, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 38; c. 2, de treuga et pace, I, 9, in Extravag. com.; c. 2, *de haereticis,* V, 3, in Extravag. com.; c. 1, *de privilegiis,* V, 7, in Extravag com.; Conc. Trident., sess. XIV, *de poenitentia,* c. 5, Can. 8; S. C. S. Off., 23 mart. 1656, ad 1; 13 nov. 1669; S. C. de Sacramentis, decr. 8 aug. 1910, n. I, IV; S. C. de Prop. Fide (Sinarum), 12 sept. 1645, ad 1; (C. G.), 21 sept. 1840, ad 3; Rituale Rom., tit. IV. c. 3, *de communione paschali,* n. 1.

907: S. C. S. Off., decr. 24 sept. 1665, prop. 14, damn.

908: Benedictus XIV, ep. encycl. *«Magno cum»,* 2 iun. 1751, § 20; Gregorius XVI, ep. encycl. *«Inter gravissimas»,* 3 febr. 1832; S. C. Ep. et Reg., *Pisauren.,* 22 sept. 1645; S. C. C., *Nullius seu Nonantulana,* 13 et 27 iun. 1744, 3 apr., 8 maii 1745, ad 6; S. C. de Prop. Fide, decr. 13 apr. 1807, n. XIII; Rituale Rom., tit. III, c. 1, *de sacramento poenitentiae,* n. 7.

Can. 909. - § 1. Sedes confessionalis ad audiendas mulierum confessiones semper collocetur in loco patenti et conspicuo, et generatim in ecclesia vel oratorio publico aut semi-publico mulieribus destinato.

§ 2. Sedes confessionalis crate fixa ac tenuiter perforata inter poenitentem et confessarium sit instructa.

Can. 910. - § 1. Feminarum confessiones extra sedem confessionalem ne audiantur, nisi ex causa infirmitatis aliave verae necessitatis et adhibitis cautelis quas Ordinarius loci opportunas iudicaverit.

§ 2. Confessiones virorum etiam in aedibus privatis excipere licet.

CAPUT V.

DE INDULGENTIIS.

ART. I.

DE INDULGENTIARUM CONCESSIONE.

Can. 911. - Omnes magni faciant indulgentias seu remissionem coram Deo poenae temporalis debitae pro peccatis, ad culpam quod attinet iam deletis, quam ecclesiastica auctoritas ex thesauro Ecclesiae concedit pro vivis per modum absolutionis, pro defunctis per modum suffragii.

---

909 § 1: S. C. Ep. et Reg., *Vicentina,* 22 sept. 1592; *Bononien.,* 5 nov. 1596; S. C. C., 2 sept. 1617, ad 4; *Salutiarum,* 20 sept. 1642, ad 7; S. C. de Prop. Fide, decr. 26 aug 1780; Rituale Rom., tit. III, c. 1, *de sacramento poenitentiae,* n. 8.

909 § 2: S. C. S. Off., 28 nov. 1725, ad 8; S. C. Ep. et Reg., *Pisauren.,* 22 sept. 1645; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 22 febr. 1660; (C. P. pro Sin. - Tunkin.), 12 iun. 1764; decr. 26 aug. 1780; (C. P. pro Sin. - Chan-si), 17 mart. 1785; Rituale Rom., tit. III, c. 1, *de sacramento poenitentiae,* n. 8.

910 § 1: S. C. S. Off., 25 nov. 1874; S. C. de Prop. Fide, decr. 26 aug. 1780; (C. P. pro Sin. - Chan-si), 17 mart. 1785; decr. 13 apr. 1807, n. XIII; (C. G. - Hiberniae), 12 febr. 1821; (C. G.), 21 sept. 1840, ad 8.

910 § 2: S. C. de Prop. Fide, decr. 13 apr. 1807, n. XIII; Rituale Rom., tit. III, c. 1, *de sacramento poenitentiae,* n. 7.

Kan. 909. - § 1. Ispovjedaonica za ispovijedanje ženskih, mora uvijek biti smještena na otvorenom i vidnom mjestu, a u pravilu treba da je u samoj crkvi ili u bogomolji bilo javnoj bilo polujavnoj određenoj za žene.

§ 2. U ispovjedaonici mora biti između pokornika i ispovjednika ugrađena nepomična rešetka s rupicama nagusto.

Kan. 910. - § 1. Ženske se osobe ne smiju ispovijedati izvan ispovjedaonice, osim u slučaju bolesti ili kakve druge istinske nužde, pa i tada moraju se izvršiti mjere opreza, koje mjesni Ordinarij smatra podesnima.

§ 2. Muškarce se smije ispovijedati i u posebničkim kućama.

GLAVA V.

OPROŠTENJA

ČLANAK I.

PODJELJIVANJE OPROŠTENJA

Kan. 911. - Svi treba da vrlo cijene oproštenja ili otpuštanje vremenite kazne pred Bogom za grijehe, koji su u pogledu krivnje već oprošteni, što ih crkvena vlast podjeljuje iz riznice Crkve za žive u vidu odrješenja, a za mrtve u vidu molitve za pokojne.

911: C. 14, X, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 38; c. 2, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 9, in Extravag. com.; Conc. Trident., sess. XXV (continuatio sessionis), *de indulgentiis;* Clemens VI, ep. *«Super quibusdam»,* 29 sept. 1351; Martinus V (in Conc Constantien.), const. *«Inter cunctas»,* 22 febr. 1418, art. 42, Ioannis Wicleff, damn., art. 26, de quo errorum Wicleff et Husz suspecti interrogandi; Sixtus IV, const. *«Licet ea»,* 9 aug. 1478, § 3, 5; Leo X, const. *«Exsurge Domine»,* 15 iun. 1520, errores 17-22, Martini Luther, damn.; Pius IV, const. *«Iniunctum nobis»,* 13 nov. 1564, Professio fidei Trident.; Gregorius XIII, const. *«Sanctissimus»,* a. 1575, Professio fidei Graecis praescr.; Benedictus XIV, ep. *«Nuper ad Nos»,* 16 mart. 1743, Professio fidei Maronitis praescr.; const. *«Pia Mater»,* 5 apr. 1747; litt. encycl. *«Peregrinantes»,* 5 maii 1749, § 4; ep. encycl. *«Apostolica Constitutio»,* 26 iun. 1749, § 13, 14; Pius VI, const. *«Super soliditate»,* 28 nov. 1786, § 15; const. *«Auctorem fidei»,* 28 aug. 1794, prop. 40-42, Synodi Pistorien., damn.; Gregorius XVI, litt. ap. *«Cum in Ecclesia»,* 17 sept. 1833; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 8 iul. 1774, n. 1; (C. P. pro Sin.), 27 sept. 1843, ad 2; S. C. Indulg., *Sancti Flori,* 28 iul. 1840.

Can. 912. - Praeter Romanum Pontificem, cui totius spiritualis Ecclesiae thesauri a Christo Domino commissa est dispensatio, ii tantum possunt potestate ordinaria indulgentias elargiri, quibus id expresse a iure concessum est.

Can. 913. - Inferiores Romano Pontifice nequeunt:

1.° Facultatem concedendi indulgentias aliis committere, nisi id eis a Sede Apostolica expresse fuerit indultum;

2.° Indulgentias concedere defunctis applicabiles;

3.° Eidem rei seu actui pietatis vel sodalitio, cui iam a Sede Apostolica vel ab alio indulgentiae concessae sint, alias adiungere, nisi novae conditiones adimplendae praescribantur.

Can. 914. - Benedictionem papalem cum indulgentia plenaria, secundum praescriptam formulam, impertiri possunt Episcopi in sua quisque dioecesi bis in anno, hoc est die sollemni Paschatis Resurrectionis et alio die festo sollemni ab ipsis designando, etiamsi iidem Missae sollemni adstiterint tantum; Abbates autem vel Praelati nullius, Vicarii et Praefecti Apostolici, etsi episcopali dignitate careant, id possunt in suis territoriis uno tantum ex sollemnioribus per annum diebus.

Can. 915. - Regulares, qui privilegium habent impertiendi benedictionem papalem, non solum obligatione tenentur servandi formulam praescriptam, sed hoc privilegio uti nequeunt, nisi in suis ecclesiis et in ecclesiis monialium vel tertiariorum suo Ordini legitime aggregatorum; non autem eodem die et loco quo Episcopus eam impertiat.

912: C. 12, X, *de excessibus praelatorum et subditorum,* V, 31; c. 14, 15, X, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 38; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«Inter cunctas»,* 22 febr. 1418, art. 28, de quo errorum Wicleff et Husz suspecti interrogandi; Pius VI, const. *«Super soliditate»,* 28 nov. 1786, § 15; S. C. Indulg., *Syracusana,* 24 ian. 1846; *Camerinen.,* 22 febr. 1847; *Quiten.,* 12 ian. 1878; S. R. C., decr. 27 sept. 1659, n. 12. -- Vide etiam Can. 239, § 1, n. 24; 274, n. 2; 349, § 2, n. 2.

913 3.°: S. C. Indulg., *Massilien.,* 17 dec. 1838; *Quiten.,* 12 ian. 1878, ad 1, 3, 5.

914: Clemens XIII, const. *«Inexhaustum»,* 3 sept. 1762, § 4; S. R. C., *Alexandrina,* 23 maii 1835; *Constantien.,* 7 dec. 1844; *Mutinen.,* 15 ian. 1847; *Corisopiten.,* 5 mart. 1847.

Kan. 912. - Osim Rimskog Prvosvećenika, kojemu je od Krista Gospoda povjereno, da razdaje svu duhovnu riznicu Crkve, mogu oproštenja podjeljivati redovnom vlašću samo oni, kojima je to u zakonu izrijekom dano.

Kan. 913. - Niži od Rimskog Prvosvećenika ne mogu:

1.° Ovlaštenje podjeljivati oproštenja povjeriti drugima, osim ako im je to od Apostolske Stolice izrijekom dopušteno;

2.° Dati oproštenja, koja se mogu namijeniti za pokojne;

3.° Istoj stvari ili djelu pobožnosti ili udruženju, kojima je već podijelila oproštenja Apostolska Stolica ili tko drugi, dodavati još daljnja, osim ako propišu i nove uvjete, što ih treba ispuniti.

Kan. 914. - Papinski blagoslov s potpunim oproštenjem mogu, po propisanom obrascu, podjeljivati Biskupi, svaki u svojoj biskupiji, dva puta godišnje, i to na dan Svetkovine Uskrsa i u drugi svečani Blagdan, što će ga sami izabrati, iako svečanoj Misi samo prisustvuju; a *samosvojni* Opati i Prelati, Apostolski Namjesnici i Predstojnici, ma i ne imali biskupskog posvećenja, mogu to u svojim područjima samo jedanput u godini za svečanijih dana.

Kan. 915. - Regularci, koji imaju povlasticu podijeliti papinski blagoslov, ne samo da se moraju poslužiti propisanim obrascem, nego se uopće niti ne smiju služiti tom povlasticom, osim u svojim crkvama i u crkvama duvna ili trećoredaca, što su njihovom Redu zakonito pripojeni, pa ni to ne istog dana i na istom mjestu, gdje taj podjeljuje Biskup.

915: Benedictus XIV, litt. ap. *«Exemplis Praedecessorum»,* 19 mart. 1748; Clemens XIII, const *«Inexhaustum»,* 3 sept. 1762, § 5; Leo XIII, litt. ap. *«Quo universi»,* 7 iul. 1882, n. II°, III°; const. *«Cum sicuti»,* 28 mart. 1903; Benedictus XV, const. *«Supplices»,* 11 iun. 1917; S. C. S. Off. (Sect. de Indulg.), decr. 15 dec. 1910; (Sect. de Indulg.), decr. 28 maii 1914; S. C. Indulg., Urbis et Orbis, 4 febr. 1754; *Tarvisina,* 6 nov. 1764; *Tertii Ordinis S. Francisci,* 22 mart. 1879, ad 1, 2, 6-12; *Oranen.,* 19 dec. 1885; 10 iun. 1886, ad III; *Congregationis SS. Redemptoris,* 11 nov. 1903; 10 ian. 1906; S. R. C., *Firmana,* 11 sept. 1790.

Can. 916. - Episcopi, Abbates vel Praelati *nullius,* Vicarii ac Praefecti Apostolici et Superiores maiores religionis clericalis exemptae, possunt designare et declarare unum altare privilegiatum quotidianum perpetuum, dummodo aliud non habeatur, in suis ecclesiis cathedralibus, abbatialibus, collegiatis, conventualibus, paroecialibus, quasi-paroecialibus, non autem in oratoriis publicis vel semi-publicis, nisi sint ecclesiae paroeciali unita seu eiusdem subsidiaria.

Can. 917. - § 1. Die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, omnes Missae gaudent privilegio ac si essent ad altare privilegiatum celebratae.

§ 2. Omnia altaria ecclesiae per eos dies quibus in ea peragitur supplicatio Quadraginta Horarum sunt privilegiata.

Can. 918. - § 1. Ut indicetur altare esse privilegiatum, nihil aliud inscribatur, nisi: *altare privilegiatum,* perpetuum vel ad tempus, quotidianum vel non, secundum concessionis verba.

§ 2. Pro Missis celebrandis in altari privilegiato nequit, sub obtentu privilegii, maior exigi Missae eleemosyna.

Can. 919. - § 1. Novae indulgentiae, ecclesiis etiam regularium concessae, quae Romae promulgatae non sint, ne pervulgentur, inconsulto Ordinario loci.

§ 2. In edendis libris, libellis, etc., quibus concessiones indulgentiarum pro variis precibus aut piis operibus recensentur, servetur praescriptum Can. 1388.

Can. 920. - Qui a Summo Pontifice impetraverint indulgentiarum concessiones pro omnibus fidelibus, obligatione tenentur, sub poena nullitatis gratiae obtentae, authentica exemplaria earundem concessionum ad Sacram Poenitentiariam deferendi.

916: Benedictus XIII, const. *«Omnium saluti»,* 20 aug. 1724; S. C. S. Off., 2 iul. 1884, ad 9; S. C. Indulg., *Urbis et Orbis,* 19 maii 1759; *Bergomen.,* 30 ian. 1760; *Wormatien.,* 30 ian. 1760, ad 3, 4; 26 mart. 1760; *Curien.,* 14 febr. 1761, ad 3; *Wladislavien.,* 27 nov. 1764; 18 sept. 1776; *Urbis et Orbis*, 10 sept 1781; *Incerti loci,* 7 iun. 1842; *Gratianopolitana,* 24 maii 1843.

917 § 1: Benedictus XV, const. *«Incruentum»,* 10 aug. 1915, n. II; S. C. Indulg., *Urbis et Orbis,* 19 maii 1761.

918 § 2: S. C. de Prop. Fide, decr. 13 aug. 1774; S. C. Indulg., *Urbis et Orbis,* 19 maii 1761.

Kan. 916. - Biskupi, *samosvojni* Opati i Prelati, Apostolski Namjesnici i Predstojnici i viši Poglavari izuzete redovničke družbe s duhovničkim značajem, mogu jedan oltar označiti i proglasiti trajno povlaštenim za svaki dan, ako već nema drugog, i to u svojim stolnim, opatskim, zbornim, samostanskim, župskim i dožupskim crkvama, ali ne u javnim ili polujavnim bogomoljama, osim ako su župskoj crkvi ujedinjene ili su za nju pomoćne.

Kan. 917. - § 1. Na Dušni dan imaju sve Mise tu povlasticu, kao da su otslužene na povlaštenu oltaru.

§ 2. Svi su oltari u crkvi povlašteni u one dane, u koje se drži četrdesetsatno Klečanje.

Kan. 918. - § 1. Kao oznaku, da je oltar povlašten, ne smije se ništa drugo napisati, osim: *povlašteni oltar,* trajno ili povremeno, za svaki dan ili ne, u skladu s riječima u podjelnici.

§ 2. Za Mise, koje će se služiti na povlaštenom oltaru, ne smije se zbog povlastice tražiti veća misna nagrada.

Kan. 919. - § 1. Nova oproštenja podijeljena crkvama, pa bile one i redovničke, koja nisu proglašena u Rimu, ne smiju se objaviti bez znanja mjesnog Ordinarija.

§ 2. Pri izdavanju knjiga, brošurica, itd., u kojima se nabrajaju oproštenja podijeljena za razne molitve i pobožna djela, moraju se obdržavati propisi kan. 1388.

Kan. 920. - Svi oni, kojima je Vrhovni Prvosvećenik na njihovu molbu podijelio oproštenja za sve vjernike, dužni su, pod kaznom ništavosti podijeljene milosti, podnijeti ovjerene prijepise takvih podjelnica Svetom Pokorništvu.

---

919 § 1: Conc. Trident., sess. XXI, *de ref.,* c. 9; Clemens VIII, const. *«Quaecumque»,* 7 dec. 1604, § 7; S. C. S. Off. (Marianopol.), 8 iul. 1846, ad 1; S. C. C., *Aquilana,* 10 maii, 7 et 21 iun. 1760, ad 1; S. C. Indulg., *Calcedonien.,* 1 iul. 1839, d 6; *Urbis et Orbis,* 14 apr. 1856; *Urbis et Orbis,* 25 aug. 1897, ad I; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. III, n. 4°.

920: Pius X, motu propr. *«Cum per Apostolicas»,* 7 apr. 1910, n. 1°- 3°, 5°; Benedictus XV, motu propr. *«Quandoquidem»,* 16 sept. 1915; S. C. Indulg., 28 ian. 1756; *Urbis et Orbis,* 14 apr. 1856; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. I, n. 8°.

Can. 921. - § 1. Indulgentia plenaria concessa pro festis Domini Nostri Iesu Christi vel pro festis Beatae Mariae Virginis, intelligitur concessa dumtaxat pro festis quae in calendario universali reperiuntur.

§ 2. Concessa indulgentia plenaria vel partialis pro festis Apostolorum, intelligitur concessa dumtaxat pro eorum festo natali.

§ 3. Indulgentia plenaria concessa ut *quotidiana perpetua* vel *ad tempus* visitantibus aliquam ecclesiam vel publicum oratorium ita intelligenda est ut quacunque die, sed semel tantum in anno, ab unoquoque fideli acquiri possit, nisi aliud in decreto expresse dicatur.

Can. 922. - Indulgentiae adnexae festis vel sacris supplicationibus vel precibus novendialibus, septenariis, triduanis, quae ante aut post festum vel etiam eius octavario perdurante peraguntur, translatae intelliguntur in eum diem, quo festa huiusmodi legitime transferantur, si festum translatum habeat officium cum Missa sine sollemnitate et externa celebratione ac translatio fiat in perpetuum, vel si transferatur sive ad tempus sive in perpetuum sollemnitas et externa celebratio.

Can. 923. - Ad lucrandam indulgentiam alicui diei affixam, si visitatio ecclesiae vel oratorii requiratur, haec fieri potest a meridie diei praecedentis usque ad mediam noctem quae statutum diem claudit.

Can. 924. - § 1. Ad normam Can. 75, indulgentiae adnexae alicui ecclesiae non cessant, si ecclesia funditus evertatur rursusque intra quinquaginta annos aedificetur in eodem vel fere eodem loco et sub eodem titulo.

§ 2. Indulgentiae coronis aliisve rebus adnexae tunc tantum cessant, cum coronae aliaeve res prorsus desinant esse vel vendantur.

921 § 1: S. C. Indulg., *Urbis et Orbis,* 18 sept. 1862, ad 1, 3.

921 § 2: C. Indulg., *Urbis et Orbis,* 18 sept. 1862, ad 5.

921 § 3: C. Indulg., *Maceraten.,* 15 mart. 1852.

922: S. C. S. Off. (Sect. de Indulg.), decr. 13 iun. 1912, ad I-III; (Sect. de Indulg.), decr. 14 dec. 1916; S. C. Indulg., *Warmien.,* 12 dec. 1731; *Belgica,* 8 febr. 1762, ad 1; *Cameracen.,* 22 febr., 12 iul. 1847, ad 4; *Valentinen.,* 12 iul. 1847, ad 1; *Briocen.,* 6 maii 1852, ad 1, 3; *Urbis et Orbis,* 9 aug. 1852; Ianuen., 12 ian. 1878, ad 1, 2; *Urbis et Orbis,* 28 febr. 1917.

Kan. 921. - § 1. Razumijeva se, da su potpuna oproštenja, koja su podijeljena za svetkovine Gospoda Našega Isusa Krista ili za svetkovine Blažene Djevice Marije dana samo za svetkovine, što se nalaze u općem kalendaru.

§ 2. Razumijeva se, da je potpuno ili djelomično oproštenje, koje je podijeljeno za svetkovinu Apostola, dano za svetkovinu na njihov smrtni dan.

§ 3. Potpuno oproštenje podijeljeno kao *trajno za svaki dan* ili *povremeno* onima, koji pohode neku crkvu ili javnu bogomolju, ima se tako razumjeti, da ga može dobiti svaki vjernik u bilo koji dan, ali samo jedanput godišnje, ako u rješenju nije izričito rečeno drugačije.

Kan. 922. - Razumijeva se, da su oproštenja vezana za svetkovine ili sveta klečanja ili devetnice, sedmodnevnice i trodnevnice, a obavljaju se prije ili poslije svetkovine ili kroz njezinu osminu, prenešena na dan, na koji se zakonito prenesu takve svetkovine, ako prenesena svetkovina ima časoslovnu službu i Misu bez svečanosti i izvanjskog svetkovanja, a prijenos je učinjen zauvijek, ili ako je prenesena svečanost i izvanjsko svetkovanje bilo povremeno bilo zauvijek.

Kan. 923. - Ako se za to, da se dobije oproštenje vezano na određeni dan, traži, da se mora pohoditi crkva ili bogomolja, može se to izvršiti od podneva dana pred njim sve do ponoći, kojom završuje određeni dan.

Kan. 924. - § 1. U skladu s odredbom kan. 75, ne gube kreposti oproštenja, koja su vezana za određenu crkvu, ako je crkva porušena do temelja, pa se ponovno sagradi na istom ili gotovo na istom mjestu i s istim naslovom.

§ 2. Oproštenja vezana za krunice ili druge svete stvari prestaju samo onda, kada krunice ili druge stvari posvema nestanu ili se prodadu.

923: S. C. S. Off. (Sect. de Indulg.), 26 ian. 1911; S. C. Indulg., *Geneven.,* 12 ian. 1878, ad 1.

924 § 1: S. C. Indulg., *Leodien.,* 9 aug. 1843; 29 mart. 1886; 7 iul. 1905.

924 § 2: S. C. Indulg., decr. 6 febr. 1657; *Augustana,* 14 dec. 1722; *Camerinen.,* 16 dec. 1760, ad 1-3; *Cameracen,* 13 nov. 1837; *Lingonen.,* 30 ian. 1839, ad 5; *Aginnen.,* 20 sept. 1839; *Incerti loci,* 22 aug. 1842, ad 3; *Rothomagen.,* 20 aug. 1844; *Valentinen.,* 12 iul. 1847, ad 2; *Plurium dioecesium,* 16 iul. 1887, ad III; *Mediolanen.,* 10 iul. 1896.

ART. II.

DE INDULGENTIIS ACQUIRENDIS.

Can. 925. - § 1. Ut quis capax sit sibi lucrandi indulgentias, debet esse baptizatus, non excommunicatus, in statu gratiae, saltem in fine operum praescriptorum, subditus concedentis.

§ 2. Ut vero subiectum capax eas revera lucretur, debet habere intentionem saltem generalem eas acquirendi et opera iniuncta implere statuto tempore ac debito modo secundum concessionis tenorem.

Can. 926. - Plenaria indulgentia ita concessa intelligitur ut si quis eam plenarie lucrari non possit, eam tamen partialiter lucretur pro dispositione quam habet.

Can. 927. - Nisi aliud ex concessionis tenore appareat, indulgentias ab Episcopo concessas lucrari possunt tum subditi extra territorium, tum peregrini, vagi, omnesque exempti in territorio degentes.

Can. 928. - § 1. Indulgentia plenaria, nisi aiud expresse cautum sit, acquiri potest semel tantum in die, etsi idem opus praescriptum pluries ponatur.

§ 2. Partialis indulgentia, nisi contrarium expresse notetur, saepius per diem, eodem opere repetito, potest lucrifieri.

Can. 929. - Fideles utriusque sexus qui, perfectionis studio vel institutionis seu educationis aut etiam valetudinis causa in domibus ecclesia vel publico sacello carentibus, de consensu Ordinariorum constitutis, vitam communem agunt, itemque personae omnes ad illis ministrandum ibidem commorantes, quoties ad lucrandas indulgentias praescribatur visitatio alicuius ecclesiae non determinatae, vel indeterminati alicuius publici oratorii, visitare queunt propriae domus sacellum in quo obligationi audiendi Sacrum iure satisfacere possunt, dummodo cetera opera iniuncta rite praestiterint.

---

925 § 1: Benedictus XIV, ep. encycl. «*Apostolica Constitutio*», 26 iun. 1749, § 13; const. «*Convocatis*», 25 nov. 1749, n. XLVII; ep. encycl. «*Inter praeteritos*», 3 dec. 1749, § 73 sq.; S. C. Indulg., *Massilien.*, 17 dec. 1838; *Urbis et Orbis*, 17 dec. 1870; *Quiten.*, 12 ian. 1878, ad 2; *Montis Politiani*, 26 maii 1898, ad 1; S. Poenit. (Sect. de Indulg.), 7 iul. 1917. -- Vide etiam Can. 927.

925 § 2: Benedictus XIV, ep. «*Accepimus*», 16 apr. 1746; S. C. Indulg., *Urbis et Orbis*, 2 aug. 1760; *Urbis et Orbis*, 21 mart. 1820, ad 4; *Briocen.*, 29 maii 1841, ad 4, 8; *Veronen.*, 12 mart. 1855, ad 1; *Melden.*, 12 mart. 1855, ad 1, 4; *Urbis et Orbis*, 26 iul. 1855; *Bituricen.*, 18 sept. 1862; *Cameracen.*, 25 febr. 1877, ad 1, 2; *Geneven.*, 12 ian. 1878, ad 2; *Societatis Iesu*, 16 iul. 1887, ad II; 20 aug. 1887.

ČLANAK II.

DOBIVANJE OPROŠTENJA

Kan. 925. - § 1. Da netko bude sposoban dobiti oporoštenja, traži se, da je kršten, da nije izopćen, da je u stanju milosti barem na kraju propisanih djela i da je podložnik onoga, koji ih podjeljuje.

§ 2. A da ih sposobni primalac zaista dobije, mora imati barem općenitu nakanu dobiti ih i izvršiti propisana djela u vremenu za to označenom i na način kako to određuje podjelba.

Kan. 926. - Uzima se, da je potpuno oproštenje tako dano, da ga onaj, koji ga ne može dobiti u potpunosti, ipak primi djelomično prema tomu, koliko je pripremljen.

Kan. 927. - Ako u podjelbi nije drugačije predviđeno, mogu oproštenja podijeljena od Biskupa dobiti i oni njemu potčinjeni, koji su van područja, a i stranci, beskućnici i svi izuzeti, što se nalaze na području.

Kan. 928. - § 1. Potpuno se oproštenje može dobiti, ako nije izrijekom predviđeno drugačije, samo jedanput na dan, iako bi se propisano djelo izvršilo i više puta.

§ 2. Djelomično se oproštenje može dobiti, ako protivno nije izričito određeno, i više puta na dan, ako se propisano djelo izvrši opetovano.

Kan. 929. - Vjernici obojeg spola, što u nastojanju oko savršenstva ili poradi naukovanja odnosno odgoja ili također zbog zdravlja žive zajedničkim životom u takvim kućama, koje su s pristankom Ordinarija osnovane, a nemaju crkve ni javne kapele, isto tako i sve osobe, koje ondje zbog njihove posluge borave, mogu kadgod je za dobivanje oproštenja propisano, da se mora pohoditi kakva neodređena crkva ili kakva neodređena javna bogomolja, pohoditi kapelu u vlastitoj kući, u kojoj po pravu mogu udovoljiti dužnosti slušati Misu, uz uvjet da su pravilno izvršili ostala propisana djela.

927: S. C. Indulg., *Montis Politiani*, 26 maii 1898.

928 § 1: Benedictus XIV, ep. encycl. «*Inter praeteritos*», 3 dec. 1749, § 84; S. C. Indulg., 7 mart. 1678; *Wladislavien.*, 14 dec. 1717; *Congregationis S. Benedicti in Gallia*, 29 febr. 1864, ad 2, 3; *Patavina*, 13 sept. 1905, ad 1.

928 § 2: S. C. S. Off. (Sect. de Indulg.), decr. seu declar. 25 iun. 1914.

929: S. C. S. Off. (Sect. de Indulg.), 14 ian. 1909.

Can. 930. - Nemo indulgentias acquirens potest eas aliis in vita degentibus applicare; animabus autem in purgatorio detentis indulgentiae omnes a Romano Pontifice concessae, nisi aliud constet, applicabiles sunt.

Can. 931. - § 1. Ad quaslibet indulgentias lucrandas confessio forte requisita peragi potest intra octo dies qui immediate praecedunt diem cui indulgentia fuit affixa; communio autem in pervigilio eiusdem diei; utraque vero etiam intra subsequentem totam octavam.

§ 2. Pariter ad lucrandas indulgentias pro piis exercitiis in triduum, hebdomadam, etc., ductis concessas, confessio et communio fieri etiam potest intra octavam quae immediate sequitur exercitium expletum.

§ 3. Christifideles qui solent, nisi legitime impediantur, saltem bis in mense ad poenitentiae sacramentum accedere, aut sanctam communionem in statu gratiae et cum recta piaque mente recipere quotidie, quamvis semel aut iterum per hebdomadam ab eadem abstineant, possunt omnes indulgentias consequi, etiam sine actuali confessione quae ceteroquin ad eas lucrandas necessaria foret, exceptis indulgentiis sive iubilaei ordinarii et extraordinarii sive ad instar iubilaei.

Can. 932. - Opere, cui praestando quis lege aut praecepto obligatur, nequit indulgentia lucrifieri, nisi in eiusdem concessione aliud expresse dicatur; qui tamen praestat opus sibi in sacramentalem poenitentiam iniunctum et indulgentiis forte ditatum, potest simul et poenitentiae satisfacere et indulgentias lucrari.

Can. 933. - Uni eidemque rei vel loco plures ex variis titulis adnecti possunt indulgentiae; sed uno eodemque opere, cui ex variis titulis indulgentiae adnexae sint, non possunt plures acquiri indulgentiae, nisi opus requisitum sit confessio vel communio, aut nisi aliud expresse cautum fuerit.

930: S. C. Indulg., Urbis et Orbis, 30 sept. 1852.

931 § 1: S. C. S. Off. (Sect. de Indulg.), decr. 23 apr. 1914; S. C. Indulg., 19 maii 1759; *Urbis et Orbis,* 12 iun. 1822; *Aturen.,* 20 iun. 1836, ad 4; *Mechlinien.,* 15 dec. 1841, ad I; *Urbis et Orbis,* 6 oct. 1870; *Urbis et Orbis,* 11 mart. 1908.

931 § 3: Benedictus XIV, const. *«Convocatis»,* 25 nov. 1749, n. XLVI; ep. encycl. *«Inter praeteritos»,* 3 dec. 1749, § 3-7, 77, 78; S. C. S. Off. (Sect. de Indulg.), decr. 23 apr. 1914; S. C. Indulg., 9 dec. 1763; *Urbis et Orbis,* 12 iun. 1822; *Veronen.,* 12 mart. 1855, ad 1, 3; *Friburgen.,* 23 nov. 1878, ad 2; *Urbis et Orbis,* 25 febr. 1886; *S. Iacobi de Chile,* 5 dec. 1893, ad I, II; *Urbis et Orbis,* 14 febr. 1906.

Kan. 930. - Nitko ne može dobivajući oproštenja, da ih namijeni za druge, koji su na životu; ali za duše u čistilištu mogu se namijeniti sva od Rimskog Prvosvećenika podijeljena oproštenja, osim ako je protivno sa sigurnošću određeno.

Kan. 931. - § 1. Ako je možda propisana ispovijed za dobivanje bilo kojeg oproštenja, ta se može izvršiti unutar osam dana, što dolaze neposredno prije onog dana, s kojim je spojeno oproštenje, a pričest u dan prije toga dana, jedno pak i drugo i kroz cijelu narednu osminu.

§ 2. Jednako se za dobivanje oproštenja, što su podijeljena onima, koji obave pobožne vježbe kroz tri dana, kroz tjedan dana, itd., može ispovijed i pričest izvršiti i unutar osmine, koja slijedi neposredno iza svršene vježbe.

§ 3. Oni vjerni kršćani, koji običavaju, ukoliko nisu zakonito spriječeni, pristupati barem dvaput mjesečno otajstvu pokore, ili primati u stanju milosti i s pravom i pobožnom nakanom svetu pričest svaki dan, iako to propuštaju jedanput ili dvaput u tjednu, mogu i bez toga, da zaista izvrše ispovijed, koja je inače propisana za dobivanje oproštenja, da ih dobiju, izuzevši oproštenja bilo redovne bilo izvanredne svete godine ili dana u vidu svete godine.

Kan. 932. - Djelom, koje je netko dužan izvršiti po odredbi zakona ili zapovijedi, ne može se dobiti oproštenje, osim ako bi pri njegovoj podjelbi bilo izrijekom rečeno drugačije; ali tko izvrši djelo, koje mu je naloženo kao ispovjedna pokora, a s tim je možda ujedno spojeno oproštenje, može ipak zajedno i zadovoljiti pokori i dobiti oproštenje.

Kan. 933. - S jednom istom stvari ili mjestom može biti vezano s različitih naslova više oproštenja, ali se s jednim istim djelom, s kojim su spojena oproštenja iz raznih naslova, ne može dobiti više oproštenja, osim kad je to djelo ispovijed i pričest ili ako je drugačije izrijekom predviđeno.

932: Benedictus XIV, ep. encycl. *«Inter praeteritos»,* 3 dec. 1749, § 53; S. C. Indulg., *Urbis et Orbis,* 19 mart. 1841; *Briocen.,* 29 maii 1841, ad 2; *Quebecen.,* 15 dec. 1841; *Mechlinien.,* 10 maii 1844, ad 1, 2; 14 iun. 1901.

933: S. C. Indulg., *Urbis et Orbis,* 29 febr. 1820, ad 3; *Briocen.,* 29 maii 1841, ad 1; *Mechlinien.,* 10 maii 1844, ad 3; *Galliarum,* 22 ian. 1858, ad 2; *Congregationis S. Benedicti in Gallia,* 29 febr. 1864, ad 2, 3; *Quiten.,* 12 ian. 1878, ad 1; *Geneven.,* 12 ian. 1878, ad 3.

Can. 934. - § 1. Si ad lucrandas indulgentias oratio in genere ad mentem Summi Pontificis praescribatur, mentalis tantum oratio non sufficit; oratio autem vocalis poterit arbitrio fidelium deligi, nisi peculiaris aliqua assignetur.

§ 2. Si peculiaris oratio assignata fuerit, indulgentiae acquiri possunt quocunque idiomate oratio recitetur, dummodo de fidelitate versionis constet ex declaratione vel Sacrae Poenitentiariae vel unius ex Ordinariis loci ubi vulgaris est lingua in quam vertitur oratio; sed indulgentiae penitus cessant ob quamlibet additionem, detractionem, vel interpolationem.

§ 3. Ad indulgentiarum acquisitionem satis est orationem alternis cum socio recitare, aut mente eam prosequi, dum ab alio recitatur.

Can. 935. - Pia opera ad lucrandas indulgentias iniuncta, confessarii possunt in alia commutare pro iis qui, legitimo detenti impedimento, eadem praestare nequeant.

Can. 936. - Muti lucrari possunt indulgentias adnexas publicis precibus, si una cum ceteris fidelibus in eodem loco orantibus mentem ac pios sensus ad Deum attollant; et si agatur de privatis orationibus, satis est ut eas mente recolant signisve effundant vel tantummodo oculis percurrant.

934 § 1: Benedictus XIV, const. *«Convocatis»,* 25 nov. 1749, n. LI; ep. encycl. *«Inter praeteritos»,* 3 dec. 1749, § 83; S. C. Indulg., *Briocen.,* 29 maii 1841, ad 3; *Constantien.,* 31 ian. 1848; 6 maii 1887, ad 1; 13 sept. 1888.

934 § 2: S. C. S. Off., decr. 22 iun. 1916; S. C. Indulg., *Urbis et Orbis,* 30 sept. 1852; 29 dec. 1864; 6 maii 1887, ad 2; *Urbis et Orbis,* 28 aug. 1903.

934 § 3: S. C. Indulg., *Urbis et Orbis,* 29 febr. 1820, ad 4.

Kan. 934. - § 1. Ako je za dobivanje oproštenja propisana sasvim općenito molitva po nakani Vrhovnog Prvosvećenika, nije dovoljna samo mislena molitva; a usmena se molitva može uzeti po volji vjernika, osim ako je koja molitva posebice označena.

§ 2. Kada je molitva posebice označena, mogu se oproštenja dobiti, ako se molitva izgovori u bilo kojem jeziku, uz uvjet da se ima prijevod ovjeren ili od Svetog Pokorništva ili od kojega Ordinarija mjesta, gdje se govori jezikom, na koji je molitva prevedena, ali oproštenja posvema nestaju, ako je štogod dodano, ispušteno ili umetnuto.

§ 3. Da se oproštenja dobiju, dosta je, da se molitva govori naizmjence s drugim ili da se molitva prati u duhu, dok je drugi izgovara.

Kan. 935. - Pobožna djela, koja se traže za dobivanje oproštenja, mogu ispovjednici zamijeniti u druga onima, koji ih zbog kakve zakonite smetnje ne mogu izvršiti.

Kan. 936. - Nijemi mogu dobiti oproštenja spojena s javnim molitvama, ako svoj duh i pobožne osjećaje podignu k Bogu zajedno s ostalim vjernicima, koji na istom mjestu obavljaju te molitve; a kad se radi o privatnim molitvama, dosta je, da ih mišlju izmole i znacima izraze ili samo očima pročitaju.

935: Benedictus XIV, ep. encycl. *«Inter praeteritos»,* 3 dec. 1749, § 52-54; S. C. de Prop. Fide, 19 sept. 1773; (C. P. pro Sin.), 20 febr. 1801; S. C. Indulg., *Urbis et Orbis,* 18 sept. 1862; *Lausanen. et Geneven.,* 16 ian. 1886, ad II; *Societatis Iesu,* 16 iul. 1887, ad II.

936: S. C. Indulg., *Urbis et Orbis,* 15 mart. 1852; *Chambrien.,* 18 iul. 1902.

TITULUS V.

DE EXTREMA UNCTIONE.

Can. 937. - Extremae unctionis sacramentum conferri debet per sacras unctiones, adhibito oleo olivarum rite benedicto, et per verba in ritualibus libris ab Ecclesia probatis praescripta.

CAPUT I.

DE MINISTRO EXTREMAE UNCTIONIS.

Can. 938. - § 1. Hoc sacramentum valide administrat omnis et solus sacerdos.

§ 2. Salvo praescripto Can. 397, n. 3, 514, § § 1-3, minister ordinarius est parochus loci, in quo degit infirmus; in casu autem necessitatis, vel de licentia saltem rationabiliter praesumpta eiusdem parochi vel Ordinarii loci, alius quilibet sacerdos hoc sacramentum ministrare potest.

Can. 939. - Minister ordinarius ex iustitia tenetur hoc sacramentum per se ipse vel per alium administrare, et in casu necessitatis ex caritate quilibet sacerdos.

937: Conc. Trident., sess. VII, *de sacramentis in genere,* Can. 1; sess. XIV, *de extrema unctione,* c. 1, Can. 1-3; S. Innocentius I, ep. *«Si instituta ecclesiastica»,* 19 mart. 416, c. 8; Innocentius III, ep. *«Eius exemplo»,* 18 dec. 1208, Professio fidei Waldensibus praescr.; Professio fidei (in Conc. Lugdunen. II) a Michaele Palaeologo Gregorio X oblata, a. 1274; Eugenius IV (in Conc. Florentin.), const. *«Exultate Deo»,* 22 nov. 1439, § 14; Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»,* 26 maii 1742, § V, n. IV; ep. encycl. *«Ex quo»,* 1 mart. 1756, § 44; Rituale Rom., tit. V, c. 1, *de sacramento extremae unctionis,* n. 1, 15-20; c. 2, *Ordo ministrandi sacramentum extremae unctionis,* n. 8-10.

938 § 1: C. 3, D. XCV; c. 14, X, *de verborum significatione,* V, 40; Conc. Trident., sess. XIV, *de extrema unctione,* c. 1, 3, Can. 4; S. Innocentius I, ep. *«Si instituta ecclesiastica»,* 19 mart. 416, c. 8; Eugenius IV (in Conc. Florentin.), const. *«Exultate Deo»,* 22 nov. 1439, § 14; Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»,* 26 maii 1742, § V, n. III; ep. encycl. *«Ex quo»,* 1 mart. 1756, § 45, 46; Rituale Rom., tit. V, c. 2, *Ordo ministrandi sacramentum extremae unctionis,* n. 1.

NASLOV V.

POSLJEDNJA POMAST

Kan. 937. - Otajstvo posljednje pomasti mora se podijeliti svetim mazanjima s upotrebom propisno blagoslovljenog maslinovog ulja i riječima propisanima u odobrenim od Crkve obrednim knjigama.

GLAVA I.

DJELITELJ POSLJEDNJE POMASTI

Kan. 938. - § 1. Valjano podjeljuje ovo otajstvo svaki svećenik i samo svećenik.

§ 2. Uz obdržavanje odredaba kan. 397, br. 3 i 514, §§ 1-3, redovni je djelitelj župnik mjesta, gdje se nalazi bolesnik; no u slučaju nužde, odnosno s dopuštenjem barem pretpostavljenim od istoga župnika ili od mjesnog Ordinarija, može to otajstvo podijeliti i svaki drugi svećenik.

Kan. 939. - Redovni je djelitelj dužan iz pravednosti podijeliti ovo otajstvo, i to osobno ili po drugomu, a svaki svećenik u slučaju nužde iz ljubavi.

---

938 § 2: C. 1, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum,* V, 7, in Clem.; Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. *«Dum intra»,* 19 dec. 1516, § 7; Innocentius X, const. *«Cum sicut»,* 14 maii 1648, § 4, I, ad 17; Pius IX, const. *«Apostolicae Sedis»,* 12 oct. 1869, § II, n. 14; S. C. C., *Messanen.,* mense ian. 1622; *Romana,* 27 aug. 1667; *Mantuana,* 16 mart. 1680; *Novarien.,* 27 aug. 1695, ad 1; *Asculana,* 7 iun. 1698; *Narnien.,* 26 sept. 1699, ad 1; *Praenestina,* 22 febr., 22 mart. 1823, ad 1; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 13 iun. 1633; litt. 11 oct. 1780; S. R. C., *Spoletana Terrae de Visso,* 20 iun. 1609, ad 1; *Montis Regalis,* 17 mart. 1663, ad 4; *S. Severi,* 13 maii, 18 dec. 1756, ad 7; Rituale Rom., tit. V, c. 2, *Ordo ministrandi sacramentum extremae unctionis,* n. 7.

939: Clemens XII, litt. ap. *«Compertum»,* 24 aug. 1734, dub. XII; litt. ap. *«Concredita Nobis»,* 13 maii 1739; Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»,* 26 maii 1742, § V, n. II; const. *«Omnium sollicitudinum»,* 12 sept. 1744, § 14, dub. XII, § 26, 33 sq.; const. *«Firmandis»,* 6 nov. 1744, § 9.

CAPUT II.

DE SUBIECTO EXTREMAE UNCTIONIS.

Can. 940. - § 1. Extrema unctio praeberi non potest nisi fideli, qui post adeptum usum rationis ob infirmitatem vel senium in periculo mortis versetur.

§ 2. In eadem infirmitate hoc sacramentum iterari non potest, nisi infirmus post susceptam unctionem convaluerit et in aliud vitae discrimen inciderit.

Can. 941. - Quando dubitatur num infirmus usum rationis attigerit, num in periculo mortis reipsa versetur vel num mortuus sit, hoc sacramentum ministretur sub conditione.

Can. 942. - Hoc sacramentum non est conferendum illis qui impoenitentes in manifesto peccato mortali contumaciter perseverant; quod si hoc dubium fuerit, conferatur sub conditione.

Can. 943. - Infirmis autem qui, cum suae mentis compotes essent, illud saltem implicite petierunt aut verisimiliter petiissent, etiamsi deinde sensus vel usum rationis amiserint, nihilominus absolute praebeatur.

Can. 944. - Quamvis hoc sacramentum per se non sit de necessitate medii ad salutem, nemini tamen licet illud negligere; et omni studio et diligentia curandum ut infirmi, dum sui plene compotes sunt, illud recipiant.

---

940 § 1: Conc. Trident., sess. XIV, *de extrema unctione,* c. 1, 3; S. Innocentius I, ep. *«Si instituta ecclesiastica»,* 19 mart. 416, c. 8; Professio fidei (in Conc. Lugdunen. II) a Michaele Palaeologo Gregorio X oblata, a. 1274; Eugenius IV (in Conc. Florentin.), const. *«Exultate Deo»,* 22 nov. 1439, § 14; Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»,* 26 maii 1742, § V, n. II; ep. encycl. *«Ex quo»,* 1 mart. 1756, § 44, 46, 47; S. C. S. Off. (Quebec.), 10 maii 1703, ad 8; (Vic. Ap. Sandwic.), 11 dec. 1850, ad 17; (Tchely Meridio-Oriental.), 10 apr. 1861, ad 1; S. C. de Sacramentis, decr. 8 aug. 1910, n. VIII; S. C. de Prop. Fide (C. P. pro Sin.), 20 febr. 1801; (C. P. pro Sin.), 26 sept. 1821; Rituale Rom., tit. V, c. 1, *de sacramento extremae unctionis,* n. 5, 8, 9.

940 § 2: Conc. Trident., sess. XIV, *de extrema unctione,* c. 3; Rituale Rom., tit. V, c. 1, *de sacramento extremae unctionis,* n. 14.

941: Rituale Rom., tit. V, c. 1, *de sacramento extremae unctionis,* n. 12.

GLAVA II.

PRIMALAC POSLJEDNJE POMASTI

Kan. 940. - § 1. Posljednja se pomast smije podijeliti samo takvom vjerniku, koji se, pošto dođe do upotrebe razuma, nalazi zbog bolesti ili starosti u smrtnoj pogibli.

§ 2. U istoj se bolesti ovo otjastvo ne smije podijeliti, osim ako bi bolesnik poslije primljene pomasti prizdravio, pa onda došao u novu smrtnu pogibao.

Kan. 941. - Kada se dvoji o tom, da li je bolesnik došao do upotrebe razuma, da li se zaista nalazi u smrtnoj pogibli ili da li je već umro, treba ovo otajstvo podijeliti uvjetno.

Kan. 942. - To se otajstvo ne smije podijeliti takvima, što bez kajanja tvrdokorno ustraju u očitom smrtnom grijehu; a ako bi to bilo dvojbeno, treba da se podijeli uvjetno.

Kan. 943. - Bolesnicima pak, koji su to otajstvo, dok su bili pri svijesti, tražili barem uključeno ili je vjerojatno, da bi ga tražili, mora se iako su međutim izgubili svijest ili upotrebu razuma, ipak podijeliti bezuvjetno.

Kan. 944. - Premda ovo otajstvo nije za spasenje neophodno potrebito, ipak ga ne smije nitko zanemariti, a treba nastojati svom brigom i pažnjom, da ga bolesnici prime, dok su pri potpunoj svijesti.

942: C. 3, D. XCV; S. C. S. Off., 27 iul. 1892, ad 1; S. C. de Prop. Fide, 10 maii 1898, ad 1; Rituale Rom., tit. V, c. 1, *de sacramento extremae unctionis,* n. 8.

943: S. C. S. Off. (Kentuky), 9 maii 1821; Rituale Rom., tit. V, c. 1, *de sacramento extremae unctionis,* n. 6, 7.

944: Conc. Trident., sess. XIV, *de extrema unctione,* c. 3, Can. 3; Innocentius IV, ep. *«Sub catholicae»,* 6 mart. 1254, § 3, n. 6; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«Inter cunctas»,* 22 febr. 1418, art. 19, de quo errorum Wicleff et Husz suspecti interrogandi; Benedictus XIV, const. *«Firmandis»,* 6 nov. 1744, § 9; ep. encycl. *«Ex quo»,* 1 mart. 1756, § 44, 46; S. C. S. Off., 23 mart. 1656, ad 2; 13 nov. 1669; S. C. de Prop. Fide (Sinarum), 12 sept. 1645, ad 2; instr. 31 iul. 1902, n. 6, 7; Rituale Rom., tit. V, c. 1, *de sacramento extremae unctionis,* n. 1; c. 4, *de visitatione et cura infirmorum,* n. 10.

CAPUT III.

DE RITIBUS ET CAEREMONIIS EXTREMAE UNCTIONIS.

Can. 945. - Oleum olivarum, in sacramento extremae unctionis adhibendum, debet esse ad hoc benedictum ad Episcopo, vel a presbytero, qui facultatem illud benedicendi a Sede Apostolica obtinuerit.

Can. 946. - Oleum infirmorum parochus loco nitido et decenter ornato in vase argenteo vel stamneo diligenter custodiat, nec domi retineat nisi ad normam Can. 735.

Can. 947. - § 1. Unctiones verbis, ordine et modo in libris ritualibus praescripto, accurate peragantur; in casu autem necessitatis sufficit unica unctio in uno sensu seu rectius in fronte cum praescripta forma breviori, salva obligatione singulas unctiones supplendi, cessante periculo.

§ 2. Unctio renum semper omittatur.

§ 3. Unctio pedum ex qualibet rationabili causa omitti potest.

§ 4. Extra casum gravis necessitatis, unctiones ipsa ministri manu nulloque adhibito instrumento fiant.

945: C. 3, D. XCV; Conc. Trident., sess. XIV, *de extrema unctione,* c. 1; S. Innocentius I, ep. *«Si instituta ecclesiastica»,* 19 mart. 416, c. 8; Eugenius IV (in Conc. Florentin.), const. *«Exultate Deo»,* 22 nov. 1439, § 14; Clemens VIII, instr. *«Sanctissimus»,* 31 aug. 1595, § 3; Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»,* 26 maii 1742, § IV, n. I; ep. encycl. *«Ex quo»,* 1 mart. 1756, § 44, 46; S. C. S. Off., decr. 13 ian. 1611; decr. 14 sept. 1842; 15 maii 1878; Pontificale Rom., tit. *De officio in feria V. Coenae Domini;* Rituale Rom., tit. V, c. 1, *de sacramento extremae unctionis,* n. 3. -- Vide etiam Can. 734, § 1.

946: S. C. de Prop. Fide (C. G - Helvetiae), 7 mart. 1805; S. R. C., *Ariminen.,* 16 iun. 1663; S. Poenit., 19 sept. 1893, ad II; Pontificale Rom., tit. *Benedictio olei catechumenorum;* Caeremoniale Episcopor., l. I, c. VI, n. 2; Rituale Rom., tit. V, c. 1, *de sacramento extremae unctionis,* n. 3, 4.

GLAVA III.

OBREDI I SVEČANOSNI ČINI KOD POSLJEDNJE POMASTI

Kan. 945. - Maslinovo ulje, što se ima upotrijebiti kod otajstva posljednje pomasti, mora biti u tu svrhu blagoslovljeno od Biskupa ili od svećenika, koji je od Apostolske Stolice dobio ovlaštenje, da ga blagoslovi.

Kan. 946. - Župnik je dužan bolesničko ulje brižljivo čuvati na čistom i dolično uređenom mjestu u srebrnoj ili kositrenoj posudici, a ne smije ga držati u kući, osim prema odredbi kan. 735.

Kan. 947. - § 1. Pomazanja se moraju izvršiti točno riječima, redom i načinom, kako je to propisano u obrednim knjigama; no u slučaju nužde dostaje samo jedno pomazanje na jednom sjetilu ili bolje na samom čelu s izgovaranjem propisanih riječi u skraćenom obliku, ali s obavezom nadopuniti pojedinačka pomazanja, kada mine pogibao.

§ 2. Pomazanje bokova treba svagda ispustiti.

§ 3. Pomazanje se nogu može ispustiti s kojegagod razumna razloga.

§ 4. Pomazanja se izvan slučaja teške nužde moraju izvršiti golom rukom djeliteljevom bez upotrebe bilo kakva pomoćnog sredstva.

947 § 1: Conc. Trident., sess. XIV, *de extrema unctione,* c. 1; Eugenius IV (in Conc. Florentin.), const. *«Exultate Deo»,* 22 nov. 1439, § 14; S. C. S. Off. (Algeriae), 11 iul. 1754, ad 4; 25 apr. 1906; 9 mart. 1917; S. R. C., *Rhedonen.,* 27 aug. 1836, ad 1; Rituale Rom., tit. V, c. 1, *de sacramento extremae unctionis,* n. 10, 15-20; c. 2, *Ordo ministrandi sacramentum extremae unctionis,* n. 8-10.

§ 2. Ako je pomanjkanje pristanka bilo čisto unutarnje, dosta je da ona stranka, koja nije bila pristala, pristane unutarnjim načinom.

§ 3. Ako je bilo i izvanjski očitovano, mora se pristanak očitovati i izvanjskim načinom; i to ili u obliku u zakonu propisanom, kada je pomanjkanje bilo javno, ili ako je bilo tajno onda na drugi kakav način sukromni i tajni.

Kan. 1137. - Ženidba nevaljana zbog pomanjkanja oblika, mora se, da postane valjanom, ponovno sklopiti u propisanom obliku.

1135 § 2: S. C. S. Off., 12 ian. 1769, n. II, 5.

1135 § 3: C. 7, X, *de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium,* IV, 7; S. C. S. Off., 12 ian. 1769, n. II, 5.

1136 § 1: C. 2, 4, X, *de coniugio servorum,* IV, 9; S. C. S. Off., instr. (ad Vic. Ap. Oceaniae), 6 apr. 1843; instr. (ad Vic. Ap. Oceaniae Central.), 18 dec. 1872; S. C. C., *Vigilien.,* 23 iun., 13 iul., 22 sept. 1725.

1136 § 3: S. C. S. Off., instr. (ad Vic. Ap. Oceaniae), 6 apr. 1843.

1137: S. C. C., *Poloniae,* 13 nov. 1638; Secret. Status, instr. 27 mart. 1830.

ART. II.

DE SANATIONE IN RADICE.

Can. 1138. - § 1. Matrimonii in radice sanatio est eiusdem convalidatio, secumferens, praeter dispensationem vel cessationem impedimenti, dispensationem a lege de renovando consensu, et retrotractionem, per fictionem iuris, circa effectus canonicos, ad praeteritum.

§ 2. Convalidatio fit a momento concessionis gratiae; retrotractio vero intelligitur facta ad matrimonii initium, nisi aliud expresse caveatur.

§ 3. Dispensatio a lege de renovando consensu concedi etiam potest vel una tantum vel utraque parte inscia.

Can. 1139. - § 1. Quodlibet matrimonium initum cum utriusque partis consensu naturaliter sufficiente, sed iuridice inefficaci ob dirimens impedimentum iuris ecclesiastici vel ob defectum legitimae formae, potest in radice sanari, dummodo consensus perseveret.

§ 2. Matrimonium vero contractum cum impedimento iuris naturalis vel divini, etiamsi postea impedimentum cessaverit, Ecclesia non sanat in radice, ne a momento quidem cessationis impedimenti.

Can. 1140. - § 1. Si in utraque vel alterutra parte deficiat consensus, matrimonium nequit sanari in radice, sive consensus ab initio defuerit, sive ab initio praestitus, postea fuerit revocatus.

§ 2. Quod si consensus ab initio quidem defuerit, sed postea praestitus fuerit, sanatio concedi potest a momento praestiti consensus.

Can. 1141. - Sanatio in radice concedi unice potest ab Apostolica Sede.

1138 § 1: S. C. S. Off. (Iaponiae), 11 mart. 1868; instr. (ad Ep. S. Alberti), 9 dec. 1874; 8 mart. 1900; S. C. de Prop. Fide, litt. (ad Coadiut. Superior. Mission. in ora Coromandel), 5 iul. 1788.

1138 § 3: S. C. S. Off. (Iaponiae), 11 mart. 1868; instr. (ad Ep. S. Alberti), 9 dec. 1874; 22 aug. 1906, ad 4; Secret. Status, instr. 27 mart. 1830.

1139 § 1: S. C. S. Off. (Iaponiae), 11 mart. 1868; 12 apr. 1899; 22 aug. 1906, ad 3; S. C. de Prop. Fide, litt. (ad Coadiut. Superior. Mission. in ora Coromandel), 5 iul. 1788.

ČLANAK II.

UKRJEPLJENJE U KORIJENU

Kan. 1138. - § 1. Ukrjepljenje u korijenu takovo je ukrjepljenje, koje sadrži, kraj oprosta odnosno prestanka zapreke, oprost od zakona o ponavljanju pristanka, te djelovanje unatrag, putem umišljaja, u pogledu kanonskih učinaka.

§ 2. Ukrjepljenje se zbiva od časa podijeljene milosti; a djelovanje unatrag uzima se da važi od početka ženidbe, ako nije izričito određeno drugačije.

§ 3. Oprost od zakona o ponavljanju pristanka može se dati i onda, kada za to bilo samo jedna bilo obadvije stranke ne znaju.

Kan. 1139. - § 1. Svaka se ženidba, koja je sklopljena s prirodno dostatnim pristankom obiju stranaka, ali s pristankom koji je pravno bio bez učinka zbog zapreke, crkvenog prava ili zbog pomanjkanja propisanog oblika, može ukrijepiti u korijenu, pod uvjetom da pristanak i dalje traje.

§ 2. Ali takovu ženidbu sa zaprekom prirodnoga ili božanskoga prava, Crkva ne ukrjepljuje u korijenu, pa makar da je zapreka poslije prestala, ni od časa kada je prestala.

Kan. 1140. - § 1. Ako kod jedne ili kod obadvije stanke postoji pomanjkanje pristanka, ženidba se ne može ukrijepiti u korijenu, bilo da je manjak u pristanku postojao od početka, bilo da je pristanak u početku postojao, ali je kasnije bio opozvan.

§ 2. Kada pristanka spočetka doduše nije bilo, ali je ostvaren kasnije, može se podijeliti ukrjepljenje od časa naknadnog pristanka.

Kan. 1141. - Ukrjepljenje u korijenu može podijeliti samo Apostolska Stolica.

1139 § 2: S. C. S. Off., 8 mart. 1900; 2 mart. 1904.

1140 § 1: S. C. S. Off., 22 aug. 1906, ad 3.

1141: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § I, n. 3°, 2; S. C. S. Off. (Iaponiae), 11 mart. 1868; (Coreae), 11 sept. 1878, ad 1; 12 apr. 1899; 22 aug. 1906; S. C. de Prop. Fide, litt. (ad Coadiut. Superior. Mission. in ora Coromandel), 5 iul. 1788; (Sutchuen.), 17 ian. 1836, ad 1; (Yunnan.), 1 iun. 1845; Secret. Status, instr. 27 mart. 1830; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. III, n. 11°, a.

CAPUT XII.

DE SECUNDIS NUPTIIS.

Can. 1142. - Licet casta viduitas honorabilior sit, secundae tamen et ulteriores nuptiae validae et licitae sunt, firmo praescripto Can. 1069, § 2.

Can. 1143. - Mulier cui semel benedictio sollemnis data sit, nequit in subsequentibus nuptiis eam iterum accipere.

1142: C. 13, C. XXVII, q. 2; c. 9-13, C. XXXI, q. 1; c. 13, 16, C. XXXII, q. 2; c. 4, 5, X, *de secundis nuptiis,* IV, 21; Innocentius III, ep. *«Eius exemplo»,* 18 dec. 1208, Professio fidei Waldensibus praescr.; Innocentius IV, ep. *«Sub catholicae»,* 6 mart. 1254, § 3, n. 20; Professio fidei (in Conc. Lugdunen. II) a Michaele Palaeologo Gregorio X oblata, a. 1274; Benedictus XII, a. 1341, prop. 49, Armenorum, damn.; Eugenius IV (in Conc. Florentin.), const. *«Cantate Domino»,* 4 febr. 1441, § 26; Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»,* 26 maii 1742, § VIII, n. III; instr. *«Eo quamvis tempore»,* 4 maii 1745, § 29; S. C. S. Off., instr. a. 1868; S. C. de Prop. Fide (C. G. - Scodrae), 22 nov. 1790, ad 2; instr. (ad Vic. Ap. Indiar. Orient.), 8 sept. 1889, n. 55.

GLAVA XII.

DRUGA ŽENIDBA

Kan. 1142. - Premda je udovstvo u čistoći provedeno časnije, ipak su druga i daljnje ženidbe valjane i dopuštene, uz obdržavanje propisa kan. 1069, § 2.

Kan. 1143. - Žena, koja je već jedanput primila svečani vjenčani blagoslov, ne može ga ponovno dobiti kod daljnjih brakova.

1143: C. 1, 3, X, *de secundis nuptiis,* IV, 21; Innocentius IV, ep. *«Sub catholicae»,* 6 mart. 1254, § 3, n. 21; Benedictus XIV, const. *«Etsi pastoralis»,* 26 maii 1742, § VIII, n. IV; S. C. S. Off., 31 aug. 1881; S. C. C., *Mileten.,* mense febr. 1590, ad 6; S. C. de Prop. Fide (C. P. pro Sin. - Tunkin. Occident.), 21 iul. 1841, ad 3; (C. P. pro Sin. - Pekin.), 21 sept. 1841, ad 1; S. R. C., *Aquen.,* 3 mart. 1761, ad 1; decr. gen 30 iun. 1896, n. VI; Rituale Rom., tit. VII, c. 1, *de sacramento matrimonii,* n. 15.

TITULUS VIII.

DE SACRAMENTALIBUS.

Can. 1144. - Sacramentalia sunt res aut actiones quibus Ecclesia, in aliquam Sacramentorum imitationem, uti solet ad obtinendos ex sua impetratione effectus praesertim spirituales.

Can. 1145. - Nova Sacramentalia constituere aut recepta authentice interpretari, ex eisdem aliqua abolere aut mutare, sola potest Sedes Apostolica.

Can. 1146. - Legitimus Sacramentalium minister est clericus, cui ad id potestas collata sit quique a competente auctoritate ecclesiastica non sit prohibitus eandem exercere.

Can. 1147. - § 1. Consecrationes nemo qui charactere episcopali careat, valide peragere potest, nisi vel iure vel apostolico indulto id ei permittatur.

§ 2. Benedictiones autem impertire potest quilibet presbyter, exceptis iis quae Romano Pontifici aut Episcopis aliisve reserventur.

§ 3. Benedictio reservata quae a presbytero detur sine necessaria licentia, illicita est, sed valida, nisi in reservatione Sedes Apostolica aliud expresserit.

§ 4. Diaconi et lectores illas tantum valide et licite benedictiones dare possunt, quae ipsis expresse a iure permittuntur.

1145: Conc. Trident., sess. VII, *de sacramentis in genere,* Can. 13; Clemens XII, litt. ap. *«Compertum»,* 24 aug. 1734, dub. I; litt. ap. *«Concredita Nobis»,* 13 maii 1739; Benedictus XIV, const. *«Omnium sollicitudinum»,* 12 sept. 1744, § 14, dub I, § 25, 29, 40; S. C. S. Off., 23 mart. 1656, ad 2; 13 nov. 1669; S. C. de Prop. Fide (Sinarum), 12 sept. 1645, ad 2.

1146: C. 6, C. XI, q. 3; c. 2, D. I, *de cons.;* c. 10, X, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 38; S. R. C., *Tunkini Centralis,* 5 iul. 1892; Rituale Rom., tit. VIII, c. 1, *de benedictionibus regulae generales,* n. 1.

1147 § 1: C. 1, D. XXV; c. 4, D. LXVIII; c. 1-3, C. XXVI, q. 6; c. 2, 9, 11, 12, 14, 15, 25, D. I, *de cons.;* Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«Inter cunctas»,* 22 febr. 1418, art. 28, Ioannis Wicleff, damn.; Benedictus XIV, ep. *«Ex tuis precibus»,*

NASLOV VIII.

BLAGOSLOVINE

Kan. 1144. - Blagoslovine takove su stvari odnosno čini, koje Crkva običava upotrebljavati poput Otajstava, u tu svrhu da se po njezinoj molitvi postignu učinci napose duhovni.

Kan. 1145. - Jedino Apostolska Stolica može ustanovljavati nove Blagoslovine odnosno usvojene vjerovno tumačiti, te od njih neke dokinuti ili promijeniti.

Kan. 1146. - Zakoniti je djelitelj Blagoslovina onaj duhovnik, kojemu je za to podjeljena vlast, a nije mu od nadležne crkvene oblasti zabranjeno da je izvršuje.

Kan. 1147. - § 1. Posvećenja ne može valjano izvršivati nitko, tko nema biskupskog reda, ako mu to nije dopušteno bilo po zakonu bilo po apostolskoj ovlastici.

§ 2. Blagoslove pako može podijeljivati svaki svećenik, izuzevši one koji su zadržani Rimskom Prvosvećeniku ili Biskupima.

§ 3. Zadržan je blagoslov, koji bi bez potrebitog dopuštenja podijelio svećenik, nedopušten, ali valjan, osim ako bi Apostolska Stolica u pridržaju drukčije izrijekom odredila.

§ 4. Đakoni i štioci mogu valjano i dopušteno podjeljivati samo one blagoslove, koji su im u zakonu izrijekom dopušteni.

---

16 nov. 1748, § 1, 8, 12; Clemens XIII, const. *«Inter multiplices»,* 11 dec. 1758, § 5-7; S. C. C., *Olomucen.,* 7 iun., 2 aug. 1755, ad 14; S. C. de Prop. Fide (C. P), 30 ian. 1787; (C. P. pro Sin. - Vic. Ap. Sutchuen.), 16 ian. 1797, ad 1; S. R. C., decr. 27 sept. 1659, n. 19; *Brixinen.,* 31 aug. 1737; *Tirasonen.,* 16 maii 1744, ad 1; *Strigonien.,* 9 maii 1857, ad 11. -- Vide etiam Can. 239, § 1, n. 20; 294, § 2; 310, § 2; 323, § 2.

1147 § 2: S. R. C., *Lemovicen.,* 2 apr. 1875; *Imolen.,* 2 dec. 1881, ad III; *Romana,* 21 nov. 1893, n. II; Rituale Rom., tit. VIII, c. 1, *de benedictionibus regulae generales,* n. 1.

1147 § 3: S. R. C., *Bisinianen.,* 8 aug. 1835; *Angelopolitana,* 11 sept. 1847, ad 10; *Tonkini Occidentalis,* 14 aug. 1858, ad I, II; *Mariannen.,* 10 febr. 1888; Missale Rom., *Rubrica in Sabbato Sancto (Benedictio cerei);* Pontificale Rom., tit. *De ordinatione lectorum;* Caeremoniale Episcopor., l. II, c. XXVII, n. 10.

Can. 1148. - § 1. In Sacramentalibus conficiendis seu administrandis accurate serventur ritus ab Ecclesia probati.

§ 2. Consecrationes ac benedictiones sive constitutivae sive invocativae invalidae sunt, si adhibita non fuerit formula ab Ecclesia praescripta.

Can. 1149. - Benedictiones, imprimis impertiendae catholicis, dari quoque possunt catechumenis, imo, nisi obstet Ecclesiae prohibitio, etiam acatholicis ad obtinendum fidei lumen vel, una cum illo, corporis sanitatem.

Can. 1150. - Res consecratae, vel benedictae constitutiva benedictione, reverenter tractentur neque ad usum profanum vel non proprium adhibeantur, etiamsi in dominio privatorum sint.

Can. 1151. - § 1. Nemo, potestate exorcizandi praeditus, exorcismos in obsessos proferre legitime potest, nisi ab Ordinario peculiarem et expressam licentiam obtinuerit.

§ 2. Haec licentia ab Ordinario concedatur tantummodo sacerdoti pietate, prudentia ac vitae integritate praedito; qui ad exorcismos ne procedat, nisi postquam diligenti prudentique investigatione compererit exorcizandum esse revera a daemone obsessum.

Can. 1152. - Exorcismi a legitimis ministris fieri possunt non solum in fideles et catechumenos, sed etiam in acatholicos vel excommunicatos.

Can. 1153. - Ministri exorcismorum qui occurrunt in baptismo et in consecrationibus vel benedictionibus, sunt iidem qui eorundem sacrorum rituum legitimi ministri sunt.

1148 § 1: Benedictus XIV, ep. encycl. *«Inter omnigenas»,* 2 febr. 1744, § 18; ep. *«Sollicitudini»,* 1 oct. 1745, § 43; S. R. C., *Burgi S. Domnini,* 11 mart. 1871, ad II; decr. gen. 12 iul. 1892, n. I, II; *Ordinis Fratrum Minorun Provinciae S. Leopoldi,* 22 dec. 1905; Rituale Rom., tit. VIII, c. 1, *de benedictionibus regulae generales,* n. 2-7.

1149: S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Scodren.), 11 dec. 1749; (Scopiae), 11 aug. 1768; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 17 apr. 1758, ad 3.

1150: C. 17, C. XII, q. 2; Reg. 51, R. J., in VI°; Conc. Nicaen. II, actio VII, *definitio de sacris imaginibus;* Gregorius XVI, allocut. *«Afflictas»,* 1 mart. 1841.

Kan. 1148. - § 1. Kod tvorbe i podjeljivanja Blagoslovina moraju se točno obdržavati od Crkve usvojeni obredi.

§ 2. Posvećenja su i blagoslovi bilo ustanovni bilo zazivni nevaljani, ako se ne upotrijebi od Crkve propisani obrazac.

Kan. 1149. - Blagoslovi, koje treba poglavito podjeljivati katolicima, mogu se davati i katekumenima, dapače, ako nema za to zabrane od strane Crkve, također i nekatolicima, da bi postigli svijetlo vjere, odnosno s njim ujedno i zdravlje tijela.

Kan. 1150. - Sa stvarima posvećenim ili blagoslovljenim ustanovnim blagoslovom, neka se s poštovanjem postupa i neka se ne uzimaju u svjetovnu ili ne vlastitu upotrebu, premda su u privatnom vlasništvu.

Kan. 1151. - § 1. Svatko, tko ima vlast zaklinjanja, ne može po zakonu izvršivati zaklinjanja opsjednutih, ako od Ordinarija nije dobio za to posebnu i izričitu dozvolu.

§ 2. Ovakovu dozvolu smije Ordinarij dati samo svećeniku pobožnom, razboritom i časnoga života; a ovaj ne smije započimati zaklinjanja, dok nije pomnjivim i razboritim ispitivanjem ustanovio, da je osoba, nad kojom bi se zaklinjanje imalo izvršiti, zaista opsjednuta od duha zlobnoga.

Kan. 1152. - Zaklinjanja mogu zakoniti djelitelji izvršivati ne samo nad vjernicima i katekumenima, nego i nad nekatolicima i izopćenicima.

Kan. 1153. - Djelitelji su onih zaklinjanja, koja dolaze do krštenja, te kod posvećenja i blagoslova, isti oni, koji su i djelitelji onih svetih obreda.

1151 § 1: Benedictus XIV, ep. *«Sollicitudini»,* 1 oct. 1745, § 43; ep. encycl. *«Magno cum»,* 2 iun. 1751, § 34; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Ep. Scodren.), 11 sept. 1779, n. 1.

1151 § 2: Benedictus XIV, ep. *«Sollicitudini»,* 1 oct. 1745, § 43; Rituale Rom., tit. X, c. 1, *de exorcizandis obsessis a daemonio,* n. 1, 3.

1152: S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Ep. Scodren.). 11 sept. 1779.

1153: S. C. S. Off., 17 sept. 1681.

PARS SECUNDA

DE LOCIS ET TEMPORIBUS SACRIS

SECTIO I.

De locis sacris.

Can. 1154. - Loca sacra ea sunt quae divino cultui fideliumve sepulturae deputantur consecratione vel benedictione quam probati liturgici libri ad hoc praescribunt.

Can. 1155. - § 1. Consecratio alicuius loci, quanquam ad regulares pertinentis, spectat ad Ordinarium territorii in quo locus ipse reperitur, dummodo Ordinarius charactere episcopali sit insignitus, non tamen ad Vicarium Generalem sine speciali mandato, firmo iure S. R. E. Cardinalium consecrandi ecclesiam et altaria sui tituli.

§ 2. Ordinarius territorii, licet charactere episcopali careat, potest cuilibet eiusdem ritus Episcopo licentiam dare consecrationes peragendi in suo territorio.

Can. 1156. - Ius benedicendi locum sacrum, si hic pertineat ad clerum saecularem vel ad religionem non exemptam, vel ad laicalem, spectat ad Ordinarium territorii in quo locus reperitur; si ad religionem clericalem exemptam, ad Superiorem maiorem; uterque vero potest alium sacerdotem ad hoc delegare.

1155 § 1: C. 28, C. VII, q. 1; c. 10, C. XVl, q. 1; c. 1, 3, C.XVI, q. 5; c. 26, 27, C. XVI, q. 7; c. 9, 14, 25, D. I, *de cons.;* c. 1, X, *de religiosis domibus, ut episcopo sint subiectae,* III, 36; c. 2, X, *de consecratione ecclesiae vel altaris,* III, 40; Conc. Trident., sess. VI, *de ref.,* c. 5; Leo X (in Conc. Lateranen. V), *«Dum intra»,* 19 dec. 1516, § 12; Benedictus XIV, ep. *«Ex tuis precibus»,* 16 nov. 1748, § 1- 3 8, 12; S. R. C., *Audomaren. in Flandria,* 14 apr. 1674; *Urbis,* 30 ian. 1879; Pontificale Rom., tit. *De ecclesiae dedicatione seu consecratione.*

DRUGI DIO

SVETA MJESTA I VREMENA

ODSJEK I.

Sveta mjesta

Kan. 1154. - Sveta su ona mjesta, koja su bogoslužju ili pokopu vjernika namijenjena po posveti ili blagoslovu, kako to propisuju usvojene bogoslužne knjige.

Kan. 1155. - § 1. Posveta nekoga mjesta, onda kada potpada pod redovnike, spada na Ordinarija onoga područja, u kojemu se odnosno mjesto nalazi, pod uvjetom da Ordinarij ima biskupski red, ali toga ne može učiniti Glavni Namjesnik bez posebne punomoći, a važi pri tom pravo S. R. C. Stožernika posvećivati crkvu i oltare svojega naslova.

§ 2. Područni Ordinarij, iako nema biskupskog reda, može dati svakomu Biskupu istoga obreda dozvolu, da izvršuje posvete na njegovom području.

Kan. 1156. - Pravo blagosloviti sveto mjesto, ako ono potpada pod svjetovno duhovništvo ili pod neizuzetu redovničku družbu, ili pod svjetovnjačku, spada na Ordinarija onoga područja, na kojemu se mjesto nalazi; a ako potpada pod izuzetu duhovničku redovničku družbu, na višega Poglavara; no i jedan i drugi može to prenijeti i na drugog svećenika.

1155 § 2: S. C. S. Off., 16 iun. 1831.

1156: Reg. 68, 72, R. J., in VI°; S. R. C., *Massen.,* 7 oct. 1645; *Cuneen.,* 7 aug. 1875, ad I; Rituale Rom., tit. VIII, c. 27, *Ritus benedicendi novam ecclesiam,* n. 1.

Can. 1157. - Non obstante quolibet privilegio, nemo potest locum sacrum consecrare vel benedicere sine Ordinarii consensu.

Can. 1158. - De peracta consecratione vel benedictione redigatur documentum, cuius alterum exemplar in Curia episcopali, alterum in ecclesiae archivo servetur.

Can. 1159. - § 1. Consecratio vel benedictio alicuius loci, modo nemini damnum fiat, satis probatur etiam per unum testem omni exceptione maiorem.

§ 2. Si de ea legitime constet, nec consecratio nec benedictio iterari potest; in dubio autem, peragatur ad cautelam.

Can. 1160. - Loca sacra exempta sunt a iurisdictione auctoritatis civilis et in eis legitima Ecclesiae auctoritas iurisdictionem suam libere exercet.

1159 § 1: C. 16, D. I, *de cons.;* S. R. C., *Oppiden.,* 19 aug. 1634, ad 1.

1159 § 2: C. 3, D. LXVIII; c. 16, 18, 20, D. I, *de cons.;* c. 111, D. IV, *de cons.;* Benedictus XIV, allocut. *«Postquam»,* 30 sept. 1750, § 1; ep. *«Iam inde»,* 12 maii 1756, § 1-5; S. R. C., *Ferentina,* 27 nov. 1706; *Sagien.,* 17 dec. 1875; *Bellunen. et Feltren.,* 19 aug. 1878.

Kan. 1157. - Bez obzira na bilo kakovu povlasticu, ne može nitko posvetiti ili blagosloviti sveto mjesto bez pristanka Ordinarijeva.

Kan. 1158. - O izvršenoj posveti odnosno blagoslovu mora se sačiniti isprava, te jedan primjerak pohraniti u biskupskoj Kuriji, a drugi u pismohrani crkve.

Kan. 1159. - § 1. Za dokaz da je neko mjesto primilo posvetu ili blagoslov, ako to nije nikomu na štetu, dostatan je jedan svjedok, koji je bez svakoga prigovora.

§ 2. Kada je to propisno utvrđeno, ne može se ni posveta ni blagoslov opetovati; a u slučaju dvojbe mora se to učiniti za svaku sigurnost.

Kan. 1160. - Sveta su mjesta izuzeta ispod građanske poglavarske vlasti i u njima zakonita crkvena oblast izvršuje slobodno svoju poglavarsku vlast.

1160: C. 21, C. XXIII, q. 8; c. 1, *de immunitate ecclesiarum, coemeteriorum et aliorum locorum religiosorum,* III, 23, in VI°; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Sin.), 18 oct. 1883, n. XIII; S. R. C., *Calatayeronen.,* 4 dec. 1896.

TITULUS IX.

DE ECCLESIIS.

Can. 1161. - Ecclesiae nomine intelligitur aedes sacra divino cultui dedicata eum potissimum in finem ut omnibus Christifidelibus usui sit ad divinum cultum publice exercendum.

Can. 1162. - § 1. Nulla ecclesia aedificetur sine expresso Ordinarii loci consensu scriptis dato, quem tamen Vicarius Generalis praestare nequit sine mandato speciali.

§ 2. Ordinarius consensum ne praebeat, nisi prudenter praeviderit necessaria non defutura ad novae ecclesiae aedificationem et conservationem, ad ministrorum sustentationem aliasque cultus impensas.

§ 3. Ne nova ecclesia ceteris iam exsistentibus detrimentum afferat, maiore fidelium spirituali utilitate non compensatum, Ordinarius, antequam consensum praebeat, audire debet vicinarum ecclesiarum rectores quorum intersit, firmo praescripto Can. 1676.

§ 4. Etiam sodales religiosi, licet consensum constituendae novae domus in dioecesi vel civitate ab Ordinario loci retulerint, antequam tamen ecclesiam vel oratorium publicum in certo ac determinato loco aedificent, Ordinarii loci licentiam obtinere debent.

Can. 1163. - Benedicere et imponere primarium ecclesiae lapidem, ad eos spectat, de quibus in Can. 1156.

1161: C. 26, 27, C. XVI, q. 7; S. R. C., *Marianopolitana,* 18 maii 1883, ad IV, 5; decr. gen. 5 iun. 1899, n. III.

1162 § 1: C. 44, c. XVI, q. 1; c. 10, C. XVIII, q. 2; c. 9, D. I, *de cons.;* c. 14, X, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum,* V, 33; c. 4, *de privilegiis,* V, 7, in VI°; Leo XIII, const. *«Conditae a Christo»,* 8 dec. 1900, § 2, n. III; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Sin.), 18 oct. 1883, n. XIII; Pontificale Rom., tit. *De benedictione et impositione primarii lapidis pro ecclesia aedificanda;* Rituale Rom., tit. VIII, c. 26, *Ritus benedicendi et imponendi primarium lapidem pro ecclesia aedificanda,* n. 1.

NASLOV IX.

CRKVE

Kan. 1161. - Pod imenom crkve razumijeva se sveta zgrada namijenjena službi Božjoj napose za to, da bude na uporabu svima vjernim kršćanima za izvršivanje javnoga bogoslužja.

Kan. 1162. - § 1. Nijedna se crkva ne smije sagraditi bez izričitog pismenog dopuštenja mjesnoga Ordinarija, ali ovo ne može dati Glavni Namjesnik bez posebne punomoći.

§ 2. Ordinarij ne smije dati dopuštenja, dok se razložno ne uvjeri o tom, da su osigurana sredstva za gradnju i uzdržavanje, za plaću službenika i druge bogoslužne troškove.

§ 3. Da nova crkva ne bi možda bila na štetu drugima, koje već postoje, a da za to nema naknade u većoj duhovnoj koristi vjernika, dužan je Ordinarij prije no što dopuštenje izda, saslušati ravnatelje susjednih crkava koji dolaze u obzir, uz obdržavanje propisa kan. 1676.

§ 4. Pa i redovnici, ma da su od strane mjestnoga Ordinarija dobili pristanak za to, da osnuju u biskupiji odnosno u mjestu novu kuću, moraju ipak prije nego što pristupe gradnji crkve ili javne bogomolje u izvjesnom i određenom mjestu, dobiti dozvolu od mjesnoga Ordinarija.

Kan. 1163. - Blagosloviti i postaviti kod gradnje crkve kamen temeljac, spada na one osobe, o kojima je riječ u kan. 1156.

1162 § 2: C. 1, C. I, q. 2; c. 26, C. XVI, q. 7; c. 9, D. I, *de cons.;* c. 8, X, *de consecratione ecclesiae vel altaris,* III, 40, S. C. Ep. et Reg., *Nullius Altamurae,* 18 nov. 1617; Pontificale Rom., tit. *De benedictione et impositione primarii lapidis pro ecclesia aedificanda;* tit. *De ecclesiae dedicatione seu consecratione.*

1162 § 3: C. 43, 44, C. XVI, q. 1; S. C. C., *Auximana,* 6 et 20 maii, 2 sept. 1747, 22 mart. 1755.

1163: C. 9, D. I, *de cons.;* Pontificale Rom., tit. *De benedictione et impositione primarii lapidis pro ecclesia aedificanda;* Rituale Rom., tit. VIII, c. 26, *Ritus benedicendi et imponendi primarium lapidem pro ecclesia aedificanda,* n. 1.

Can. 1164. - § 1. Curent Ordinarii, audito etiam, si opus fuerit, peritorum consilio, ut in ecclesiarum aedificatione vel refectione serventur formae a traditione christiana receptae et artis sacrae leges.

§ 2. In ecclesia nullus aperiatur aditus vel fenestra ad laicorum domus; locaque, si adsint, subter ecclesiae pavimentum aut supra ecclesiam, ad usum mere profanum ne adhibeantur.

Can. 1165. - § 1. Divina officia celebrari in nova ecclesia nequeunt, antequam eadem vel sollemni consecratione vel saltem benedictione divino cultui fuerit dedicata.

§ 2. Si prudenter praevideatur ecclesiam conversum iri ad usus profanos, Ordinarius consensum eius aedificationi ne praebeat, aut saltem, si forte aedificata fuerit, eam ne consecret neve benedicat.

§ 3. Sollemni consecratione dedicentur ecclesiae cathedrales et, quantum fieri potest, ecclesiae collegiatae, conventuales, paroeciales.

§ 4. Ecclesia ex ligno vel ferro aliove metallo benedici potest, non autem consecrari.

§ 5. Altare consecrari potest etiam sine ecclesiae consecratione; sed una simul cum ecclesia debet saltem altare maius consecrari aut altare secundarium, si maius sit iam consecratum.

Can. 1166. - § 1. Ecclesiarum consecratio, quamvis quolibet die fieri possit, decentius tamen diebus dominicis aliisve festis de praecepto peragitur.

§ 2. Episcopus consecrans et qui petunt ecclesiam sibi consecrari, per eum diem qui consecrationem praecedit, ieiunent.

1164 § 2: S. C. Ep. et Reg., *Senogallien.*, 9 nov. 1592; S. C. C., *Barcinonen.*, 28 ian., 28 iul., 30 sept. 1730; *Florentina*, 5 iun., 23 aug. 1738; *Nullius Foripompilii*, 28 ian., 18 febr. 1758; *Bononien.*, 29 maii 1852; S. R. C., *Caiacen.*, 11 maii 1641; *Mechlinien.*, 31 aug. 1867, ad V; Senonen., 27 iul. 1878, ad 1; *Taurinen.*, 4 maii 1882, ad I; 24 ian. 1908, ad III; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. IV. n. 4°, f.

1165 § 1: C. 3, 21, 22, D. I, *de cons.*; S. R. C., *Lisbonen.*, 12 apr. 1614; *Urbis*, 19 sept. 1665, ad 1; *Augustodunen.*, 3 mart. 1866, ad II; *Oranen.*, 2 sept. 1871, ad II, 3; *Sagien.*, 17 dec. 1875, ad I, II; *Bellunen. et Feltren.*, 19 aug. 1878; *Cadurcen.*, 22 febr. 1888; *Platien.*, 21 febr. 1896, ad IV; decr. gen. 5 iun. 1899, n. II; *Portus Principis*, 12 nov. 1909; Pontificale Rom., tit. *De ecclesiae dedicatione seu consecratione;* Rituale Rom., tit. VIII, c. 27, *Ritus benedicendi novam ecclesiam*. -- Vide etiam Can. 822, § 1.

Kan. 1164. - § 1. Ordinariji su dužni, da saslušavši, ako treba i vještake, vode brigu o tom, da se pri gradnji i popravljanju crkava zadrže oblici usvojeni kršćanskom predajom prema zakonima svete umjetnosti.

§ 2. Na crkvi se ne smiju otvoriti nikakova vrata ili prozor prema kućama svjetovnjaka; a ako ima kakovih prostorija ispod crkvenog poda ili iznad crkve, ne smiju se upotrebljavati na porabu čisto svjetovnu.

Kan. 1165. - § 1. Bogoslužje se u novoj crkvi ne može obavljati, dok ona prije toga nije za službu Božju namijenjena bilo svečanom posvetom bilo barem blagoslovom.

§ 2. Kada razložno predviđa, da će crkva biti upotrebljena za svjetovne svrhe, neka Ordinarij ne dade za njezinu gradnju svojega pristanka, odnosno, ako je možda već sagrađena, neka je barem ne posveti niti blagoslovi.

§ 3. Svečanom posvetom moraju se posvetiti stolne crkve, te u koliko je to moguće, i zborne, saborne (konventualne) i župske crkve.

§ 4. Crkva sagrađena od drveta ili željeza odnosno druge kovine može se blagosloviti, ali ne posvetiti.

§ 5. Oltar se može posvetiti i bez posvete crkve; no zajedno s crkvom mora se ujedno posvetiti barem još i glavni oltar ili pokrajni oltar, ako je glavni već posvećen.

Kan. 1166. - § 1. Iako se posveta Crkava može izvršiti svakim danom, ipak je priličnije, da se to učini u nedjelju ili druge zapovijedane blagdane.

§ 2. Biskup posvetitelj i svi oni, koji mole, da im se posveti crkva, dužni su postiti u onaj dan, koji pada pred posvetom.

1165 § 2: S. R. C., *Taurinen.*, 4 maii 1882, ad II.

1165 § 3: S. R. C., *Cuneen.*, 7 aug. 1875, ad I.

1165 § 4: S. R. C., *Sancti Salvatoris in America*, 11 apr. 1902.

1165 § 5: S. R. C., *Urbis*, 19 sept. 1665, ad 2; *Tuden.*, 22 ian. 1707, ad 3; *Fanen.*, 17 iun. 1843, ad 2; *Fesulana*, 12 aug. 1854; *Augustodunen.*, 3 mart. 1866, ad I; *Turonen.*, 28 sept. 1872; *Sagien.*, 17 dec. 1875, ad I, III; decr. 8 iun. 1896, ad I.

1166 § 1: C. 2, X, *de consecratione ecclesiae vel altaris*, III, 40; Pontificale Rom., tit. *De ecclesiae dedicatione seu consecratione.*

1166 § 2: S. R. C., *Mechlinien.*, 29 iul. 1780, ad 1, 2; *Camberien.*, 12 sept. 1840; *Buscoducen.*, 3 iul. 1909; Pontificale Rom., tit. *De ecclesiae dedicatione seu consecratione.*

§ 3. Cum consecratur ecclesia vel altare, Episcopus consecrator, licet iurisdictione in territorio careat, indulgentiam concedit unius anni ecclesiam vel altare visitantibus in ipsa consecrationis die; in die vero anniversaria quinquaginta dierum, si sit Episcopus; centum, si Archiepiscopus; biscentum, si S. R. E. Cardinalis.

Can. 1167. - Festum consecrationis ecclesiae quotannis celebretur ad normam legum liturgicarum.

Can. 1168. - § 1. Unaquaeque ecclesia consecrata vel benedicta suum habeat titulum; qui, peracta ecclesiae dedicatione, mutari nequit.

§ 2. Etiam festum tituli quotannis celebretur ad normas legum liturgicarum.

§ 3. Ecclesiae dedicari Beatis nequeunt sine Sedis Apostolicae indulto.

Can. 1169. - § 1. Cuilibet ecclesiae campanas esse convenit, quibus fideles ad divina officia aliosque religionis actus invitentur.

§ 2. Etiam ecclesiarum campanae debent consecrari vel benedici secundum ritus in probatis liturgicis libris traditos.

§ 3. Earum usus unice subest ecclesiasticae auctoritati.

1166 § 3: C. 14, X, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 38; Pontificale Rom., tit. *De ecclesiae dedicatione seu consecratione;* tit. *De altaris consecratione quae fit sine ecclesiae dedicatione.*

1167: C. 16, 17, D. I, *de cons.;* S. C. Ep. et Reg., *Monopolitana,* 16 apr. 1723, ad 21; S. R. C., *Ariminen.,* 14 iun. 1608; *Alexandrina,* 18 aug. 1629; *Lucana,* 15 dec. 1632; *Oppiden.,* 19 aug. 1634; *Neapolitana,* 28 apr. 1640; *Ianuen.,* 13 mart. 1649; *Ariminen.,* 12 iun. 1660; *Urbis,* 19 sept. 1665, ad 3; *Andegaven. in Gallia,* 3 mart. 1674; *Urbis,* 5 oct. 1697; *Bituntina,* 1 oct. 1707, ad 1; *Lausannen.,* 8 apr. 1713, ad 1; *Vercellen.,* 12 mart. 1735; *Einsiedeln,* 5 maii 1736, alia dubia, ad 1; *Nullius Sublacen.,* 19 sept. 1750; *Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Provinciae Poloniae,* 29 ian. 1752, ad 1; *Ordinis S. Benedicti Congregationis Vallisoletanae in Hispaniis,* 22 apr. 1780; *Nullius Balneariae,* 15 sept. 1815; *Marsorum,* 12 nov. 1831, ad 33; *Tarentina,* 7 apr. 1832; *Tarvisina,* 6 sept. 1834, ad 1; *Mechlinien.,* 27 febr. 1847, ad 1; *Adrien.,* 29 mart. 1851, ad 3; *Mechlinien.,* 31 aug. 1867, ad II; *Balneoregien.,* 2 apr. 1875; *Marianopolitana,* 29 nov. 1878; *Cracovien.,* 8 aug. 1882; *Tarvisina,* 12 sept. 1884, ad IV; *Gnesnen.,* 8 iul. 1894, ad III; decr. gen. 9 iul. 1895, n. III, IV; decr. gen. 4 febr. 1896; *Ordinis Fratrum Minorum Provinciae Anglicae,* 29 iul. 1904, ad III; Romana, 16 febr. 1910, ad III; decr. gen. 28 oct. 1913, n. I, 1, e, f, n. V, 2, a; 12 febr. 1914; *Sedunen.,* 5 maii 1916; Rubricae ad Pii X const. *«Divino afflatu»,* 1 nov. 1911, tit. IX, n. 1-3.

1168 § 1: S. R. C., *Tarvisina,* 6 sept. 1834, ad 2; *Brugen.,* 11 mart. 1843, ad 1; *Molinen.,* 12 sept. 1857, ad XIV; *Sancti Alberti,* 21 apr. 1873; *Oscen.,* 14 apr. 1877, ad III, 1; *Vizagapatamen. et Nagporen.,* 5 maii 1916, ad III; Pontificale Rom., tit. *De ecclesiae dedicatione seu consecratione;* Rituale Rom., tit. VIII, c. 27, *Ritus benedicendi novam ecclesiam,* n. 6.

§ 3. Kada se posvećuje crkva ili oltar podjeljuje Biskup posvetitelj, iako na području nema poglavarske vlasti, oproštenje od jedne godine za sve one, koji pohode crkvu ili oltar na sam dan posvete; a na dan godišnjice od pedeset dana, ako je on Biskup, stotinu, ako je Nadbiskup, dvije stotine, ako je S. R. C. Stožernik.

Kan. 1167. - Svetkovina se posvete crkve mora svake godine služiti prema odredbi bogoslužnih zakona.

Kan. 1168. - § 1. Svaka posvećena ili blagoslovljena crkva mora imati svoj naslov; ovaj se onda, pošto je to učinjeno, ne može više mijenjati.

§ 2. I naslovna se svetkovina mora svake godine otslužiti prema odredbama bogoslužnih propisa.

§ 3. Crkve se ne mogu dati u naslov Blaženicima bez ovlastice od Apostolske Stolice.

Kan. 1169. - § 1. Dolično je, da svaka crkva ima zvona, kojima će se vjernici pozivati službi Božjoj i na druge vjerske čine.

§ 2. I crkvena zvona moraju biti posvećena ili blagoslovljena prema obredima sadržanima u usvojenim bogoslužnim knjigama.

§ 3. Uporaba njihova potpada isključivo pod crkvenu vlast.

1168 § 2: S. R. C., *Lucana,* 15 dec. 1632; *Lausannen.,* 8 apr. 1713, ad 1; *Aquen.,* 2 sept. 1741, ad 3; *Pernambucen.,* 4 sept. 1745, ad 1, 8; *Marsorum,* 12 nov. 1831, ad 32; *Tarentina,* 7 apr. 1832; *Massen.,* 11 mart. 1837, ad 1; *Civitatis Plebis,* 22 maii 1841; *Mechlinien.,* 7 dec. 1844, ad I; *Tuden.,* 23 maii 1846, ad 3, 4; *Mechlinien.,* 27 febr. 1847, ad I; *Adrien.,* 29 mart. 1851, ad 3; *Capuana,* 21 iul. 1855; *Ruremunden.,* 9 maii 1857, ad II; *Nottinghamen.,* 20 mart. 1859; *Vallispraten.,* 2 sept. 1871; *Altonen.,* 28 sept. 1872; *Cenomanen.,* 28 sept. 1872; *Collen.,* 15 febr. 1873, ad I; *Missionariorum Oblatorum Immaculatae Conceptionis B. M. Virginis,* 7 apr. 1876, ad IV; *Vicariatus Ruremundensis in Hollandia,* 27 febr. 1847, ad 3, 5 et 27 maii 1876, ad IV; *Dinien.,* 27 maii 1876, ad I; *Oscen.,* 14 apr. 1877, ad III, 2; *Oveten.,* 14 aug. 1877, Pars Prima, ad I, III-VII; *Carcassonen.,* 30 ian. 1878; *S. Claudii,* 29 nov. 1878, ad II; *Marianopolitana,* 29 nov. 1878; *Vancuverien.,* 9 maii 1879; *Vicariatus Apostolici Bombayen. Septentrionalis,* 25 aug. 1882; *Cincinnaten.,* 27 febr. 1883, ad II; *Tarvisina,* 12 sept. 1884, ad I-III; *Halifaxien.,* 16 apr. 1886, ad I; *Ruremonden.,* 12 iul. 1889; *Vicariatus Apostolici Senegambiae,* 28 nov. 1891, ad I, II; *Ordinis Minorum Excalceatorum S. Francisci,* 13 maii 1892, ad II, III; decr. gen. 9 iul. 1895, n. II; *Bambergen.,* 29 mart. 1897; decr. gen. 5 iun. 1899, n. I, III, IV; *Ordinis Minorum S. Francisci,* 9 apr. 1900, ad II; *Romana,* 16 febr. 1910, ad II; *Vizagapatamen. et Nagporen.,* 5 maii 1916, ad II; Rubricae ad Pii X const. *«Divino afflatu»,* 1 nov. 1911, tit. IX, n. 2.

1168 § 3: S. R. C., *Sancti Thomae de Meliapor,* 23 ian. 1740, *Vercellen.,* 11 apr. 1840; *Quebecen.,* 13 dec. 1895, ad V.

§ 4. Salvis conditionibus, probante Ordinario, appositis ab illis qui campanam ecclesiae forte dederint, campana benedicta ad usus mere profanos adhiberi nequit, nisi ex causa necessitatis aut ex licentia Ordinarii aut denique ex legitima consuetudine.

§ 5. Quod ad campanarum consecrationem vel benedictionem attinet, servetur praescriptum Can. 1155, 1156.

Can. 1170. - Consecrationem vel benedictionem ecclesia non amittit, nisi tota destructa fuerit, vel maior parietum pars corruerit, vel in usus profanos ab Ordinario loci redacta sit, ad normam Can. 1187.

Can. 1171. - In sacra aede legitime dedicata omnes ecclesiastici ritus perfici possunt, salvis iuribus paroecialibus, privilegiis et legitimis consuetudinibus; Ordinarius autem, praesertim horas sacrorum rituum, potest, iusta de causa, praefinire, dummodo ne agatur de ecclesia quae ad religionem exemptam pertineat, firmo praescripto Can. 609, § 3.

Can. 1172. - § 1. Ecclesia violatur infra recensitis tantum actibus, dummodo certi sint, notorii, et in ipsa ecclesia positi:

1.° Delicto homicidii:

2.° Iniuriosa et gravi sanguinis effusione;

3.° Impiis vel sordidis usibus, quibus ecclesia addicta fuerit;

4.° Sepultura infidelis vel excommunicati post sententiam declaratoriam vel condemnatoriam.

1169 § 1: C. 16, X, *de excessibus praelatorum et subditorum,* V, 31.

1169 § 2: S. R. C., *Perusina,* 16 iul. 1594; *Maioricen.,* 19 apr. 1687; *Eistetten.,* 23 iun. 1853; *Strigonien.,* 9 maii 1857, ad II; *Limburgen.,* 6 febr. 1858; *Briocen.,* 14 apr. 1885; *Sedunen.,* 4 mart. 1892; 22 ian. 1908; Pontificale Rom., tit. *De benedictione signi vel campanae.*

1169 § 4: S. C. Ep. et Reg., *Papien.,* 31 ian. 1581; S. R. C., *Perusina,* 16 iul. 1594, ad 1; *Oritana,* 10 iul. 1638; *Arianen.,* 19 febr. 1639.

1170: C. 3, D. LXVIII; c. 19, 20, D. I, *de cons.;* c. 6, X, *de consecratione ecclesiae vel altaris,* III, 40; Benedictus XIV, ep. *«Ex tuis precibus»,* 16 nov. 1748, § 1; allocut. *«Postquam»,* 30 sept. 1750, § 1; ep. *«Iam inde»,* 12 maii 1756, § 7-17; S. R. C., *Messanen.,* 19 sept. 1859; *Marianopolitana,* 11 mart. 1871; *Caesaraugustana,* 31 aug. 1872; *Marianopolitana,* 20 febr. 1874, ad I; *Aretina,* 4 sept. 1875; *Senien. et*

§ 4. Blagoslovljena se zvona ne mogu, osim uz uvjete, koji su možda s odobrenjem Ordinarija pridani od darovatelja zvona, upotrijebiti za čisto svjetovne svrhe, ako nije po srijedi nužda odnosno ako za to nema dozvole od strane Ordinarija ili da možda ne postoji zakoniti običaj.

§ 5. Što se tiče posvete ili blagoslova zvonova, ima se obdržavati propis kan. 1155, 1156.

Kan. 1170. - Crkva ne gubi posvete ni blagoslova, dok nije poptunoma razorena odnosno dok nije porušen veći dio zidova, ili dok od strane mjesnoga Ordinarija nije predana za svjetovnu porabu, prema odredbi kan. 1187.

Kan. 1171. - U svetoj prostoriji, koja je zakonito namijenjena bogoslužju, mogu se izvršivati svi crkveni obredi, ne dirajući u župska prava, povlastice i zakonite običaje; a Ordinarij može, iz opravdanog razloga, propisati red, osobito sate svetih obreda, pod uvjetom, da se ne radi o crkvi, koja pripada izuzetoj redovničkoj družbi, uz obdržavanje propisa kan. 609, § 3.

Kan. 1172. - § 1. Crkva se oskrvnjuje isključivo onim činima, koji su niže nabrojeni, pod uvjetom da su sigurno počinjeni, notorni, i izvrženi u samoj crkvi:

1.° Krivičnim djelom ubojstva;

2.° Nepravičnim i većim krvoprolićem;

3.° Bezbožnom i sramotnom uporabom, za koju bi crkva bila upotrebljena;

4.° Pokopom nekršćanina ili izopćenika pošto je pala osuda ili presuda.

Modrussen., 4 maii 1882; *Nitrien.,* 13 iul. 1883; *Barcinonen.,* 16 ian. 1886, ad I, II; decr. 8 iun. 1896, ad II; *Nicoteren. et Tropien.,* 9 aug. 1897, ad I.

1171: Benedictus XIV, ep. encycl. *«Etsi minime»,* 7 febr. 1742, § 14; S. C. C., *Fesulana,* 23 aug. 1659, ad 2; *Fulginaten.,* 7 iul. 1696; S. R. C., *Comen.,* 11 iul. 1643. -- Vide etiam Can. 482; 716, § 1, 3.

1172 § 1. 4.°: C. 3, D. LXVIII; c. 19, 20, 27, 28, D. I, *de cons.;* c. 4, 7, 10, X, *de consecratione ecclesiae vel altaris,* III, 40; c. 5, X, *de adulteriis et stupro,* V, 16; c. 11, X, *de privilegiis et exccssibus privilegiatorum,* V, 33; c. un., *de consecratione ecclesiae vel altaris,* III, 21, in VI°; c. 18, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; S. C. C., *Gnesnen.,* 24 apr. 1597; S. R. C., 3 mart. 1821; *Tolentina,* 27 febr. 1847; *Carthaginien. in Indiis,* 23 apr. 1875.

§ 2. Violata ecclesia, non ideo coemeterium, etsi contiguum, violatum censetur, et viceversa.

Can. 1173. - § 1. In violata ecclesia, antequam reconcilietur, nefas est divina celebrare officia, Sacramenta ministrare, mortuos sepelire.

§ 2. Si violatio accidat tempore divinorum officiorum, haec statim cessent; si ante Missae canonem vel post communionem, Missa dimittatur; secus sacerdos Missam prosequatur usque ad communionem.

Can. 1174. - § 1. Ecclesia violata reconcilietur, quam citissime poterit, secundum ritus in probatis liturgicis libris descriptos.

§ 2. Si dubitetur num ecclesia sit violata, reconciliari potest ad cautelam.

Can. 1175. - Ecclesia violata ob sepulturam excommunicati vel infidelis ne reconcilietur, antequam cadaver exinde removeatur, si remotio sine gravi incommodo fieri possit.

Can. 1176. - § 1. Ecclesiam benedictam reconciliare potest rector eiusdem vel quilibet sacerdos de consensu saltem praesumpto rectoris.

§ 2. Ecclesiae consecratae valida reconciliatio ad eos spectat de quibus in Can. 1156.

§ 3. In casu tamen gravis et urgentis necessitatis, si Ordinarius adiri nequeat, rectori ecclesiae consecratae eandem reconciliare fas est, certiore facto postea Ordinario.

1172 § 2: C. un., *de consecratione ecclesiae vel altaris,* III, 21, in VI°.

1173 § 1: C. 27, 28, D. I, *de cons;* c. 10, X, *de consecratione ecclesiae vel altaris,* III, 40; c. 11, X, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum,* V, 33; c. 18, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; S. C. C., *Gnesnen.,* 24 apr. 1597.

1173 § 2: Missale Rom., tit. *De defectibus in celebratione missarum occurrentibus,* c. X, *de defectibus in ministerio ipso occurrentibus,* n. 2.

1174 § 1: C. 27, D. I, *de cons.;* c. 7, 10, X, *de consecratione ecclesiae vel altaris,* III, 40; c. 5, X, *de adulteriis et stupro,* V, 16; S. R. C., *Oppiden.,* 19 aug. 1634, ad 2; *Carpen.,* 3 mart. 1821; Pontificale Rom., tit. *De ecclesiae, et coemeterii reconciliatione;* Rituale Rom., tit. VIII, c. 28, *Ritus reconciliandi ecclesiam violatam.*

§ 2. Kada je oskvrnuta crkva, ne pretpostavlja se, da je zato oskvrnjeno i groblje, iako je tik do nje i obratno.

Kan. 1173. -§ 1. U oskvrnutoj se crkvi ne smije, dok ne bude pomirena, obavljati služba, Božja, podjeljivati Otajstva, pokapati mrtve.

§ 2. Ako bi se oskvrnuće dogodilo za vrijeme bogoslužja, mora se ono odmah prekinuti; ako se to služi prije pravila (kanona) Mise ili poslije pričesti, mora se s Misom prestati; inače neka svećenik Misu nastavi sve do pričesti.

Kan. 1174. - § 1. Oskvrnuta se crkva mora što je moguće prije pomiriti prema obredima sadržanima u usvojenim bogoslužnim knjigama.

§ 2. Kada je dvojbeno, da li je crkva oskvrnuta, može se pomiriti za svaku sigurnost.

Kan. 1175. - Crkva koja je oskvrnuta pokopom izopćenika ili nekršćanina ne smije se pomiriti, dok se mrtvac najprije odanle ne ukloni, ako je to moguće bez velike neprilike.

Kan. 1176. - § 1. Crkvu koja je blagoslovljena može pomiriti njezin ravnatelj ili svaki drugi svećenik uz barem prepostavljeni pristanak ravnateljev.

§ 2. Valjano pomirenje posvećene crkve spada na osobe u kan. 1156.

§ 3. Ipak je slobodno ravnatelju posvećene crkve u slučaju velike i neodgodive potrebe, kada se ne može ići pred Ordinarija, da je pomiri, te o tom naknadno obavijesti Ordinarija.

1174 § 2: S. R. C., *Tolentina,* 27 febr. 1847.

1175: C. 27, 28, D. I, *de cons.;* S. C. C., *Gnesnen.,* 24 apr. 1597; S. R. C., *Carthaginien. in Indiis,* 23 apr. 1875.

1176 § 1: C. 10, X, *de consecratione ecclesiae vel altaris,* III, 40; Benedictus XIV, ep. *«Ex tuis precibus»,* 16 nov. 1748, § 11; S. C. C., *Gnesnen.,* 24 apr. 1597; S. R. C., *Cameracen.,* 9 febr. 1608; *Carpen.,* 3 mart. 1821.

1176 § 2: C. 9, X, *de consecratione ecclesiae vel altaris,* III, 40; Benedictus XIV, ep. *«Ex tuis precibus»,* 16 nov. 1748, § 11; S. C. C., *Gnesnen.,* 24 apr. 1597; S. R. C., *Carpen.,* 3 mart. 1821; Rituale Rom., tit. VIII, c. 28, *Ritus reconciliandi ecclesiam violatam,* n. 8.

Can. 1177. - Reconciliatio ecclesiae benedictae fieri potest aqua lustrali communi; reconciliatio vero ecclesiae consecratae fiat aqua ad hoc benedicta secundum leges liturgicas; quam tamen non solum Episcopi, sed etiam presbyteri qui ecclesiam reconciliant, benedicere possunt.

Can. 1178. - Curent omnes ad quos pertinet, ut in ecclesiis illa munditia servetur, quae domum Dei decet; ab iisdem arceantur negotiationes et nundinae, quanquam ad finem pium habitae; et generatim quidquid a sanctitate loci absonum sit.

Can. 1179. - Ecclesia iure asyli gaudet ita ut rei, qui ad illam confugerint, inde non sint extrahendi, nisi necessitas urgeat, sine assensu Ordinarii, vel saltem rectoris ecclesiae.

Can. 1180. - Nulla ecclesia potest basilicae titulo decorari, nisi ex apostolica concessione aut immemorabili consuetudine; cuiusque vero privilegia ex alterutro capite colligantur.

Can. 1181. - Ingressus in ecclesiam ad sacros ritus sit omnino gratuitus, reprobata qualibet contraria consuetudine.

Can. 1182. - § 1. Firmo praescripto Can. 1519-1528, administratio bonorum quae destinata sunt reparandae decorandaeque ecclesiae divinoque in eadem cultui exercendo, pertinet, nisi aliud ex speciali titulo vel legitima consuetudine constet, ad Episcopum cum Capitulo, si de ecclesia cathedrali agatur; ad Capitulum ecclesiae collegiatae, si de collegiata, ad rectorem, si de alia ecclesia.

1177: S. C. C., *Gnesnen.,* 24 apr. 1597; S. R. C., *Oppiden.,* 19 aug. 1634, ad 2; Pontificale Rom., tit. *De ecclesiae, et coemeterii reconciliatione;* Rituale Rom., tit. VIII, c. 28, *Ritus reconciliandi ecclesiam violatam,* n. 1, 6.

1178: C. 2, X, *de officio custodis,* I, 27; c. 12, X, *de vita et honestate clericorum,* III, 1; c. 2. X, *de custodia Eucharistiae, chrismatis et aliorum sacramentorum,* III, 44; c. 1, 5, X, *de immunitate ecclesiarum, coemeterii, et rerum ad eas pertinentium,* III, 49; c. 2, *de immunitate ecclesiarum, coemeteriorum et aliorum locorum religiosorum,* III, 23, in VI°; c. 1, *de celebratione missarum et aliis divinis officiis,* III, 14, in Clem.; Conc. Trident., sess. XXII, *de observandis et evitandis in celebratione missae;* S. Pius V, const. *«Cum primum»,* 1 apr. 1566, § 4; Urbanus VIII, const. *«Cum Ecclesiae»,* 30 ian. 1642; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»,* 30 mart. 1742, § 6; ep. encycl. *«Ab eo tempore»,* 5 nov. 1745, § 13; ep. encycl. *«Annus qui»,* 19 febr. 1749, § 1; Pius VI, encycl. *«Inscrutabile»,* 25 dec. 1775, § 5; S. C. Consist., decr. *«Maxima cura»,* 20 aug. 1910, Can. 1, n. 9°; decr. 10 dec. 1912; S. C. C., *Atrebaten.,* 27 maii 1623, ad 5-7; S. C. de Prop. Fide, decr. 13 apr. 1807, n. III, IV; Caeremoniale Episcopor., l. I, c. V, n. 4, c. VI, n. 2, c. XII, n. 25.

Kan. 1177. - Pomirenje se blagoslovljene crkve može učiniti običnom svetom vodom; no pomirenje posvećene crkve mora se izvršiti vodom u tu svrhu blagoslovljenom prema bogoslužnim zakonima; ovu ipak mogu blagosloviti ne samo Biskupi, nego i oni svećenici, koji pomiruju crkvu.

Kan. 1178. - Svi na koje to spada treba da vode brigu o tom, da se u crkvama održava ona čistoća, koja dolikuje kući Božjoj; daleko treba da su od njih trgovine i vašari, pa imali oni i pobožnu svrhu; te uopće sve što se ne doliči svetosti mjesta.

Kan. 1179. - Crkvi pripada pravo pribježišta tako, da se okrivljenici koji su se u nju sklonuli, ne smiju, bez hitne nužde, odanle izvesti bez pristanka od strane Ordinarija, ili barem od strane ravnatelja crkve.

Kan. 1180. - Nijedna se crkva ne smije dičiti naslovom bazilike, osim na temelju Apostolske ovlastice ili običaja od pamtivijeka; a i povlastice za svaku takovu moraju se naći u ta dva izvora.

Kan. 1181. - Ulazak u crkvu k svetim obredima treba da je potpunoma besplatan, a svaki je protivni običaj zabranjen.

Kan. 1182. - § 1. Uz obdržavanje propisa kan. 1519-1528, spada upravljanje imovinom, koja je određena za popravke i ukrašenje crkve, te za izvršivanje bogoslužja u njoj, ako drugačije nije utvrđeno s posebnoga naslova ili po zakonitom običaju, na Biskupa s Kaptolom, kada se radi o stolnoj crkvi; na Kaptol zborne crkve, kada se radi o zbornoj; na ravnatelja, kad se radi o drugoj crkvi.

1179: C. 6, D. LXXXVII; c. 8-10, 19, 20, 35, 36, C. XVII, q. 4; c. 6, 9, 10, X, *de immunitate ecclesiarum, coemeterii, et rerum ad eas pertinentium,* III, 49; Conc. Trident., sess. XXV, *de ref.,* c. 20; Gregorius XIV, const. *«Cum alias»,* 24 maii 1591, § 4 sq.; Clemens XI, const. *«Ad Apostolatus»,* 18 iun. 1712; const. *«Non sine ingenti»,* 5 ian. 1720; Benedictus XIII, const. *«Ex quo»,* 8 iun. 1725; Benedictus XIV, const. *«Officii Nostri»,* 15 mart. 1750, § 3, 12; Clemens XIII, const. *«Inter graviores»,* 30 sept. 1758, § 4 sq.; ep. *«Quamadmodum»,* 25 maii 1763, § 5; Pius IX, allocut. *«In consistoriali»,* 1 nov. 1850; litt. ap. *«Multiplices inter»,* 10 iun. 1851, Syllabus errorum, prop. 30, 43; const. *«Apostolicae Sedis»,* 12 oct. 1869, § II, n. 5; S. C. S. Off., instr. (ad Vic. Ap. Myssurien.), 1 febr. 1871, n. 1; litt. 10 febr. 1871; (Ratisbonen.), 22 dec. 1880, ad IV; S. C. Ep. et Reg., 26 nov. 1602; S. C. C., 27 maii 1623; *Brundusina,* 4 febr. 1634, ad 1; *Neapolitana,* 22 iul. 1634, ad 8; *Turritana,* 3 febr. 1635, ad 3; *S. Angeli Bisacciarum,* 2 iun. 1663, ad 2.

1181: S. C. de Prop. Fide, litt. encycl. (ad Ep. Stat. Foeder. Americae Septentrion.), 15 aug. 1869.

1182 § 1: S. C. Ep. et Reg., *Placentina,* 23 mart. 1662, ad 2; *Lucana,* 11 febr. 1842, ad 1.

§ 2. Etiam oblationes factas in commodum paroeciae aut missionis, aut ecclesiae sitae intra paroeciae vel missionis fines, administrat parochus vel missionarius, nisi agatur de ecclesia propriam administrationem habente, distinctam ab administratione paroeciae vel missionis, aut nisi aliud ferat ius peculiare aut legitima consuetudo.

§ 3. Parochus, missionarius, rector saecularis ecclesiae, sive saecularis is sit sive religiosus, debet huiusmodi oblationes administrare ad normam sacrorum canonum, deque eis rationem loci Ordinario reddere ad normam Can. 1525.

Can. 1183. - § 1. Si alii quoque, sive clerici sive laici, in administrationem bonorum alicuius ecclesiae cooptentur, iidem omnes una cum administratore ecclesiastico, de quo in Can. 1182, aut eius vicem gerente, eoque praeside, constituunt Consilium fabricae ecclesiae.

§ 2. Huius Consilii sodales, nisi aliter legitime constitutum fuerit, nominantur ab Ordinario eiusve delegato et ab eodem possunt ob gravem causam removeri.

Can. 1184. - Consilium fabricae curare debet rectam bonorum ecclesiae administrationem, servato praescripto Can. 1522, 1523; sed nullatenus sese ingerat in ea omnia quae ad spirituale munus pertinent, praesertim:

1.° In exercitium cultus in ecclesia;

2.° In modum et tempus pulsandi campanas et in curam tuendi ordinis in ecclesia atque in coemeterio;

3.° In definiendam rationem qua collectae, denuntiationes aliique actus ad divinum cultum ornatumque ecclesiae quoquo modo spectantes in ecclesia fieri possint;

1347 § 3: Conc. Trident., sess. V, *de ref.,* c. 2; sess. XXIV, *de ref.,* c. 4; Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. *«Supernae Maiestatis»,* 19 dec. 1516, § 5, 8.

1348: C. 63, D. I, *de cons.;* Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.,* c. 4; S. C. de Prop. Fide (C. P. pro Sin. - Chan-si), 4 ian. 1798; litt. (ad Vic. Ap. Bengal.), 30 iun. 1845. -- Vide etiam Can. 467, § 2.

1349 § 1: Pius IX, ep. encycl. *«Nostis et Nobiscum»,* 8 dec. 1849; ep. encycl. *«Singulari quidem»,* 17 mart. 1856; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Indiar. Orient.), 8 sept. 1869, n. 33.

§ 2. Parochus, etiam religiosus, in his missionibus instituendis mandatis Ordinarii loci stare debet.

Can. 1350. - § 1. Ordinarii locorum et parochi acatholicos, in suis dioecesibus et paroeciis degentes, commendatos sibi in Domino habeant.

§ 2. In aliis territoriis universa missionum cura apud acatholicos Sedi Apostolicae unice reservatur.

Can. 1351. - Ad amplexandam fidem catholicam nemo invitus cogatur.

1349 § 2: S. C. Ep. et Reg., *Senen.*, 23 iul. 1694.

1350 § 1: C. 13, X, *de haereticis*, V, 7; Pius IX, ep. encycl. *«Singulari quidem»*, 17 mart. 1856; Leo XIII, ep. *«Inter graves»*, 1 maii 1894; ep. *«Longinqua oceani»*, 6 ian. 1895; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Indiar. Orient.), 8 sept. 1869, n. 18: litt. encycl. (ad Ep. Vic. et Deleg. Ap.), a. 1879.

1350 § 2: Gregorius XV, const. *«Inscrutabili»*, 22 iun. 1622, § 8; S. C. de Prop. Fide (C. P.), 5 dec. 1640; (C. G.), 11 ian. 1656.

§ 2. Župnik, pa i redovnički, dužan je u pogledu držanja ovih poslanstava pokoriti se odredbama mjesnoga Ordinarija.

Kan. 1350. - § 1. Mjesnim Ordinarijima i župnicima neka su nekatolici, koji prebivaju u njihovim biskupijama i župama, preporučeni u Gospodu.

§ 2. Cjelokupna briga oko poslanstava za nekatolike u drugim područjima isključivo je pridržana Apostolskoj Stolici.

Kan. 1351. - Nikoga se ne smije siliti, da protiv svoje volje prihvati vjeru katoličku.

1351: C. 3, 5, D. XLV; c. 3, 42, X, *de baptismo et eius effectu*, III, 42; c. 9, X, *de Iudaeis et Sarracenis et eorum servis*, V, 6; Alexander VII, const. *«Sacrosancti»*, 18 ian. 1658, § 2, n. XV; Clemens IX, const. *«In excelsa»*, 13 sept. 1669, § 1, n. XV, § 3; Benedictus XIV, ep. *«Postremo mense»*, 28 febr. 1747, n. 18, 37-40; ep. *«Ad tuas»*, 8 aug. 1748; Leo XIII, ep. encycl. *«Immortale Dei»*, 1 nov. 1885; S. C. S. Off. (Cochinchin.), 12 sept. 1776; Rituale Rom., tit. II, c. 3, *de baptismo adultorum*, n. 1. -- Vide etiam Can. 752; 754.

TITULUS XXI.

DE SEMINARIIS.

Can. 1352. - Ecclesiae est ius proprium et exclusivum eos instituendi qui ecclesiasticis ministeriis sese devovere cupiunt.

Can. 1353. - Dent operam sacerdotes, praesertim parochi, ut pueros, qui indicia praebeant ecclesiasticae vocationis, peculiaribus curis a saeculi contagiis arceant, ad pietatem informent, primis litterarum studiis imbuant divinaeque in eis vocationis germen foveant.

Can. 1354. - § 1. Unaquaeque dioecesis in loco convenienti ab Episcopo electo Seminarium seu collegium habeat in quo, pro modo facultatum et dioecesis amplitudine, certus adolescentium numerus ad statum clericalem instituatur.

§ 2. Curandum ut in maioribus praesertim dioecesibus bina constituantur Seminaria: minus, scilicet, pro pueris litterarum scientia imbuendis, maius pro alumnis philosophiae ac theologiae vacantibus.

§ 3. Si constitui Seminarium dioecesanum nequeat, aut in constituto Seminario conveniens institutio, praesertim in philosophicis ac theologicis disciplinis, desideretur, Episcopus alumnos in alienum Seminarium mittat, nisi Seminarium interdioecesanum vel regionale, auctoritate apostolica, constitutum fuerit.

1352: Gregorius XVI, ep. encycl. *«Commissum divinitus»,* 17 maii 1835; Pius IX, allocut. *«Quibus luctuosissimis»,* 5 sept. 1851; allocut. *«Acerbissimum»,* 27 sept. 1852; allocut. *«Singulari quadam»,* 9 dec. 1854; allocut. *«Nunquam fore»,* 15 dec. 1856; Syllabus errorum, prop. 46; ep. encycl. *«Etsi multa»,* 21 nov. 1873; Leo XIII, ep. *«Iampridem»,* 6 ian. 1886; ep. *«Officio sanctissimo»,* 22 dec. 1887; Pius X, litt. encycl. *«Iamdudum»,* 24 maii 1911.

1353: Leo XIII, litt. encycl. *«Depuis le jour»,* 8 sept. 1899; S. C. Consist., litt. circulares 16 iul. 1912.

1354 § 1: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.,* c. 18; Benedictus XIII, const. *«Creditae Nobis»,* 9 maii 1725, § 1; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Ubi primum»,* 3 dec. 1740, § 2; const. *«Ad militantis»,* 30 mart. 1742, § 34; Pius VI, encycl. *«Inscrutabile»,* 25 dec. 1775, § 4; Pius VII, const. *«Ecclesia Christi»,* 15 aug. 1801, § 22; Pius IX, ep. encycl. *«Qui pluribus»,* 9 nov. 1846; Leo XIII, ep. encycl. *«Ad extremas Orientis»,*

NASLOV XXI.

SJEMENIŠTA

Kan. 1352. - Crkvi pripada vlastito i isključivo pravo odgajati one, koji se žele posvetiti službi Crkve.

Kan. 1353. - Svećenici, napose župnici dužni su raditi na tom, da takove dječake, koji pokazuju znakove crkvenog zvanja, sačuvaju od pokvarenosti svijeta s naročitom brigom, da ih privađaju pobožnosti, podučavanju u prvim počecima nauke i gaje u njima klicu zvanja.

Kan. 1354. - § 1. Svaka biskupija mora na prikladnom za to mjestu određenom od Biskupa, imati Sjemenište ili odgojni zavod, u kojemu će se, prema sredstvima i opsegu biskupije, za duhovnički stalež odgajati stanoviti broj mladića.

§ 2. Treba nastojati o tom, da se napose u većim biskupijama osnuju po dva Sjemeništa, to jest malo za obučavanje dječaka u naukama, veliko za gojence, koji uče mudroslovlje i bogoslovlje.

§ 3. Ako se biskupijsko Sjemenište ne bi moglo osnovati ili ako se u osnovanom Sjemeništu ne bi mogla dati valjana obuka, osobito u mudroslovnim i bogoslovnim predmetima, neka Biskup pošalje gojence u tuđe Sjemenište, ako ne bi s apostolskim odobrenjem, bilo osnovano međubiskupijsko ili pokrajinsko sjemenište.

---

24 iun. 1893; ep. *«Litteras a vobis»,* 2 iul. 1894; S. C. Ep. et Reg., *Feretrana,* 9 iul. 1591; *Syracusana,* 20 aug. 1601; S. C. C., *Feretrana,* 27 maii 1591; *Oxomen.,* 12 nov. 1592; *Lucana,* 21 ian. 1617, ad 2; *Segobricen.,* 22 iul. 1634; *Portugallien.,* 26 apr. 1687, ad 2; *Terracinen. seu Setina,* 24 aug. 1816; *Sutrina,* 22 nov. 1823, 21 febr. 1824; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Sin.), 18 oct. 1883, n. IV, 1; litt. encycl. (ad Ep. Indiar.), 28 aug. 1893.

1354 § 2: Pius IX, ep. encycl. *«Nostis et Nobiscum»,* 8 dec. 1849; Leo XIII, litt. encycl. *«Depuis le jour»,* 8 sept. 1899; S. C. Consist., litt. circulares 16 iul. 1912, n. 1; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Sin.), 18 oct. 1883, n. IV, 2.

1354 § 3: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.,* c. 18; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Sin.), 18 oct. 1883, n. IV, 3; litt. encycl. (ad Ep. Indiar.), 28 aug. 1893.

Can. 1355. - Pro constitutione Seminarii et alumnorum sustentatione, si proprii reditus deficiant, Episcopus potest:

1.° Parochos aliosve ecclesiarum etiam exemptarum rectores iubere ut statis temporibus in ecclesia ad hunc finem stipem exquirant;

2.° Tributum seu *taxam* in sua dioecesi imperare;

3.° Si haec non sufficiant, attribuere Seminario aliqua beneficia simplicia.

Can. 1356. - § 1. Tributo pro Seminario obnoxia sunt, quavis appellatione remota, reprobata qualibet contraria consuetudine et abrogato quolibet contrario privilegio, mensa episcopalis, omnia beneficia etiam regularia aut iurispatronatus, paroeciae aut quasi-paroeciae, quamvis alios reditus, praeter fidelium oblationes, non habeant, domus hospitalis auctoritate ecclesiastica erecta, sodalitates canonice erectae et fabricae ecclesiarum, si suos reditus habeant, quaelibet religiosa domus, etsi exempta, nisi solis eleemosynis vivat aut in ea collegium discentium vel docentium ad commune Ecclesiae bonum promovendum actu habeatur.

§ 2. Hoc tributum debet esse generale eiusdemque proportionis pro omnibus, maius vel minus secundum Seminarii necessitatem, sed quinas quotannis centesimas partes (5 %) reditus vectigalis non excedens, minuendum prout reditus Seminarii augentur.

§ 3. Reditus tributo obnoxius is est qui, deductis oneribus et necessariis expensis, supersit in anno; nec in eo reditu computari debent distributiones quotidianae, vel, si omnes beneficii fructus distributionibus constent, tertia earundem pars; nec fidelium oblationes, nec, si omnes paroeciae reditus coalescant fidelium oblationibus, tertia earundem pars.

1355 3.°: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.*, c. 18; Benedictus XIII, const. «*Creditae Nobis*», 9 maii 1725, § 2, 5; Benedictus XIV, const. «*Ad militantis*», 30 mart. 1742, § 34; S. C. Ep. et Reg., *Rossanen.*, 15 mart. 1580; *Syracusana*, 20 aug. 1601; *Taurinen.*, 15 mart. 1839, ad 4, 5; S. C. C., *Cremonen.*, a. 1581, ad VII; *Caputaquen.*, mense aug. 1586, ad 1; *Salernitana*, mense iul. 1589, ad 7; *Albinganen.*, 21 iun. 1596, ad 3; *Sarnen.*, 23 sept. 1596, ad 1; *Cortonen.*, 22 ian. 1628.

1356 § 1: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.*, c. 18; Benedictus XIII, const. «*Creditae Nobis*», 9 maii 1725, § 2; Benedictus XIV, const. «*Ad militantis*», 30 mart. 1742, § 34; S. C. Ep. et Reg., *Senogallien.*, 19 aug. 1578; *Nepesina*, 10 nov. 1579; *Caputaquen.*, 14 oct. 1586; *Terracinen.*, 26 iul. 1593; *Eugubina*, 1 mart. 1805; S. C. C., *Panormitana*, mense sept. 1585, ad 1; Civitatis Regalis in Indiis (Limana), mense febr. 1586, ad 32; *Caputaquen.*, mense iul. 1586, ad 1; *Hieracen.*, mense mart. 1587, ad 1; *Messanen.*, mense dec. 1587; *Audomaren.*, 30 mart. 1594; *Atrebaten.*, 9 sept. 1594; *Beneventana*, 13 sept. 1595; *Messanen.*, 2 aug. 1596, ad 2, 4, 5; *Catanien.*, 20 mart. 1597; *Insulana*, 29 iun. 1597; *Derthusen.*, 11 aug. 1605; *Signina*, 18 nov. 1628; *Sabinen.*, 23 iun. 1640, ad 3, 4; *Narnien.*, 2 apr., 28 maii 1661; *Forosempronien.*, 28 ian. 1662; *Urbinaten.*, 10 mart. 1663, ad 13; *Caputaquen.*, 29 aug. 1682, ad 1; *Caesenaten.*, 19 apr. 1704, 27 iun. 1705; *Interamnen.*, 11 maii 1720; *Veliterna*, 24 apr. 1723; *Mileten.*, 6 dec. 1738; *Asculana*, 5 iul. 1749; *Tranen.*, 14 maii, 17 dec. 1763, 14 ian. 1769, ad 1, 2; *Romana*, 24 iul. 1784; *Massen.*, 17 dec. 1836, ad II; *Spoletana*, 11 iul. 1840, ad 2; *Aesina*, 28 mart. 1857.

Kan. 1355. - Ako ne bi bilo vlastitih prihoda, može Biskup u svrhu osnutka Sjemeništa i uzdržavanja gojenaca:

1.° Izdati odredbu župnicima i ravnateljima drugih, pa i izuzetih crkava, da u određene dane kupe u tu svrhu u crkvi priloge;

2.° Propisati u svojoj biskupiji prirez ili *pristojbu;*

3.° Ako ni to ne bi bilo dovoljno, priklopiti Sjemeništu nekoje obične nadarbine.

Kan. 1356. - § 1. Na prirez za Sjemenište obvezani su, bez prava na priziv, uz zabranu svakoga protivnoga običaja i dokinuće svake protivne povlastice, nadarbina biskupskog stola, svekolike nadarbine, pa i redovničke i zaštitničkog prava, župe odnosno dožupe, iako nemaju drugih prihoda, osim milodara od vjernika, gostinjac podignut od strane crkvene oblasti, kanonički osnovana udruženja i sastojbine crkava, ako imaju vlastite prihode, svaka redovnička kuća, pa i izuzeta, osim ako od same milostinje živi ili je tada u njoj smješten zavod za učenike ili nastavnike, čim se promiče opće dobro Crkve.

§ 2. Ovaj prirez mora biti općenit i u jednakom srazmjeru za sve, veći ili manji prema potrebi Sjemeništa, ali da ne prelazi godišnje pet od sto (5%) oporezovanog prihoda, a mora se smanjiti ukoliko se povećaju prihodi Sjemeništa.

§ 3. Prihod koji podpada pod prirez je godišnji, što preostaje, pošto se odbiju tereti i potrebiti troškovi; u taj se prihod ne smiju uračunati svakodnevne podjele, odnosno, ako, bi se svi nadarbinski prihodi sastojali u podjelama, njihov treći dio; niti milodari vjernika, odnosno, ako bi se svi prihodi župe sastojali od milodara vjernika, onda njihov treći dio.

1356 § 2: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.*, c. 18; Benedictus XIII, const. «*Creditae Nobis*», 9 maii 1725, § 3; Benedictus XIV, const. «*Ad militantis*», 30 mart. 1742, § 34; S. C. Ep. et Reg., *Eugubina*, 1 mart. 1805.

1356 § 3: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.*, c. 18; Benedictus XIV, const. «*Ad militantis*», 30 mart. 1742, § 34; S. C. Ep. et Reg., *Eugubina*, 1 mart. 1805; S. C. C., *Avenionen.*, mense apr. 1587; *Abellinen.*, 15 ian. 1601, ad 3; *Derthusen.*, 11 aug. 1605; *Sabinen.*, 23 iun. 1640, ad 3; *Caietana*, 4 sept. 1677; *Massen.*, 17 dec. 1836, ad VII, XI, XII.

Can. 1357. - § 1. Episcopi est omnia et singula quae ad rectam Seminarii dioecesani administrationem, regimen, profectum necessaria et opportuna videantur, decernere, eaque ut fideliter observentur, curare, salvis praescriptionibus a Sancta Sede pro casibus peculiaribus latis.

§ 2. Potissimum studeat Episcopus frequenter Seminarium ipse per se visitare, in institutionem quae alumnis traditur sive litterariam et scientificam sive ecclesiasticam sedulo vigilare, et de alumnorum indole, pietate, vocatione ac profectu pleniorem sibi comparare notitiam, maxime occasione sacrarum ordinationum.

§ 3. Unumquodque Seminarium suas leges habeat ab Episcopo approbatas, in quibus quid agere, quid observare debeant, doceantur tum qui in eodem Seminario in spem Ecclesiae instituuntur, tum qui in horum institutionem operam suam impendunt.

§ 4. Seminarii interdioecesani vel regionalis regimen universum et administratio regitur normis a Sancta Sede statutis.

Can. 1358. - Curandum ut in quolibet Seminario adsint rector pro disciplina, magistri pro instructione, oeconomus pro curanda re familiari, a rectore distinctus, duo saltem confessarii ordinarii et director spiritus.

Can. 1359. - § 1. Dioecesanis Seminariis bini constituantur coetus deputatorum, alter pro disciplina, alter pro administratione bonorum temporalium.

§ 2. Utrumque deputatorum coetum constituunt bini sacerdotes, ab Episcopo, audito Capitulo, electi; sed excluduntur Vicarius Generalis, familiares Episcopi, rector Seminarii, oeconomus, et confessarii ordinarii.

1357 § 1: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.*, c. 18; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Ubi primum»*, 3 dec. 1740, § 2; const. *«Ad militantis»*, 30 mart. 1742, § 34; Pius VI, encycl. *«Inscrutabile»*, 25 dec. 1775, § 4; Gregorius XVI, ep. encycl. *«Commissum divinitus»*, 17 maii 1835; Pius IX, ep. encycl. *«Qui pluribus»*, 9 nov. 1846; allocut. *«Singulari quadam»*, 9 dec. 1854; allocut. *«Nunquam fore»*, 15 dec. 1856; ep. encycl. *«Cum nuper»*, 20 ian. 1858; ep. *«Quo graviora»*, 8 iul. 1862; ep. encycl. *«Maximae quidem»*, 18 aug. 1864; Syllabus errorum, prop. 46; Leo XIII, ep. encycl. *«Etsi Nos»*, 15 febr. 1882; ep. *«Iampridem»*, 6 ian. 1886; ep. encycl. *«Constanti Hungarorum»*, 2 sept. 1893; Pius X, ep. encycl. *«E supremi»*, 4 oct. 1903; ep. *«Sollicito»*, 5 maii 1905; S. C. Ep. et Reg., litt. circulares 2 oct. 1842, n. 7; instr. (ad Ep. Hungariae), 28 maii 1896, n. II.

1357 § 2: Conc. Trident., sess XXIII, *de ref.*, c. 18; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Ubi primum»*, 3 dec. 1740, § 2; const. *«Ad militantis»*, 30 mart. 1742, § 34; Pius X, motu propr. *«Praestantia Scripturae»*, 18 nov. 1907; motu propr. *«Sacrorum antistitum»*, 1 sept. 1910; S. C. Ep. et Reg., instr. (ad Ep. Hungariae), 28 maii 1896, n. II; S. C. C., *Viglevanen.*, 13 et 27 ian. 1714, ad 6, 7.

Kan. 1357. - § 1. Na Biskupa spada odlučiti o općemu i pojedinačnome, što se smatra potrebitim i prikladnim za valjano gospodarstvo, upravljanje i napredak biskupijskog Sjemeništa, te voditi brigu o tom, da se njegove odredbe izvršuju, uz obdržavanje onih propisa, koji su za posebne slučajeve izdani od strane Svete Stolice.

§ 2. Napose treba da se Biskup trsi, da sam osobno Sjemenište pohađa, brižno nadzire odgoj, koji se kod gojenaca provodi kako naučni i znanstveni tako i crkveni, te sebi pribavi što potpunije poznavanje ćudi, pobožnosti, zvanja i napredovanja gojenaca, napose prigodom svetih ređenja.

§ 3. Svako Sjemenište mora imati svoja pravila potvrđena od Biskupa, u kojima treba da se nalaze upute o tom, što su dužni činiti i obdržavati kako oni, koji se u tom sjemeništu odgajaju za dobrobit Crkve, tako i oni, koji kod njihovog odgoja svojim radom sudjeluju.

§ 4. Cjelokupno upravljanje i gospodarstvo međubiskupijskog ili pokrajinskog Sjemeništa ravna se odredbama izdanima od Svete Stolice.

Kan. 1358. - Mora se o tomu voditi briga, da u svakom Sjemeništu budu ravnatelj za stegu, nastavnici za obuku, upravljatelj za gospodarske poslove, različit od ravnatelja, barem dva redovna ispovjednika, te duhovni upravljatelj.

Kan. 1359. - § 1. Za biskupijska Sjemeništa moraju se ustanoviti dva poslovna odbora, jedan za stegu, a drugi za upravljanje imovinom.

§ 2. Jedan i drugi odbor sačinjavaju po dva od Biskupa, po saslušanju Kaptola, izabrana svećenika; ali su pri tom isključeni Glavni Namjesnik, Biskupovi domari, ravnatelj Sjemeništa, gospodarski upravitelj, te redovni ispovjednici.

1358: Pius X, litt. encycl. *«Pieni l'animo»*, 28 iul. 1906; S. C. Ep. et Reg., instr. (ad Ep. Hungariae), 28 maii 1896, n. II; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Sin.), 18 oct. 1883, n. IV, 5.

1359 § 1: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.*, c. 18; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»*, 30 mart. 1742, § 34; S. C. C., litt. encycl. 15 mart. 1897.

1359 § 2: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.*, c. 18; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»*, 30 mart. 1742, § 34; S. C. C., *Ariminen.*, 6 sept. 1607, ad 1, 4; litt. encycl. 15 mart. 1897.

§ 3. Munus deputatorum per sexennium durat, nec electi sine gravi causa amoveantur; sed rursus eligi poterunt.

§ 4. Episcopus debet consilium deputatorum in negotiis maioris momenti petere.

Can. 1360. - § 1. Firmo praescripto Can. 891, ad munus rectoris, directoris spiritus, confessariorum et magistrorum Seminarii eligantur sacerdotes non doctrina tantum, sed etiam virtutibus ac prudentia praestantes, qui verbo et exemplo alumnis prodesse possint.

§ 2. Rectori Seminarii in propriis muneribus implendis obtemperare omnes debent.

Can. 1361. - § 1. Praeter confessarios ordinarios, alii confessarii designentur ad quos libere alumni accedere possint.

§ 2. Si ii confessarii extra Seminarium degant, et alumnus aliquem eorum acciri postulet, illum rector arcessat, nullo modo petitionis rationem inquirens neque se aegre id ferre demonstrans; si in Seminario habitent, ipsos alumnus libere adire potest, salva Seminarii disciplina.

§ 3. Quando agitur de alumno ad ordines admittendo vel e Seminario expellendo, nunquam confessariorum votum exquiratur.

Can. 1362. - Reditus legati pro clericis instituendis tribui possunt alumnis in Seminarium sive maius sive minus rite receptis, licet nondum cericali tonsura initiatis, nisi aliud in tabulis fundationis expresse caveatur.

1359 § 3: S. C. C., *Salernitana,* mense iul. 1589, ad 1; *Papien.,* 7 iun. 1591; *Sarzanen.,* 25 iun. 1639; *Tricaricen.,* 24 mart. 1736, ad 3; *Tudertina,* 15 sept. 1792, ad I; *Arboren.,* 31 mart. 1855, ad 2; litt. encycl. 15 mart. 1897.

1359 § 4: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.,* c. 18; Benedictus XIII, const. *«Creditae Nobis»,* 9 maii 1725, § 2; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»,* 30 mart. 1742, § 34; S. C. Const., litt. circulares 16 iul. 1912, n. 9; S. C. C., *Oscen.,* mense oct. 1585, ad 1, 2; *Salernitana,* mense iul. 1589, ad 2, 3; *Caurien.,* 5 oct. 1594; *Nullius,* 19 ian. 1595; *Sarnen.,* 23 sept. 1596, ad 1; *Cremonen.,* 14 febr. 1609; *Patavina,* 11 ian. 1620; *Fundana,* 26 mart. 1689, ad 3; litt. encycl. 15 mart. 1897.

§ 3. Služba odbornika traje kroz šest godina, a izabrani se ne smiju smijeniti bez važnoga razloga; no mogu biti ponovno izabrani.

§ 4. U poslovima od veće važnosti dužan je Biskup zatražiti savjet odbornika.

Kan. 1360. - § 1. Uz obdržavanje kan. 891, neka se za službu ravnatelja, duhovnog upravljatelja, ispovjednika i nastavnika u Sjemeništu izaberu takovi svećenici, koji se odlikuju ne samo naobrazbom, nego i krijepostima i razboritošću, da bi i riječju i primjerom mogli gojenicima koristiti.

§ 2. Ravnatelju Sjemeništa moraju se u izvršivanju vlastitih službi svi pokoravati.

Kan. 1361. - § 1. Osim redovnih ispovjednika moraju se odrediti i drugi ispovjednici, kojima će gojenici moći nesmetano pristupati.

§ 2. Ako bi ovi ispovjednici stanovali izvan Sjemeništa, a gojenac bi zatražio, da se kojega od njih pozove, ravnatelj ga mora dozvati, ne ispitujući ni na koji način za razlog prošnje i ne pokazujući, da mu to nije drago; ako stanuju u Sjemeništu, smije gojenac slobodno k njima odlaziti bez povrede sjemenišne stege.

§ 3. Kada se radi o tom, da se gojenac pripusti redovima ili otpusti iz Sjemeništa, nikada se ne smije zatražiti mišljenje o tom od ispovjednika.

Kan. 1362. - Prihodi iz zaklade za odgoj duhovnika mogu se podijeliti gojencima, koji su propisno primljeni u Sjemenište bilo veliko bilo malo, i ako još nisu primili duhovnički postrig, ako nije drugačije izrijekom predviđeno u zakladnici.

1360 § 1: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.,* c. 18; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Ubi primum»,* 3 dec. 1740, § 2; Pius IX, ep. encycl. *«Nostis et Nobiscum»,* 8 dec. 1849; ep. encycl. *«Singulari quidem»,* 17 mart. 1856; ep. *«Quo graviora»,* 8 iul. 1862; Leo XIII, ep. encycl. *«Quod multum»,* 22 aug. 1886; ep. encycl. *«Pergrata Nobis»,* 14 sept. 1886; litt. encycl. *«Providentissimus Deus»,* 18 nov. 1893; ep. encycl. *«Caritatis providentiaeque»,* 19 mart. 1894; ep. *«Litteras a vobis»,* 2 iul. 1894; ep. encycl. *«Fin dal principio»,* 8 dec. 1902; Pius X, litt. encycl. *«Pieni l'animo»,* 28 iul. 1906; litt. encycl. *«Pascendi»,* 8 sept. 1907; motu propr. *«Sacrorum antistitum»,* 1 sept. 1910, n. II; S. C. Ep. et Reg., instr. (ad Ep. Hungariae), 28 maii 1896, n. II.

1362: Pius X, litt. *«La ristorazione»,* 5 maii 1904, n. 2°.

Can. 1363. - § 1. In Seminarium ab Ordinario ne admittantur, nisi filii legitimi quorum indoles et voluntas spem afferant eos cum fructu ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros.

§ 2. Antequam recipiantur, documenta exhibere debent de legitimitate natalium, de susceptis baptismate et confirmatione ac de vita et moribus.

§ 3. Dimissi ex aliis Seminariis vel ex aliqua religione ne admittantur, nisi prius Episcopus etiam secreto a Superioribus aliisve notitias requisierit de causa dimissionis, ac de moribus, indole et ingenio dimissorum, et certo compererit nihil in eis esse quod sacerdotali statui minus conveniat; quas notitias, veritati conformes, eorum conscientia graviter onerata, suppeditare Superiores debent.

Can. 1364. - In inferioribus Seminarii scholis:

1.° Praecipuum locum obtineat religionis disciplina, quae, modo singulorum ingenio et aetati accommodato, diligentissime explicetur;

2.° Linguas praesertim latinam et patriam alumni accurate addiscant;

3.° Ea in ceteris disciplinis institutio tradatur quae conveniat communi omnium culturae et statui clericorum in regione ubi alumni sacrum ministerium exercere debent.

Can. 1365. - § 1. In philosophiam rationalem cum affinibus disciplinis alumni per integrum saltem biennium incumbant.

§ 2. Cursus theologicus saltem integro quadriennio contineatur, et, praeter theologiam dogmaticam et moralem, complecti praesertim debet studium sacrae Scripturae, historiae ecclesiasticae, iuris canonici, liturgiae, sacrae eloquentiae et cantus ecclesiastici.

1363 § 1: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.*, c. 18; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Ubi primum»*, 3 dec. 1740, § 1; const. *«Ad militantis»*, 30 mart. 1742, § 34; Leo XIII, ep. *«Officio sanctissimo»*, 22 dec. 1887; ep. encycl. *«Fin dal principio»*, 8 dec. 1902; S. C. Ep. et Reg., litt. circulares 2 oct. 1842, n. 1; S. C. Consist., litt. circulares 16 iul. 1912, n. 2; S. C. C., *Nullius*, 16 iul., 13 aug. 1836; S. C. de Prop. Fide, instr. (Malabar.), 2 iun. 1832, n. 1; instr. (ad Vic. Ap. Sin.), 18 oct. 1882, n. IV, 1, 4.

1363 § 3: S. C. C., decr. *«Vetuit»*, 22 dec. 1905, n. 1, 4.

1364 3.°: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.*, c. 18; Benedictus XIII, const. *«Creditae Nobis»*, 9 maii 1725, § 10; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»*, 30 mart. 1742, § 34; Pius IX, ep. encycl. *«Singulari quidem»*, 17 mart. 1856; Leo XIII, ep. *«Officio sanctissimo»*, 22 dec. 1887; litt. encycl. *«Depuis le jour»*, 8 sept. 1899; S. C. Consist., litt. circulares 16 iul. 1912, n. 8.

Kan. 1363. - § 1. U Sjemenište smije Ordinarij primiti samo one, koji su zakonito rođeni i pružaju svojom ćudi i voljom nadu, da će uspješno zauvijek ustrajati u crkvenoj službi.

§ 2. Prije primanja dužni su dostaviti dokaznice o zakonitosti rođenja, o primljenom krštenju i potvrdi, te o životu i vladanju.

§ 3. Oni koji su bili otpušteni iz drugih Sjemeništa ili iz koje redovničke družbe, ne smiju se primiti, dok nije najprije Biskup zatražio, pa i skrovito, od Poglavara i drugih osoba izvještaj o razlogu otpusta, te o vladanju, ćudi i duševnosti otpuštenih, pa tako dođe do sigurnog uvjerenja, da u njih nema ništa takvoga, što se ne da složiti sa svećeničkim pozivom; ovaj izvještaj dužni su Poglavari dostaviti u skladu s istinom pod teškom odgovornošću u savjesti.

Kan. 1364. - U nižim sjemenišnim školama:

1.° Mora posebno mjesto zauzimati vjeronauk, koji se mora tumačiti najpomnije, na način prilagođen duševnosti i dobi svakog pojedinca;

2.° Gojenci moraju dobro naučiti jezike, osobito latinski i svoj narodni;

3.° U ostalim se predmetima mora davati obuka, koja odgovara općenitoj prosječnoj naobrazbi i duhovničkom staležu u onom kraju, gdje će gojenci izvršivati svetu službu.

Kan. 1365. - § 1. Razumsku filozofiju s pomoćnim naukama moraju gojenci učiti barem kroz dvije potpune godine.

§ 2. Bogoslovski tečaj mora trajati barem četiri potpune godine, te obuhvaćati osim dogmatskog i moralnog bogoslovlja, nauke svetoga Pisma, crkvene povijesti, kanonskog prava, liturgike, svetog govorništva i crkvenog pjevanja.

1365 § 1: Leo XIII, ep. *«Officio sanctissimo»*, 22 dec. 1887; litt. encycl. *«Depuis le jour»*, 8 sept. 1899; S. C. Consist., litt. circulares 16 iul. 1912, n. 9.

1365 § 2: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.*, c. 18; Benedictus XIII, const. *«Creditae Nobis»*, 9 maii 1725, § 10; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»*, 30 mart. 1742, § 34; ep. encycl. *«Annus qui»*, 19 febr. 1749, § 2; Pius IX, ep. encycl. *«Qui pluribus»*, 9 nov. 1846; ep. encycl. *«Singulari quidem»*, 17 mart. 1856; ep. encycl. *«Cum nuper»*, 20 ian. 1858; ep. *«Quo graviora»*, 8 iul. 1862; Leo XIII, litt. encycl. *«Providentissimus Deus»*, 18 nov. 1893; litt. encycl. *«Depuis le jour»*, 8 sept. 1899; Pius X, motu propr. *«Inter pastoralis officii»*, 22 nov. 1903, n. 25, 26; ep. *«Quod Nobis»*, 8 dec. 1903; litt. ap. *«Quoniam in re biblica»*, 27 mart. 1906; S. C. Consist., litt. circulares 16 iul. 1912, n. 11, 12; S. R. C., *De musica sacra ordinatio*, 7 iul. 1894, Pars Altera, n. II; Urbis et Orbis, 8 ian. 1904.

§ 3. Habeantur etiam lectiones de theologia pastorali, additis practicis exercitationibus praesertim de ratione tradendi pueris aliisve catechismum, audiendi confessiones, visitandi infirmos, assistendi moribundis.

Can. 1366. - § 1. Ad magisterii munus in disciplinis philosophicis, theologicis et iuridicis, ii, ceteris paribus, iudicio Episcopi et deputatorum Seminarii, praeferantur, qui laurea doctorali potiti sint in Universitate studiorum vel Facultate a Sancta Sede recognitis, aut, si agatur de religiosis, qui simile testimonium a suis Superioribus maioribus habeant.

§ 2. Philosophiae rationalis ac theologiae studia et alumnorum in his disciplinis institutionem professores omnino pertractent ad Angelici Doctoris rationem, doctrinam et principia, eaque sancte teneant.

§ 3. Curandum ut saltem sacrae Scripturae, theologiae dogmaticae, theologiae moralis, et historiae ecclesiasticae, totidem habeantur distincti magistri.

Can. 1367. - Curent Episcopi ut alumni Seminarii:

1.° Singuis diebus communiter matutinas et serotinas preces recitent, per aliquod tempus mentali orationi vacent, sacrificio Missae intersint;

2.° Semel saltem in hebdomada ad sacramentum poenitentiae accedant et frequenter, qua par est pietate, Eucharistico pane se reficiant;

3.° Dominicis et festis diebus, sacris Missarum et Vesperarum sollemnibus adsint, altari inserviant sacrasque caeremonias exerceant, praesertim in ecclesia cathedrali, si id, iudicio Episcopi, sine disciplinae et studiorum detrimento fieri possit;

4.° Singulis annis per aliquot dies continuos exercitiis spiritualibus vacent;

5.° Semel saltem in hebdomada adsint instructioni de rebus spiritualibus quae pia exhortatione claudatur.

1365 § 3: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.*, c. 18; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»*, 30 mart. 1742, § 34.

1366 § 1: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.*, c. 18; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»*, 30 mart. 1742, § 34; Leo XIII, litt. encycl *«Providentissimus Deus»*, 18 nov. 1893.

1366 § 2: Leo XIII, ep. encycl. *«Aeterni Patris»*, 4 aug. 1879; litt. *«Iampridem»*, 15 oct. 1879; ep. encycl. *«Etsi Nos»*, 15 febr. 1882; ep. *«Officio sanctissimo»*, 22 dec. 1887; litt. encycl. *«Providentissimus Deus»*, 18 nov. 1893; ep. *«Inter graves»*, 1 maii 1894; litt. encycl. *«Depuis le jour»*, 8 sept. 1899; Pius X, litt. ap. *«In praecipuis»*, 23 ian. 1904; litt. encycl. *«Pieni l'animo»*, 28 iul. 1906; ep. *«Sub exitum»*, 6 maii 1907; litt.

§ 3. Držati se moraju predavanja i iz pastirskog bogoslovlja, s pokusnim vježbama osobito u pogledu podučavanja djece i drugih osoba u vjeronauku, ispovijedanju, posjećivanju bolesnika, pomaganju samrtnika.

Kan. 1366. - § 1. Kod postavljanja nastavnika za predmete filozofijske, bogoslovske i pravne, mora se dati prednost, po sudu Biskupovom i sjemenišnih odbornika, onima, koji su, uz jednake uvjete, stekli naslov doktora, i to na Sveučilištima odobrenima od Svete Stolice ili Fakultetima, odnosno, ako se radi o redovnicima, koji su sličnu svjedodžbu dobili od strane svojih viših Poglavara.

§ 2. Pri studiju razumske filozofije i bogoslovlja i pri nastavi ovih predmeta za gojence treba da profesori u svemu rade po sustavu nauke i načelima Anđeoskog Naučitelja, te ih se strogo drže.

§ 3. Mora se voditi o tom briga, da bude po jedan različiti nastavnik barem za sveto Pismo, dogmatsko bogoslovlje, moralno bogoslovlje i crkvenu povijest.

Kan. 1367. - Biskupi neka vode brigu o tom, da gojenci Sjemeništa:

1.° Svaki dan izmole zajedničku jutarnju i večernju molitvu, kroz neko vrijeme obavljaju mislenu molitvu, prisustvuju svetoj Misi;

2.° Barem jedanput tjedno pristupaju otajstvu ispovijedi i često se okrijepe pobožno, kako dolikuje, kruhom nebeskim;

3.° Po nedjeljama i blagdanima prisustvuju svetoj službi kod Mise i Večernje, služe kod oltara i izvršuju svete svečanosne čine, napose u stolnici, ako to, po sudu Biskupovom, može biti bez štete za stegu i nauku;

4.° Svake godine obave kroz nekoliko susljednih dana duhovne vježbe;

5.° Barem jednom tjedno prisustvuju poduci o duhovnim stvarima, koja se mora završiti pobožnim govorom.

---

encycl. *«Pascendi»*, 8 sept. 1907; motu propr. *«Sacrorum antistitum»*, 1 sept. 1910, n. I; motu propr. *«Doctoris Angelici»*, 29 iun. 1914; Benedictus XV, motu propr. *«Non multo post»*, 31 dec. 1914; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Sin.), 18 oct. 1883, n. IV, 6; S. Studiorum C., 27 iul. 1914; S. C. de Seminariis, 7 mart. 1916.

1367 5.°: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.*, c. 18; Innocentius XIII, const. *«Apostolici ministerii»*, 23 maii 1723, § 4; Benedictus XIII, const. *«In supremo»*, 23 sept. 1724, § 3, 28; const. *«Pastoralis officii»*, 27 mart. 1726, § 3; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»*, 30 mart. 1742, § 34; S. C. Ep. et Reg., *Ragusina*, 25 mart. 1586; litt. circulares 2 oct. 1842, n. 2, 4; instr. (ad Ep. Hungariae), 28 maii 1896, n. II; S. C. C., decr. *«Sacra Tridentina Synodus»*, 20 dec. 1905, n. 7.

Can. 1368. - Exemptum a iurisdictione paroeciali Seminarium esto; et pro omnibus qui in Seminario sunt, parochi officium, excepta materia matrimoniali et firmo praescripto Can. 891, obeat Seminari rector eiusve delegatus, nisi in quibusdam Seminariis fuerit aliter a Sede Apostolica constitutum.

Can. 1369. - § 1. Seminarii rector et alii omnes moderatores sub eius auctoritate curent ut alumni statuta ab Episcopo probata studiorumque rationem adamussim servent ac spiritu vere ecclesiastico imbuantur.

§ 2. Saepius eis verae et christianae urbanitatis leges tradant, eosque exemplo suo ad illas colendas excitent; hortentur praeterea ut praecepta hygienica, vestium et corporis munditiam et quandam in conversando comitatem cum modesitia et gravitate coniunctam, iugiter servent.

§ 3. Sedulo vigilent ut magistri suo munere rite fungantur.

Can. 1370. - Quoties alumni ob quamlibet causam extra Seminarium morentur, servetur praescriptum Can. 972, § 2.

Can. 1371. - E Seminario dimittantur dyscoli, incorrigibiles, seditiosi, ii qui ob mores atque indolem ad statum ecclesiasticum idonei non videantur; itemque, qui in studiis adeo parum proficiant ut spes non affulgeat eos sufficientem doctrinam fore assecuturos; praesertim vero statim dimittantur qui forte contra bonos mores aut fidem deliquerint.

1368: S. C. C., *Colimbrien.*, 12 mart., 30 apr., 18 iun. 1757.

1369 § 1: S. C. Ep. et Reg., *Melphien.*, 20 aug. 1596.

1369 § 3: S. C. Consist., litt. circulares 16 iul. 1912, n. 13.

Kan. 1368. - Sjemenište neka bude izuzeto ispod poglavarske vlasti župnikove; a dužnost župnika treba da za sve koji su u Sjemeništu izvršuje, izuzevši poslova ženidbenih i uz obdržavanje propisa kan. 891, ravnatelj Sjemeništa ili njegov opunomoćenik, osim ako je u nekim Sjemeništima drugačije određeno od strane Apostolske Stolice.

Kan. 1369. - § 1. Ravnatelj Sjemeništa i svi drugi poglavari, koji su pod njegovom vlašću, neka se trse, da se gojenci točno drže pravila od Biskupa odobrenih i nastavnoga reda, te da ih prožimlje doista duh crkveni.

§ 2. Češće im moraju izlagati pravila prave i kršćanske uljudbe, te ih svojim primjerom poticati na to, da ih poprime; povrh toga treba ih opominjati, da trajno obdržavaju zdravstvene propise, čistoću u odijelu i tijelu, a u saobraćaju stanovitu prijaznost spojenu s čednošću i ozbiljnošću.

§ 3. Neka budno paze na to, da nastavnici zdušno izvršuju svoju dužnost.

Kan. 1370. - Kadgod gojenici bilo s kojega razloga borave izvan Sjemeništa, ima se obdržavati propis kan. 972, § 2.

Kan. 1371. - Iz Sjemeništa neka se otpuste napržice, nepopravljivi, nemirnjaci, oni za koje se vidi, da po vladanju i ćudi nisu sposobni za crkveni stalež; isto tako oni, koji u naukama tako slabo napreduju, da ne ima nade, da će steći dovoljnu naobrazbu; a posebice moraju se smjesta otpustiti oni, koji bi možda sagriješili protiv ćudorednosti ili vjere.

1371: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.*, c. 18; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»*, 30 mart. 1742, § 34; Leo XIII, ep. encycl. *«Fin dal principio»*, 8 dec. 1902, Pius X, motu propr. *«Sacrorum antistitum»*, 1 sept. 1910; S. C. Ep. et Reg., litt. circulares 2 oct. 1842, n. 2; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Sin.), 18 oct. 1883, n. IV, 4.

TITULUS XXII.

DE SCHOLIS.

Can. 1372. - § 1. Fideles omnes ita sunt a pueritia instituendi ut non solum nihil eis tradatur quod catholicae religioni morumque honestati adversetur, sed praecipuum institutio religiosa ac moralis locum obtineat.

§ 2. Non modo parentibus ad normam Can. 1113, sed etiam omnibus qui eorum locum tenent, ius et gravissimum officium est curandi christianam liberorum educationem.

Can. 1373. - § 1. In qualibet elementaria schola, pueris pro eorum aetate tradenda est institutio religiosa.

§ 2. Iuventus, quae medias vel superiores scholas frequentat, pleniore religionis doctrina excolatur, et locorum Ordinarii curent ut id fiat per sacerdotes zelo et doctrina praestantes.

1372 § 1: Pius IX, ep. encycl. *«Nostis et Nobiscum»*, 8 dec. 1849; allocut *«Quibus luctuosissimis»*, 5 sept. 1851; ep. encycl. *«Singulari quidem»*, 17 mart. 1856; ep. encycl. *«Cum nuper»*, 20 ian. 1858; allocut. *«Maxima quidem»*, 9 iun. 1862; ep. *«Quo graviora»*, 8 iul. 1862; ep. *«Quum non sine»*, 14 iul. 1864; Syllabus errorum, prop. 48; Leo XIII, ep. encycl. *«Inscrutabili»*, 21 apr. 1878; const. *«Romanos Pontifices»*, 8 maii 1881; ep. encycl. *«Nobilissima»*, 8 febr. 1884; ep. encycl. *«Quod multum»*, 22 aug. 1886; ep. *«Officio sanctissimo»*, 22 dec. 1887; litt. encycl. *«Sapientiae»*, 10 ian. 1890; ep. *«Quae coniunctim»*, 23 maii 1892; ep. encycl. *«Militantis Ecclesiae»*, 1 aug. 1897; ep. encycl. *«Affari vos»*, 8 dec. 1897; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Stat. Foeder. Americae Septentrion.), 24 nov. 1875; instr. 10 maii 1884, n. 6; S. C. de Prop. Fide, instr. 23 nov. 1845, n. 8; instr. (ad Vic. Ap. Indiar. Orient.), 8 sept. 1869, n. 35; litt. encycl. (ad Ep. Canad.), 14 mart. 1895.

NASLOV XXII.

ŠKOLE

Kan. 1372. - § 1. Svi vjernici treba da od djetinjstva dobivaju obuku tako, da im se ne samo ništa ne predaje, što se protivi katoličkoj vjeri i pravoj ćudorednosti, nego da vjerska i ćudoredna obuka zauzima istaknuto mjesto.

§ 2. Pravo i strogu dužnost voditi brigu o tom, da im se djeca kršćanski odgajaju nemaju samo roditelji shodno odredbi kan. 1113, nego i svi oni, koji ih zamjenjuju.

Kan. 1373. - § 1. U svakoj se osnovnoj školi mora djeci primjereno njihovoj dobi, davati vjerska nastava.

§ 2. Mladež, koja polazi srednje i više škole, mora dobivati potpuniju vjersku poduku, a mjesni Ordinariji imaju voditi brigu o tom, da ovu davaju svećenici, koji se odlikuju revnošću i naobrazbom.

1372 § 2: Vide etiam can 769; 1335.

1373 § 1: Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. *«Supernae dispositionis»*, 5 maii 1514, § 32; Pius IX, ep. *«Quum non sine»*, 14 iul. 1864; Syllabus errorum, prop. 48; Leo XIII, ep. *«In mezzo»*, 26 iun. 1878; const. *«Romanos Pontifices»*, 8 maii 1881; ep. *«Officio sanctissimo»*, 22 dec. 1887.

1373 § 2: Conc. Trident., sess. V, *de ref.*, c. 1; Pius IX, ep. *«Quum non sine»*, 14 iul. 1864; Syllabus errorum, prop. 48; Leo XIII, ep. encycl. *«Constanti Hungarorum»*, 2 sept 1893; Pius X, litt. encycl. *«Acerbo nimis»*, 15 apr. 1905, n. V; S. C. Ep. et Reg., instr. (ad Ep. Hungariae), 28 maii 1896, n. VI.

Can. 1374. - Pueri catholici scholas acatholicas, neutras, mixtas, quae nempe etiam acatholicis patent, ne frequentent. Solius autem Ordinarii loci est decernere, ad normam instructionum Sedis Apostolicae, in quibus rerum adiunctis et quibus adhibitis cautelis, ut periculum perversionis vitetur, tolerari possit ut eae scholae celebrentur.

Can. 1375. - Ecclesiae est ius scholas cuiusvis disciplinae non solum elementarias, sed etiam medias et superiores condendi.

Can. 1376. - § 1. Canonica constitutio catholicae studiorum Universitatis vel Facultatis Sedi Apostolicae reservatur.

§ 2. Universitas vel Facultas catholica, etiam religiosis familiis quibuslibet concredita, sua debet habere statuta a Sede Apostolica probata.

Can. 1377. - Gradus academicos qui effectus canonicos in Ecclesia habeant, nemo conferre potest, nisi ex facultate ab Apostolica Sede concessa.

Can. 1378. - Ius est doctoribus rite creatis deferendi, extra sacras functiones, annulum etiam cum gemma, et biretum doctorale, firmo praeterea praescripto sacrorum canonum, qui in collatione quorundam officiorum et beneficiorum ecclesiasticorum statuunt eos, ceteris paribus, iudicio Ordinarii, esse praeferendos, qui lauream vel licentiam obtinuerint.

1374: Pius IX, ep. *«Quum non sine»,* 14 iul. 1864; Leo XIII, allocut. *«Summi Pontificatus»,* 20 aug. 1880; ep. encycl. *«Nobilissima»,* 8 febr. 1884; ep. encycl. *«Quod multum»,* 22 aug. 1886; ep. *«Officio sanctissimo»,* 22 dec. 1887; ep. *«Quae coniunctim»,* 23 maii 1892; ep. encycl. *«Caritatis providentiaeque»,* 19 mart. 1894; ep. *«Litteras a vobis»,* 2 iul. 1894; ep. encycl. *«Militantis Ecclesiae»,* 1 aug. 1897; ep. encycl. *«Affari vos»,* 8 dec. 1897; Pius X, litt. encycl. *«Pascendi»,* 8 sept. 1907; motu propr. *«Sacrorum antistitum»,* 1 sept. 1910, n. II; S. C. S. Off., instr. 21 mart. 1866; instr. (ad Ep. Stat. Foeder. Americae Septentrion.), 24 nov. 1875; S. C. Ep. et Reg., instr. 21 iul. 1896; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Societ. Mission. ad Exteros), a. 1659; litt. encycl. (ad Ep. Hiberniae), 18 sept. 1819; (C. P. pro Sin.), 19 iul. 1838; litt. (ad Archiep. Hiberniae), 16 ian. 1841; instr. (ad Archiep. Hiberniae), 7 apr. 1860; litt. encycl. (ad Ep. Orient.), 20 mart. 1865; litt. encycl. (ad Ep. Angliae), 6 aug. 1867; instr. 25 apr. 1868; instr. (ad Vic. Ap. Indiar. Orient.), 8 sept. 1869, n. 37; instr. (ad Vic. Ap. Sin.), 18 oct. 1883, n. XI, 4; litt. encycl. (ad Ep. Canad.), 14 mart. 1895.

Kan. 1374. - Katolička djeca ne smiju polaziti škole, koje su nekatoličke, bez vjerske obuke, mješovite, to jest takove, koje su i nekatolicima pristupačne. Spada isključivo na mjesnoga Ordinarija, da u skladu s napucima Apostolske Stolice izda odluku o tom, da li se može trpjeti, te u kojim prilikama i poslije kojih mjera opreza, da se ukloni pogibao otpada, polazak takovih škola.

Kan. 1375. - Crkvi pripada pravo osnovati škole za bilo koju nauku, i to ne samo osnovne, nego i srednje i visoke.

Kan. 1376. - § 1. Kanonsko osnivanje katoličkog Sveučilišta ili Fakulteta pridržano je Apostolskoj Stolici.

§ 2. Katoličko Sveučilište ili Fakultet, pa i onda, kada je povjereno bilo kojim redovničkim obiteljima, mora imati pravilnik odobren od Apostolske Stolice.

Kan. 1377. - Akademske stupnjeve s kanonskim učincima u Crkvi, ne može podjeljivati nitko, ako za to nije dobio ovlaštenja od Apostolske Stolice.

Kan. 1378. - Doktori, koji su propisno promaknuti, imaju pravo nositi, izvan svetih obrednih čina, prsten, pa i s dragim kamenom, te doktorski biret, povrh toga važi za njih odredba svetih kanona, koji propisuju, da pri podjelbi nekih službi i crkvenih nadaribna treba dati, uz jednake uvjete, po sudu Ordinarija, prednost takovima, koji su stekli doktorat ili licencijat.

1376 § 1: Gregorius XVI, ep. *«Maiori certo»,* 13 dec. 1833; Pius X, const. *«Sapienti consilio»,* 29 iun. 1908, § I, n. 11°; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. XI, n. 2°, 4°.

1377: Pius IX, allocut. *«In consistoriali»,* 1 nov. 1850; Syllabus errorum, prop. 45; Pius X, const. *«Sapienti consilio»,* 29 iun. 1908, § I, n. 11°; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. XI, n. 2°.

1378: Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.,* c. 12; S. Pius V, const. *«Quamvis»,* 1 iun. 1568, § 3; S. C. Ep. et Reg., *Bovinen.,* 9 ian. 1601; S. C. C., *Tragurien.,* 30 apr. 1650, ad 1; *Maioricen.,* 13 febr. 1672, ad 2; S. R. C., *Venusina,* 7 dec. 1844, ad 1; *Bahien. in Brasilia,* 23 maii 1846, ad 5; *Senen.,* 30 iun. 1883, ad VII.

Can. 1379. - § 1. Si scholae catholicae ad normam Can. 1373 sive elementariae sive mediae desint, curandum, praesertim a locorum Ordinariis, ut condantur.

§ 2. Itemque si publicae studiorum Universitates doctrina sensuque catholico imbutae non sint, optandum ut in natione vel regione Universitas catholica condatur.

§ 3. Fideles ne omittant adiutricem operam pro viribus conferre in catholicas scholas condendas et sustentandas.

Can. 1380. - Optandum ut locorum Ordinarii, pro sua prudentia, clericos, pietate et ingenio praestantes, ad scholas mittant alicuius Universitatis aut Facultatis ab Ecclesia conditae vel approbatae, ut inibi studia praesertim philosophiae, theologiae ac iuris canonici perficiant et academicos gradus consequantur.

Can. 1381. - § 1. Religiosa iuventutis institutio in scholis quibuslibet auctoritati et inspectioni Ecclesiae subiicitur.

§ 2. Ordinariis locorum ius et officium est vigilandi ne in quibusvis scholis sui territorii quidquam contra fidem vel bonos mores tradatur aut fiat.

1379 § 1: Leo XIII, const. *«Romanos Pontifices»*, 8 maii 1881; ep. encycl. *«Nobilissima»*, 8 febr. 1884; ep. *«Officio sanctissimo»*, 22 dec. 1887; litt. encycl. *«Sapientiae»*, 10 ian. 1890; ep. *«Litteras a vobis»*, 2 iul. 1894; ep. encycl. *«Militantis Ecclesiae»*, 1 aug. 1897; Pius X, litt. encycl. *«Editae saepe»*, 26 maii 1910; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Stat. Foeder. Americae Septentrion.), 24 nov. 1875; S. C. de Prop Fide, instr. (ad Vic. Ap. Societ. Mission. ad Exteros), a. 1659; litt. encycl. (ad Ep. Hiberniae), 18 sept. 1819; instr. 23 nov. 1845, n. 8; litt. encycl. (ad Ep. Orient.), 20 mart. 1865; instr. (ad Vic. Ap. Indiar. Orient.), 8 sept. 1869, n. 35, 37; instr. (ad Vic. Ap. Sin.), 18 oct. 1883, n. XI, 1-3; instr. (ad Ep. Indiar. Orient.), 19 mart. 1893, n. VI; litt. encycl. (ad Ep. Indiar.), 28 aug. 1893; litt. encycl. (ad Ep. Canad.), 14 mart. 1895.

1379 § 2: Leo XIII, ep. encycl. *«Militantis Ecclesiae»*, 1 aug. 1897; S. C. de Prop. Fide (Hiberniae), 9 oct. 1847; (Hiberniae), 11 oct. 1848; instr. (ad. Archiep. Hiberniae), 7 apr. 1860; instr. 25 apr. 1868.

1379 § 3: Leo XIII, ep. *«Officio sanctissimo»*, 22 dec. 1887; litt. encycl. *«Sapientiae»*, 10 ian. 1890; ep. encycl. *«Constanti Hungarorum»*, 2 sept. 1893; ep. encycl. *«Affari vos»*, 8 dec. 1897; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Stat. Foeder. Americae Septentrion.), 24 nov. 1875; S. C. de Prop. Fide, litt. encycl. (ad Ep. Canad.), 14 mart. 1895.

1380: C. 5, X, *de magistris, et ne aliquid exigatur pro licentia docendi*, V, 5.

Kan. 1379. - § 1. Kada ne postoje škole, bilo osnovne bilo srednje, koje su katoličke shodno odredbi kan. 1373, mora se o tom voditi briga, naročito od strane mjesnih Ordinarija, da se osnuju.

§ 2. Isto tako, ako javna Sveučilišta nisu prožeta katoličkom naukom i osjećajem, neka je preporučeno, da se za takav narod ili kraj osnuje katoličko Sveučilište.

§ 3. Vjernici neka ne propuste davati svoju suradnju i pomoć za to, da se osnuju i uzdržavaju katoličke škole.

Kan. 1380. - Neka je preporučeno mjesnim Ordinarijima, da po svojoj razboritosti, šalju duhovnike, koji se odlikuju pobožnošću i umom, u škole kojega od Crkve osnovanoga ili odobrenog Sveučilišta ili Fakulteta, da ondje svršavaju nauke, osobito filozofijske, bogoslovske i kanonskopravne, te postignu akademske stupnjeve.

Kan. 1381. - § 1. Vjerska je nastava mladeži u svim školama podvrgnuta vlasti i nadzoru Crkve.

§ 2. Mjesni Ordinariji imaju pravo i dužnost, da budno paze na to, da se ni u kojim školama njegovog područja ništa ne predaje ili čini, što se protivi vjeri ili ćudoređu.

1381 § 1: Conc. Trident., sess. XXV, *de ref.*, c. 2; Pius IX, ep. encycl. *«Nostis et Nobiscum»*, 8 dec. 1849; allocut. *«In consistoriali»*, 1 nov. 1850; allocut. *«Quibus luctuosissimis»*, 5 sept. 1851; ep. encycl. *«Cum nuper»*, 20 ian. 1858; ep. *«Quum non sine»*, 14 iul. 1864; ep. encycl. *«Maximae quidem»*, 18 aug. 1864; Syllabus errorum, prop. 45, 47; Leo XIII, const. *«Romanos Pontifices»*, 8 maii 1881; ep. encycl. *«Nobilissima»*, 8 febr. 1884; ep. encycl. *«Quod multum»*, 22 aug. 1886; ep. *«Officio sanctissimo»*, 22 dec. 1887; ep. encycl. *«Constanti Hungarorum»*, 2 sept. 1893; S. C. C., *Conimbricen.*, 18 aug., 1 sept. 1888.

1381 § 2: Conc. Trident., sess. XXV, *de ref.*, c. 2; Pius IX, ep. encycl. *«Nostis et Nobiscum»*, 8 dec. 1849; allocut. *«In consistoriali»*, 1 nov. 1850; allocut. *«Quibus luctuosissimis»*, 5 sept. 1851; ep. encycl. *«Cum nuper»*, 20 ian. 1858; allocut. *«Multis gravibusque»*, 17 dec. 1860; ep. *«Quum non sine»*, 14 iul. 1864; ep. encycl. *«Maximae quidem»*, 18 aug. 1864; Syllabus errorum, prop. 45, 47; allocut. *«Nunquam certe»*, 22 iun. 1868; ep. encycl. *«Etsi multa»*, 21 nov. 1873; Leo XIII, ep. encycl. *«Humanum genus»*, 20 apr. 1884; ep. encycl. *«Quod multum»*, 22 aug. 1886; ep. encycl. *«Militantis Ecclesiae»*, 1 aug. 1897; ep. encycl. *«Affari vos»*, 8 dec. 1897; const. *«Conditae a Christo»*, 8 dec. 1900, § 2, n. X; S. C. S. Off., instr. 21 mart. 1866; instr. (ad Ep. Iassien.), 22 aug. 1900; S. C. Ep. et Reg., litt. 14 maii 1872; S. C. C., 18 iul. 1888; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Archiep. Hiberniae), 7 apr. 1860, n. 4; instr. (ad Vic. Ap. Sin.), 18 oct. 1883, n. XI, 5.

§ 3. Eisdem similiter ius est approbandi religionis magistros et libros; itemque, religionis morumque causa, exigendi ut tum magistri tum libri removeantur.

Can. 1382. - Ordinarii locorum sive ipsi per se sive per alios possunt quoque scholas quaslibet, oratoria, recreatoria, patronatus, etc., in iis quae religiosam et moralem institutionem spectant, visitare; a qua visitatione quorumlibet religiosorum scholae exemptae non sunt, nisi agatur de scholis internis pro professis religionis exemptae.

Can. 1383. - In religiosa alumnorum alicuius collegii institutione servetur praescriptum Can. 891.

1381 § 3: Conc. Trident., sess. V, *de ref.*, c. 1; Pius IX, ep. encycl. *«Nostis et Nobiscum»*, 8 dec. 1849; allocut. *«In consistoriali»*, 1 nov. 1850; Syllabus errorum, prop. 45; Leo XIII, const. *«Romanos Pontifices»*, 8 maii 1881; ep. encycl. *«Constanti Hungarorum»*, 2 sept. 1893; ep. encycl. *«Caritatis providentiaeque»*, 19 mart. 1894; ep. encycl. *«Militantis Ecclesiae»*, 1 aug. 1897; ep. encycl. *«Affari vos»*, 8 dec. 1897; S. C. S. Off., instr. 21 mart. 1866; S. C. Ep. et Reg., instr. (ad Ep. Hungariae), 28 maii 1896, n. VI; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Archiep. Hiberniae), 7 apr. 1860, n. 1; instr. 25 apr. 1868; instr. (ad Vic. Ap. Sin), 18 oct. 1883, n. XI, 5, 6.

§ 3. Oni isto tako imaju pravo potvrđivati vjerske nastavnike i knjige; a tako i zahtijevati, da se zbog vjerskih ili ćudorednih razloga, uklone nastavnici ili knjige.

Kan. 1382. - Mjesni Ordinariji mogu sami osobno ili preko drugih osoba izvršivati također i nadzorni pohod bilo kojih škola, bogomolja, oporavilišta, skloništa, i to u pogledu onoga, što spada na vjersku i ćudorednu nastavu; od ovoga pohoda nisu izuzete bilo koje redovničke škole, osim kada se radi o unutarnjim školama za zavjetovane redovničke izuzete družbe.

Kan. 1383. - Pri vjerskoj nastavi kod pitomaca kojega zavoda mora se obdržavati propis kan. 891.

Kan. 1538. - § 1. Kada se crkvena imovina, zbog zakonitog razloga, ima založiti ili opteretiti zemljišno-knjižnom zabilježbom, odnosno kada se radi o zaduženju, dužan je zakoniti Poglavar, koji ima dati dozvolu prema odredbi kan. 1532, tražiti, da se najprije saslušaju svi zanimani, te voditi brigu o tom, da se dug isplati, što je moguće prije.

§ 2. U tu svrhu neka isti Ordinarij unaprijed odredi godišnje obročne otplate za namirenje dugovanja.

1537: Reg. 51, R. J., in VI°.

1538 § 1: C. 2, X, *de solutionibus,* III, 23; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Patriarch. Armen.), 30 iul. 1867, n. 4.

1538 § 2: S. C. C., *Romana,* 5 apr., 17 maii 1851; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Patriarch. Armen.), 30 iul. 1867, n. 4.

Can. 1539. - § 1. In venditione aut permutatione rerum sacrarum nulla ratio consecrationis vel benedictionis in pretii aestimatione habeatur.

§ 2. Administratores possunt *titulos ad latorem,* quos vocant, commutare in alios titulos magis aut saltem aeque tutos ac frugiferos, exclusa qualibet commercii vel negotiationis specie, ac de consensu Ordinarii, dioecesani Consilii administrationis aliorumque quorum intersit.

Can. 1540. - Bona ecclesiae immobilia propriis administratoribus eorumque coniunctis in primo aut secundo consanguinitatis vel affinitatis gradu non sunt vendenda aut locanda sine speciali Ordinarii loci licentia.

Can. 1541. - § 1. Contractus locationis alicuius fundi ecclesiastici ne fiant, nisi ad normam Can. 1531, § 2; et in iis addantur semper conditiones de limitibus custodiendis, de bona cultione, de rite solvendo canone, de opportuna cautela pro conditionibus implendis.

§ 2. Pro locatione bonorum ecclesiasticorum, servato praescripto Can. 1479:

1.° Si valor locationis excedat triginta millia libellarum seu francorum et locatio sit ultra novennium, requiritur beneplacitum apostolicum; si locatio non sit ultra novennium, servari debet praescriptum Can. 1532, § 3;

2.° Si valor contineatur intra mille libellas et triginta millia libellarum seu francorum et locatio sit ultra novennium, servari debet praescriptum eiusdem Can. 1532, § 3; si locatio non sit ultra novennium, praescriptum eiusdem Can. 1532, § 2;

3.° Si valor non excedat mille libellas seu francos et locatio sit ultra novennium, servari debet idem praescriptum Can. 1532, § 2; si locatio non sit ultra novennium, fieri potest a legitimis administratoribus, monito Ordinario.

Can. 1542. - § 1. In emphyteusi bonorum ecclesiasticorum emphyteuta nequit canonem redimere sine licentia legitimi Superioris ecclesiastici de quo in Can. 1532; quod si redemerit, eam saltem pecuniae vim ecclesiae dare debet, quae canoni respondeat.

1539 § 1: Vide etiam Can. 730.

1539 § 2: S. C. C., *Romana et aliarum,* 17 febr. 1906, ad 2.

Kan. 1539. - § 1. Pri prodaji ili zamjeni svetih stvari ne smije se kod određivanja cijene uzimati nikakav obzir na posvetu ili blagoslov.

§ 2. Upravljatelji mogu tako zvane *vrijednosnice na donosioca,* zamijeniti u druge vrijednosnice, koje imaju veću ili jednaku sigurnost i kamatnjak, no tako da se isključi svako trgovanje i mešetarenje, te dobije pristanak od strane Ordinarija, biskupijskog upravnog Vijeća, te ostalih zanimanih.

Kan. 1540. - Crkvene se nekretnine ne smiju bez posebne dozvole mjesnoga Ordinarija prodati ili iznajmiti upravljateljima ili njihovim rođacima u prvom ili drugom stupnju srodstva odnosno tazbine.

Kan. 1541. - § 1. Zakupne pogodbe o nekom crkvenom zemljištu mogu se sklapati samo u skladu s odredbom kan. 1531, § 2; a u njima se uvijek moraju pridati uvjeti o čuvanju granica, o dobroj obradbi, o redovitom plaćanju zakupnine, o primjerenoj jamčevini za izvršenje uvjeta.

§ 2. Kod davanja u zakup crkvene imovine, uz obdržavanje propisa kan. 1479:

1.° Ako vrijednost zakupa prelazi trideset tisuća lira ili franaka, a zakup ima trajati dulje od devet godina, mora se obdržavati propis kan. 1532, § 3;

2.° Ako se vrijednost kreće između tisuću lira i trideset tisuća lira ili franaka, a zakup ima trajati dulje od devet godina, mora se obdržavati propis istoga kan. 1532, § 3; ako zakup ne ima trajati dulje od devet godina, propis istoga kan. 1532, § 2;

3.° Ako vrijednost ne prelazi tisuću lira ili franaka, a zakup ima trajati dulje od devet godina, mora se obdržavati isti propis kan. 1532, § 2; ako zakup ne ima trajati dulje od devet godina, može se sklopiti od zakonitih upravljatelja, uz obavijest Ordinariju.

Kan. 1542. - § 1. Kod nasljednog zakupa crkvene imovine ne može nasljedni zakupnik otkupiti zakupninu bez dozvole crkvenog Poglavara označenog u kan. 1532; a pri otkupu treba da naplati u novcu barem onoliku vrijednost, koja odgovara zakupnini.

1541 § 1: S. C. Ep. et Reg., *Ianuen. et Parmen.,* 12 febr. 1597; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Patriarch. Armen.), 30 iul. 1867, n. 6.

1542 § 2: C. 2, C. X, q. 2; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Patriarch. Armen.), 30 iul. 1867, n. 3.

§ 2. Ab emphyteuta congrua exigatur cautio pro solutione canonis et conditionibus implendis; in ipso instrumento pacti emphyteutici forum ecclesiasticum arbiter statuatur ad dirimendas controversias inter partes forte exorituras et expresse declaretur meliorationes solo cedere.

Can. 1543. - Si res fungibilis ita alicui detur ut eius fiat et postea tantundem in eodem genere restituatur, nihil lucri, ratione ipsius contractus, percipi potest; sed in praestatione rei fungibilis non est per se illicitum de lucro legali pacisci, nisi constet ipsum esse immoderatum, aut etiam de lucro maiore, si iustus ac proportionatus titulus suffragetur.

1543: C. 6. 8, C. XIV, q. 4; Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. «*Inter multiplices*», 4 maii 1515, § 4; Benedictus XIV, ep. encycl. «*Vix pervenit*», 1 nov. 1745, § 3, I-V, § 4; S. C. S. Off. (Kentuky), 9 maii 1821, ad 2; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1873.

§ 2. Od nasljednog se zakupnika mora tražiti primjerena jamčevina za isplatu zakupnine i izvršenje uvjeta; u samoj se ispravi o nasljednom zakupu mora staviti odredba, da će možebitne prijepore među strankama rješavati crkveno sudište kao izabrano i izričita izjava o tom, da sva poboljšanja ostaju tlu i zemljištu.

Kan. 1543. - Kada se zamjeniva stvar nekomu dade tako, da postaje njegovom i bude poslije povraćena u istoj količini i vrsti, ne može se uzeti, zbog same pogodbe, nikakova dobit; ali nije samo po sebi nedopušteno kod predaje zamjenive stvari ugovoriti naplatu zakonskog dobitka, osim ako bi bilo očito, da je takav pretjeran, pa i naplatu većega dobitka, ako za to postoji pravedan i primjeren naslov.

TITULUS XXX.

DE PIIS FUNDATIONIBUS.

Can. 1544. - § 1. Nomine piarum fundationum significantur bona temporalia alicui personae morali in Ecclesia quoquo modo data, cum onere in perpetuum vel in diuturnum tempus ex reditibus annuis aliquas Missas celebrandi, vel alias praefinitas functiones ecclesiasticas explendi, aut nonnulla pietatis et caritatis opera peragendi.

§ 2. Fundatio, legitime acceptata, naturam induit contractus synallagmatici: *do ut facias.*

Can. 1545. - Loci Ordinarii est normas praescribere de dotis quantitate infra quam pia fundatio admitti nequeat et de eius fructibus rite distribuendis.

Can. 1546. - § 1. Ut huiusmodi fundationes a persona morali acceptari possint, requiritur consensus Ordinarii loci, in scriptis datus, qui eum ne praebeat, antequam legitime compererit personam moralem tum novo oneri suscipiendo, tum antiquis iam susceptis satisfacere posse; maximeque caveat ut reditus omnino respondeant oneribus adiunctis secundum cuiusque dioecesis morem.

§ 2. In acceptatione, constitutione et administratione fundationis patronus ecclesiae nullum ius habet.

Can. 1547. - Pecunia et bona mobilia, dotationis nomine assignata, statim in loco tuto, ab eodem Ordinario designando, deponantur ad eum finem ut eadem pecunia vel bonorum mobilium pretium custodiantur et quamprimum caute et utiliter secundum prudens eiusdem Ordinarii arbitrium, auditis et iis quorum interest et dioecesano administrationis Consilio, collocentur in commodum eiusdem fundationis cum expressa et individua mentione oneris.

1545: Innocentius XII, const. «*Nuper*», 23 dec. 1697, § 15, ad 5, § 16, 30; S. C. C., decr. 23 nov. 1697, ad 5.

1546 § 1: Innocentius XII, const. «*Nuper*», 23 dec. 1697, § 7, 8, 16, 18, 30; S. C. C., decr. 21 iun. 1625; decr. 23 nov. 1697, *Celsonen.*, 22 iul. 1741, ad 1; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 21 iul. 1856, art. 20, a.

NASLOV XXX.

POBOŽNE ZAKLADE

Kan. 1544. - § 1. Pod imenom pobožnih zaklada razumijevaju se imovinska dobra dana kojimgod načinom nekoj moralnoj osobi u Crkvi, s obvezom za vjekovita i dugotrajna vremena iz prihoda služiti neke Mise, odnosno izvršiti kakove druge preodređene crkvene obredne čine, ili učiniti neka djela bogoljubnosti i dobrotvornosti.

§ 2. Zaklada, kad je zakonito prihvaćena, prima prirodu dvostranoga ugovora: *dajem da učiniš.*

Kan. 1545. - Na mjesnoga Ordinarija spada izdati odredbe o visini glavnice, ispod koje se ne može pobožna zaklada primiti, te o pravilnoj razdiobi prihoda.

Kan. 1546. - § 1. Da moralna osoba može primiti takove zaklade, zahtijeva se pismeno izdani pristanak od strane mjesnog Ordinarija, koji ga ne smije dati, dok nije najprije propisno izvidio, da li ona moralna osoba može udovoljiti kako novoj obvezi, koju ima primiti, tako i ranijima, koje je već primila; a osobito neka na to pazi, da prihodi odgovaraju prema prilikama dotične biskupije u svemu pridanim obvezama.

§ 2. Zaštitniku crkve ne pripada kod primanja, osnivanja i upravljanja zaklade nikakovo pravo.

Kan. 1547. - Novac i pokretna imovina, što sačinjavaju zakladnu glavnicu, ima se odmah položiti na sigurnom mjestu, koje će odrediti isti Ordinarij, u tu svrhu, da se novac odnosno vrijednost pokretne imovine pričuva i čim prije sigurno i koristonosno uloži, prema razboritom sudu istoga Ordinarija, po saslušanju i zanimanih i biskupijskog upravnog Vijeća, za korist iste zaklade time, da se izričito i pojedinačno označe obveze.

1547: Innocentius XII, const. «*Nuper*», 23 dec. 1697, § 7, 16, 30; S. C. C., decr. 21 iun. 1625; decr. 23 nov. 1697.

Can. 1548. - § 1. Fundationes, etiam viva voce factae, scripto consignentur.

§ 2. Alterum tabularum exemplar in Curiae archivo, alterum in archivo personae moralis, ad quam fundatio spectat, tuto asservetur

Can. 1549. - § 1. Servatis praescriptis Can. 1514-1517 et Can. 1525, in qualibet ecclesia onerum ex piis fundationibus incumbentium tabella conficiatur quae apud rectorem in loco tuto conservetur.

§ 2. Pariter praeter librum de quo in Can. 843, § 1, alter liber retineatur et apud rectorem servetur, in quo singula onera perpetua et temporaria eorumque implementum et eleemosynae adnotentur, ut de iis omnibus exacta ratio Ordinario loci reddatur.

Can. 1550. - Si agatur de piis fundationibus in ecclesiis, etiam paroecialibus, religiosorum exemptorum, iura et officia Ordinarii loci, de quibus in Can. 1545-1549, exclusive competunt Superiori maiori.

Can. 1551. - § 1. Reductio onerum quae pias fundationes gravant, uni Sedi Apostolicae reservatur, nisi in tabulis fundationis aliud expresse caveatur, et salvo praescripto Can. 1517, § 2.

§ 2. Indultum reducendi Missas fundatas non protenditur nec ad alias Missas ex contractu debitas nec ad alia onera piae fundationis.

§ 3. Indultum vero generale reducendi onera piarum fundationum ita intelligendum est, nisi aliud constet, ut indultarius potius alia onera, quam Missas reducat.

1549 § 1: Innocentius XII, const. «*Nuper*», 23 dec. 1697, § 18, 30; S. C. C., decr. 23 nov. 1697; decr. «*Ut debita*», 11 maii 1904; Caeremoniale Episcopor., l. I, c. VI, n. 4.

1549 § 2: Innocentius XII, const. «*Nuper*», 23 dec. 1697, § 19, 30; S. C. C., decr. 23 nov. 1697; decr. «*Ut debita*», 11 maii 1904, n. 15.

1550: Innocentius XII, const. «*Nuper*», 23 dec. 1697, § 7, 8, 16, 19, 30; S. C. C., decr. 21 iun. 1625; decr. 23 nov. 1697.

Kan. 1548. - § 1. I za one zaklade, koje su učinjene usmeno, moraju se sačiniti pismene isprave.

§ 2. Jedan se primjerak zakladnice mora sigurno pohraniti u pismohrani Kurije, drugi u pismohrani one moralne osobe, na koju spada zaklada.

Kan. 1549. - § 1. Uz obdržavanje propisa kan. 1514-1517 i kan. 1525, ima se sačiniti za svaku crkvu iskaz o obvezama, koje postoje na temelju pobožnih zaklada, a takav se mora čuvati na sigurnom mjestu kod ravnatelja.

§ 2. Isto tako ima se, osim knjige spomenute u kan. 843, § 1, voditi i kod ravnatelja čuvati druga, u koju se moraju bilježiti sve pojedine trajne i povremene obveze, te kada su izvršene i uz koju nagradu, da se o svemu tomu položi račun mjesnom Ordinariju.

Kan. 1550. - Kada se radi o pobožnim zakladama u crkvama, pa i župskima, izuzetih redovnika, pripadaju pravo i dužnost mjesnog Ordinarija, o kojima se govori u kan. 1545-1549, isključivo višem Poglavaru.

Kan. 1551. - § 1. Isključivo je Apostolskoj Stolici pridržano smanjivanje obveza, koje terete pobožne zaklade, osim ako je drugačije izrijekom predviđeno u zakladnicama, te uz obdržavanje propisa kan. 1517, § 2.

§ 2. Ovlastica smanjivati zakladne Mise ne proteže se niti na druge po pogodbi obvezatne Mise niti na druge obveze pobožne zaklade.

§ 3. Opća pako ovlastica smanjivati obveze pobožnih zaklada ima se, ako drugo nije očito, razumijevati tako, da ovlaštenik mora smanjiti prije druge obveze, nego li Misne.

1551 § 1: S. C. C., *Neapolitana,* 13 et 27 ian. 1703, ad 1; *Veronen.,* 18 nov., 2 dec. 1713; *Romana,* 1 et 15 dec. 1714, ad 1-3; *Bergomen.,* 19 iun., 10 iul. 1728, ad 1; *Faventina,* 27 febr. 1734, 12 febr. 1735; *Nolana,* 28 febr., 14 mart. 1739; *Novarien.,* 5 et 27 aug. 1780; *Placentina*, 14 sept., 23 nov. 1782, ad IV; *Vallisoletana,* 22 maii 1784; *Placentina,* 21 iul. 1792; *Sutrina,* 18 apr. 1795, ad 5; *Senogallien.,* 23 apr. 1796; *Turritana,* 16 aug. 1806.

1551 § 2: S. C. C., *Cremonen.,* mense iul. 1586, ad 3; *Neapolitana,* 26 apr. 1698, ad 1; *Caesenaten.,* 23 sept. 1741; *Parmen.,* 12 iul., 16 aug. 1794.

LIBER QUARTUS

DE PROCESSIBUS

KNJIGA ČETVRTA

POSTUPCI

PARS PRIMA

DE IUDICIIS

Can. 1552. - § 1. Nomine iudicii ecclesiastici intelligitur controversiae in re de qua Ecclesia ius habet cognoscendi, coram tribunali ecclesiastico, legitima disceptatio et definitio.

§ 2. Obiectum iudicii sunt:

1.° Personarum physicarum vel moralium iura persequenda aut vindicanda, vel earundem personarum facta iuridica declaranda; et tunc iudicium est *contentiosum;*

2.° Delicta in ordine ad poenam infligendam vel declarandam; et tunc iudicium est *criminale.*

Can. 1553. - § 1. Ecclesia iure proprio et exclusivo cognoscit:

1.° De causis quae respiciunt res spirituales et spiritualibus adnexas;

2.° De violatione legum ecclesiasticarum deque omnibus in quibus inest ratio peccati, quod attinet ad culpae definitionem et poenarum ecclesiasticarum irrogationem;

3.° De omnibus causis sive contentiosis sive criminalibus quae respiciunt personas privilegio fori gaudentes ad normam Can. 120, 614, 680.

1552 § 1: C. 10, X, *de verborum significatione,* V, 40.

1553 § 1. 3.°: C. 3, 6, D. X; c. 34, X, *de electione et electi potestate,* I, 6; c. 2, 3, 13, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 3, X, *de ordine cognitionum,* II, 10; c. 9, X, *qui filii sint legitimi,* IV, 17; c. 15, X, *de excessibus praelatorum et subditorum,* V, 31; c. 3, *de foro competenti,* II, 2, in VI°; c. 2, *de iureiurando,* II, 11, in VI°; c. 4, *de immunitate ecclesiarum, coemeteriorum et aliorum locorum religiosorum,* III, 23, in VI°; c. 18, *de haereticis,* V, 2, in VI°; c. 12, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; Clemens XI, const. *«Ad plurimas»,* 23 dec. 1713, § 6; const. *«Ad Apostolatus»,* 7 sept. 1714, § 3; Gregorius XVI, allocut. *«Afflictas»,* 1 mart. 1841; Pius IX, allocut. *«In consistoriali»,* 1 nov. 1850; allocut. *«Acerbissimum»,* 27 sept. 1852; allocut. *«Nunquam fore»,* 15 dec. 1856; ep. encycl. *«Etsi multa»,* 21 nov. 1873; Leo XIII, ep. encycl. *«Immortale Dei»,* 1 nov. 1885; S. C. C., *Augustae Praetoriae,* 23 iun. 1605; *Boianen.,* 7 febr. 1637, ad 3; *Milevitana,* 28 febr. 1654, ad 2. -- Vide etiam Can. 1960; 1961; 2198.

DIO PRVI

SUDOVANJE

Kan. 1552. - § 1. Pod imenom crkvenoga sudovanja razumijeva se zakonita rasprava i rješidba pred crkvenim sudištem u prijepornoj stvari, za koju Crkva ima pravo sudovanja.

§ 2. Predmeti su sudovanja:

1.° Potraživanje ili obrana prava od strane pojedinačkih i skupnih osoba, ili ustanovljivanje pravnih činjenica od istih osoba; a tada je sud *parnični;*

2.° Krivična djela u cilju, da se udari ili izjavi kazna; a tada je sud *kazneni.*

Kan. 1553. - § 1. Crkvi pripada vlastito i isključivo pravo sudovanja:

1.° U sporovima koji se odnose na duhovne ili s duhovnima spojene stvari;

2.° O prekršaju crkvenih zakona i o svemu onomu, gdje je po srijedi grijeh, ukoliko se radi o tom, da se utvrdi krivnja i udare crkvene kazne;

3.° U svim sporovima bilo parničnim bilo kaznenim, koji se odnose na osobe, što uživaju povlasticu podsudnosti po odredbi kan. 120, 614, 680.

§ 2. In causis in quibus tum Ecclesia tum civilis potestas aeque competentes sunt, quaeque dicuntur mixti fori, est locus praeventioni.

Can. 1554. - Actor, qui causas mixti fori ad iudicem ecclesiasticum deductas ad forum saeculare iudicandas defert, congruis poenis puniri potest ad normam Can. 2222 et privatur iure contra eandem personam de eadem re et de connexis causam agendi in foro ecclesiastico.

Can. 1555. - § 1. Tribunal Congregationis S. Officii suo more institutoque procedit sibique propriam consuetudinem retinet; et etiam inferiora tribunalia, in causis quae ad S. Officii tribunal spectant, normas ab eodem traditas sequantur oportet.

§ 2. Cetera tribunalia servare debent praescripta canonum qui sequuntur.

§ 3. In iudicio pro dimissione religiosorum serventur praescripta Can. 654-668.

1553 § 2: Reg. 54, R. J., in VI°; S. C. Ep. et Reg., *Messanen.*, 5 dec. 1600; instr. 29 nov. 1893, art. VI; S. C. C., *Visen.*, 19 apt. 1604, ad 4; *Ianuen.*, 18 mart. 1628; *Reatina*, 24 sept. 1639.

§ 2. U sporovima, u kojima su i Crkva i građanska vlast jednako nadležne, a koje se nazivaju stvarima mješovite podsudnosti, odlučuje pretjecanje.

Kan. 1554. - Tužitelj, koji podnese na suđenje svjetovnom sudu sporove mještovite podsudnosti već pokrenute kod crkvenoga suca, može se kazniti primjerenim kaznama po odredbi kan. 2222 i gubi pravo pokrenuti parnicu protiv iste osobe o stvari istoj ili s njom spojenom pred crkvenim sudom.

Kan. 1555. - § 1. Sudište Zbora Sv. Službe postupa utemeljeno na svome zakonu i zadržava sebi svojstvene običaje; a također i niža sudišta u parnicama koje spadaju na Sudište Zbora Sv. Službe moraju se držati od nje izdanih propisa.

§ 2. Ostala sudišta moraju se držati propisa kanona koji slijede.

§ 3. Kod sudovanja o otpustu redovnika moraju se obdržavati propisi kan. 654-668.

1554: Martinus V, const. «*Ad reprimendas*», 1 febr. 1428, § 3.

1555 § 1: Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. I, n. 6°.

SECTIO I.

De iudiciis in genere.

TITULUS I.

DE FORO COMPETENTI.

Can. 1556. - Prima Sedes a nemine iudicatur.

Can. 1557. - § 1. Ipsius Romani Pontificis dumtaxat ius est iudicandi:

1.° Eos qui supremum tenent populorum principatum horumque filios ac filias eosve quibus ius est proxime succedendi in principatum;

2.° Patres Cardinales;

3.° Legatos Sedis Apostolicae, et in criminalibus Episcopos, etiam titulares.

1556: C. 4, 5, 7, 9, D. XXI; c. 7, 10-12, 15, D. XCVI; c. 10, 13-17, C. IX, q. 3; c. 30, C. XVII, q. 4; c. 12, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 1, *de maioritate et obedientia,* I, 8, in Extravag com.; Conc. Constantinopolitan. IV, actio X, Can. 21; Conc. Vatican., sess. IV, c. III, *de vi et ratione primatus Romani Pontificis;* S. Zosimus, ep. *«Quamvis Patrum traditio»,* 21 mart. 418; S. Bonifacius I, ep. *«Retro maioribus tuis»,* 11 mart. 422, c. 2; S. Leo IX, ep. *«In terra pax hominibus»,* 2 sept. 1053, c. 11, 32; Ioannes XXII, const. *«Licet»,* 23 oct. 1327, art. 3, errorum Marsilii Patavini et Ioannis de Janduno, damn.; Clemens VI, ep. *«Super quibusdam»,* 29 sept. 1351; Paulus IV, const. *«Cum ex apostolatus»,* 15 febr. 1559, § 1; Clemens XI, const. *«Ad plurimas»,* 23 dec. 1713, § 6; const. *«Ad Apostolatus»,* 7 sept. 1714, § 3; Pius IX, litt. ap. *«Ad Apostolicae»,* 22 aug. 1851; Syllabus errorum, prop. 41; const. *«Apostolicae Sedis»,* 12 oct. 1869, § I, n. 4, § VI, n. 1; Leo XIII, const. *«Romanos Pontifices»,* 8 maii 1881; allocut. *«Mirandum sane»,* 1 iun. 1888; ep. encycl. *«Satis cognitum»,* 29 iun. 1896. -- Vide etiam Can. 228, § 2.

ODSJEK I.

Sudovi općenito

NASLOV I.

NADLEŽNI SUD

Kan. 1556. - Prvosvećeniku nema nitko prava suditi.

Kan. 1557. - § 1. A Rimskom Prvosvećeniku pripada isključivo pravo suditi:

1.° Onima koji imaju u državama vrhovnu vladarsku vlast, te njihovim sinovima i kćerima, te onima, kojima pripada pravo neposrednog vladarskog nasljedstva;

2.° Ocima Stožernicima;

3.° Poslanicima Apostolske Stolice, te u kaznenim predmetima Biskupima, pa i naslovnima.

1557 § 1. 3.°: C. 10, 12, C. II, q. 6; c. 5-10, C. III, q. 6; c. 7, C. VI, q. 4; c. 20, C. VII, q. 1; c. 2, X, *de translatione episcopi,* I, 7; c. 16, *de haereticis,* V, 2, in VI°; c. 5, *de privilegiis,* V, 7, in VI°; c. 3, *de haereticis,* V, 3, in Extravag. com.; Conc. Trident., sess. XIII, *de ref.,* c. 8; sess. XXIV, *de ref.,* c. 5; S. Leo IX, ep. *«Cum ex venerabilium»,* 17 dec. 1053, § 4; Eugenius IV, ep. *«Non mediocri»,* a. 1439, § 14; Paulus IV, motu propr. *«Cum saepius»,* 9 ian. 1556; Benedictus XIV, ep. *«In postremo»,* 20 oct. 1756, § 18; Leo XIII, litt. encycl. *«Sapientiae»,* 10 ian. 1890; S. C. Ep. et Reg., *Larinen.,* 30 maii 1586; *Monopolitana,* 16 oct. 1627; S. C. C., *Oxomen.,* 7 ian. 1623; *Viennen.,* 16 mart. 1647; Pontificale Rom., tit. *Ordo suspensionis, rcconciliationis, depositionis, dispensationis, degradationis, et restitutionis sacrorum ordinum.*

§ 2. Tribunalibus vero Sedis Apostolicae reservatur iudicare:

1.° Episcopos residentiales in contentiosis, salvo praescripto Can. 1572, § 2;

2.° Dioeceses aliasve personas morales ecclesiasticas quae Superiorem infra Romanum Pontificem non habent, uti religiones exemptas, Congregationes monasticas, etc.

§ 3. Alias causas quas Romanus Pontifex ad suum advocaverit iudicium, videt iudex quem ipsemet Romamus Pontifex designaverit.

Can. 1558. - In causis de quibus in Can. 1556, 1557, aliorum iudicum incompetentia est *absoluta.*

Can. 1559. - § 1. Nemo in prima instantia conveniri potest, nisi coram iudice ecclesiastico qui competens sit ob unum ex titulis qui in Can. 1560-1568 determinantur.

§ 2. Incompetentia iudicis cui nullus ex his titulis suffragatur, dicitur *relativa.*

§ 3. Actor sequitur forum rei; quod si reus multiplex forum habeat, optio fori actori conceditur.

Can. 1560. - Forum necessarium habent:

1.° Actiones de spolio, coram Ordinario loci rei sitae;

2.° Causae respicientes beneficium, quamvis non residentiale, coram Ordinario loci beneficii;

3.° Causae quae versantur circa administrationem, coram Ordinario loci ubi administratio gesta est;

4.° Causae quae respiciunt hereditates aut legata pia, coram Ordinario loci domicilii testatoris, nisi agatur de mera exsecutione legati, quae videnda est secundum ordinarias competentiae normas.

1557 § 3: C. 7, C. VI, q. 4; Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.*, c. 20; Benedictus XIV, const. *«Quamvis iusto»*, 30 apr. 1749.

1558: C. 16, X, *de maioritate et obedientia*, I, 33; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 17.

§ 2. A sudištima je Apostolske Stolice pridržano suditi:

1.° Sjedišnim Biskupima u parničnim sudovima, uz obdržavanje propisa kan. 1572, § 2;

2.° Biskupijama i drugima crkvenim skupnim osobama, koje nemaju Poglavara niže Rimskog Prvosvećenika, kao što su izuzete redovničke družbe, monaški Zborovi, itd.

§ 3. U drugim sporovima, koje je Rimski Prvosvećenik povukao pred svoj sud, sudi sudac, kojega odredi sam Rimski Prvosvećenik.

Kan. 1558. - U sporovima spomenutima u kan. 1556, 1557, nenadležnost je drugih sudaca *bezuvjetna.*

Kan. 1559. - § 1. U prvoj se molbi može protiv nekoga podići tužba samo pred crkvenim sucem, koji je nadležan po jednomu od naslova, koji su označeni u kan. 1560-1568.

§ 2. Nenadležnost se suca, za kojega ne postoji nijedan od ovih naslova, naziva *odnosnom*.

§ 3. Tužitelj slijedi podsudnost tuženoga; a ako tuženi ima višestruku podsudnost, prepušten je izbor suda tužitelju.

Kan. 1560. - Nužnu podsudnost imaju:

1.° Tužbe na povratu posjeda, pred Ordinarijem onoga mjesta, na kojemu se stvar nalazi;

2.° Sporovi, koji se odnose na nadarbinu, iako je nesjedišna, pred Ordinarijem nadarbinskog mjesta;

3.° Sporovi, koji se tiču upravljanja imovinom, pred mjesnim Ordinarijem, gdje je izvršivano upravljanje;

4.° Sporovi, koji se odnose na nasljedstva ili pobožne zapise, pred mjesnim Ordinarijem oporučiteljeva prebivališta, osim ako se radi samo o provedbi zapisa, o kojoj se ima suditi prema redovnim odredbama o nadležnosti.

1559 § 1: C. 3, C. III, q. 6; c. 4, X, *de foro competenti*, II, 2; Conc. Trident., sess. VII, *de ref.*, c. 14; sess. XIV, *de ref.*, c. 5, 8; sess. XXIV, *de ref.*, c. 20; Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. *«Regimini universalis»*, 4 maii 1515, § 8.

1559 § 3: C. 16, C. III, q. 6; c. 15, 16, 45, C. XI, q. 1; c. 4-8, X, *de foro competenti*, II, 2.

1560 4.°: Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.*, c. 20.

Can. 1561. - § 1. Ratione domicilii vel quasi-domicilii quilibet conveniri potest coram Ordinario loci.

§ 2. Ordinarius autem domicilii vel quasi-domicilii iurisdictionem in subditum, quamvis absentem, habet.

Can. 1562. - § 1. Qui peregrinus est in Urbe, licet per breve tempus, potest in ipsa tanquam in proprio domicilio citari; sed ius habet revocandi domum, idest petendi ut ad proprium Ordinarium remittatur.

§ 2. Qui in Urbe ab anno commoratur, ius habet declinandi forum Ordinarii et instandi ut coram Urbis tribunalibus citetur.

Can. 1563. - Vagus proprium forum habet in loco yui actu commoratur; religiosus in loco domus suae.

Can. 1564. - Ratione rei sitae pars conveniri potest coram Ordinario loci, ubi res litigiosa sita est, quoties actio in rem directa sit.

Can. 1565. - § 1. Ratione contractus pars conveniri potest coram Ordinario loci in quo contractus initus est vel adimpleri debet.

§ 2. In actu autem contractus permittitur contrahentibus, obligationis declarandae, urgendae vel implendae gratia, locum eligere, in quo etiam absentes citari et conveniri possint.

Can. 1566. - § 1. Ratione delicti reus forum sortitur in loco patrati delicti.

§ 2. Licet post delictum reus e loco discesserit, iudex loci ius habet illum citandi ad comparendum, et sententiam in eum ferendi.

1561 § 1: C. 14, C. III, q. 6; c. 1, C. IX, q. 2; c. 1, 17, 19, 20, X, *de foro competenti,* II, 2; c. 3, X, *de parochiis et alienis parochianis,* III, 29; c. 11, *de rescriptis,* I, 3, in VI°; Conc. Trident., sess. VII, *de ref.,* c. 14; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»,* 30 mart. 1742, § 41; S. C. Ep. et Reg., *Lycien.,* 13 aug. 1613.

1561 § 2: C. 3, X, *de dolo et contumacia,* II, 14.

1562 § 1: C. 20, X, *de foro competenti,* II, 2.

1563: C. 1, *de privilegiis,* V, 7, in VI°; Conc. Trident., sess. VII, *de ref.,* c. 14.

1564: C. 3, 20, X, de foro competenti, II, 2; c. 1, de privilegiis, V, 7, in VI°; Conc. Trident., sess. VII, de ref., c. 14.

Kan. 1561. - § 1. Protiv svakoga se može podići tužba pred mjesnim Ordinarijem na temelju prebivališta ili doprebivališta.

§ 2. A Ordinarij prebivališta ili doprebivališta ima nad svojim potčinjenim sudačku vlast, iako je on otsutan.

Kan. 1562. - § 1. Tko boravi u Gradu kao stranac, ma i za kratko vrijeme, može ondje biti pozivan kao da je u vlastitom prebivalištu, ali ima pravo povrate na svoju kuću, to jest moliti, da bude otpućen vlastitom Ordinariju.

§ 2. Tko boravi u Gradu godinu dana ima pravo odbiti podsudnost Ordinarija i zahtijevati, da bude pozvan pred Gradska sudišta.

Kan. 1563. - Beskućnik ima podsudnost u mjestu, gdje zaista boravi; redovnik u mjestu gdje se nalazi njegova redovnička kuća.

Kan. 1564. - Na temelju smještaja stvari može se protiv stranke podići tužba pred mjesnim Ordinarijem, gdje se sporna stvar nalazi, kadgod se radi o stvarnoj tužbi.

Kan. 1565. - § 1. Na temelju ugovora može se protiv stranke podići tužba pred mjesnim Ordinarijem, gdje je sklopljen ugovor ili gdje se on mora izvršiti.

§ 2. Dopušteno je ugovornicima, da pri samom sklapanju ugovora izaberu mjesto, gdje se mora obveza ustanoviti, tražiti ili izvršiti, pa se onda u tom mjestu mogu i kada su otsutni pred sud pozvati i utužiti.

Kan. 1566. - § 1. Na temelju krivičnog djela krivac zadobiva podsudnost u mjestu izvršenog krivičnog djela.

§ 2. Iako je krivac poslije krivičnog djela otišao iz mjesta, mjesni sudac ima pravo pozvati ga pred sud i protiv njega izreći presudu.

1565 § 1: C. 17, 20, X, *de foro competenti,* II, 2; c. 1, *de foro competenti,* II, 2, in VI°; c. 1, *de privilegiis,* V, 7, in VI°; Conc. Trident., sess. VII, *de ref.,* c. 14; S. C. C., *Milevitana,* 19 aug. 1899.

1565 § 2: C. 17, X, *de foro competenti,* II, 2; Reg. 85, R. J., in VI°.

1566 § 1: C. 19, C. II, q. 1; C. 1, 2, 7, 18, C. III, q. 6; c. 7, C. III, q. 9; c. 4, 5, C. VI, q. 3; c. 13, 14, 20, X, *de foro competenti,* II, 2; c. 1, X, *de raptoribus, incendiariis et violatoribus ecclesiarum,* V, 17; Conc. Trident., sess. VI, *de ref.,* c. 3; sess. VII, *de ref.,* c. 14; sess. XIV, *de ref.,* c. 5; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»,* 30 mart. 1742, § 42; S. C. Ep. et Reg., *Assisien.,* 4 apr. 1617; S. C. C., *Firmana,* 13 apr., 3 aug. 1720. -- Vide etiam Can. 616, § 2.

Can. 1567. - Ratione connexionis seu continentiae ab uno eodemque iudice cognoscendae sunt causae inter se connexae, nisi legis praescriptum obstet.

Can. 1568. - Ratione praeventionis, cum duo vel plures iudices aeque competentes sunt, ei ius est causam cognoscendi qui prius citatione reum legitime convenit.

1567: C. 21, X, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 29; C. 9, X, *de in integrum restitutione,* I, 41; c. 21, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 3, X, *de ordine cognitionum,* II, 10; c. 1, X, *de causa possessionis et proprietatis,* II, 12; c. 1, X, *de sequestratione possessionum et fructuum,* II, 17; c. 38, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 5, 7, 9, X, *qui filii sint legitimi,* IV, 17; c. 3, 5, 7, X, *de donationibus inter virum et uxorem et de dote*

Kan. 1567. - Na temelju sveze ili sklopa moraju se po jednom te istom sucu presuditi sporovi, koji su povezani među sobom, ako nema protivnoga zakonskoga propisa.

Kan. 1568. - Na temelju pretjecanja ima onda, kada su dva ili više sudaca jednako nadležni, onaj pravo presuditi spor, koji je najprije putem poziva tuženika stavio pod suđenje.

post divortium restituenda, IV, 20; c. 3, *de foro competenti,* II, 2, in VI°; Reg. 41, 54, R. J., in VI°.

1568: C. 19, X, *de foro competenti,* II, 2; c. 8, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 14, in VI°; S. C. Ep. et Reg., *Messanen.,* 5 dec. 1600; S. C. C., *Milevitana,* 19 aug. 1899.

TITULUS II.

DE VARIIS TRIBUNALIUM GRADIBUS ET SPECIEBUS.

Can. 1569. - § 1. Ob primatum Romani Pontificis integrum est cuiulibet fideli in toto orbe catholico causam suam sive contentiosam sive criminalem, in quovis iudicii gradu et in quovis litis statu, cognoscendam ad Sanctam Sedem deferre vel apud eandem introducere.

§ 2. Recursus tamen ad Sedem Apostolicam interpositus non suspendit, excluso casu appellationis, exercitium iurisdictionis in iudice qui causam iam cognoscere coepit; quique idcirco poterit iudicium prosequi usque ad definitivam sententiam, nisi constiterit Sedem Apostolicam causam ad se advocasse.

Can. 1570. - § 1. Exceptis causis Sedi Apostolicae reservatis aut ad eandem advocatis, ceterae omnes cognoscuntur a diversis tribunalibus, de quibus in Can. 1572 seqq.

§ 2. Quodlibet tamen tribunal, quod attinet ad partium et testium examen aut citationem, documentorum vel rei controversae inspectionem, decretorum intimationem aliaque huiusmodi, ius habet in auxilium vocandi aliud tribunal, quod normas pro singulis actibus iure praescriptas servare debet.

Can. 1571. - Qui causam vidit in uno iudicii gradu, nequit eandem causam in alio iudicare.

1569 § 1: C. 4-8, 10, 12, 15-17, 36, C. II, q. 6; c. 5, 6, 14, C. III, q. 6; c. 11, 16-19, C. IX, q. 3; c. 27, X, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 29; c. 20, X, *de foro competenti,* II, 2; c. 2, 3, X, *de libelli oblatione,* II, 3; c. 1, X, *de dilationibus,* II, 8; c. 8, 10, 11, X, *de exceptionibus,* II, 25; c. 4, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27; c. 15, 47, 53, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28, c. 3, *de privilegiis,* V, 7, in Extravag. com.; Conc. Vatican., sess. IV, c. III, *de vi et ratione primatus Romani Pontificis*; Nicolaus I, ep. *«Proposueramus quidem»,* a. 865; Professio fidei (in Conc. Lugdunen. II) a Michaele Palaeologo Gregorio X oblata, a. 1274; Pius VI, const. *«Super soliditate»,* 28 nov. 1786, § 4; Pius IX, ep. *«Non sine gravissimo»,* 24 febr. 1870; Leo XIII, const. *«Romanos Pontifices»,* 8 maii 1881; litt. encycl. *«Trans Oceanum»,* 18 apr. 1897, n. XIV, 1°.

NASLOV II.

RAZNI STUPNJI I VRSTE SUDIŠTA

Kan. 1569. - § 1. Zbog prvenstva Rimskog Prvosvećenika slobodno stoji svakom vjerniku u cijelom kršćanskom svijetu iznijeti svoj spor bio on parnični ili kazneni, na sudovanje Svetoj Stolici odnosno pred njom ga pokrenuti.

§ 2. No iznošenje spora pred Apostolsku Stolicu ne obustavlja, osim u slučaju priziva, izvršivanje vlasti od strane onoga suca, koji je sudovanje već započeo; i zato će on moći sudovanje nastaviti sve do konačne presude, osim kada se dokaže, da je Apostolska Stolica uzela spor na suđenju sebi.

Kan. 1570. - § 1. Izuzev sporove, koji su Apostolskoj Stolici pridržani ili od nje na suđenje preuzeti, sve druge presuđuju razna ona sudišta spomenuta u kan. 1572 sl.

§ 2. Ipak ima svako sudište pravo, što se tiče ispita ili poziva za stranke i svjedoke, uvida u dokaznice ili prijeporni predmet, uručenja odluka i sličnih stvari, zatražiti pomoć od drugoga sudišta, koje onda mora za svaki pojedini takav čin obdržavati odnosne zakonske odredbe.

Kan. 1571. - Tko je presudio spor u jednom sudbenom stupnju, ne može suditi u istom sporu u drugom.

1569 § 2: C. 11-13, 16, C. II, q. 6; c. 56, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 1, X, *de confirmatione utili vel inutili,* II, 30.

1570 § 1: Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.,* c. 20; Pius X, const. *«Sapienti consilio»,* 29 iun. 1908, § II, n. 2°; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 15.

1570 § 2: C. 8, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 3, X, *de fideiussoribus,* III, 22; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. III, n. 15; S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 19; S. C. C., instr. 22 aug. 1840; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XIX; instr. a. 1883, n. 15; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 14, n. 4, 5, § 106, n. 3, § 110, 143; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 16.

1571: C. 35, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28.

CAPUT I.

DE TRIBUNALI ORDINARIO PRIMAE INSTANTIAE.

ART. I.

DE IUDICE.

Can. 1572. - § 1. In unaquaque dioecesi et pro omnibus causis a iure expresse non exceptis, iudex primae instantiae est loci Ordinarius, qui iudiciariam potestatem exercere potest ipse per se, vel per alios, secundum tamen canones qui sequuntur.

§ 2. Si vero agatur de iuribus aut bonis temporalibus Episcopi aut mensae vel Curiae dioecesanae, controversia dirimenda deferatur vel, Episcopo consentiente, ad dioecesanum tribunal collegiale quod constat officiali et duobus iudicibus synodalibus antiquioribus, vel ad iudicem immediate superiorem.

Can. 1573. - § 1. Quilibet Episcopus tenetur officialem eligere cum potestate ordinaria iudicandi, a Vicario Generali distinctum, nisi parvitas dioecesis aut paucitas negotiorum suadeat hoc officium ipsi Vicario Generali committi.

§ 2. Officialis unum constituit tribunal cum Episcopo loci: sed nequit iudicare causas quas Episcopus sibi reservat.

§ 3. Officiali dari possunt adiutores, quibus nomen est vice- officialium.

§ 4. Tum officialis tum vice-officiales esse debent sacerdotes, integrae famae, in iure canonico doctores vel ceteroqui periti, annos nati non minus triginta.

§ 5. Sunt amovibiles ad nutum Episcopi; vacante sede, a munere non cessant, nec a Vicario Capitulari amoveri possunt; adveniente autem novo Episcopo, indigent confirmatione.

1572 § 1: C. 1, X, *de officio iudicis ordinarii,* I, 31; c. 1, X, *de foro competenti,* II, 2; c. 7, *de officio ordinarii,* I, 16, in VI°; Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.,* c. 20; Leo X (in Conc. Lateranen. V), const. *«Regimini universalis»,* 4 maii 1515, § 8; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»,* 30 mart. 1742, § 42; const. *«Causarum»,* 16 nov. 1747; S. C. C., *Faventina,* mense oct. 1585; *Civitatis Castellanae et Hortanae,* 8 iun. 1624, ad V; *Turritana et Algaren.,* 12 et 20 febr. 1707; *Tolentinaten.,* 5 sept. 1711, ad 1.

1573 § 1: C. 2, *de officio vicarii,* I, 13, in VI°.

GLAVA I.

REDOVITO SUDIŠTE PRVE MOLBE

ČLANAK I.

SUDAC

Kan. 1572. - § 1. U svakoj je biskupiji i za sve sporove, koje zakon izrijekom ne izuzimlje, sudac prve molbe mjesni Ordinarij, koji može izvršivati sudačku vlast sam osobno, ili po drugima, no samo u skladu s kanonima, koji slijede.

§ 2. Ali kada se radi o imovinskim pravima ili dobrima Biskupa, biskupskog stola ili biskupijske Kurije, prijepor se mora na suđenje predati ili ako na to Biskup pristane, biskupijskom zbornom sudištu sastavljenom od predsjednika i dvojice najstarijih sinodskih sudaca, ili neposredno višemu sucu.

Kan. 1573. - § 1. Svaki Biskup mora izabrati predsjednika suda s redovnom sudskom vlašću, koji ne treba da je ujedno i Glavni Namjesnik, osim kada je zbog toga, što je biskupija malena ili poslovi neznatni, priličnije, da se ova služba povjeri samom Glavnom Namjesniku.

§ 2. Predsjednik (oficijal) sačinjava s mjesnim Biskupom jedno te isto sudište; no on ne može presuditi sporove, koje je Biskup pridržao sebi.

§ 3. Predsjedniku mogu biti pridijeljeni pomoćnici, koji se zovu podpredsjednici.

§ 4. I predsjednik i podpredsjednici moraju biti svećenici, neporočna glasa, doktori kanonskog prava ili mu inače vješti, najmanje trideset godina stari.

§ 5. Biskup ih može bez daljnjega smijeniti; ako se stolica uprazni, ostaju u službi, i ne može ih smijeniti Kaptolski Namjesnik; no kada dođe novi Biskup, treba im njegova potvrda.

1573 § 2: C. 2, *de consuetudine,* I, 4, in VI°; c. 2, *de officio vicarii,* I, 13, in VI°; c. 4, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 14, in VI°; c. 3, *de appellationibus,* II, 15, in VI°; Conc. Trident., sess. XXII, *de ref.,* c. 7; S. C. Ep. et Reg., *Aquinaten. et Pontis Curvi,* 3 sept. 1788.

1573 § 4: C. 1, X, *de consanguinitate et affinitate,* IV, 14.

1573 § 5: C. 1, X, *de regulis iuris,* V, 41.

§ 6. Qui Vicarius Generalis est idemque officialis, sede vacante, cessat quidem a Vicarii, non autem ab officialis munere.

§ 7. Si officialis eligatur in Vicarium Capitularem, ipse novum nominat officialem.

Can. 1574. - § 1. In qualibet dioecesi presbyteri probatae vitae et in iure canonico periti, etsi extradioecesani, non plures quam duodecim eligantur ut potestate ab Episcopo delegata in litibus iudicandis partem habeant; quibus nomen esto *iudicum synodalium* aut *pro-synodalium,* si extra Synodum constituuntur.

§ 2. Quod ad eorum electionem, substitutionem, cessationem aut remotionem a munere attinet, serventur praescripta Can. 385-388.

§ 3. Nomine iudicum synodalium in iure veniunt quoque iudices prosynodales.

Can. 1575. - Unicus iudex in quolibet iudicio duos assessores consulentes sibi adsciscere potest; quos tamen ex iudicibus synodalibus eligere debet.

Can. 1576. - § 1. Reprobata contraria consuetudine et revocato quolibet contrario privilegio:

1.° Causae contentiosae de vinculo sacrae ordinationis, et matrimonii, vel de iuribus aut bonis temporalibus cathedralis ecclesiae; itemque criminales in quibus res est de privatione beneficii inamovibilis aut de irroganda vel declaranda excommunicatione, tribunali collegiali trium iudicum reservantur;

2°. Causae vero quibus agitur de delictis quae depositionis, privationis perpetuae habitus ecclesiastici, vel degradationis poenam important, reservantur tribunali quinque iudicum.

§ 2. Loci Ordinarius tribunali collegiali trium vel quinque iudicum cognitionem committere potest etiam aliarum causarum, idque praesertim faciat quando de causis agitur quae, attentis temporis, loci et personarum adiunctis et materia iudicii difficiliores et maioris momenti videantur.

1574 § 1: Conc. Trident., sess. XXV, *de ref.,* c. 10; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Quamvis Paternae»,* 26 aug. 1741, § 2, 3, 5; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XII.

§ 6. Tko je Glavni Namjesnik, a ujedno i predsjednik, prestaje mu doduše, kada se stolica uprazni, služba Namjesnička, ali ne i predsjednička.

§ 7. Ako predsjednik bude izabran za Kaptolskog Namjesnika, on imenuje novoga predsjednika.

Kan. 1574. - § 1. U svakoj se biskupiji moraju izabrati svećenici, neporočna života i vješti kanonskom pravu, ma pripadali i drugoj biskupiji, najviše dvanaest, da vlašću prenesnom od Biskupa sudjeluju u sudovanju; treba da se nazivaju *suci sinodski* odnosno *prosinodski,* ako su postavljeni izvan sinode.

§ 2. Što se tiče toga, kako se oni izabiru, popunjuju, kako im služba prestaje i kako se smjenjivaju, imaju se obdržavati propisi kan. 385-388.

§ 3. Pod imenom sinodskih sudaca razumijevaju se u pravu i suci prosinodski.

Kan. 1575. - Inokosni sudac može sebi za svako sudovanje uzeti dva prisjednika savjetnika: no ove mora izabrati između sinodskih sudaca.

Kan. 1576. - § 1. Time da je protivni običaj zabranjen i svaka protivna povlastica opozvana:

1.° Zbornom sudištu triju sudaca pridržani su parnični sporovi o vezi svetoga ređenja, te ženidbe, ili o imovinskim pravima odnosno dobrima stolne crkve; isto tako kazneni, u kojima se radi o oduzeću nestalnosne nadarbine ili se ima udariti odnosno izjaviti izopćenje.

2.° Sudištu petorice sudaca pridržani su sporovi, u kojima se radi o krivičnim djelima, što povlače sobom kazan svrgnuća, trajnog oduzeća crkvene nošnje, ili lišenja duhovništva.

§ 2. Mjesni Ordinarij može povjeriti zbornom sudištu trojice ili petorice sudaca na suđenje također i druge sporove, a to treba da učini osobito onda, kada se radi o sporovima, kod kojih bi se vidilo, da su zamršeniji i teži s obzirom na vremenske, mjesne i osobne prilike i na predmet spora.

1574 § 2: Conc. Trident., sess. XXV, *de ref.,* c. 10; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Quamvis Paterna»,* 6 aug. 1741, § 2, 3, 5.

1575: C. 11, *de rescriptis,* I, 3, in VI°; c. 20, *de haereticis,* V, 2, in VI°.

§ 3. Duos vel quatuor iudices qui una cum praeside tribunal collegiale constituunt, inter iudices synodales Ordinarius, nisi pro sua prudentia aliter opportunum existimaverit, eligat per turnum.

Can. 1577. - § 1. Tribunal collegiale collegialiter procedere debet, et ad maiorem suffragiorum partem sententias ferre.

§ 2. Eidem praeest officialis vel vice-officialis, cuius est processum dirigere, et decernere quae pro iustitiae administratione in causa quae agitur necessaria sunt.

Can. 1578. - Exceptis causis de quibus in Can. 1572, § 2, Episcopus semper potest tribunali ipse per se praeesse; sed valde expedit ut causas, praesertim criminales et contentiosas gravis momenti, iudicandas relinquat tribunali ordinario, cui praesit officialis vel vice-officialis.

Can. 1579. - § 1. Si controversia sit inter religiosos exemptos eiusdem religionis clericalis, iudex primae instantiae, nisi aliud in constitutionibus caveatur, est Superior provincialis, aut, si monasterium sit sui iuris, Abbas localis.

§ 2. Salvo diverso constitutionum praescripto, si res contentiosa agatur inter duas provincias, in prima instantia iudicabit ipse per se vel per delegatum supremus religionis Moderator; si inter duo monasteria, supremus Moderator Congregationis monasticae.

§ 3. Si demum controversia enascatur inter religiosas personas physicas vel morales diversae religionis, aut etiam inter religiosos eiusdem religionis non exemptae vel laicalis, aut inter religiosum et clericum saecularem vel laicum, iudex primae instantiae est Ordinarius loci.

ART. II.

DE AUDITORIBUS ET RELATORIBUS.

Can. 1580. - § 1. Potest Ordinarius unum aut plures auditores, seu actorum instructores, sive stabiliter sive pro certa aliqua causa constituere.

1577 § 1: C. 13, X, *de rescriptis,* I, 3; c. 21, 22, 34, 42, X, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 29; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 31, § 3; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribual, 4 aug. 1910, § 176.

§ 3. Ordinarij neka dvojicu odnosno četvoricu sudaca, koji zajedno s predsjednikom sačinjavaju zborno sudište, izabere, ako ne bi po svojoj razboritosti drukčije odlučio, između sinodskih sudaca, i to naizmjence.

Kan. 1577. - § 1. Zborno sudište mora postupati u vijeću, te presude izricati većinom glasova.

§ 2. Njemu predsjeda predsjednik ili podpredsjednik, na njega spada ravnati postupkom, te donositi odluke, koje su potrebite, da se u sporu koji se vodi izvrši pravda.

Kan. 1578. - Izuzev sporove spomenute u kan. 1572, § 2, može Biskup uvijek sudištu predsjedavati sâm osobno; no mnogo je zgodnije, da suđenje osobito u sporovima kaznenim i parničnim većega zamašaja, prepusti redovnom sudištu, kojemu treba da predsjeda predsjednik ili podpredsjednik.

Kan. 1579. - § 1. Ako se spor vodi između izuzetih redovnika iste duhovničke družbe, sudac je prve molbe, ako nije drukčije predviđeno u ustanovama, pokrajinski Poglavar, odnosno, ako se radi o samosvojnom samostanu, mjesni Opat.

§ 2. Ako se parnični predmet vodi između dviju pokrajina, sudit će se, u prvoj molbi osobno sam ili po opunomoćeniku vrhovni Starješina družbe; ako se vodi između dva samostana, vrhovni Starješina monaškog Zbora; no time se ne dokida protivna odredba u ustanovama.

§ 3. Konačno ako spor nastane između pojedinačkih ili skupnih osoba različite redovničke družbe, ili između redovnika iste neizuzete odnosno svjetovnjačke redovničke družbe, ili između redovnika i svjetovnog duhovnika odnosno svjetovnjaka, sudac je prve molbe mjesni Ordinarij.

ČLANAK II.

IZVIDNICI I IZVJESTITELJI

Kan. 1580. - § 1. Ordinarij može bilo stalno bilo za koju određenu parnicu postaviti jednoga ili više izvidnika ili pripremnika spisa.

1579 § 3: Benedictus XIV, const. «*Ad militantis*», 30 mart. 1742, § 42.

§ 2. Iudex auditorem eligere potest tantummodo pro causa quam cognoscit, nisi Ordinarius iam providerit.

Can. 1581. - Auditores pro tribunali dioecesano, quantum fieri potest, deligantur ex iudicibus synodalibus; pro tribunali vero religiosorum deligendi semper sunt ex alumnis eiusdem religionis ad normam constitutionum.

Can. 1582. - Eorum est testes citare et audire, aliaque acta iudicialia instruere secundum tenorem mandati, non autem sententiam definitivam ferre.

Can. 1583. - Auditor in quovis litis momento ab officio removeri potest ab eo qui eundem elegit, iusta tamen de causa, et citra partium praeiudicium.

Can. 1584. - Tribunalis collegialis praeses debet unum de iudicibus collegii ponentem seu relatorem designare qui in coetu iudicium de causa referat et sententias in scriptis redigat; et ipsi idem praeses potest alium ex iusta causa substituere.

ART. III.

DE NOTARIO, PROMOTORE IUSTITIAE, VINCULI DEFENSORE.

Can. 1585. - § 1. Cuilibet processui interesse oportet notarium, qui actuarii officio fungatur; adeo ut nulla habeantur acta, si actuarii manu non fuerint exarata, vel saltem ab eo subscripta.

§ 2. Quare iudex, antequam causam cognoscere incipiat, in actuarium assumere debet unum e notariis legitime constitutis, nisi ipse Ordinarius aliquem pro ea causa iam designaverit.

1581: C. 2, X, *de iudiciis,* II, 1; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XII.

1582: C. 27, X, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 29; S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 12, 29; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XII, XXIX.

1584: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 21, 32, § 1, 2; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 1, 9, n. 1, § 179, n. 1, 4.

§ 2. Sudac može imenovati izvidnika samo za parnicu, u kojoj sudi, ako to već nije učinio Ordinarij.

Kan. 1581. - Izvidnici se kod biskupijskog sudišta moraju, po mogućnosti, uzeti između sinodskih sudaca; a kod redovničkog sudišta moraju se uvijek izabrati između pripadnika iste redovničke družbe u skladu s odredbom ustanova.

Kan. 1582. - Na njih spada pozivati i preslušati svjedoke, te pripremiti duge sudske čine u skladu s primljenim nalogom, ne pako izricati konačnu presudu.

Kan. 1583. - Izvidnika može onaj, koji ga je imenovao, smijeniti u svakom vremenu parnice, no samo iz pravednog razloga, te bez uštrba za stranke.

Kan. 1584. - Predsjednik zbornoga sudišta mora jednoga od sudaca u vijeću odrediti za izlagatelja ili izvjestitelja, koji će u sudačkom vijeću o sporu izvješćivati i presude pismeno izrađivati; a predsjednik ga može iz pravednog razloga, zamijeniti s drugim.

ČLANAK III.

BILJEŽNIK, PROMICATELJ PRAVDE, BRANITELJ VEZE

Kan. 1585. - § 1. Kod svakoga postupka mora biti prisutan bilježnik, koji ima izvršivati službu zapisničara; i to tako, da se sudski spisi moraju smatrati ništavima, ako nisu sačinjeni rukom zapisničara, ili barem od njega potpisani.

§ 2. Zato mora sudac, prije no što započne suđenjem spora, uzeti kao zapisničara jednoga između zakonito postavljenih bilježnika, ako već nije Ordinarij nekoga za tu parnicu odredio.

1585 § 1: C. 11, X, *de probationibus,* II, 19; c. 2, X, *de fide instrumentorum,* II, 22; c. 13, X, *de praescriptionibus,* II, 26; c. 11, *de rescriptis,* I, 3, in VI°; c. 11, *de haereticis,* V, 2, in VI°; S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 12, 34, 35; S. C. C., instr. 22 aug. 1840; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XII, XXXIV, XXXV; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 5, § 1, Can. 36, § 1; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 114, n. 7, § 144; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 14, 17, 25, 36.

Can. 1586. - Constituatur in dioecesi *promotor iustitiae* et *defensor vinculi,* ille pro causis, tum contentiosis in quibus bonum publicum, Ordinarii iudicio, in discrimen vocari potest, tum criminalibus; iste pro causis, in quibus agitur de vinculo sacrae ordinationis aut matrimonii.

Can. 1587. - § 1. In causis in quibus eorum praesentia requiritur, promotore iustitiae aut vinculi defensore non citato, acta irrita sunt, nisi ipsi, etsi non citati, revera interfuerint.

§ 2. Si legitime citati aliquibus actibus non interfuerint, acta quidem valent, verum postea eorum examini subiicienda omnino sunt ut ea omnia sive voce sive scriptis possint animadvertere et proponere quae necessaria aut opportuna iudicaverint.

Can. 1588. - § 1. Eadem persona officium promotoris iustitiae et defensoris vinculi gerere potest, nisi multiplicitas negotiorum et causarum id prohibeat.

§ 2. Promotor et defensor constitui possunt tum ad universitatem causarum tum pro singulis causis.

Can. 1589. - § 1. Ordinarii est promotorem iustitiae et vinculi defensorem eligere, qui sint sacerdotes integrae famae, in iure canonico doctores vel ceteroqui periti, ac prudentiae et iustitiae zelo probati.

§ 2. In tribunali religiosorum promotor iustitiae sit praeterea eiusdem religionis alumnus.

Can. 1590. - § 1. Promotor iustitiae et vinculi defensor electi ad universitatem causarum a munere non cessant, sede episcopali vacante, nec a Vicario Capitulari possunt removeri; adveniente autem novo Praelato, indigent confirmatione.

§ 2. Iusta tamen intercedente causa, Episcopus eos removere potest.

1586: Benedictus XIV, const. *«Dei miseratione»,* 3 nov. 1741, § 5, 10; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. II, n. 7; S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 13; S. C. C., instr. 22 aug. 1840; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XIII; instr. a. 1883, n. 7; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 4, § 1; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 102, n. 3, § 108, 113.

1587 § 1: Benedictus XIV, const. *«Dei miseratione»,* 1 nov. 1741, § 6, 7, 10; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. II, n. 10; S. C. C., instr. 22 aug. 1840; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 10.

Kan. 1586. - U biskupiji mora se postaviti *promicatelj pravde* i *branitelj veze*: onaj za sporove, kako za parnične, u kojima bi opće dobro, po sudu Ordinarija, moglo stradati, tako i za kaznene; ovaj za parnice, u kojima se radi o vezi svetoga ređenja ili ženidbe.

Kan. 1587. - § 1. Ako promicatelj pravde odnosno branitelj veze nije bio pozivan u parnicama, u kojima se traži njihova prisutnost, sudski su spisi ništavi, osim kada su oni, iako nisu bili pozvani, zaista prisustvovali.

§ 2. Ako propisno pozvani ipak ne prisustvuju nekim sudskim spisima, spisi su valjani, ali se bezuvjetno moraju poslije dati njima na ispitivanje, da mogu staviti bilo usmeno bilo pismeno sve one primjedbe i prijedloge, koje budu smatrali potrebnima ili primjerenima.

Kan. 1588. - § 1. Službu promicatelja pravde i branitelja veze može obavljati jedna te ista osoba, ako to ne priječi mnogostrukost poslova i parnica.

§ 2. Promicatelj i branitelj mogu biti postavljeni i općenito za sve parnice, a i za pojedine parnice.

Kan. 1589. - § 1. Na Ordinarija spada izabrati promicatelja pravde i branitelja veze, koji moraju biti svećenici neporočni, doktori kanonskog prava ili mu inače vješti, te kao razboriti i pravdoljubivi uvažavani.

§ 2. Kod redovničkog sudišta mora promicatelj pravde biti povrh toga pripadnik iste redovničke družbe.

Kan. 1590. - § 1. Kada se uprazni biskupska stolica, promicatelju pravde i branitelju veze, ako su izabrani općenito za sve slučajeve, ne prestaje služba, niti ih Kaptolski Namjesnik može smijeniti; no kada dođe novi Prelat, treba im njegova potvrda.

§ 2. Ipak ih može, kada za to postoji pravedan razlog, smijeniti Biskup.

1587 § 2: Benedictus XIV, const. *«Dei miseratione»,* 3 nov. 1741, § 6, 10; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. II, n. 10, 11; S. C. C., instr. 22 aug. 1840; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 10, 11; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 73, n. 1, § 108, 114, n. 12.

1589 § 1: Benedictus XIV, const. *«Dei miseratione»,* 3 nov. 1741, § 5, 10; S. C. C., *Hispalen.,* mense sept. 1589, ad 1; *Calaguritana,* 9 maii 1626; *Placentina,* 5 dec. 1648; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 4, § 2.

ART. IV.

DE CURSORIBUS ET APPARITORIBUS.

Can. 1591. - § 1. Ad acta iudicialia intimanda, nisi alia sit probata tribunalis consuetudo, constituantur cursores sive pro omnibus causis sive pro causa peculiari; item apparitores ad sententias ac decreta iudicis, eo committente, exsecutioni mandanda.

§ 2. Eadem persona utroque officio defungi potest.

Can. 1592. - Laici ipsi sint, nisi prudentia in aliqua causa suadeat ut ecclesiastici ad id muneris assumantur; quod vero ad eorum nominationem, suspensionem et revocationem attinet, eaedem serventur regulae quae pro notariis Can. 373 statutae sunt.

Can. 1593. - Acta quae hi confecerint, publicam fidem faciunt.

CAPUT II.

DE TRIBUNALI ORDINARIO SECUNDAE INSTANTIAE.

Can. 1594. - § 1. A tribunali Episcopi Suffraganei appellatur ad Metropolitam.

§ 2. A causis in prima instantia pertractatis coram Metropolita fit appellatio ad loci Ordinarium, quem ipse Metropolita, probante Sede Apostolica, semel pro semper designaverit.

1591 § 1: C. 19, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 14; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XIV; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 6, § 1; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 24, n. 1; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 16.

1591 § 2: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 6, § 1.

1592: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 6, § 1.

ČLANAK IV.

DOSTAVLJAČI I IZVRŠITELJI

Kan. 1591. - § 1. U svrhu dostave sudskih spisa, moraju se, ako kod sudišta ne postoji drugi kakav prokušani običaj, postaviti dostavljači bilo općenito za sve parnice bilo za pojedinu parnicu; isto tako i izvršitelji u tu svrhu, da po nalogu suca provedu izvršenje njegovih presuda i odluka.

§ 2. Jedna te ista osoba može obavljati obje službe.

Kan. 1592. - Oni moraju biti svjetovnjaci, osim kada razboritost preporuča, da se za tu službu uzmu crkovnjaci; a što se tiče njihovog imenovanja, obustave i razrješenja od službe, imaju se obdržavati iste one odredbe, koje su u kan. 373 propisane za bilježnike.

Kan. 1593. - Od njih izvršeni pravni spisi vjerodostoji su.

GLAVA II.

REDOVNO SUDIŠTE DRUGE MOLBE

Kan. 1594. - § 1. Od sudišta područnoga Biskupa ide priziv na Metropolitu.

§ 2. U parnicama, koje su vođene u prvoj molbi pred Metropolitom, priziv se ulaže na onoga mjesnoga Ordinarija, kojega je odredio sam Metropolit jednom zauvijek, uz odobrenje Apostolske Stolice.

1594 § 1: C. 2, 8, C. IX, q. 3; c. 1, X, *de officio legati,* I, 30; c. 11, 12, X, *de officio iudicis ordinarii,* I, 31; c. 54, 66, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 2, *de consuetudine,* I, 4, in VI°; c. 1, *de officio ordinarii,* I, 16, in VI°; c. 3, *de appellationibus,* II, 15, in VI°; c. 7, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; Conc. Trident., sess. XIII, *de ref.,* c. 2; sess. XXII, *de ref.,* c. 7; Benedictus XIV, const. «*Ad militantis*», 30 mart. 1742, § 38, 39, 42; S. C. Ep. et Reg., *Salernitana,* 7 iun. 1580; *Juvenacen.,* 8 nov. 1588; *Capuana,* 2 ian. 1595; *Policastren.-Salernitana,* 7 aug. 1595; decr. 16 oct. 1600; *Lycien.,* 13 aug. 1613; *Poloniae,* 10 nov. 1645; instr. 11 iun. 1880, n. 42; S. C. C., *Tuamen.,* 20 iun. 1676, ad 2; *Algaren. seu Turritana,* 6 iul., 3 aug. 1709, ad 1-5; *Ostunen.,* 12 iul. 1823; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XLII; instr. a. 1883, n. 26.

§ 3. Pro causis primum agitatis coram Archiepiscopo qui caret Suffraganeis vel coram loci Ordinario immediate Sedi Apostolicae subiecto, fit appellatio ad Metropolitam, de quo in Can. 285.

§ 4. Inter religiosos exemptos, pro omnibus causis coram Superiore provinciali actis tribunal secundae instantiae est penes supremum Moderatorem; pro causis actis coram Abbate locali, penes supremum Moderatorem Congregationis monasticae; pro causis vero de quibus in Can. 1579, § 3, servetur praescriptum §§ 1, 2, 3 huius canonis.

Can. 1595. - Tribunal appellationis eodem modo quo tribunal primae instantiae constitui debet; et eaedem regulae, accommodatae ad rem, in causae discussione servandae sunt.

Can. 1596. - Si collegialiter causa in prima instantia cognita fuerit, etiam in gradu appellationis collegialiter nec a minore iudicum numero definiri debet.

CAPUT III.

DE ORDINARIIS APOSTOLICAE SEDIS TRIBUNALIBUS.

Can. 1597. - Romanus Pontifex pro toto orbe catholico ad normam Can. 1569 iudex est supremus, qui vel ipse per se ius diat, vel per tribunalia ab ipso constituta, vel per iudices a se delegatos.

ART. I.

DE SACRA ROMANA ROTA.

Can. 1598. - § 1. Tribunal ordinarium a Sancta Sede constitutum pro appellationibus recipiendis est Sacra Rota Romana, quae est tribunal collegiale constans certo Auditorum numero cui praesidet Decanus, qui primus est inter pares.

§ 2. Ii sacerdotes esse debent laurea doctorali in utroque saltem iure praediti.

1598 § 1: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 1, § 1, Can. 2, § 1.

§ 3. U parnicama koje su najprije vođene pred Nadbiskupom, što nema područnih Biskupa, odnosno pred Mjesnim Ordinarijem, koji je potčinjen neposredno Apostolskoj Stolici, ide priziv na Metropolitu spomenutog u kan. 285.

§ 4. U svima parnicama među izuzetim redovnicima, koje su provedene pred pokrajinskim Poglavarom, sudište je druge molbe kod vrhovnoga Starješine; za parnice vođene pred mjesnim Opatom, kod vrhovnoga Starješine monaškog Zbora; a za parnice spomenute u kan. 1579, § 3, mora se obdržavati propis §§ 1, 2, 3 toga kanona.

Kan. 1595. - Prizivno se sudište mora sastaviti na isti način kao i sudište prve molbe; a u parničnoj raspravi moraju se obdržavati isti propisi, prilagođeni predmetu.

Kan. 1596. - Ako je parnica u prvoj molbi bila presuđena zborno, mora se i u drugoj molbi rješavati zborno, s istim brojem sudaca.

GLAVA III.

REDOVNA SUDIŠTA APOSTOLSKE STOLICE

Kan. 1597. - Rimski je Prvosvećenik prema odredbi kan. 1569, vrhovni sudac za cijeli katolički svijet, pa on ili osobno sam kroji pravdu, ili po sudištima od njega ustanovljenim, ili po sucima, koje je sam opunomoćio.

ČLANAK I.

SVETA RIMSKA ROTA

Kan. 1598. - § 1. Redovito od Svete Stolice ustanovljeno prizivno sudište je Sveta Rimska Rota, koja je zborno sudište sastojeći se od izvjesnoga broja Prislušnika, s Dekanom kao predsjednikom, koji je prvak među jednakima.

§ 2. Oni moraju biti svećenici, koji su postigli doktorsku čast barem u obim pravima.

1598 § 2: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 1, § 2.

§ 3. Auditorum electio Romano Pontifici reservatur.

§ 4. Sacra Rota ius dicit aut per singulos turnos trium Auditorum, aut videntibus omnibus, nisi aliter pro aliqua causa Summus Pontifex constituat.

Can. 1599. - § 1. Sacra Rota iudicat:

1.° In secunda instantia causas quae a quorumvis Ordinariorum tribunalibus in primo gradu diiudicatae fuerint et ad Sanctam Sedem per appellationem legitimam deferantur;

2.° In ultima instantia causas ab ipsa Sacra Rota et ab aliis quibusvis tribunalibus in secunda vel ulteriore instantia iam cognitas, quae in rem iudicatam non transierint.

§ 2. Hoc tribunal iudicat etiam in prima instantia causas de quibus in Can. 1557, § 2 aliasve quas Romanus Pontifex sive motu proprio, sive ad instantiam partium ad suum tribunal advocaverit et Sacrae Rotae commiserit; easque, nisi aliud cautum sit in commissionis rescripto, Sacra Rota iudicat quoque in secunda et tertia instantia ope turnorum qui sibi invicem succedunt.

Can. 1600. - Causae maiores penitus excluduntur ab ambitu competentiae huius tribunalis.

Can. 1601. - Contra Ordinariorum decreta non datur appellatio seu recursus ad Sacram Rotam; sed de eiusmodi recursibus exclusive cognoscunt Sacrae Congregationes.

ART. II.

DE SIGNATURA APOSTOLICA.

Can. 1602. - Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal constat nonnullis S. R. E. Cardinalibus, quorum unus Praefecti munere fungitur.

1598 § 3: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 1, § 1.

1598 § 4: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 1, § 1.

1599 § 1. 2.°: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 14, § 2, 3.

1599 § 2: S. C. Consist., *Romana,* 29 ian. 1909; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 14, § 1.

§ 3. Izbor je izvidnika pridržan Rimskom Prvosvećeniku.

§ 4. Sveta Rota sudi ili u pojedinim izmjeničnim vijećima od tri izvidnika, ili u vijeću svih, ako Vrhovni Prvosvećenik ne odredi za neku parnicu drugačije.

Kan. 1599. - § 1. Sveta Rota sudi:

1.° U drugoj molbi parnice, koje su u prvom stupnju presuđene pred kojimgod Ordinarijskim sudištima, te su putem zakonitog prziva iznešene pred Svetu Stolicu;

2.° U posljednjoj molbi parnice, koje su od same Svete Rote i od kojih mu drago drugih sudišta već presuđene u drugoj ili daljnoj molbi, a još nisu zadobile konačne pravne moći.

§ 2. Ovo sudište sudi i u prvoj molbi parnice spomenute u kan. 1527, § 2, i druge, koje je Rimski Prvosvećenik bilo po vlastitoj pobudi, bilo po molbi stranaka preuzeo za svoje sudište, te povjerio Svetoj Roti; a ove presuđuje Sveta Rota, ako u povjerbenom otpisu nije drugačije predviđeno, i u drugoj i trećoj molbi putem izmjeničnih vijeća, koja dolaze na red susljedno.

Kan. 1600. - Parnice u velestvarima posvema su isključene iz opsega nadležnosti ovoga sudišta.

Kan. 1601. - Protiv odluka Ordinarija nema mjesta prizivu ili pritužbi na Svetu Rotu; pa takove pritužbe rješavaju isključivo Sveti Zborovi.

ČLANAK II.

APOSTOLSKA SIGNATURA

Kan. 1602. - Vrhovno Sudište Apostolske Signature sastavljeno je od nekoliko S. R. C. Stožernika, od kojih imade jedan službu Pročelnika.

1600: Pius X, const. *«Sapienti consilio»,* 29 iun. 1908, § II, n. 2°; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 15.

1601: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 16.

1602: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 35.

Can. 1603. - § 1. Apostolica Signatura videt potestate ordinaria:

1.° De violatione secreti, ac de damnis ab Auditoribus Sacrae Rotae illatis eo quod actum nullum vel iniustum posuerint;

2.° De exceptione suspicionis contra aliquem Sacrae Rotae Auditorem;

3.° De querela nullitatis contra sententiam rotalem;

4.° De expostulatione pro restitutione in integrum adversus rotalem sententiam quae in rem iudicatam transierit;

5.° De recursibus adversus sententias rotales in causis matrimonialibus quas ad novum examen Sacra Rota admittere renuit;

6.° De conflictu competentiae quem enasci contingat inter tribunalia inferiora, ad normam Can. 1612, § 2.

§ 2. Videt ex potestate delegata de petitionibus per supplices libellos ad Sanctissimum porrectis ad obtinendam causae commissionem apud Sacram Rotam.

Can. 1604. - § 1. In causa criminali, de qua in Can. 1603, § 1, n. 1, si forte locus sit iudicio appellationis, hoc obtinetur penes ipsum Supremum Tribunal.

§ 2. In casu suspicionis, Apostolica Signatura definit utrum sit locus recusationi Auditoris, necne; quo facto, iudicium ad Sacram Rotam remittit, ut, secundum suas regulas ordinarias, procedat, Auditore, contra quem exceptio mota fuit, in suo turno manente vel excluso.

§ 3. In casu querelae nullitatis aut restitutionis in integrum aut recursus de quibus in Can. 1603, § 1, nn. 3, 4, 5, de hoc tantum iudicat num sit nulla sententia rotalis, num locus sit restitutioni vel recursus sit admittendus; et nullitate declarata aut restitutione concessa vel admisso recursu, causam remittit ad Sacram Rotam, nisi Sanctissimus aliter providerit.

1603 § 1. 6.°: Benedictus XV, chirographum «*Attentis expositis*», 28 iun. 1915; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 33, § 1, Can. 37; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 1.

1603 § 2: Bencdictus XV, chirographum «*Attentis expositis*», 28 iun. 1915.

1604 § 1: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 41, § 1.

Kan. 1603. - § 1. Apostolska Signatura presuđuje redovitom vlašću:

1.° O povredi službene tajne, te o štetama pričinjenima od strane Prislušnika Svete Rote time, što su počinili čin ništav ili nepravedan;

2.° O prigovoru izuzeća zbog sumnjivosti protiv kojega Prislušnika Svete Rote;

3.° O žalbi zbog ništavosti protiv Rotine presude;

4.° O traženju potpune povrate protiv Rotine presude, koja je zadobila konačnu pravnu moć;

5.° O pritužbama protiv Rotinih presuda u ženidbenim parnicama, u kojima Sveta Rota nije dopustila obnovu postupka;

6.° O prijeporu glede nadležnosti, koji bi nastao između nižih sudišta, u skladu s odredbom kan. 1612, § 2.

§ 2. Rješava na temelju prenesene vlasti o molbama podnesenim Svetom Ocu s traženjem, da se parnica povjeri na suđenje Svetoj Roti.

Kan. 1604. - § 1. Ako bi u kaznenoj parnici spomenutoj u kan. 1603, § 1, br. 1, bilo možda mjesta prizivnom sudovanju, ovo se zadobiva kod istoga Vrhovnoga Sudišta.

§ 2. U predmetu zbog sumnjivosti, odlučuje Apostolska Signatura o tom, da li ima mjesta izuzeću Prislušnika, ili ne; po donešenoj odluci otstupa se sudovanje natrag Svetoj Roti, da postupa dalje prema svojim redovnim pravilima, tako da Prislušnika, protiv kojega je bio prigovor uložen, u svojemu naizmjeničnom sudskom vijeću ostavi ili ga iz njega isključi.

§ 3. U predmetu žalbe zbog ništavosti ili potpune povrate ili pritužbi spomenutih u kan. 1603, § 1, br. 3, 4, 5, presuđuje samo o tom, da li je Rotina presuda ništava, da li ima mjesta povrati odnosno da li se pritužbi ima udovoljiti; te ako je ništavost ustanovljena ili povrata dozvoljena ili pritužbi udovoljeno, otstupa parnicu natrag Roti, osim kada je Sveti Otac odredio drugačije.

1604 § 2: Lex propria S. R. Rotae et signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 41, § 3.

1604 § 3: Benedictus XV, chirographum «*Attentis expositis*», 28 iun. 1915; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 41, § 3.

§ 4. In examine supplicum libellorum Signatura, habitis opportunis notitiis et auditis iis quorum interest, decernit utrum precibus annuendum sit, necne.

Can. 1605. - § 1. Supremi Tribunalis Signaturae sententiae suam vim habent, quamvis rationes in facto et in iure non contineant.

§ 2. Nihilominus sive ad instantiam partis sive ex officio, si res postulet, Supremum Tribunal edicere potest ut praedictae rationes exponantur secundum regulas Tribunalis proprias.

CAPUT IV.

DE TRIBUNALI DELEGATO.

Can. 1606. - Delegati iudices servare tenentur regulas statutas in Can. 199-207, 209.

Can. 1607. - § 1. Iudex a Sancta Sede delegatus uti potest ministris constitutis in Curia dioecesis in qua iudicare debet; sed potest etiam alios quoscunque maluerit eligere et assumere, nisi in delegationis rescripto aliud cautum sit.

§ 2. Iudices vero ab Ordinariis locorum delegati uti debent ministris Curiae dioecesanae, nisi Episcopus in aliquo peculiari casu ob gravem causam proprios et extraordinarios ministros constituendos decreverit.

1604 § 4: Benedictus XV, chirographum «*Attentis expositis*», 28 iun. 1915.

§ 4. Pri rješavanju molbi Signatura odlučuje, pošto prikupi potrebite podatke i saslušavši zanimane, da li se traženju ima udovoljiti ili ne.

Kan. 1605. - § 1. Presude Vrhovnoga Sudišta Signature imaju svoju pravnu krepost, iako ne sadržavaju razloge s činjenične i pravne strane.

§ 2. No ipak može Vrhovno Sudište riješiti, bilo na molbu stranke bilo po službenoj dužnosti, ako to predmet traži, da se rečeni razlozi izlože u skladu s vlastitim pravilima Sudišta.

GLAVA IV.

OPUNOMOĆENO SUDIŠTE

Kan. 1606. - Opunomoćeni suci moraju se držati odredaba sadržanih u kan. 199-207, 209.

Kan. 1607. - § 1. Sudac opunomoćen od Svete Stolice može se poslužiti službenicima namještenima u biskupijskoj Kuriji, gdje treba da sudi; ali on može i kojemudrago druge izabrati i uzeti, osim ako je drugačije predviđeno u otpisu o opunomoćenju.

§ 2. Suci pako opunomoćeni od mjesnih Ordinarija moraju se poslužiti službenicima biskupijske Kurije, osim ako bi Biskup odlučio, da se u kojemu posebnom slučaju zbog važnoga razloga imaju postaviti posebni i izvanredni službenici.

TITULUS III.

DE DISCIPLINA IN TRIBUNALIBUS SERVANDA.

CAPUT I.

DE OFFICIO IUDICUM ET TRIBUNALIS MINISTRORUM.

Can. 1608. - Iudex competens parti legitime requirenti suum ministerium ne recuset, firmo praescripto Can. 1625, § 1.

Can. 1609. - § 1. Iudex antequam aliquem ad suum trahat tribunal et iudicaturus sedeat, videat utrum ipse sit competens, necne.

§ 2. Eodemque modo antequam aliquem ad agendum admittat, cognoscere tenetur num is in iudicio possit iure consistere.

§ 3. Non est tamen necesse ut de his referatur in actis.

Can. 1610. - § 1. Si exceptio proponatur contra iudicis competentiam, hac de re ipse iudex videre debet.

§ 2. In casu exceptionis de incompetentia relativa, si iudex se competentem pronuntiet, eius decisio non admittit appellationem.

§ 3. Quod si iudex se incompetentem declaret, pars quae se gravatam reputat, potest intra decem dierum spatium appellationem ad superius tribunal interponere.

Can. 1611. - Iudex quovis in stadio causae se absolute incompetentem agnoscens, suam incompetentiam declarare tenetur.

Can. 1612. - § 1. Si inter duos pluresve iudices controversia oriatur quisnam eorum ad aliquod negotium competens sit, res definienda est a tribunali immediate superiore.

1608: C. 17, X, de iudiciis, II, 1; c. 8, X, *de immunitate ecclesiarum, coemeterii, et rerum ad eas pertinentium,* III, 49.

NASLOV III.

STEGA KOJU TREBA OBDRŽAVATI U SUDIŠTIMA

GLAVA I.

DUŽNOSTI SUDACA I SUDSKIH SLUŽBENIKA

Kan. 1608. - Nadležni sudac ne smije uskratiti svoju službu stranci, koja je zakonito traži, uz obdržavanje propisa kan. 1625, § 1.

Kan. 1609. - § 1. Prije no što sudac pritegne nekoga pred svoje sudište i sjedne suditi, ima riješiti to, da li je nadležen ili ne.

§ 2. Isto tako ima prije no što primi od nekoga tužbu, ispitati, da li on ima parničnu sposobnost.

§ 3. Nije ipak potrebito, da o tomu učini u spisima zabilježbu.

Kan. 1610. - § 1. Ako bude uložen prigovor protiv nadležnosti suca, ima o tom donijeti rješenje sam sudac.

§ 2. Kada je predmetom prigovora nenadležnost odnosna (relativna), a sudac se proglasi nadležnim, protiv njegovog rješenja nema priziva.

§ 3. Kada sudac izjavi, da je nenadležan, može stranka, koja smatra, da je oštećena, uložiti u roku unutar deset dana priziv na više sudište.

Kan. 1611. - Kada sudac u bilo kojemu odsjeku parnice pronađe, da je nenadležan bezuvjetno, dužan je donijeti rješenje o svojoj nenadležnosti.

Kan. 1612. - § 1. Ako nastane prijepor između dva ili više sudaca o tom, koji je od njih nadležan za neki predmet, ima stvar riješiti neposredno više sudište.

1609 § 1: C. 1, C. VI, q. 3.

1610: C. 38, X, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 29.

§ 2. Quod si iudices, inter quos exsistit competentiae conflictus, subsint distinctis tribunalibus superioribus, controversiae definitio reservatur tribunali superiori illius iudicis, coram quo actio primo promota est; si non habent tribunal superius, conflictus dirimatur vel a Legato Sanctae Sedis, si adsit, vel ab Apostolica Signatura.

Can. 1613. - § 1. Iudex cognoscendam ne suscipiat causam, in qua ratione consanguinitatis vel affinitatis in quolibet gradu lineae rectae et in primo et secundo gradu lineae collateralis, vel ratione tutelae et curatelae, intimae vitae consuetudinis, magnae simultatis, vel lucri faciendi aut damni vitandi, aliquid ipsius intersit, vel in qua antea advocatum aut procuratorem egerit.

§ 2. In iisdem rerum adiunctis ab officio suo abstinere debent iustitiae promotor et defensor vinculi.

Can. 1614. - § 1. Cum iudex, etsi competens, a parte recusatur ut suspectus, haec exceptio, si proponatur contra iudicem delegatum in causa unicum vel contra collegium vel maiorem delegatorum iudicum partem, definienda est a delegante; si contra unum vel alterum ex pluribus iudicibus delegatis, etsi Collegii praesidem, a ceteris iudicibus delegatis et non suspectis; si contra Auditorem Sacrae Rotae, a Signatura Apostolica ad normam Can. 1603, § 1, n. 2; si contra officialem, ab Episcopo; si contra auditorem, a iudice principali.

§ 2. Si ipsemet Ordinarius sit iudex et contra ipsum exceptio suspicionis opponatur, vel abstineat a iudicando vel quaestionem suspicionis definiendam committat iudici immediate superiori.

§ 3. Si exceptio suspicionis opponatur contra promotorem iustitiae, defensorem vinculi aut alios tribunalis administros, de hac exceptione videt praeses in tribunali collegiali vel ipse iudex, si unicus sit.

Can. 1615. - § 1. Si iudex unicus aut aliquis vel etiam omnes iudices qui tribunal collegiale constituunt suspecti declarentur, personae mutari debent, non vero iudicii gradus.

1613 § 1: C. 1-3, C. IV, q. 4; c. 68, 70, 71, 78, 79, 88, C. XI, q. 3; c. 17, X, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 29; c. 18, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 4, X, *ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem vel ad sententiam definitivam,* II, 6; c. 36, 41, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 2.

1614 § 1: C. 17, 25, 27, 35, 39, X, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 29; c. 18, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 4, X, *de foro competenti,* II, 2; c. 4, X, *ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem vel ad sententiam definitivam,* II, 6; c. 36, 41, 61, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 4, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 14, in VI°; S. C. C., *Feltren.,* 18 sept. 1597; *Turritana,* 16 dec. 1724, 13 ian. 1725, ad 1- 3; *Ostunen.,* 12 iul. 1823.

§ 2. Ako li suci, među kojima postoji spor o nadležnosti, potpadaju pod različita viša sudišta, pridržavana je odluka višem sudištu onoga suca, pred kojim je tužba najprije pokrenuta; ako ne bi imali više sudišta, spor ima riješiti ili Poslanik Svete Stolice, ako ga ima, ili Apostolska Signatura.

Kan. 1613. - § 1. Sudac ne smije preuzeti na suđenje parnicu, u kojoj je bilo kako zaniman poradi srodstva ili tazbine u bilo kojemu stupnju ispravne loze i u prvom i drugom stupnju pobočne loze, ili poradi štitništva ili skrbništva, prisnoga drugarstva, velike protivnosti, ili zbog nekog dobitka odnosno gubitka, te konačno ni u takovoj, u kojoj je prije radio kao odvjetnik ili zastupnik.

§ 2. Pod istim prilikama ne smiju svoju službu izvršivati zaštitnik pravde i branitelj veze.

Kan. 1614. - § 1. Kada stranka otkloni suca, iako je nadležan, kao sumnjivog, ovaj prigovor, ako je stavljen protiv inokosnog za parnicu opunomoćenog suca ili protiv vijeća ili protiv većine opunomoćenih sudaca, ima riješiti opunomoćitelj; ako je uložen protiv ovoga ili onoga između opunomoćenih sudaca, pa bio to i predsjednik Vijeća, ostali opunomoćeni suci i koji nisu sumnjivi; ako je uložen protiv Prislušnika Svete Rote, Apostolska Signatura prema odredbi kan. 1603, § 1, br. 2; ako je uložen protiv predsjednika, Biskup; protiv izvidnika, glavni sudac.

§ 2. Ako je sucem sam Ordinarij, pa bude protiv njega uložen prigovor zbog sumnjivosti, ili neka se sustegne od suđenja ili neka pitanje sumnjivosti prepusti na rješenje sucu neposredno višemu.

§ 3. Ako prigovor zbog sumnjivosti bude uložen protiv promicatelja pravde, branitelja veze ili drugih sudskih službenika, rješava ovakav prigovor predsjednik sudskog vijeća ili sam sudac, ako je inokosan.

Kan. 1615. - § 1. Kada budu kao sumnjivi proglašeni inokosni sudac ili pojedini odnosno i svi suci, koji sačinjavaju zborno sudište, moraju se izmijeniti osobe, ali ne i stupanj suda.

1614 § 2: C. 4, X, *de foro competenti,* II, 2.

1615 § 1: C. 18, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 41, 61, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28.

§ 2. Ordinarii autem est in locum iudicum qui suspecti declarati sunt, alios a suspicione immunes subrogare.

§ 3. Quod si ipsemet Ordinarius declaratus fuerit suspectus, idem peragat iudex immediate superior.

Can. 1616. - Exceptio suspicionis expeditissime definienda est, auditis partibus, promotore iustitiae vel vinculi defensore, si intersint, nec in ipsos suspicio cadat.

Can. 1617. - Quod ad tempus attinet quo exceptiones incompetentiae et suspicionis proponendae sint, servetur praescriptum Can. 1628.

Can. 1618. - In negotio quod privatorum solummodo interest, iudex procedere potest dumtaxat ad instantiam partis; sed in delictis, et in iis quae publicum ecclesiae bonum aut animarum salutem respiciunt, etiam ex officio.

Can. 1619. - § 1. Si actor pro re sua probationes quas afferre posset, non afferat, vel reus exceptiones sibi competentes non opponat, iudex ne suppleat.

§ 2. Si vero agatur vel de publico bono vel de animarum salute, eas supplere potest et debet.

Can. 1620. - Iudices et tribunalia curent ut quamprimum, salva iustitia, causae omnes terminentur, utque in tribunali primae instantiae ultra biennium non protrahantur, in tribunali vero secundae instantiae ultra annum.

Can. 1621. - § 1. Excepto Episcopo qui per se potestatem iudiciariam exerceat, omnes qui tribunal constituunt aut eidem opem ferunt, iusiurandum de officio rite et fideliter implendo coram Ordinario vel coram iudice a quo electi sunt, vel coram viro ecclesiastico ab alterutro delegato, praestare debent: idque ab initio suscepti officii, si sint stabiles, aut antequam causa agatur, si pro peculiari aliqua causa sint constituti.

1616: Conc. Trident., sess. XXV, *de ref.*, c. 10.

1618: C. 6, 7, C. II, q. 5; c. 24, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1; c. 31, X, *de simonia, et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur,* V, 3; c. 15, X, *de usuris,* V, 19; c. 1, 2, 4, X, *de collusione detegenda,* V, 22; c. 1, X, *de excessibus praelatorum et subditorum,* V, 31; c. 2, 10, X, *de purgatione canonica,* V, 34; S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 11; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XI.

1619 § 2: C. 12, X, *de exceptionibus,* II, 25.

1620: C. 2, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27; c. 5, 57, 69, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 3, *de appellationibus,* II, 12, in Clem.; c. 2, *de verborum significatione,* V, 11, in Clem.; Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.*, c. 20; sess. XXV, *de ref.*, c. 10; S. C. C., *Faventina,* mense oct. 1585; *Conchen.*, mense dec. 1587; *Umbriaticen.*, 26 apr. 1659; *Albinganen.*, 28 nov. 1693.

1621 § 1: C. 13, X, *de praescriptionibus,* II, 26; Benedictus XIV, const. «*Dei miseratione*», 3 nov. 1741, § 7; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. II, n. 10; S. C. C., instr. 22 aug. 1840; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 10; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 7, 36, § 3.

§ 2. Na Ordinarija pako spada, da na mjesto sudaca, koji su proglašeni kao sumnjivi, nadomjesti druge slobodne od sumnjivosti.

§ 3. Ako bi sam Ordinarij bio proglašen kao sumnjiv, ima to učiniti sudac neposredno viši.

Kan. 1616. - Prigovor zbog sumnjivosti mora se riješiti najbrže, po saslušanju stranaka, promicatelja pravde odnosno branitelja veze, ako sudjeluju, a njima nije prigovoreno zbog sumnjivosti.

Kan. 1617. - Što se tiče vremena, u kojemu se prigovori zbog nenadležnosti ili sumnjivosti moraju staviti, ima se držati propis kan. 1628.

Kan. 1618. - U predmetu, koji zanima samo posebnike, može sudac postupati jedino na molbu stranke; na javno dobro Crkve ili na spas duša, također i po službenoj dužnosti.

Kan. 1619. - § 1. Ako tužitelj ne predloži za svoju stvar dokazala, koja bi mogao predložiti, ili ako tuženi ne stavi prigovore, kako mu pripada, ne smije sudac to nadopuniti.

§ 2. Ako li se pak radi ili o javnom dobru ili o spasenju duša, onda ih nadomjestiti može i mora.

Kan. 1620. - Suci i sudišta moraju o tom voditi brigu, da se sve parnice što prije, bez povrede pravde, završe, te da se kod sudišta prve molbe ne produžuju preko dvije godine, a kod sudišta druge molbe preko jedne godine.

Kan. 1621. - § 1. Izuzev Biskupa, kada sâm osobno izvršuje sudačku vlast, dužni su svi, koji sačinjavaju sudište ili kod njega sarađuju, položiti pred Ordinarijem ili pred sucem, koji ih je izabrao ili pred crkvenom osobom od jednoga ili drugoga opunomoćenom, prisegu da će svoju službu izvršivati propisno i zdušno; i to na početku pri nastupu službe, ako su stalno namješteni, ili prije početka parnice, ako su postavljeni za koju posebnu parnicu.

§ 2. Etiam iudex a Sede Apostolica delegatus vel iudex ordinarius in religione clericali exempta idem iusiurandum praestare tenetur cum primum tribunal constituitur, adstante ipsius tribunalis notario, qui de praestito iureiurando actum redigat.

Can. 1622. - § 1. Quotiescumque iusiurandum praestatur sive a iudicibus aut tribunalis administris, sive a partibus, testibus, peritis, semper emitti debet praemissa divini Nominis invocatione et a sacerdotibus quidem tacto pectore, a ceteris fidelibus, tacto Evangeliorum libro.

§ 2. Iudex partem, testem aut peritum ad iusiurandum recipiens, eum regulariter commonefaciat tum de sanctitate actus et de gravissimo delicto quod admittunt iurisiurandi violatores, tum etiam de poenis, quibus obnoxii fiunt qui falsum in iudicio iurati affirmant.

§ 3. Iusiurandum secundum formulam a iudice probatam praestari debet coram eodem iudice aut eius delegato, adstante utraque aut alterutra parte, quae interesse iurisiurandi praestationi velit.

Can. 1623. - § 1. In iudicio criminali semper, in contentioso autem si ex revelatione alicuius actus processualis praeiudicium partibus obvenire possit, iudices et tribunalis adiutores tenentur ad secretum officii.

§ 2. Tenentur etiam semper ad involabile secretum servandum de discussione quae in tribunali collegiali ante ferendam sententiam habetur, tum etiam de variis suffragiis et opinionibus ibidem prolatis.

§ 3. Imo quoties causae vel probationum natura talis sit ut ex actorum vel probationum evulgatione aliorum fama periclitetur, vel praebeatur ansa dissidiis, aut scandalum aliudve id genus incommodum oriatur, iudex poterit testes, peritos, partes earumque advocatos vel procuratores iureiurando adstringere ad secretum servandum.

Can. 1624. - Iudex et omnes tribunalis administri, occasione agendi iudicii, munera quaevis acceptare prohibentur.

1622 § 1: C. 20, C. III, q. 9; c. 7, X, *de iuramento calumniae,* II, 7; c. 5, X, *de frigidis, et maleficiatis, et impotentia coeundi,* IV, 15; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. III, n. 12; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 12.

1623 § 1: C. 20, *de haereticis,* V, 2, in VI°; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 8, 36, § 3.

§ 2. Istu su prisegu dužni položiti također i sudac, koji je opunomoćen od Apostolske Stolice ili redovni sudac u izuzetoj duhovničkoj družbi, i to odmah kada se sudište sastavi, u prisutnosti bilježnika kod istoga sudišta, koji ima o položenoj prisezi sačiniti zapisnik.

Kan. 1622. - § 1. Kadgod se polaže prisega bilo od strane sudaca ili sudskih službenika, bilo od strane stranaka, svjedoka, vještaka, uvijek se ima najprije zazvati Ime Božje i to od strane svećenika s doticajem grudi, a od strane ostalih vjernika s doticajem evanđelistara.

§ 2. Kada sudac prima od svjedoka ili vještaka prisegu, treba da ga u pravilu opomene i na svetost čina i na veličinu grijeha, što ga počinjaju krivokletnici, kao i na kazne, pod koje potpadaju oni, koji pod prisegom pred sudom lažno iskazuju.

§ 3. Prisega se mora položiti po obrascu od suca odobrenom pred istim sucem ili pred njegovim opunomoćenikom, u prisutnosti obih ili jedne od obih stranaka, ako hoće da kod polaganja prisege budu prisutni.

Kan. 1623. - § 1. Suci i sudski pomoćnici vezani su na službenu tajnu u kaznenom sporu uvijek, a u parničnom, kada bi objavljivanje kojega parničnog čina moglo strankama škoditi.

§ 2. Dužni su također uvijek čuvati nepovređeno tajnu o raspravljanju koje se drži u zbornom sudištu prije izricanja presude, tako i o različitom glasanju i tom zgodnom iznešenim mišljenjima.

§ 3. Dapače kadgod je priroda spora ili dokazala takova, da bi time, što bi se spisi ili dokazala pročuli, štetovao dobar glas drugih osoba, ili bi se dao povod razmiricama, ili nastala sablazan ili druga takova neprilika, može sudac svjedoke, vještake, stranke i njihove odvjetnike i zastupnike prisegom obvezati na čuvanje tajne.

Kan. 1624. - Zabranjeno je sucima i svima sudskim službenicima primati, prigodom sudovanja, bilo kakove darove.

1623 § 3: S. C. S. Off., instr. 20 febr. 1866, n. 14; instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. III, n. 12; S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 18, 32; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XVIII, XXXII; instr. a. 1883, n. 12.

1624: C. 126, 129, 130, C. I, q. 1; c. 66, 71, 72, C. XI, q. 3; c. 15, C. XIV, q. 5; c. 10, X, *de vita et honestate clericorum,* III, 1; c. 11, *de rescriptis,* I, 3, in VI°; c. 1, *de sententia et re iudicata,* II, 14, in VI°; Clemens XIV, ep. encycl. *«Decet quam maxime»,* 21 sept. 1769, § 40; S. C. S. Off., decr. 24 sept. 1665, prop. 26, damn.

Can. 1625. - § 1. Iudices qui cum certe et evidenter competentes sunt, ius reddere recusant, vel qui temere se competentes declarant, vel qui ex culpabili negligentia aut dolo actum nullum cum aliorum detrimento vel iniustum ponunt aut aliud litigantibus damnum inferunt, tenentur de damnis et ab Ordinario loci vel, si de Episcopo agatur, a Sede Apostolica, ad instantiam partis aut etiam ex officio, congruis poenis pro gravitate culpae puniri possunt, non exclusa officii privatione.

§ 2. Iudices qui secreti legem violare vel acta secreta cum aliis quoquo modo communicare praesumpserint, puniantur mulcta pecuniaria aliisque poenis, privatione officii non exclusa, pro diversa reatus gravitate, salvis peculiaribus statutis, quibus graviores poenae praescribantur.

§ 3. Eisdem sanationibus subsunt tribunalis officiales et adiutores, si officio suo, ut supra, defuerint, quos omnes etiam iudex punire potest.

Can. 1626. - Cum iudex praevidet actorem probabiliter spreturum esse sententiam ecclesiasticam si forte haec ipsi sit contraria, et idcirco conventi iuribus non satis consultum iri, potest, ad eiusdem conventi instantiam vel etiam ex officio, actorem adigere ad congruam cautionem praestandam pro ecclesiasticae sententiae observantia.

CAPUT II.

DE ORDINE COGNITIONUM.

Can. 1627. - Iudices et tribunalia tenentur causas ad se delatas eo ordine cognoscere quo fuerunt propositae, nisi aliqua earum celerem prae ceteris expeditionem exigat, quod quidem peculiari decreto a iudice seu a tribunali statuendum est.

1625 § 1: C. 8, 49, 60, 87, 88, C. XI, q. 3; c. 11, X, *de probationibus,* II, 19; c. 8, X, *de immunitate ecclesiarum, coemeterii, et rerum ad eas pertinentium,* III, 49; c. 15, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 14, in VI°; c. 2, *te iudiciis,* II, 1, in VI°; c. 1, *de sententia et re iudicata,* II, 14, in VI°; c. 1, *de haereticis,* V, 3, in Clem.; Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.,* c. 20; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 9, § 1, Can. 36, § 3.

Kan. 1625. - § 1. Suci, koji kad su sigurno i očevidno nadležni neće suditi, ili koji se bezrazložno proglase nadležnima, ili koji učine skrivljenom nemarnošću ili zlonamjerno drugima na štetu čin ništav ili nepravedan ili inače oštete parnične stranke, obvezani su na naknadu štete, te ih na molbu stranke, a i po službenoj dužnosti mogu mjesni Ordinarij ili, ako se radi o Biskupu, Sveta Stolica kazniti primjerenim kaznama prema težini krivnje, pa i oduzećem službe.

§ 2. Suci koji se usude povrijediti službenu tajnu ili drugima bilo kojim načinom priopćiti tajne spise, imaju se kazniti novčanom globom i drugim kaznama, pa i oduzećem službe, prema različitoj težini krivnje, a mogu se primijeniti i posebne ustanove, koje bi propisivale i teže kazne.

§ 3. Iste kaznene prijetnje vrijede i za službenike i pomoćnike sudišta, ako bi povrijedili svoje dužnosti, kako je gore rečeno, te sve ove može kazniti i sudac.

Kan. 1626. - Kada sudac predviđa, da će tužitelj prezrijeti crkvenu presudu, ako bi možda bila nepovoljna za njega, pa da stoga tuženikova prava neće biti dovoljno zaštićena, može na tuženikovu molbu, odnosno i po službenoj dužnosti, prisiliti tužitelja, da dade primjereno jamstvo za to, da će se pokoriti crkvenoj presudi.

GLAVA II.

RED RASPRAVLJANJA

Kan. 1627. - Suci i sudišta dužni su pred njih iznešene sporove uzimati u suđenje onim redom, kojim su podnesene, osim ako bi koji od njih iziskivao, da se ispred drugih mora brže riješiti, no to mora sudac odnosno sudište utvrditi posebnom odlukom.

1625 § 2: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 9, § 1.

1625 § 3: C. 20, *de haereticis,* V, 2, in VI°; Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.,* c. 20; Innocentius VIII, const. *«Officii nostri»,* 25 ian. 1491, § 4; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»,* 30 mart. 1742, § 40; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 9, § 2, Can. 36, § 3.

1626: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 31.

Can. 1628. - § 1. Exceptiones dilatoriae, eae praesertim quae respiciunt personas et modum iudicii, proponendae et cognoscendae sunt ante contestationem litis, nisi contestata iam lite primum emerserint aut pars iureiurando affirmet eas tunc tantum sibi innotuisse.

§ 2. Exceptio tamen de incompetentia iudicis absoluta a partibus opponi potest in quovis statu et gradu causae.

§ 3. Pariter exceptio excommunicationis opponi potest in quolibet iudicii statu et gradu, dummodo ante sententiam definitivam; imo si agatur de excommunicatis vitandis, aut toleratis contra quos sententia condemnatoria vel declaratoria lata fuerit, ii ex officio semper excludi debent.

Can. 1629. - § 1. Exceptiones peremptoriae, quae dicuntur *litis finitae,* veluti exceptio rei iudicatae, transactionis, etc., proponi et cognosci debent ante contestationem litis; qui serius eas opposuerit, non est reiiciendus, sed condemnetur in expensis, nisi probet se oppositionem malitiose non distulisse.

§ 2. Aliae exceptiones peremptoriae proponi debent post contestatam litem, et suo tempore tractandae sunt secundum regulas circa quaestiones incidentes.

Can. 1630. - § 1. Actiones reconventionales satius statim post litis contestationem, utiliter quovis iudicii momento, ante sententiam tamen, proponi possunt.

§ 2. Cognoscantur autem simul cum conventionali actione, hoc est pari gradu cum ea, nisi eas separatim cognoscere necessarium sit aut iudex opportunius existimaverit.

Can. 1631. - Quaestiones de cautione pro expensis iudicialibus praestanda aut de concessione gratuiti patrocinii, quod statim ab initio postulatum fuerit, et aliae huiusmodi videndae regulariter sunt ante litis contestationem.

1628 § 1: C. 25, X, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 29; c. 4, X, *de exceptionibus,* II, 25; c. 20, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27; c. 62, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28.

1628 § 3: C. 12, X, *de exceptionibus,* II, 25; c. 24, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27; c. 1, *de exceptionibus,* II, 12, in VI°; c. un., *de exceptionibus,* II, 10, in Clem.

Kan. 1628. - § 1. Odgodni prigovori, osobito takovi koji se odnose na osobe i način suđenja, moraju se podnijeti i raspraviti prije utvrđenja spora, osim ako su se pojavili tek onda, pošto je spor već utvrđen, odnosno ako stranka izjavi pod prisegom, da je istom tada saznala za njih.

§ 2. No ipak mogu stranke u svakom odsjeku i stupnju parnice iznijeti prigovor zbog bezuvjetne nenadležnosti suca.

§ 3. Isto se tako može u svakom odsjeku i stupnju suđenja iznijeti prigovor zbog izopćenja, pod uvjetom da to bude prije konačne presude; dapače kada se radi o izopćenicima, koji se moraju izbjegavati, ili se mogu trpjeti, a protiv kojih je bila izrečena osudna ili izjavna presuda, takovi moraju uvijek biti isključeni po službenoj dužnosti.

Kan. 1629. - § 1. Dokidni prigovori, koji se zovu *svršene parbe,* kao što su prigovor zbog presuđene stvari, nagode, itd., moraju se iznijeti i raspravljati prije utvrđenja spora; ako bi ih netko iznio kasnije, ne smije ga se odbiti, ali se mora osuditi na troškove, osim ako dokaže, da s iznašanjem nije zatezao zlonamjerno.

§ 2. Ostali se dokidni prigovori moraju iznijeti poslije utvrđenog spora, te ih valja raspravljati u svoje vrijeme u skladu s propisima o pitanjima uzgrednim i pripadnim.

Kan. 1630. - § 1. Protutužbe mogu se podnijeti, najbolje odmah po utvrđenju spora, pravovaljano u svakom odsjeku parnice, no ipak prije presude.

§ 2. Imaju se pako uzeti u raspravu zajedno s prvom tužbom, to jest zajedno s njom u istom stupnju sudovanja, osim kada se pokaže potreba, ili sudac drži zgodnijim, da se rasprave zasebno.

Kan. 1631. - Pitanja o osiguranju parničnih troškova ili o priznanju besplatnog zastupanja, ako je zatraženo odmah spočetka, te druga takova pitanja imaju se u pravilu riješiti prije utvrđivanja spora.

1629 § 1: C. 1, 2, *de litis contestatione,* II, 3, in VI°.

1629 § 2: C. 5, X, *de dolo et contumacia,* II, 14.

1630 § 1: C. 3, *de rescriptis,* I, 3, in VI°; c. 2, *de verborum significatione,* V, 11, in Clem.

1630 § 2: C. 1, X, *de mutuis petitionibus,* II, 4; c. 2, X, *de ordine cognitionum,* II, 10.

Can. 1632. - Quoties, proposita principali controversia, quaestio praeiudicialis suboriatur, id est eiusmodi ex cuius solutione pendeat solutio quaestionis principalis, illa ante omnia a iudice cognoscenda est.

Can. 1633. - § 1. Si ex principali controversia quaestiones incidentes nascantur, cognoscantur prius eae quarum solutio viam sternat ad aliarum solutionem.

§ 2. Quod si nullo nexu logico inter se cohaereant, quae prius ab alterutra parte propositae sunt, illae antea definiantur.

§ 3. Si de spolio incidat quaestio, haec ante omnia est dirimenda.

CAPUT III.

DE DILATIONUM TERMINIS ET FATALIBUS.

Can. 1634. - § 1. *Fatalia leges* quae dicuntur, idest termini perimendis iuribus a lege constituti, prorogari non possunt.

§ 2. Termini autem iudiciales et conventionales, ante eorum lapsum, poterunt, iusta intercedente causa, a iudice, auditis vel petentibus partibus, prorogari.

§ 3. Caveat tamen iudex ne nimis diuturna lis fiat ex prorogatione.

Can. 1635. - Si dies, pro actu iudiciali indicta, sit feriata nec in decreto iudicis dicatur expresse tribunal vacaturum nihilominus causis cognoscendis, terminus intelligitur prorogatus ad primam sequentem diem non feriatam.

1632: C. 4, C. III, q. 11; c. 5, X, *de renunciatione,* I, 9; c. 1, 3, X, *de ordine cognitionum,* II, 10.

1633 § 1: C. 19, X, *de iudiciis,* II, 1. c. 10, X, *de restitutione spoliatorum,* II, 13.

1633 § 2: C. 2, X, *de ordine cognitionum,* II, 10.

1633 § 3: C. 2, 4, X, *de ordinecognitionum,* II, 10; c. 10, X, *de restitutione spoliatorum,* II, 13.

Kan. 1632. - Kadgod se nakon toga, što je iznešen glavni spor, pojavi sporno predpitanje, to jest onakovo od rješenja kojega ovisi rješenje glavnoga pitanja, takovo mora sudac prije svega riješiti.

Kan. 1633. - § 1. Ako bi iz glavnoga spora izbila uzgredna i pripadna pitanja, moraju se najprije raspraviti ona, koja svojim rješenjem otvaraju put rješenju drugih.

§ 2. Ako među njima nema nikakove smislene sveze, imaju se najprije razjasniti ona, što ih je bilo koja od stranaka prije podnijela.

§ 3. Ako bi se pojavilo pitanje o uspostavi posjeda, takovo se mora riješiti prije svega.

GLAVA III.

ODGODIVI I NEODGODIVI ROKOVI

Kan. 1634 - § 1. Rokovi koji se nazivaju *neodgodivi po zakonu,* to jest rokovi koje je zakon odredio za dokidanje prava, ne mogu se produžiti.

§ 2. Rokove pako, koji su određeni po sucu ili sporazumno, može sudac produžiti prije no što isteknu, iz pravednog razloga, po saslušanju ili na zahtjev stranaka.

§ 3. No sudac mora ipak izbjegavati, da se takovim produživanjem parnica odviše ne zavuče.

Kan. 1635. - Ako je dan, u koji je određeno sudsko ročište, takav u koji sud ne radi, a u sudačkoj odluci nije bilo izrijekom rečeno, da će sudište ipak sudovati, razumijeva se da je ročište odgođeno na prvi naredni dan, u koji sud radi.

1634 § 1: C. 4, *de appellationibus,* II, 12, in Clem.

1634 § 2: C. 1, 2, 4, C. III, q. 3; c. 24, 28, X, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 29; c. 2, 4, X, *de dilationibus,* II, 8; c. 4, *de appellationibus,* II, 12, in Clem.

1634 § 3: C. 5, 10, X, *de dolo et contumacia,* II, 14; c. 2, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27; Conc. Trident., sess. XXV, *de ref.,* c. 10.

CAPUT IV.

DE LOCO ET TEMPORE IUDICII.

Can. 1636. - Quamvis Episcopus in quolibet suae dioecesis loco, qui non sit exemptus, ius habeat erigendi tribunal, nihilominus penes suam sedem aulam statuat, quae sit ordinarius iudiciorum locus: ibique Crucifixi imago emineat, et adsit Evangeliorum liber.

Can. 1637. - Iudex e territorio suo vi expulsus vel a iurisdictione ibi exercenda impeditus, potest extra territorium iurisdictionem suam exercere et sententiam ferre, certiore tamen hac de re facto loci Ordinario.

Can. 1638. - § 1. In unaquaque dioecesi Ordinarius publico decreto dies et horas definiri curet, pro loci ac temporum adiunctis opportunas, quibus tribunal adiri regulariter possit, et ab eo iustitiae administratio exigi.

§ 2. Iusta tamen de causa, et quoties periculum sit in mora, fas est fidelibus quovis tempore iudicis ministerium in sui iuris vel boni publici tutelam invocare.

Can. 1639. - § 1. Dies festi de praecepto, et ultimi tres dies hebdomadae sanctae feriati habeantur; et in iis citationes intimare, audientias habere, partes et testes excutere, probationes assumere, decreta et sententias ferre, denuntiare et exsequi vetitum est, nisi necessitas, christiana caritas, aut bonum publicum aliud postulent.

§ 2. Iudicis autem est in singulis casibus statuere et denuntiare, an et quae acta supra dictis diebus expleri debeant.

1636: C. 11, *de rescriptis,* I, 3, in VI°; c. 7, *de officio ordinarii,* I, 16, in VI°.

1637: C. un., *de foro competenti,* II, 2, in Clem.

1638: C. 24, X, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 29.

GLAVA IV.

MJESTO I VRIJEME SUDOVANJA

Kan. 1636. - Iako Biskup ima pravo, da na svakom mjestu u svojoj biskupiji, koje nije izuzeto, ustanovi sudište, treba ipak da u svojemu sjedištu odredi dvornicu, gdje će biti redovno mjesto sudovanja: ondje se ima postaviti Raspelo i nalaziti Knjiga Evanđelja.

Kan. 1637. - Sudac, koji je silom prognan iz svojega područja ili je ondje spriječen u izvršivanju vlasti, može svoju sudačku vlast izvršivati i presudu izreći i izvan područja, ipak treba da o tom obavijesti mjesnoga Ordinarija.

Kan. 1638. - § 1. U svakoj biskupiji neka Biskup vodi o tom brigu, da se javno objave dani i sati, koji su prema prilikama vremena i mjesta za to prikladni, u koje se redovito može dolaziti sudištu, te od njega tražiti pravicu.

§ 2. No iz pravednoga razloga, te kada je stvar hitna, slobodno je vjernicima u svako vrijeme zatražiti da sudac ureduje u zaštitu njihovog prava ili općega dobra.

Kan. 1639. - § 1. Na zapovijedane blagdane i tri posljednja dana velikog tjedna ne smije biti sudovanja; pa je u te dane zabranjeno dostavljati pozive, izvršivati preslušavanja, izricati, proglašivati i izvršivati odluke i presude, osim ako bi nužda, kršćanska ljubav, ili opće dobro zahtijevalo drugo.

§ 2. Spada na suca u pojedinim slučajevima odrediti i objaviti, da li će se i koji sudski spisi izvršiti u rečene dane.

1639 § 1: C. 1-3, C. XV, q. 4; c. 1, D. III, *de cons.;* c. 1, 5, X, *de feriis,* II, 9; Pius V, const. *«Cum primum»,* 1 apr. 1566, § 7; Benedictus XIV, ep encycl. *«Ab eo tempore»,* 5 nov. 1745, § 19.

CAPUT V.

DE PERSONIS AD DISCEPTATIONEM IUDICIALEM ADMITTENDIS ET DE MODO CONFECTIONIS ET CONSERVATIONIS ACTORUM.

Can. 1640. - § 1. Dum causae coram tribunali aguntur, extranei ab aula arceantur et ii tantummodo adsint, quos ad processum expediendum iudex necessarios esse iudicaverit.

§ 2. Omnes, iudicio assistentes, qui reverentiae et obedientiae tribunali debitae graviter defuerint, iudex, etiam illico et incontinenti si coram tribunali sedente in id quis peccaverit, potest censuris quoque aliisve congruis poenis ad officium reducere, advocatos praeterea et procuratores etiam iure alias causas apud tribunalia ecclesiastica pertractandi privare.

Can. 1641. - Si alicui actui processuali interveniat persona linguae loci ignara et iudices ac partes linguam huius personae propriam non intelligant, interpres adhibeatur iuratus, et a iudice designatus, contra quem alterutra pars legitimam exceptionem non proposuerit.

Can. 1642. - § 1. Acta iudicialia, tum quae meritum quaestionis respiciunt, seu *acta causae,* ex. gr., sententiae et cuiusque generis probationes, tum quae ad formam procedendi pertinent, seu *acta processus,* ex. gr. citationes, intimationes, etc., scripto redacta esse debent.

§ 2. Nisi iusta causa aliud suadeat, quoad eius fieri potest, lingua latina redigantur; sed interrogationes et responsiones testium, aliaque similia, lingua vernacula confici debent.

Can. 1643. - § 1. Singula folia processus numerentur; et actuarii subscriptio cum sigillo tribunalis apponatur in unoquoque folio.

1640 § 1: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 73.

1640 § 2: C. 11, X, *de poenis,* V, 37; Alexander VI, const. «*In eminenti*», 13 apr. 1502, § 4; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 30, n. 6°; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 77; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 26.

GLAVA V.

OSOBE KOJE SE MORAJU SUDOVANJU PRIPUSTITI, TE NAČIN SASTAVLJANJA I ČUVANJA SPISA

Kan. 1640. - § 1. Dok se pred sudištem vode parnice, moraju se strane osobe ukloniti iz dvornice, a prisustvovati mogu samo oni, za koje sudac smatra, da su kod suđenja potrebiti.

§ 2. Sudac može sve one, koji se, prisustvujući sudovanju, teško ogriješe o sudu dužno poštovanje i poslušnost, k dužnosti dozvati pa i kaznenim zabranama ili drugim primjerenim kaznama, i to također odmah i smjesta, ako bi netko to počinio za samog sudovanja u njegovoj prisutnosti, a odvjetnike i zastupnike može povrh toga lišiti i prava zastupati u drugim sporovima pred crkvenim sudištima.

Kan. 1641. - Ako bi kod kojega parničnog čina imala dati izjavu takova osoba, koja ne poznaje mjesnoga jezika, a suci i stranke ne razumiju vlastitog jezika te osobe, mora se uzeti zakleti tumač, kojega će odrediti sudac, a protiv kojega nijedna od parničnih stranaka ne iznese zakoniti prigovor.

Kan. 1642. - § 1. O svim se sudskim činima, kako o onima, koji se odnose na sam predmet spornoga pitanja, a to su *parnični čini* npr. presude i bilo koja dokazala, tako i o onima koji sačinjavaju oblik postupka, to su *postupovni spisi* npr. pozivi, dostave, itd., mora se sačiniti pismeni zapisnik.

§ 2. Zapisnici se moraju, ako je ikako moguće, sačiniti na latinskom jeziku, ako iz pravednog razloga ne bi bilo drugo slično tome, moraju se zapisati narodnim jezikom.

Kan. 1643. - § 1. Pojedini arci parničnih spisa moraju se označiti brojem; a na svakom se arku mora staviti potpis bilježnikov sudskim pečatom.

1642 § 1: C. 11, X, *de probationibus,* II, 19.

1642 § 2: S. C. C., instr. 2 aug. 1840.

§ 2. Singulis actis completis vel interruptis seu ad aliam sessionem remissis, apponatur subscriptio actuarii et iudicis vel tribunalis praesidis.

§ 3. Quoties in actis iudicialibus partium aut testium subscriptio requiritur, si pars aut testis hanc facere nequeat vel nolit, id in ipsis actis adnotetur, simulque iudex et actuarius fidem faciant actum ipsum de verbo ad verbum parti aut testi perlectum fuisse, et partem aut testem vel non potuisse vel noluisse subscribere.

Can. 1644. - § 1. In casu appellationis, actorum exemplaria ad normam Can. 1642, 1643 conscripta et in fasciculum religata, cum indice omnium actorum et documentorum et cum testificatione actuarii seu cancellarii de eorum fideli transcriptione et integritate, mittantur ad superius tribunal; si exemplaria sine gravi incommodo exscribi nequeant, mittantur cum opportunis cautelis acta ipsa originalia.

§ 2. Si eo mittenda sint ubi vernacula lingua non sit cognita, acta ipsa in linguam latinam vertantur, adhibitis cautelis ut de fideli translatione constet.

§ 3. Si acta debita forma et charactere confecta non fuerint, a iudice superiore repelli possunt: quo in casu illi, quibus culpa imputanda est, acta suis impensis denuo conficere et mittere tenentur.

Can. 1645. - § 1. Iudicio expleto, documenta partibus restitui debent, nisi in criminalibus, bono publico ita exigente, iudex aliquod retinendum censuerit.

§ 2. Documenta omnia, quae apud tribunal manent, in archivo Curiae deponantur sive publico sive secreto, prout eorum natura exigit.

§ 3. Notarii, actuarii et cancellarius sine iudicis mandato tradere prohibentur exemplar actorum iudicialium et documentorum quae sunt processui acquisita.

§ 4. Anonymae epistolae quae nihil ad causae meritum conferunt, et etiam subscriptae quae sint certo calumniosae, destruantur.

1644 § 1: C. 11, X, *de probationibus,* II, 19; c. 11, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; Conc. Trident., sess. XIII, *de ref.,* c. 3; sess. XXIV, *de ref.,* c. 20; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Cum illud»,* 14 oct. 1742, § 7; S. C. Ep. et Reg., *Capuana,* 2 ian. 1595; decr. 16 oct. 1600, n. 11; decr. 18 dec. 1835; encycl. 1 aug. 1851; instr. 11 iun. 1880, n. 39; S. C. C., 27 maii 1591; *Vercellen.,* 21 mart. 1642, ad 1; ep. 10 ian. 1721; S.

§ 2. Kada se dovrše pojedini sudski spisi ili prekinu i prenesu na drugu sjednicu mora ih potpisati bilježnik i sudac odnosno predsjednik sudišta.

§ 3. Kadgod je na sudskim spisima potrebit potpis stranaka ili svjedoka, ako ga stranka ili svjedok ne bi mogao ili htio staviti, mora se to u samom spisu zabilježiti, a uz to moraju sudac i bilježnik staviti potvrdu, da je taj zapisnik od riječi do riječi pročitan stranci ili svjedoku, a stranka odnosno svjedok ili nije mogao ili nije htio potpisati.

Kan. 1644. - § 1. U slučaju priziva, moraju se dostaviti višemu sudištu prijepisi parničnih spisa, koji treba da su stavljeni prema odredbama kan. 1642, 1643, te u sveščić prošivena, s kazalom svih sudskih spisa i dokaznica, te s potvrdom od strane bilježnika ili ravnatelja pisarne (kancelara) o tom, da su točno prepisani i cjeloviti; ako se bez velike poteškoće ne bi mogli sačiniti prijepisi, neka se pošalju sami izvorni spisi uz shodne mjere opreza.

§ 2. Ako se imaju poslati onamo, gdje je odnosni narodni jezik nepoznat, moraju se sami spisi prevesti na latinski jezik, učinivši što treba, da ne bude sumnje o vjernosti prijevoda.

§ 3. Ako spisi nisu sačinjeni u propisnom obliku i jeziku, može ih viši sudac odbiti; u takovom su slučaju dužni, na koje za to pada krivnja, spise ponovno o svom trošku sačiniti i otpremiti.

Kan. 1645. - § 1. Kada je sudovanje dovršeno, moraju se dokaznice povratiti strankama, osim ako sudac odredi, da se u kaznenim predmetima, ima, kada to zahtijeva opće dobro, koja od njih zadržati.

§ 2. Sve se dokaznice, koje ostaju kod sudišta, moraju pohraniti u pismohrani Kurije bilo u javnoj bilo u tajnoj, kako već iziskuje njihova priroda.

§ 3. Bilježnici, zapisničari i ravnatelj pisarne (kancelar) ne smiju bez odredbe od strane suca izdavati prijepise sudskih spisa i dokaznica, koje su parničnom spisu priložene.

§ 4. Nepotpisani listovi, koji nemaju utjecaja na predmet parnice, pa i potpisani, kada su očevidno klevetnički, imaju se uništiti.

C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XXXIX; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 21.

1644 § 3: C. 1, 2, X, *de fide instrumentorum,* II, 22.

1645 § 3: S. C. Ep. et Reg., decr. 16 oct. 1600, n. 11.

TITULUS IV.

DE PARTIBUS IN CAUSA.

CAPUT I.

DE ACTORE ET DE REO CONVENTO.

Can. 1646. - Quilibet potest in iudicio agere, nisi a sacris canonibus prohibeatur; reus autem legitime conventus respondere debet.

Can. 1647. - Licet actor vel reus conventus procuratorem vel advocatum constituerit, semper tamen tenetur in iudicio ipsemet adesse ad praescriptum iuris vel iudicis.

Can. 1648. - § 1. Pro minoribus et iis qui rationis usu destituti sunt, agere et respondere tenentur eorum parentes aut tutores vel curatores.

§ 2. Si iudex existimet ipsorum iura esse in conflictu cum iuribus parentum vel tutorum vel curatorum, aut ipsos tam longe distare a parentibus aut tutoribus vel curatoribus, ut hisce uti aut minime aut difficulter liceat, tunc stent in iudicio per curatorem a iudice datum.

§ 3. Sed in causis spiritualibus et cum spiritualibus connexis, si minores usum rationis assecuti sint, agere et respondere queunt sine patris vel tutoris consensu; et quidem, si aetatem quatuordecim annorum expleverint, etiam per seipsos; secus per tutorem ab Ordinario datum, vel etiam per procuratorem a se, Ordinarii auctoritate, constitutum.

1646: C. 11, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1.

1647: C. 15, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1; c. 1, *de iudiciis,* II, 1, in VI°; Pius IV, const. *«De salute gregis»,* 4 sept. 1560, § 3; S. C. Ep. et Reg., *Camplen.,* 20 nov. 1601; instr. 11 iun. 1880, n. 21, 23; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XXI, XXIII.

NASLOV IV.

PARNIČNE STRANKE

GLAVA I.

TUŽITELJ I TUŽENIK

Kan. 1646. - Svatko može, ako mu to svetim kanonima nije zabranjeno, sudu podnijeti tužbu, a tuženik zakonito tužen dužan je na nju odgovoriti.

Kan. 1647. - Iako su tužitelj ili tuženik uzeli zastupnika ili odvjetnika, ipak su uvijek dužni kod sudovanja osobno prisustvovati, kada to traži zakon ili sudac.

Kan. 1648. - § 1. Za maloljetnike i za osobe koje nemaju porabe razuma, moraju podnositi tužbe i na njih odgovarati njihovi roditelji ili štitnici odnosno skrbnici.

§ 2. Ako sudac drži, da su njihova prava u protivnosti s pravima roditelja ili štitnika odnosno skrbnika, ili da se oni nalaze u tolikoj udaljenosti od roditelja ili štitnika odnosno skrbnika, da im ovi ne mogu poslužiti nikako ili teško, tada treba da pristupe sudovanju po skrbniku, kojega će postaviti sudac.

§ 3. No u duhovnim ili s duhovnim spojenim predmetima, mogu maloljetnici, ako su zadobili porabu razuma, podnositi tužbe i na njih odgovarati i bez pristanka oca ili štitnika; i to, ako su navršili četrnaest godina života, i sami osobno, inače po zastupniku imenovanom od strane Ordinarija, odnosno i po zastupniku, kojega su, s odobrenjem Ordinarija, sami postavili.

1648 § 1: C. 14, C. II, q. 1; c. 3, *de iudiciis,* II, 1, in VI°.

1648 § 3: C. 14, X, *de restitutione spoliatorum,* II, 13; c. 3, *de iudiciis,* II, 1, in VI°.

Can. 1649. - Nomine eorum de quibus in Can. 100, § 3, stat in iudicio rector vel administrator, firmo praescripto Can. 1653; in conflictu vero eorum iurium cum iuribus rectoris vel administratoris, procurator ab Ordinario designatus.

Can. 1650. - Bonis interdicti, et ii qui minus firmae mentis sunt, stare in iudicio per se ipsi possunt tantummodo ut de propriis delictis respondeant, aut ad praescriptum iudicis: in ceteris agere et respondere debent per suos curatores.

Can. 1651. - § 1. Ut curator ab auctoritate civili alicui datus a iudice ecclesiastico admittatur, debet accedere consensus Ordinarii proprii illius cui datus est.

§ 2. Ordinarius potest quoque alium curatorem constituere pro foro ecclesiastico, si, omnibus mature perpensis, id statuendum esse prudenter censuerit.

Can. 1652. - Religiosi sine Superiorum consensu non habent personam standi in iudicio, nisi in casibus qui sequuntur:

1.° Si de vindicandis adversus religionem iuribus sibi ex professione quaesitis agatur;

2.° Si ipsi extra claustra legitime morentur et iurium suorum tuitio urgeat;

3.° Si contra ipsum Superiorem denuntiationem instituere velint.

Can. 1653. - § 1. Ordinarii locorum possunt nomine ecclesiae cathedralis aut mensae episcopalis stare in iudicio; sed, ut licite agant, debent audire Capitulum cathedrale vel Consilium administrationis eorumve consensum vel consilium habere, quando periculo vertitur pecuniae summa pro qua alienanda ad normam Can. 1532, §§ 2, 3 eorundem consensus vel consilium requiritur.

§ 2. Beneficiarii omnes nomine beneficii possunt in iudicio agere aut respondere; quod tamen ut licite faciant, servare debent praescriptum Can. 1526.

§ 3. Praelati ac Superiores Capitulorum, sodalitatum et quorumlibet collegiorum stare in iudicio nequeunt, nomine suae cuiusque communitatis, sine eiusdem consensu ad normam statutorum.

1649: C. 21, X, *de rescriptis,* I, 3; c. 16, 20, *de iudiciis,* II, 1; c. un., *de statu regularium,* III, 16, in VI°.

Kan. 1649. - U ime osoba spomenutih u kan. 100, § 3, pristupa sudovanju ravnatelj odnosno upravljatelj, uz obdržavanje propisa kan. 1653; a kada su njihova prava u protivnosti s pravima ravnatelja odnosno upravljatelja, zastupnik postavljen od strane Ordinarija.

Kan. 1650. - Osobama, kojima je oduzeta samovlast, te one koje su slaboumne, mogu sami osobno pristupiti sudovanju samo onda, ako odgovaraju zbog vlastitih kažnjivih djela, ili ako to traži sudac: inače moraju podnositi tužbe i na njih odgovarati po svojim skrbnicima.

Kan. 1651. - § 1. Za to da skrbnik, koji je nekomu postavljen od strane građanske vlasti, bude pripušten od crkvenoga suca, potreban je pristanak od strane Ordinarija, koji je vlastiti za onoga, komu je postavljen.

§ 2. No Ordinarij može postaviti za crkveno područje i drugoga skrbnika, ako razborito prosudi, uzevši ozbiljno u obzir sve prilike, da je to potrebno učiniti.

Kan. 1652. - Redovnici nemaju bez pristanka Poglavara parnične sposobnosti, osim u ovim slučajevima:

1.° Ako se radi o sudskom potraživanju prava, koja su im stečena po zavjetovanju;

2.° Ako zakonito borave izvan samostana, a zaštita je njihovih prava hitna;

3.° Ako žele učiniti sudsku prijavu protiv samoga Poglavara.

Kan. 1653. - § 1. Mjesnim Ordinarijima pripada parnična sposobnost u ime stolne crkve i biskupskog stola; no za to da dopušteno pokrenu parnicu, dužni su saslušati stolni Kaptol odnosno upravno Vijeće, te imati njihov pristanak odnosno savjet, kada dolazi u pitanje novčani iznos, kod kojega se za takav izdatak prema odredbi kan. 1532 §§ 2, 3 traži njihov pristanak odnosno savjet.

§ 2. Svi nadarbenici mogu u ime nadarbine podnositi tužbe i na njih odgovarati; no za to da to čine dopušteno, moraju obdržavati propis kan. 1526.

§ 3. Prelati ili Poglavari Kaptola, udruženja i bilo kojih zborava nemaju u ime pojedinih njihovih zajednica, parnične sposobnosti, bez njezinog pristanka u skladu s ustanovama.

1652 3.°: C. 35, C. XVI, q. 1; c. 11, 26, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1.

1653 § 3: C. 21, X, *de rescriptis,* I, 3; c. 16, X, *de iudiciis,* II, 1.

§ 4. Adversus eos de quibus in §§ 1-3, si sine praescripto consensu aut consilio in iudicio egerint, piae causae aut communitati ius est ad refectionem damnorum.

§ 5. In casu vero defectus vel negligentiae illius qui administratoris munere fungitur, potest ipse loci Ordinarius per se vel per alium stare in iudicio nomine personarum moralium quae sub eius iurisdictione sunt.

§ 6. Superiores religiosi nequeunt nomine suae communitatis stare in iudicio, nisi ad normam constitutionum.

Can. 1654. - § 1. Excommunicatis vitandis aut toleratis post sententiam declaratoriam vel condemnatoriam permittitur ut per se ipsi agant tantummodo ad impugnandam iustitiam aut legitimitatem ipsius excommunicationis; per procuratorem, ad aliud quodvis animae suae praeiudicium avertendum; in reliquis ab agendo repelluntur.

§ 2. Alii excommunicati generatim stare in iudicio queunt.

CAPUT II.

DE PROCURATORIBUS AD LITES ET ADVOCATIS.

Can. 1655. - § 1. In iudicio criminali reus aut a se electum aut a iudice datum semper habere debet advocatum.

§ 2. Etiam in iudicio contentioso, si agatur de minoribus aut de iudicio in quo bonum publicum vertitur, iudex parti carenti defensorem ex officio attribuat, aut, si casus ferat, parti etiam habenti alium adiungat.

1653 § 4: Reg. 76, R. J., in VI°.

1654 § 1: C. 5, 7, C. III, q. 4; c. 6, c. III, q. 5; c. 1, 2, C. IV, q. 1; c. 2, C. IV, q. 6; c. 4, 17, C. VI, q. 1; c. 15, X, *de procuratoribus,* I, 38; c. 7, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 2, 5, 8, 11, 12, X, *de exceptionibus,* II, 25; c. 20, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1; c. 40, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 1, *de rescriptis,* I, 3, in VI°; c. 1, *de exceptionibus,* II, 12, in VI°; c. 2, 14, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; c. un., *de exceptionibus,* II, 10, in Clem.; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. «*Ad evitanda*», a. 1418.

§ 4. Pobožnim zakladama i zajednici pripada pravo na otštetu protiv osoba spomenutih u §§ 1-3, ako pokrenu parnicu bez propisanog pristanka odnosno savjeta.

§ 5. U slučaju kada onoga, koji izvršuju službu upravljatelja, nema ili on to zanemari, može Ordinarij sam osobno ili po drugomu pristupiti sudu u ime onih skupnih osoba, koje stoje pod njegovom poglavarskom vlašću.

§ 6. Redovnički Poglavari nemaju parnične sposobnosti u ime svoje zajednice, osim u skladu s odredbama ustanova.

Kan. 1654. - § 1. Izopćenicima koji se moraju izbjegavati ili se mogu trpjeti daje se poslije osudne odnosno izjavne presude parnična sposobnost samo utoliko, što mogu osobno sami pokrenuti parnicu o pobijanju pravednosti odnosno zakonitosti njihovog izopćenja; a po zastupniku o uklanjanju bilo koje štete po njihovu dušu; u drugim predmetima nemaju parnične sposobnosti.

§ 2. Drugi izopćenici imaju u glavnom parničnu sposobnost.

GLAVA II.

PARNIČNI ZASTUPNICI I ODVJETNICI

Kan. 1655. - § 1. Kod kaznenog sudovanja mora tuženik uvijek imati odvjetnika bilo da si ga je sam izabrao bilo da mu ga je pridijelio sudac.

§ 2. Pa i u parničnom sudskom postupku, ako se radi o maloljetnim osobama ili o sudovanju, gdje je po srijedi opće dobro, dužan je sudac po službenoj dužnosti pridijeliti stranci branitelja, ako ga nema, odnosno, kada slučaj to iziskuje, pridodati stranci koja ga već ima, još i drugoga.

1655 § 1: S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 30, 31; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XXX, XXXI; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 109, n. 2.

1655 § 2: C. 1, X, *de officio iudicis,* I, 32; c. 2, X, *de in integrum restitutione,* I, 41; c. 14, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 3, *de iudiciis,* II, 1, in VI°; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 123, n. 2.

§ 3. Praeter hos casus pars libere potest advocatum et procuratorem constituere, sed potest quoque in iudicio per se ipsa agere et respondere, nisi iudex procuratoris vel advocati ministerium necessarium existimaverit.

§ 4. At Episcopus, si quando in causa est, aliquem constituat, qui eius personam, procuratorio nomine, gerat.

Can. 1656. - § 1. Unicum quisque potest eligere procuratorem, qui nequit alium sibimet substituere, nisi expressa facultas eidem facta fuerit.

§ 2. Quod si, iusta causa suadente, plures ab eodem deputentur, hi ita constituantur, ut detur inter ipsos locus praeventioni.

§ 3. Advocati autem plures simul constitui queunt.

§ 4. Utrumque mumus, procuratoris et advocati, etiam in eadem causa et pro eodem cliente eadem persona exercere potest.

Can. 1657. - § 1. Procurator et advocatus esse debent catholici, aetate maiores, bonae famae; acatholicus non admittitur, nisi per exceptionem et ex necessitate.

§ 2. Advocatus debet praeterea esse doctor vel alioqui vere peritus, saltem in iure canonico.

§ 3. Religiosus admitti potest, nisi aliud in constitutionibus caveatur, in causis tantum in quibus vertitur utilitas suae religionis, de licentia tamen Superioris.

1655 § 3: C. 3, C. V, q. 3; c. 1, 5, 7, 8, 10, 15, X, *de procuratoribus,* I, 38; c. 1, X, *de syndico,* I, 39; c. 2, X, *de in integrum restitutione,* I, 41; c. 7, 14, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 15, 16, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1; c. 1, *de electione et electi potestate,* I, 6, in VI°; c. 1, 3, *de iudiciis,* II, 1, in VI°; c. 1, *de appellationibus,* II, 15, in VI°; Reg. 68, 72, R. J., in VI°; S. C. Ep. et Reg., *Camplen.,* 20 nov. 1601; instr. 11 iun. 1880, n. 21, 23, 30; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XXI, XXIII, XXX; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 18, § 1; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 39-41.

1655 § 4: C. 3, C. V, q. 3; c. 6, X, *de iuramento calumniae,* II, 7; Conc. Trident., sess. XIII, *de ref.,* c. 6; sess. XXIV, *de ref.,* c. 5; Pius IV, const. *«De salute gregis»,* 4 sept. 1560, § 3.

1656 § 1: C. 1, 3, *de procuratoribus,* I, 19, in VI°.

1656 § 2: C. 14, X, *de procuratoribus,* I, 38; c. 6, *de procuratoribus,* I, 19, in VI°; Reg. 54, R. J., in VI°.

§ 3. Izuzev ove slučajeve stoji stranci na volju uzeti odvjetnika i zastupnika, ali može također i sama osobno podnositi sudu tužbe i na iste odgovarati, osim ako bi sudac smatrao, da je suradnja zastupnika ili odvjetnika potrebita.

§ 4. No Biskup, ako ima pristupiti sudu, mora nekoga odrediti, koji će ga kao punomoćenik zastupati.

Kan. 1656. - § 1. Svatko može sebi izabrati samo jednoga zastupnika, a ovaj ne može sebi postaviti zamjenika, osim ako je na to bio izrijekom ovlašten.

§ 2. Ako ista stranka, kada to zahtijeva pravedni razlog, postavi više zastupnika, ovi treba da su tako postavljeni, da među njima postoji red prvenstva.

§ 3. No više odvjetnika može se istodobno postaviti.

§ 4. Jedna te ista osoba može izvršivati obje dužnosti, zastupničku i odvjetničku, pa i u jednoj te istoj parnici i za istoga štićenika.

Kan. 1657. - § 1. Zastupnik i odvjetnik moraju biti katolici, punoljetni i na dobrom glasu; nekatolik neka se ne pripusti, osim izuzetno i u nuždi.

§ 2. Odvjetnik mora povrh toga biti doktor ili inače doista vješt, barem u kanonskom pravu.

§ 3. Redovnik se može pripustiti, ako nije drugačije predviđeno u ustanovama, isključivo u parnicama, gdje je posrijedi korist njegove redovničke družbe, i to s dozvolom Poglavara.

1656 § 3: Reg. 20, R. J., in VI°.

1656 § 4: C. 4, *de procuratoribus,* I, 19, in VI°.

1657 § 1: C. 1, 2, C. III, q. 7; c. 3, C. V, q. 3; c. 7, D. I, *de poenit.;* c. 10, X, *de procuratoribus,* I, 38; c. 5, X, *de in integrum restitutione,* I, 41; c. 5, X, *ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem vel ad sententiam definitivam,* II, 6; c. 10, X, *de dolo et contumacia,* II, 14; c. 7, X, *de probationibus,* II, 19; c. 34, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 16, X, *de praebendis et dignitatibus,* III, 5; c. 13, X, *de haereticis,* V, 7; c. 1, *de procuratoribus,* I, 19, in VI°; c. un., *de poenis,* tit. XII, in Extravag. Ioan. XXII; Paulus IV, const. *«Cum ex apostolatus»,* 15 febr. 1559, § 5; S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 30; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XXX.

1657 § 2: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 44, § 2.

1657 § 3: C. 35, C. XVI, q. 1; c. 2, X, *de postulando,* I, 37; c. 3, *de procuratoribus,* I, 10, in Clem.

Can. 1658. - § 1. Quilibet pro lubitu a parte potest eligi et deputari procurator, dummodo secundum praecedentem canonem idoneus sit, quin opus sit ut Ordinarii approbatio antecesserit.

§ 2. Advocatus autem, ut ad patrocinium admittatur, indiget approbatione Ordinarii, quae aut generalis sit ad omnes causas aut specialis pro certa causa.

§ 3. In iudicio coram Sanctae Sedis delegato, ipsius delegati est approbare et admittere advocatum, quo pars uti se velle ostenderit.

§ 4. Procurator et advocatus, in causis quae ad normam Can. 1579, §§ 1, 2 aguntur in religionis tribunali, eligendi sunt ex eadem religione et ante patrocinii susceptionem approbandi ab eo, qui partes iudicis in causa agit; in causis vero quae ad normam eiusdem canonis § 3 apud tribunal Ordinarii loci pertractantur, admitti potest etiam religioni extraneus.

Can. 1659. - § 1. Procurator ne prius a iudice admittatur quam speciale mandatum ad lites scriptum, etiam in calce ipsius citationis, mandantis subscriptione munitum, et locum, diem, mensem et annum referens, apud tribunal deposuerit.

§ 2. Quod si mandans scribere nesciat, hoc ipsum ex scriptura constet necesse est, et parochus vel notarius Curiae vel duo testes, loco mandantis, mandatum subsignent.

Can. 1660. - Mandatum procurationis asservari debet in actis causae.

Can. 1661. - Advocatus, ut causae patrocinium suscipiat, habeat necesse est a parte vel a iudice commissionem ad instar mandati procuratorii, de qua in actis constare debet.

1658 § 1: C. 14, X, *de procuratoribus,* I, 38; c. 1, 5, *de procuratoribus,* I, 19, in VI°.

1658 § 2: S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 30; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XXX.

1658 § 4: C. 35, C. XVI, q. 1; c. 2, X, *de postulando,* I, 37; c. 3, *de procuratoribus,* I, 10, in Clem.

Kan. 1658. - § 1. Stranka može po volji svaku osobu izabrati i postaviti zastupnikom, pod uvjetom da je za to sposobna prema prethodnom kanonu, te za to ne treba predhodnog odobrenja od strane Ordinarija.

§ 2. No odvjetnik mora za to, da bude pripušten odvjetničkoj službi, imati odobrenje od strane Ordinarija, koje treba da je ili općenito za sve parnice ili posebno za određenu parnicu.

§ 3. Pri sudovanju pred punomoćnikom Svete Stolice, spada na samoga delegata odobriti i pripustiti odvjetnika, kojim se stranka želi poslužiti.

§ 4. U parnicama, koje se vode prema odredbi kan. 1579, §§ 1, 2 pred redovničkim sudištem, moraju se zastupnik i odvjetnik izabrati iz iste redovničke družbe, te moraju prije preuzimanja odvjetničke dužnosti biti odobreni od strane onoga, koji u parnici ima sudačku službu; no u parnicama, koje se vode prema odredbi istoga kanona § 3 pred sudištem mjesnoga Ordinarija, može se pripustiti i osoba neredovnička.

Kan. 1659. - § 1. Sudac neka ne pripusti zastupnika, dok on najprije ne predloži sudištu posebnu pismenu parničnu punomoć, pa bilo i na okrajku same pozivnice, potpisanu po vlastodavcu, s oznakom mjesta, dana, mjeseca i godine.

§ 2. Kada vlastodavac ne zna pisati, nužno je, da se to spomene u samoj ispravi, te da umjesto vlastodavca punomoć potpišu župnik ili bilježnik Kurije ili dva svjedoka.

Kan. 1660. - Punomoć za zastupanje treba sačuvati u parničnim spisima.

Kan. 1661. - Odvjetnik mora za to, da preuzme odvjetnički posao u parnici, imati ovlaštenje u obliku zastupničke punomoći izdano od stranke ili od suca, a o tom se mora učiniti zabilježba u spisima.

1659 § 1: C. 28, X, *de rescriptis,* I, 3; c. 13, X, *de renunciatione,* I, 9; c. 1, 9, 12, X, *de procuratoribus,* I, 38; c. 1, 38, *de electione et electi potestate,* I, 6, in VI°; c. 4, *de procuratoribus,* I, 19, in VI°; c. 1, *de appellationibus,* II, 15, in VI°; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 4; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 12, c.

1661: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 18, § 3.

Can. 1662. - Nisi speciale mandatum habuerit, procurator non potest renuntiare actioni, instantiae vel actis iudicialibus, nec transigere, pacisci, compromittere in arbitros, deferre aut referre iusiurandum, et generatim ea agere pro quibus ius requirit mandatum speciale.

Can. 1663. - Tum procurator tum advocatus possunt a iudice, dato decreto, repelli sive ex officio sive ad instantiam partis, iusta tamen de causa.

Can. 1664. - § 1. Advocati et procuratores possunt ab eo a quo constituti sunt, removeri, salva obligatione solvendi honoraria ipsis debita; verum ut remotio effectum sortiatur, necesse est ut ipsis intimetur, et, si lis iam contestata fuerit, iudex et adversa pars certiores facti sint de remotione.

§ 2. Lata definitiva sententia, ius ex officium appellandi, si mandans non renuat, procuratori manet.

Can. 1665. - § 1. Vetatur uterque emere litem, aut sibi de immodico emolumento vel rei litigiosae parte vindicata pacisci.

§ 2. Quae si fecerint, nulla est pactio, et a iudice vel ab Ordinario poterunt poena pecuniaria mulctari; advocatus praeterea tum ab officio suspendi, tum etiam, si recidivus sit, destitui et titulo privari.

Can. 1666. - Advocati ac procuratores qui ob dona aut pollicitationes aut quamlibet aliam rationem suum officium prodiderint, ab officio repellantur, et, praeter damnorum refectionem, mulcta pecuniaria aliisve congruis poenis plectantur.

1662: C. 7, X, *de in integrum restitutione,* I, 41; c. 9, X, *de arbitris,* I, 43; c. 69, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 4, 5, *de procuratoribus,* I, 19, in VI°; Reg. 81, R. J., in VI°; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 149, n. 3. -- Vide etiam Can. 1740, § 2.

1664 § 1: C. 33, X, *de rescriptis,* I, 3; c. 3, 4, 6, 8, 13, X, *de procuratoribus,* I, 38; c. 1, X, *de regulis iuris,* V, 41; c. 2, 8, *de procuratoribus,* I, 19, in VI°; S. C. Ep. et Reg., *Anagnina,* 13 sept. 1861; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Appendix, cap. III; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 60.

1664 § 2: C. 11, 14, X, *de procuratoribus,* I, 38.

Kan. 1662. - Ako za to nema posebne punomoći, ne može zastupnik odustati od tužbe, od daljnjeg postupka ni od sudskih čina, ni sklopiti nagode, ugovore, pristati da se stvar preda izabranim ili mirovnim sucima, navratiti ili uzvratiti prisegu, te uopće ne može činiti ono, za što pravni propisi traže posebnu pomoć.

Kan. 1663. - I zastupnika i odvjetnika može sudac otkloniti, izdavši o tom odluku, bilo po službenoj dužnosti bilo na traženje stranke, ali iz pravednog razloga.

Kan. 1664. - § 1. Onaj tko je ovlastio odvjetnike i zastupnike može ih i ukloniti, ali je obvezan platiti im dugovanu nagradu; no da uklanjanje ima učinak, potrebno je da o tom budu obaviješteni, a ako je spor već bio utvrđen, da se o uklanjanju izvijesti sudac i protustranka.

§ 2. Pošto presuda bude izrečena, ostaje na zastupniku pravo i dužnost uložiti priziv, osim ako se vlastodavac tomu usprotivi.

Kan. 1665. - § 1. Jednom i drugom zabranjuje se kupiti spor ili ugovorom sebi osigurati neumjerenu dobit ili prisvojiti dijela predmeta spora.

§ 2. Ako koji tako učine, ugovor je ništav, i sudac ili Ordinarij mogu ih kazniti novčanom globom; odvjetnik osim toga ima biti uklonjen iz službe, tako i svrgnut i naslova lišen, ako iznova to učini.

Kan. 1666. - Odvjetnici i zastupnici, koji pogaze svoju dužnost zbog darova ili obećanja ili bilo kojega drugoga razloga, imaju se ukloniti iz službe, te pritegnuti na naknadu štete i kazniti novčanom globom ili drugim primjerenim kaznama.

1665 § 1: C. 2, C. III, q. 7; c. 2, X, *de alienatione iudicii mutandi causa facta,* I, 42; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 45, § 3.

1665 § 2: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 45, § 3.

1666: C. 2, C. III, q. 7; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 45, § 3, Can. 46; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 iun. 1908, Pars I, Normae communes, cap. IX, n. 13°, 14°; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 28, n. 3; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 41.

TITULUS V.

DE ACTIONIBUS ET EXCEPTIONIBUS.

Can. 1667. - Quodlibet ius non solum actione munitur, nisi aliud expresse cautum sit, sed etiam exceptione, quae semper competit et est suapte natura perpetua.

Can. 1668. - § 1. Qui ad rem sibi vindicandam, seu ad ius suum in iudicio persequendum titulo agit iuris auctoritate subnixo, actione dimicat quae *petitoria* dicitur.

§ 2. Si vero rei possessionem vel iuris quasi-possessionem postulat, eius actio *possessoria* vocatur.

Can. 1669. - § 1. Actor pluribus simul actionibus, quae tamen secum ipsae non confligant, sive de eadem re, sive de diversis, reum convenire potest, si aditi tribunalis competentiam non egrediantur.

§ 2. Reus non prohibetur pluribus exceptionibus etiam contrariis uti.

Can. 1670. - § 1. Actor potest una instantia cumulare actiones possessorias et petitorias, nisi spolii exceptio ex adverso oppohatur.

§ 2. Pariter fas est reo convento in petitorio, actorem reconvenire in possessorio; et viceversa, nisi res sit de spolio.

1667: S. C. Ep. et Reg., *Lublinen.*, 8 mart. 1898. -- Vide etiam Can. 1698, § 2.

1668 § 1: C. 3, 7, X, *de causa possessionis et proprietatis,* II, 12; c. 3, X, *de probationibus,* II, 19.

1668 § 2: C. 3, 5, 7, X, *de causa possessionis et proprietatis,* II, 12; c. 3, X, *de probationibus,* II, 19.

NASLOV V.

TUŽBE I PRIGOVORI

Kan. 1667. - Svako je pravo zaštićeno ne samo time, da se može, ako drugačije nije izrijekom predviđeno, utužiti, nego i time, što se u njegovu obranu mogu iznositi prigovori, a to pripada za vazda i traje po svojoj prirodi zauvijek.

Kan. 1668. - § 1. Osoba koja podnese tužbu u cilju, da sebi pribavi stvar odnosno da pred sudom izvojuje svoje pravo s naslova na zakonu utemeljena, vodi postupak po tužbi, koja se naziva *potražnom.*

§ 2. Ako pako ide za postignućem posjeda stvari odnosno za pravom doposjeda, naziva se njegova tužba *posjednom.*

Kan. 1669. - § 1. Tužitelj može protiv tuženika podjedno podnijeti više tužbi, pod uvjetom ipak da sebi međusobno ne protuslove, i to bilo u istoj stvari, bilo u raznovrsnim, ako ne prelaze nadležnost sudišta, kojemu se podnose.

§ 2. Tuženiku je slobodno služiti se s više prigovora, pa iako su međusobom u protivnosti.

Kan. 1670. - § 1. Tužitelj može u istoj sudskoj tužbi spajati posjedne i potražne tužbe, osim kada mu se suprotstavi prigovor zbog oduzimanja posjeda.

§ 2. Isto tako može tuženik u potražnom postupku, podići protiv tužitelja protutužbu u posjednom postupku; i obratno, osim ako se radi o oduzimanju posjeda.

1670 § 1: C. 4, X, *de ordine cognitionum,* II, 10; c. 2, X, *de causa possessionis et proprietatis,* II, 12; c. un., *de causa possessionis et proprietatis,* II, 3, in Clem.

1670 § 2: C. 21, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 3, 4, X, *de causa possessionis et proprietatis,* II, 12; c. 1, X, *de restitutione spoliatorum,* II, 13; c. 3, X, *de probationibus,* II, 19; c. un., *de causa possessionis et proprietatis,* II, 3, in Clem.

Can. 1671. - § 1. Item fas est actori, antequam conclusum fuerit in causa, ab instituto iudicio petitorio regredi ad possessorium adipiscendae vel recuperandae.

§ 2. Imo ex iusta causa iudex etiam post conclusionem in causa, sed ante sententiam definitivam, hunc regressum permittere potest.

§ 3. Iudicis est, attentis partium allegationibus, aut utramque quaestionem unica sententia definire, aut prius uni, postea alteri satisfacere, prouti magis expedire ipsi videatur ad celeriorem et pleniorem iurium tuitionem.

CAPUT I.

DE REI SEQUESTRATIONE ET INHIBITIONE EXERCITII IURIS.

Can. 1672. - § 1. Qui ostenderit super aliqua re ab alio detenta ius se habere sibique damnum imminere nisi res ipsa custodienda tradatur, ius habet obtinendi a iudice eiusdem rei sequestrationem.

§ 2. In similibus rerum adiunctis obtinere potest ut iuris exercitium alicui inhibeatur.

§ 3. Sequestratio rei et inhibitio exercitii iuris a iudice decerni potest ex officio, instante praesertim promotore iustitiae aut defensore vinculi, quoties bonum publicum id postulare videatur.

Can. 1673. - § 1. Ad crediti quoque securitatem sequestratio rei admittitur, dummodo de creditoris iure liquido constet et servata norma de qua in Can. 1923, § 1.

§ 2. Sequestratio extenditur etiam ad res debitoris quae depositi causa aut quolibet alio titulo apud alias personas reperiantur.

1671 § 1: C. 5, X, *de causa possessionis et proprietatis,* II, 12; c. 36, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. un., *de causa possessionis et proprietatis,* II, 3, in Clem.

1671 § 3: C. 2, 4, 6, X, *de causa possessionis et proprietatis,* II, 12; c. 36, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20.

1672 § 1: C. 26, C. II, q. 6; c. 2, 3, X, *de sequestratione possessionum et fructuum,* II, 17; c. 7, X, *de donationibus inter virum et uxorem, et de dote post divortium restituenda,*

Kan. 1671. - § 1. Isto tako stoji na volju tužitelja, da prije no što se postupak zaglavi, promijeni pokrenuti potražni sudski postupak u posjedni za zaštitu ili uspostavu posjeda.

§ 2. Sudac dapače može iz pravednog razloga ovu izmjenu dopustiti i pošto je postupak već zaglavljen, ali prije konačne presude.

§ 3. Prepušteno je sucu, da uzevši u obzir očitovanja stranaka, ili riješi oba pitanja jednom te istom presudom, ili da presudi najprije jedno, a onda drugo, prema tomu kako pronađe, da je bolje za bržu i potpuniju zaštitu prava.

GLAVA I.

PRINUDNA UPRAVA STVARI I OBUSTAVA IZVRŠIVANJA PRAVA

Kan. 1672. - § 1. Tko dokaže, da ima pravo na neku stvar, koju drži druga osoba, te postoji pogibao štete za njega, ako se stvar ne preda na sačuvanje, ima pravo na to, da od suca ishodi prinudnu upravu ove stvari.

§ 2. U sličnim se prilikama može postići i to, da se nekomu obustavi izvršivanje prava.

§ 3. Prinudnu upravu stvari i obustavu izvršivanja prava može sudac odrediti po službenoj dužnosti onda, kada smatra, da to traži opće dobro, napose na zahtjev promicatelja pravde ili branitelja veze.

Kan. 1673. - § 1. Prinudna se uprava stvari može dozvoliti i za osiguranje vjerovničke tražbine, pod uvjetom da je vjerovničko pravo nedvoumno utvrđeno i uz održavanje odredbe sadržane u kan. 1923, § 1.

§ 2. Prinudna se uprava proteže i na one dužnikove stvari, koje se nalaze kod drugih osoba u pologu ili bilo s kojega drugoga naslova.

IV, 20; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 85, n. 1.

1672 § 3: C. 2, X, *de dolo et contumacia,* II, 14; c. 2, 3, X, *de sequestratione possessionum et fructuum,* II, 17; c. 14, X, *de probationibus,* II, 19; c. un., *de sequestratione possessionum et fructuum,* II, 6, in Clem.; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 98, n. 1.

Can. 1674. - Sequestratio rei et suspensio exercitii iuris decerni nullatenus possunt, si damnum quod timetur, possit aliter reparari et idonea cautio de eo reparando offeratur.

Can. 1675. - § 1. Ad custodiam rei sequestrationi subiectae idonea persona, proponentibus partibus, a iudice designetur, quae sequester dicitur; si partes inter se dissentiant, iudex ex officio sequestrem deligat.

§ 2. Sequester in re custodienda, curanda et servanda non minorem diligentiam adhibere debet quam suis adhibet rebus, eamque postea, cui iudex decreverit, reddere tenetur cum omni causa.

§ 3. Iudex congruam decernat mercedem sequestri, si eam petat.

CAPUT II.

DE ACTIONIBUS EX NOVI OPERIS NUNTIATIONE ET DAMNO INFECTO.

Can. 1676. - § 1. Qui ex aliquo novo opere damnum timet suae rei obventurum, potest illud iudici nuntiare ut opus interrumpatur, donec utriusque partis iura, iudicis sententia, definiantur.

§ 2. Is cui intimata fuerit prohibitio, continuo ab opere cessare debet, sed, dummodo idonee caveat se in pristinum omnia restituturum si absoluto iudicio victus discesserit, poterit a iudice continuationem eiusdem impetrare.

§ 3. Nuntianti novum opus ad ius suum demonstrandum duo menses praefiniuntur; qui ex iusta et necessaria causa a iudice, audita altera parte, prorogari vel reduci poterunt.

1674: C. 1, X, *de sequestratione possessionum et fructuum,* II, 17.

1675 § 1: C. un., *de sequestratione possessionum et fructuum,* II, 6, in Clem.

1675 § 2: C. 2, X, *de dolo et contumacia,* II, 14; c. un., *de sequestratione possessionum et fructuum,* II, 6, in Clem.

Kan. 1674. - Nikako se ne može odrediti prinudna uprava stvari i obustava izvršivanja prava, ako se šteta, koje se netko boji, može naknaditi na drugi način i pružiti za tu naknadu prikladno jamstvo.

Kan. 1675. - § 1. Sudac mora za čuvanje stvari stavljene pod prinudnu upravu, odrediti prikladnu osobu, koja se zove prinudni upravitelj; ako se stranke u tom ne mogu složiti, imenovat će sudac prinudnog upravitelja po službenoj dužnosti.

§ 2. Prinudni upravitelj dužan je stvar čuvati, o njoj brigu voditi i držati je jednakim marom kao i svoje, te je mora poslije predati sa svima pripacima onomu, koga sudac odredi.

§ 3. Sudac mora prinudnom upravitelju odrediti primjerenu plaću, ako je traži.

GLAVA II.

TUŽBE PO PRIGOVORU ZBOG NOVOPODUZETOG POSLA I ŠTETE, KOJA PRIJETI

Kan. 1676. - § 1. Tko se boji, da će zbog nekoga novopoduzetog posla nastati šteta po njegovu stvar, može zbog toga podnijeti sucu prigovor sa zahtjevom, da se započeti posao prekine, doklegod ne budu prava jedne i druge stranke ustanovljena sudačkom presudom.

§ 2. Onaj komu je takova zabrana dostavljena, dužan je smjesta prestati s poslom, no sudac mu može dozvoliti nastavak posla, pod uvjetom da primjereno osigura, da će sve opet uspostaviti u prijašnje stanje, ako po svršenom sudovanju izgubi parnicu.

§ 3. Onaj tko podnese prigovor zbog novopoduzetog posla ima u roku od dva mjeseca dokazati svoje pravo; ovaj rok može sudac iz pravednog i nužnog razloga, po saslušanju druge stranke, produžiti ili skratiti.

1676 § 1: C. 1, 2, X, *de novi operis nunciatione,* V, 32; S. C. Ep. et Reg., *Nullius Altamurae,* 18 nov. 1617; *Faventina,* 12 aug. 1853.

1676 § 2: C. 3, 4, X, *de novi operis nunciatione,* V, 32; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 206, n. 2.

1676 § 3: C. 4, X, *de novi operis nunciatione,* V, 32.

Can. 1677. - Si vetus opus magna ex parte immutetur, idem ius esto quod de novo opere Can. 1676 constitutum est.

Can. 1678. - Qui grave damnum rei suae imminere pertimescit ex alieno aedificio quod ruinam minatur, ex arbore aut ex alia re quacunque, actionem habet *de damno infecto* ad obtinendam periculi remotionem, aut cautionem de damno vel avertendo, vel compensando, si forte evenerit.

CAPUT III.

DE ACTIONIBUS OB NULLITATEM ACTORUM.

Can. 1679. - Si actus aut contractus sit ipso iure nullus, datur ei, cuius interest, actio ad obtinendam a iudice declarationem nullitatis.

Can. 1680. - § 1. Nullitas actus tunc tantum habetur, cum in eo deficiunt quae actum ipsum essentialiter constituunt, aut sollemnia seu conditiones desiderantur a sacris canonibus requisitae sub poena nullitatis.

§ 2. Nullitas alicuius actus non importat nullitatem actorum qui praecedunt aut subsequuntur et ab actu non dependent.

Can. 1681. - Qui actum posuit nullitatis vitio infectum, tenetur de damnis et expensis erga partem laesam.

Can. 1682. - Nullitas actus a iudice declarari non potest ex officio, nisi aut publice id intersit, aut agatur de pauperibus vel de minoribus aliisve qui minorum iure censentur.

Can. 1683. - Iudex inferior de confirmatione, a Romano Pontifice actui vel instrumento adiecta, videre non potest, nisi Apostolicae Sedis praecesserit mandatum.

1677: S. C. Ep. et Reg., *Bononien.*, 21 sept. 1838.

1679: C. 42, C. XII, q. 2; c. 2-4, X, *de his, quae vi metusve causa fiunt,* I, 40.

Kan. 1677. - Ako se stari posao u velikom dijelu izmjenjuje, vrijede iste odredbe, koje su propisane u kan. 1676 o novopoduzetom poslu.

Kan. 1678. - Tko se boji, da njegovoj stvari prijeti velika šteta od tuđe zgrade, jer je ruševna, od stabla ili od bilo koje druge stvari, može podnijeti tužbu zbog *štete koja prijeti,* da postigne uklanjanje pogibli, odnosno jamčevinu za to, da će šteta, ako bi se možda dogodila, biti ili popravljena ili naknađena.

GLAVA III.

TUŽBE ZBOG NIŠTAVOSTI PRAVNIH ČINA

Kan. 1679. - Ako je čin ili ugovor ništav po snazi samoga zakona, može zanimani podići tužbu za to, da postigne od suca proglašenje ništavosti.

Kan. 1680. - § 1. Pravni je čin samo onda ništav, kada nema nečega, što spada na bitnost samoga čina, ili kada su propuštene potrebitosti ili uvjeti propisani u svetim kanonima pod kaznama ništavosti.

§ 2. Ništavost nekoga pravnoga čina ne povlači sobom ništavost onih čina, koji mu predhode ili slijede, a ne ovise od njega.

Kan. 1681. - Tko je izvršio čin s griješkom ništavosti, stoji za štete i troškove u obvezi spram povređene stranke.

Kan. 1682. - Sudac ne može čin proglasiti ništavim po službenoj dužnosti, osim ako je ili po srijedi opće dobro, ili se radi o siromasima odnosno maloljetnicima ili drugim osobama u pravu izjednačenima s maloljetnicima.

Kan. 1683. - Niži sudac ne može rješavati o potvrdi čina ili isprave pridanoj od strane Rimskog Prvosvećenika, ako nije prije toga dobio za to nalog od Apostolske Stolice.

1681: Vide etiam Can. 1625, § 1.

1683: C. 1, 2, X, *de confirmatione utili vel inutili,* II, 30; c. un., *de probationibus,* II, 7, in Clem.

CAPUT IV.

DE ACTIONIBUS RESCISSORIIS ET DE RESTITUTIONE IN INTEGRUM.

Can. 1684. - § 1. Si quis motus metu gravi iniuste incusso, vel dolo circumventus actum posuerit vel contractum inierit qui ipso iure non sit nullus, poterit, metu vel dolo probato, obtinere actus vel contractus rescissionem actione quae vocatur *rescissoria.*

§ 2. Eadem actione intra biennium uti potest, qui gravem ex contractu laesionem ultra dimidium ex errore passus est.

Can. 1685. - Institui haec actio potest:

1.° Contra eum qui metum intulit aut dolum patravit, quamvis ipse non in suum, sed in alterius commodum talia peregerit;

2.° Contra quemlibet malae fidei et etiam bonae fidei possessorem, qui res metu vel dolo extortas possidet, salvo iure regressus contra quemlibet usque ad ipsum metus vel doli auctorem.

Can. 1686. - Si is qui metum intulit aut dolum patravit, urgeat actus vel contractus exsecutionem, parti laesae seu deceptae competit exceptio metus vel doli.

Can. 1687. - § 1. Minoribus vel minorum iure fruentibus graviter laesis eorumque heredihus et successoribus, ad laesionem reparandam ex negotio seu actu valido rescindibili, praeter alia ordinaria remedia, suppetit remedium extraordinarium restitutionis in integrum.

§ 2. Hoc beneficium maioribus quoque conceditur quos deficit rescissoria actio aut aliud ordinarium remedium, dummodo iustam subesse causam et laesionem sibi imputandam non esse probaverint.

1684 § 1: C. 1, 2, 4, 6, 7, *de his, quae vi metusve causa fiunt,* I, 40; c. 8, X, *de in integrum restitutione,* I, 41; c. 2, X, *de arbitris,* I, 43; c. 17, X, *de conversione coniugatorum,* III, 32.

GLAVA IV.

TUŽBE POBITNE I NA POVRATU U PRIJAŠNJE STANJE

Kan. 1684. - § 1. Ako je netko pod utjecajem teškoga nepravedno zadanog straha, ili prevarom zaveden izvršio čin ili sklopio ugovor, koji nije ništav snagom samoga zakona, moći će, pošto se strah ili prevara dokaže, postići poništenje čina ili ugovora tužbom, koja se zove *pobitna.*

§ 2. Isto takovu tužbu može podnijeti u roku od dvije godine onaj, tko je po ugovoru teško oštećen iz zablude iznad polovice vrijednosti.

Kan. 1685. - Ovakova se tužba može podići:

1.° Protiv onoga, tko je strah zadao ili počinio prevaru, iako on toga nije učinio u svoju, nego u korist drugoga;

2.° Protiv svakoga nepoštenoga, pa i poštenoga posjednika, koji ima stvari iznuđene strahom ili prevarom, no s pravom tražiti naknadu protiv svakoga sve do prvoga uzročnika straha ili prevare.

Kan. 1686. - Kada onaj tko je zadao strah ili počinio prevaru traži izvršenje čina ili ugovora, pripada povređenoj odnosno prevarenoj stranci pravo staviti prigovor zbog straha ili prevare.

Kan. 1687. - § 1. Maloljetnicima ili osobama, za koje vrijedi maloljetničko pravo, te njihovim nasljednicima i pravnim sljednicima pristoji za to, da se ispravi povreda zbog pravno valjanog, ali pobitnog posla ili čina, povrh drugih redovnih pravnih lijekova, još i izvanredni pravni lijek povrate u prijašnje stanje.

§ 2. Ova se pogodnost dozvoljava i punoljetnicima, ako nemaju zakonske mogućnosti poslužiti se pobitnom tužbom ili drugim redovitim pravnim lijekom, pod uvjetom da postoji pravedan razlog i dokažu, da povredu nisu sami skrivili.

1687 § 1: C. 1-3, 5, 7, 8, X, *de in integrum restitutione,* I, 41; c. 11, X, *de rebus ecclesiae alienandis vel non,* III, 13; c. 2, X, *de precariis,* III, 14.

1687 § 2: C. 4, X, *de in integrum restitutione,* I, 41.

Can. 1688. - § 1. Restitutio in integrum peti debet ab ordinario iudice, qui competens est respectu illius, contra quem petitur, intra quadriennium ab adepta maioritate computandum, si agatur de minoribus, a die laesionis factae et cessati impedimenti, si de maioribus aut personis moralibus.

§ 2. Minoribus vel minorum iure fruentibus restitutio concedi potest a iudice etiam ex officio, audito vel instante promotore iustitiae.

Can. 1689. - Restitutio in integrum id efficit ut omnia revocentur in pristinum, idest restituantur in statum quo erant ante laesionem, salvis iuribus quae alii, bona fide, ante petitam restitutionem quaesiverint.

CAPUT V.

DE MUTUIS PETITIONIBUS SEU DE ACTIONIBUS RECONVENTIONALIBUS.

Can. 1690. - § 1. Actio quam reus coram eodem iudice in eodem iudicio instituit contra actorem ad submovendam vel minuendam eius petitionem, dicitur *reconventio.*

§ 2. Reconventio reconventionis non admittitur.

Can. 1691. - Actio reconventionalis locum habere potest in omnibus causis contentiosis, exceptis causis spolii; in criminalibus vero non admittitur, nisi ad normam Can. 2218, § 3.

Can. 1692. - Proponenda est iudici coram quo actio principalis instituta est, licet ad unam causam dumtaxat delegato vel alioquin incompetenti, nisi sit absolute incompetens.

1688 § 1: C. 8, 9, X, *de in integrum restitutione,* I, 41; c. 1, 2, *de restitutione in integrum,* I, 21, in VI°; c. un., *de restitutione in integrum,* I, 11, in Clem.

1689: C. 11, X, *de rebus ecclesiae alienandis vel non,* III, 13.

1690: C. 6, X, *de arbitris,* I, 43; c. 1, 2, X, *de mutuis petitionibus,* II, 4; c. 2, X, *de ordine cognitionum*, II, 10; c. 3, X, *de probationibus,* II, 19; c. 3, *de rescriptis,* I, 3, in VI°; c. 2, *de verborum significatione,* V, 11 in Clem.

Kan. 1688. - § 1. Povrata u prijašnje stanje mora se tražiti kod redovnog suca, koji je nadležan za onoga, protiv koga se traži, i to unutar četiri godine, koje se računaju, kada se radi o maloljetnicima, od postignute punoljetnosti, a kada se radi o punoljetnicima ili skupnim osobama od dana, kada je povreda počinjena i zapreka prestala.

§ 2. Sudac može maloljetnicima i osobama, za koje vrijedi maloljetničko pravo, povratu dozvoliti i po službenoj dužnosti, po saslušanju ili po traženju promicatelja pravde.

Kan. 1689. - Povrata u prijašnje stanje ima taj učinak, da se sve vraća natrag, kako je prije bilo, to jest uspostavlja se stanje, koje je postojalo prije povrede, ali se ne dira u prava, dobrom vjerom, od drugih stečena prije zatražene povrate.

GLAVA V.

MEĐUSOBNE TUŽBE ILI PROTUTUŽBE

Kan. 1690. - § 1. Tužba koju podnese tuženik pred istim sucem i pri istom sudovanju protiv tužitelja za to, da ukloni ili umanji njegov tužbovni zahtjev, zove se *protutužba.*

§ 2. Protutužba na protutužbu nije dopustiva.

Kan. 1691. - Protutužba može se podnijeti u svim parničnim sporovima, izuzev sporove o uspostavi posjeda; a u kaznenim dopustiva je samo u skladu s odredbom kan. 2218, § 3.

Kan. 1692. - Ona se mora podnijeti onomu sucu, pred kojim je pokrenuta prva tužba, iako je on opunomoćen samo za jednu parnicu ili je inače nenadležan, osim ako je nenadležan bezuvjetno.

1691: C. 4, X, *de ordine cognitionum,* II, 10.

1692: C. 21, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 1, X, *de mutuis petitionibus,* II, 4; c. 3, *de rescriptis,* I, 3, in VI°; Reg. 42, R. J., in VI°.

CAPUT VI.

DE ACTIONIBUS SEU REMEDIIS POSSESSORIIS.

Can. 1693. - Qui ad possessionem alicuius rei adipiscendam, vel ad alicuius iuris exercitium obtinendum munitur titulo legitimo, petere potest, ut in rei possessionem vel iuris exercitium immittatur.

Can. 1694. - Non solum possessio, sed etiam simplex detentio praestat, ad normam canonum qui sequuntur, actionem vel exceptionem possessoriam.

Can. 1695. - § 1. Qui annum integrum in possessione rei vel in quasi-possessione iuris manserit, si molestiam patiatur quominus suam possessionem vel quasi-possessionem retineat, habet actionem *retinendae possessionis.*

§ 2. Haec actio non admittitur nisi intra annum ab illata molestia adversus molestiae auctorem ut a molestiis desistat.

Can. 1696. - § 1. Etiam qui vi, clam vel precario possidet, actione *retinendae possessionis* uti potest adversus quemlibet deturbatorem: non autem contra personam a qua ipse rem vi vel clam surripuit aut precario accepit.

§ 2. In causis quae ad bonum publicum spectant, iustitiae promotori ius est opponendi vitium possessionis adversus eum qui vi, clam vel precario possidet.

Can. 1697. - § 1. Si inter duos controversia oriatur uter eorum possideat, ille in possessione praeferendus est qui intra annum frequentiores et potiores possessionis actus exercuit.

§ 2. In dubio iudex possessionem pro indiviso utrique parti attribuat.

1693: C. 3, X, *ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem vel ad sententiam definitivam,* II, 6.

1694: C. 5, X, *de causa possessionis et proprietatis,* II, 12; c. 6, X, *de institutionibus,* III, 7.

GLAVA VI.

TUŽBE I PRAVNI LIJEKOVI U POSJEDNOM POSTUPKU

Kan. 1693. - Tko ima zakoniti naslov za to, da uzme u posjed neku stvar, ili da zadobije izvršivanje nekog prava, može tužbom tražiti, da bude u posjed stvari odnosno izvršivanje prava uveden.

Kan. 1694. - Pravo na posjednu tužbu odnosno prigovor daje u skladu s kanonima, koji slijede, ne samo posjed, nego i obično držanje stvari.

Kan. 1695. - § 1. Tko je bio kroz potpunu godinu dana u posjedu stvari odnosno u doposjedu prava, može podići, ako ga netko u tomu, da svoj posjed zadrži, smeta, tužbu zbog *smetanja posjeda.*

§ 2. Takova je tužba dopustiva samo unutar jedne godine od izvršenog smetanja protiv uzročnika smetanja, da od smetanja odustane.

Kan. 1696. - § 1. Tužbu zbog *smetanja posjeda* može podnijeti i onaj, koji je ušao u posjed silom, lukavstvom ili izmoljenom posudbom, i to protiv svakoga smetaoca; ali ne protiv one osobe, od koje je on stvar uzeo silom ili lukavstvom odnosno primio po izmoljenoj posudbi.

§ 2. U sporovima, kod kojih je posrijedi opće dobro, ima promicatelj pravde pravo podnijeti prigovor zbog griješke u posjedu protiv onoga, koji je ušao u posjed silom, lukavstvom ili izmoljenom posudbom.

Kan. 1697. - § 1. Ako postoji prijepor između dvije osobe o tom, koja je od njih dvije u posjedu, onoj se ima priznati prednost u posjedu, koja je unutar jedne godine izvršivala mnogobrojnije i poglavitije posjedne čine.

§ 2. U dvojbi u tom neka sudac dopusti da nerazdijeljeno izvršuju posjed zajednički.

1695 § 1: C. 3, X, *de probationibus,* II, 19.

1696 § 1: C. 12, X, *de restitutione spoliatorum,* II, 13.

1697 § 1: C. 3, 9, X, *de probationibus,* II, 19; c. 6, X, *de institutionibus,* III, 7.

§ 3. Si rei vel iuris indoles aut contentionum et rixarum periculum non patiantur ut litigantibus pro indiviso possessio interim attribuatur, iudex rem apud sequestrem deponi, aut iuris quasi- possessionem suspendi iubeat usque ad iudicii petitorii exitum.

Can. 1698. - § 1. Qui vi aut clam quoquo modo a possessione rei vel quasi-possessione iuris deiectus est, adversus quemlibet spolii auctorem vel rei detentorem habet actionem *recuperandae possessionis* vel de spolio et spolii exceptionem.

§ 2. Haec actio non admittitur praeterlapso anno postquam spolium passus rei notitiam habuit; exceptio, contra, perpetua est.

Can. 1699. - § 1. Spoliatus adversus spoliantem excipiens et probans spolium, non tenetur respondere, nisi prius fuerit in suam possessionem restitutus.

§ 2. Spoliatus ut in possessionem restituatur, nil aliud probare debet, nisi spoliationem ipsam.

§ 3. Sed si in restitutione rei vel exercitii iuris aliquod occurrat periculum (ex. gr., saevitiarum, cum vir contra uxorem postulat restitutionem coniugalis consortii), iudex, ad instantiam partis vel promotoris iustitiae, pro diversis personarum causarumve adiunctis decernat aut restitutionem suspendi, aut rem vel personam apud sequestrem custodiri, donec causa petitorio iudicio definiatur.

Can. 1700. - Iudicia possessoria absolvenda sunt, citata dumtaxat adversa parte in iudiciis retinendae vel recuperandae; citatis vero omnibus iis quorum interest, in iudiciis adipiscendae.

1698 § 1: C. 11, 15, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 2, X, *de ordine cognitionum,* II, 10; c. 2, 3, 5-8, 10, 11, 15, 17-19, X, *de restitutione spoliatorum,* II, 13; c. 14, X, *de sepulturis,* III, 28; c. 1, *de restitutione spoliatorum,* II, 15, in VI°; c. un., *de causa possessionis et proprietatis,* II, 3, in Clem.

1699 § 1: C. 1-6, C. II, q. 2; c. 1-4. C. III, § 1; c. 10, X, *de procuratoribus,* I, 38; c. 4, X, *de ordine cognitionum,* II, 10; c. 1-3, 5-7, 10, 13, 19, X, *de restitutione spoliatorum,* II, 13; c. 51, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 14, X, *de usuris,* V, 19.

§ 3. Ako se tomu, da se parničarima dopusti, da međutimno zajednički izvršuju posjed nerazdijeljeno, protivi priroda stvari ili to što postoji pogibao razmirica i svađa, neka sudac odredi, da se stvar ima predati prinudnom upravitelju, odnosno da se ima obustaviti izvršivanje prava do-posjeda sve do svršetka potražnog sudskog postupka.

Kan. 1698. - § 1. Tko je silom ili lukavstvom bilo kako lišen posjeda stvari ili prava do-posjeda, može protiv svakoga uzročnika oduzimanja posjeda ili držaoca stvari podići tužbu zbog *uspostave posjeda* odnosno oduzetoga posjeda, te prigovor zbog oduzetog posjeda.

§ 2. Takova se tužba može podići samo unutar roka od jedne godine, otkako je oduzimanjem posjeda oštećeni za stvar saznao; prigovor naprotiv može se podnijeti uvijek.

Kan. 1699. - § 1. Oštećenik kod oduzetog posjeda, koji tužen od uzročnika oduzimanja, iznese prigovor zbog oduzetog posjeda i to dokaže, nije dužan odgovoriti na tužbu, dok najprije ne bude uspostavljen u svojemu posjedu.

§ 2. Oštećeni kod oduzetog posjeda ne mora u tu svrhu, da bude uspostavljen u posjedu, ništa drugo dokazati, osim to, da mu je posjed oduzet.

§ 3. No ako bi s uspostavom posjeda stvari ili izvršivanja prava bila skopčana kakova pogibao (npr. zlostavljanja, kada suprug traži protiv supruge uspostavu bračne zajednice), neka sudac na molbu stranke ili zaštitnika pravde, odredi prema raznovrsnim osobnim ili stvarnim prilikama, ili da se uspostava odgađa, ili da se stvar odnosno osoba preda na čuvanje prinudnom upravitelju, dok se ne dovrši potražni sudski postupak.

Kan. 1700. - Posjedovne parnice imaju se rješavati pozvavši samo protustranku u parnicama za zadržavanje ili dobivanje posjeda natrag; a u parnicama za stjecanje posjeda pozovu se, svakako, svi oni koji u parnici imaju interes.

1699 § 2: C. 4, X, *de causa possessionis et proprietatis,* II, 12; c. 11, 17, 18, X, *de restitutione spoliatorum,* II, 13.

1699 § 3: C. 8, 13, X, *de restitutione spoliatorum,* II, 13; c. 14, X, *de probationibus,* II, 19; c. 14, X, *de sponsalibus et matrimoniis,* IV, 1; Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref. matrim.,* c. 6.

CAPUT VII.

DE EXSTINCTIONE ACTIONUM.

Can. 1701. - In contentiosis actiones tum reales tum personales exstinguuntur praescriptione ad normam Can. 1508-1512; actiones autem de statu personarum nunquam exstinguuntur.

Can. 1702. - Omnis criminalis actio perimitur morte rei, condonatione legitimae potestatis, et lapsu temporis utilis ad actionem criminalem proponendam.

Can. 1703. - Firmo praescripto Can. 1555, § 1 de delictis Sacrae Congregationi S. Officii reservatis, tempus utile ad actionem criminalem proponendam est triennium, nisi agatur:

1.° De actione iniuriarum, quae uno anno perimitur;

2.° De actione ob delicta qualificata contra VI et VII divinum praeceptum, quae quinquennio perimitur;

3.° De actionibus ob simoniam vel homicidium, contra quae actio criminalis decennio perdurat.

Can. 1704. - Sublata per praescriptionem actione criminali:

1.° Non est hoc ipso sublata actio contentiosa, forte ex delicto orta, ad damna sarcienda;

2.° Ordinarius remediis Can. 2222, § 2 statutis uti adhuc potest.

Can. 1705. - § 1. Praescriptio in contentiosis currit ex quo actio primum potuit iure proponi; in criminalibus, a die patrati delicti.

§ 2. Si delictum habeat tractum, ut vocant, successivum, non currit praescriptio, nisi a die qua delicti tractus cessaverit.

§ 3. In delicto habituali vel continuato praescriptio non decurrit nisi post ultimum actum; et conventus ob aliquem criminosum actum non praescriptum, tenetur de antiquioribus, qui cum eodem actu connectuntur, etiamsi singulatim sumpti ob praescriptionem excluderentur.

1702: C. 14, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1.

1703 3.°: S. C. Ep. et Reg., *Forolivien.,* 7 maii 1830; *Lublinen.,* 8 mart. 1898.

GLAVA VII.

UTRNUĆE TUŽBI

Kan. 1701. - U parničnom postupku utrnjuju i stvarne i osobne tužbe zastarom prema odredbama kan. 1508-1512; stališke pako tužbe ne utrnjuju nikada.

Kan. 1702. - Svaka kaznena tužba prestaje smrću tuženika, pomilovanjem zakonite oblasti, te izminućem korisnoga vremena za podnašanje tužbe.

Kan. 1703. - Uz obdržavanje propisa kan. 1555, § 1 glede krivičnih djela pridržanih Svetom Zboru Sv. Službe, korisno je vrijeme za podnošenje kaznene tužbe tri godine, osim ako se radi:

1.° O tužbi zbog uvrede poštenja, koja prestaje za godinu dana;

2.° O tužbi zbog kvalificiranih krivičnih djela protiv VI. i VII. zapovijedi Božje, koja prestaje za pet godina;

3.° O tužbama zbog simonije ili ubojstva, protiv kojih traje pravo na kaznenu tužbu deset godina.

Kan. 1704. - Kada je pravo na kaznenu tužbu prestalo zastarom:

1.° Nije tim samim prestalo pravo, koje je iz krivičnog djela nastalo, na parničnu tužbu za naknadu štete;

2.° Ordinarij može ipak još primijeniti kaznene mjere određene u kan. 2222, § 2.

Kan. 1705. - § 1. U parničnim sporovima teče zastara, otkako se je najprije tužba po zakonu mogla podići; u kaznenim, od dana kada je kažnjivo djelo izvršeno.

§ 2. Ako krivično djelo ima tako zvano susljedno trajanje, zastara teče istom od dana, kada je trajanje prestalo.

§ 3. U krivičnom djelu po navici ili po produženju zastara teče istom od posljednjeg učina; i onaj, tko je tužen zbog nekog zlodjela, koje nije zastarjelo, mora odgovarati i za prijašnja, koja su s tim djelom u vezi, iako bi ona pojedinački uzeta bila izlučena.

1704 2.°: C. 5, X, *de raptoribus, incendiariis et violatoribus ecclesiarum,* V, 17; c. 9, X, *de usuris,* V, 19; S. C. Ep. et Reg., *Lublinen.,* 8 mart. 1898.

1705 § 2: S. C. Ep. et Reg., *Lublinen.,* 8 mart. 1898.

TITULUS VI.

DE CAUSAE INTRODUCTIONE.

CAPUT I.

DE LIBELLO LITIS INTRODUCTORIO.

Can. 1706. - Qui aliquem convenire vult debet libellum competenti iudici exhibere, in quo controversiae obiectum proponatur, et ministerium iudicis ad deducta iura persequenda expostuletur.

Can. 1707. - § 1. Qui scribere nescit, aut legitime impeditur quominus libellum exhibeat, oretenus petitionem suam coram tribunali proponere potest.

§ 2. Item in causis facilioris investigationis et minoris momenti ac propterea cito expediendis, iudicis arbitrio relinquitur petitionis admissio oretenus sibi facta.

§ 3. In utroque tamen casu iudex notarium iubeat scriptis actum redigere qui actori legendus est et ab eo probandus.

Can. 1708. - Libellus quo lis introducitur debet:

1.° Exprimere coram quo iudice causa introducatur, quid petatur, et a quo petatur;

2.° Indicare, generatim saltem, quo iure innitatur actor ad comprobanda ea quae allegantur et asseruntur;

3.° Subscribi ab actore vel eius procuratore, appositis die, mense et anno, nec non loco in quo actor vel eius procurator habitant, aut residere se dixerint actorum recipiendorum gratia.

1706: C. 17, C. II, q. 1; c. 6, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 1, 3, X, *de libelli oblatione,* II, 3; c. 3, *de sententia et re iudicata,* II, 14, in VI°; c. 2, *de verborum significatione,* V, 11, in Clem.; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 12, a.

NASLOV VI.

POKRETANJE PARNICE

GLAVA I.

TUŽBA KOJOM SE PARNICA POKREĆE

Kan. 1706. - Tko nekoga hoće tužiti, mora nadležnom sucu podnijeti tužbu, u kojoj mora izložiti predmet spora, te postaviti zahtjev, da sudac u zaštitu navedenih prava ureduje.

Kan. 1707. - § 1. Tko ne zna pisati, ili je zakonito spriječen da podnese tužbu, može svoj tužbovni zahtjev staviti kod sudišta usmeno.

§ 2. Isto se tako ostavlja na volju suca, da u sporovima, gdje je izviđanje lakše i predmet neznatan, pa se ih stoga ubrzo treba riješiti, primiti tužbovni zahtjev, koji mu je stavljen usmeno.

§ 3. No u oba slučaja ima sudac naložiti bilježniku, da o tom sastavi pismeni zapisnik, koji treba tužitelju pročitati, da ga odobri.

Kan. 1708. - U tužbi kojom se pokreće parnica, mora se:

1.° Imenovati suca, pred kojim se spor pokreće, u čemu je i protiv koga tužbovni zahtjev;

2.° Izložiti barem uglavnom, na koje se pravne propise oslanja tužitelj u dokaz onoga, što navodi i tvrdi;

3.° Staviti potpis tužiteljev ili njegovog zastupnika, s oznakom dana, mjeseca i godine, te mjesta, u kojemu stanuju tužitelj odnosno njegov zastupnik, odnosno da navedu gdje će se nalaziti u svrhu dostave spisa.

1707 § 2: C. 2, *de verborum significatione,* V, 11, in Clem.

1707 § 3: C. 2, *de verborum significatione,* V, 11, in Clem.

1708 3.°: C. 6. X, *de iudiciis,* II, 1; c. 1-3, X, *de libelli oblatione,* II, 3; c. 3, *de sententia et re iudicata,* II, 14, in VI°.

Can. 1709. - § 1. Iudex vel tribunal, postquam viderit et rem esse suae competentiae et actori legitimam personam esse standi in iudicio, debet quantocius libellum aut admittere aut reiicere, adiectis in hoc altero casu reiectionis causis.

§ 2. Si iudicis decreto libellus reiectus fuerit ob vitia quae emendari possunt, actor novum libellum rite confectum potest eidem iudici denuo exhibere; quod si iudex emendatum libellum reiecerit, novae reiectionis rationes exponere debet.

§ 3. Adversus libelli reiectionem integrum semper est parti intra tempus utile decem dierum recursum interponere ad superius tribunal: a quo, audita parte, et promotore iustitiae aut vinculi defensore, quaestio reiectionis expeditissime definienda est.

Can. 1710. - Si iudex continuo mense ab exhibito libello decretum non ediderit quo libellum admittit vel reiicit ad normam Can. 1709, pars cuius interest instare potest ut iudex suo munere fungatur; quod si nihilominus iudex sileat, lapsis quinque diebus a facta instantia, poterit recursum ad Ordinarium loci, si ipse iudex non sit, vel ad superius tribunal interponere ut vel iudex ad definiendam causam adigatur vel alius in eius locum subrogetur.

CAPUT II.

DE CITATIONE ET DENUNTIATIONE ACTORUM IUDICIALIUM.

Can. 1711. - § 1. Libello vel orali petitione admissa, locus est vocationi in ius seu citationi alterius partis.

§ 2. Quod si partes litigantes sponte coram iudice se sistant ad causam agendam, opus non est citatione, sed actuarius significet in actis partes sponte sua iudicio adfuisse.

1709 § 1: C. 2, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27; Conc. Trident., sess. XXV, *de ref.,* c. 10.

1709 § 2: C. 15, X, *de iudiciis,* II, 1.

1710: Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.,* c. 20.

1711 § 1: C. 2, 4, 11-13, C. III, q. 9; c. 1, X, *de causa possessionis et proprietatis,* II, 12; c. 1, *de appellationibus,* II, 12, in Clem.; c. 2, *de verborum significatione,* V, 11, in

Kan. 1709. - § 1. Sudac odnosno sud, pošto ustanovi i da je predmetno nadležan i da tužitelj ima parničnu sposobnost, treba da što prije ili primi ili odbije tužbu, a u ovom drugom slučaju mora obrazložiti, zašto odbija tužbu.

§ 2. Ako sudac odlukom odbije tužbu radi grješaka, koje se mogu ispraviti, tužitelj može podnijeti ponovno istomu sudu tužbu ispravno sastavljenu; pa ako sudac odbije i ispravljenu tužbu mora izložiti nove razloge, radi kojih je odbija.

§ 3. Protiv odbijanju tužbe ima stranka uvijek pravo, da u korisnom roku od deset dana uloži pritužbu na više sudište; a ovaj mora saslušavši stranku, te promicatelja pravde ili branitelja veze, pitanje o odbijanju tužbe riješiti najhitnije.

Kan. 1710. - Ako sudac kroz punih mjesec dana od predane tužbe ne izda odluku, kojom tužbu prima ili odbija prema odredbi kan. 1709, može zanimana stranka zatražiti, da sudac izvrši svoju dužnost; ako usprkos toga sudac ne ureduje, može nakon izminuća roka od pet dana računajući od podnešenog traženja, podnijeti pritužbu na mjesnoga Ordinarija, ako on sam nije sudac, ili na više sudište, da se ili sudac prisili da predmet uzme u rješavanje ili da se na njegovo mjesto postavi drugi.

GLAVA II.

POZIVANJE PRED SUD I OGLAŠIVANJE SUDSKIH ČINA

Kan. 1711. - § 1. Pošto se tužba ili usmeni tužbovni zahtjev primi, ima se pred sud pozvati druga stranka.

§ 2. Ako bi parnične stranke pristupile pred suca bez poziva na suđenje, nije potrebito pozivanje, ali zapisničar mora u spisima pripisati, da su stranke pristupile suđenju bez poziva.

Clem., S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 21; S. C. C., *Albintimilien.,* 18 ian. 1746; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XXI; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 16, 17, n. 1; Regulae servandae in iudiciis, apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 13.

1711 § 2: Reg. 31, R. J., in VI°; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 18, § 1; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 5.

Can. 1712. - § 1. Citatio fit a iudice, et libello litis introductorio inscribitur aut adiungitur.

§ 2. Denuntiatur autem reo, et, si sint plures, singulis.

§ 3. Debet insuper actori nota fieri, ut statuta die et hora ipse quoque coram iudice se sistat.

Can. 1713. - Si lis moveatur ei qui non habet liberam administrationem rerum, de quibus disceptatur, citatio denuntianda est ei qui ipsius nomine iudicium suscipere tenetur ad normam Can. 1648-1654.

Can. 1714. - Quaelibet citatio est peremptoria; nec iteretur necesse est, nisi in casu de quo in Can. 1845, § 2.

Can. 1715. - § 1. Citatio denuntietur per schedam, quae praeceptum iudicis parti conventae factum ad comparendum exprimat, idest a quo iudice, ob quam causam saltem verbis generalibus indicatam, quo actore, reus, nomine et cognomine rite designatus, conveniatur; nec non locum, et tempus, idest annum, mensem, diem et horam ad comparendum praefixam perspicue indicet.

§ 2. Citatio, sigillo tribunalis munita, subscribenda est a iudice vel ab eius auditore et a notario.

Can. 1716. - Citatio duplici scheda conficiatur, quarum altera remittatur reo convento, altera asservetur in actis.

Can. 1717. - § 1. Citationis scheda, si fieri poterit, per Curiae cursorem tradenda est ipsi convento ubicunque is invenitur.

§ 2. Ad hoc cursor etiam fines alterius dioecesis ingredi potest, si iudex id expedire censuerit et eidem cursori mandaverit.

1712 § 1: C. 11, X, *de probationibus,* II, 19; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 29.

1712 § 2: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 19, n. 2; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 33.

1714: C. 24, X, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 29; c. 2, X, *de dilationibus,* II, 8; c. 6, X, *de dolo et contumacia,* II, 14; c. un., *de foro competenti,* II, 2, in Clem.; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 26, 28; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 19.

1715 § 1: C. 4, C. III, q. 3; c. 34, 35, 43, X, *de rescriptis,* I, 3; c. 2, X, *de dilationibus,* II, 8; c. 2, *ut lite pendente nihil innovetur,* II, 5, in Clem.; S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 14, 22, 23; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XIV, XXII, XXIII; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 18, n. 1, 3; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 13.

Kan. 1712. - § 1. Pozivanje izvršuje sudac, te se mora uz tužbu, kojom se parnica pokreće pribilježiti ili priklopiti.

§ 2. Dostavlja se tuženiku, a ako ih je više, svakom od njih.

§ 3. Povrh toga mora se o tom obavijestiti tužitelj, da također u određeni dan i sat i on dođe pred suca.

Kan. 1713. - Ako se postupak zameće protiv nekoga, koji nema samovlasti u pogledu predmetâ, o kojima se vodi spor, mora se poziv dostaviti onomu, koji ima obvezu, da u njegovo ime pristupi sudovanju u skladu s odredbom kan. 1648-1654.

Kan. 1714. - Svaki je sudski poziv bezodvlačan; i nije potrebito opetovati, osim u slučaju spomenutom u kan. 1845, § 2.

Kan. 1715. - § 1. Pozivanje se priopćuje pozivnicom, koja treba da sadrži sučev nalog tuženoj stranci, da dođe pred sud, to jest treba da je označeno kod kojega je sudac tuženik tužen, zbog koje stvari barem općenito navedene, tko je tužitelj uz točnu oznaku imena i prezimena; nadalje mora biti jasno označeno mjesto i vrijeme, to jest godina, mjesec, dan i sat, u koji je određeno ročište.

§ 2. Na pozivnici mora biti utisnut sudski pečat uz potpis suca ili njegovog izvidnika i potpis bilježnika.

Kan. 1716. - Pri pozivanju se moraju načiniti dvogube pozivnice, od kojih se jedna ima uručiti tuženiku, a druga sačuvati u spisima.

Kan. 1717. - § 1. Pozivnicu mora sudski dostavljač, po mogućnosti, predati samom tuženiku, gdjegod se on nalazio.

§ 2. U tu svrhu može dostavljač preći i preko granica druge biskupije, ako sudac smatra, da tako treba postupati i ako to naloži dostavljaču.

1715 § 2: Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 14.

1716: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 19, n. 1.

1717 § 1: S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 14; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XIV; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 24, n. 1; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 16.

1717 § 2: C. 3, X, *de dolo et contumacia,* II, 14.

§ 3. Si cursor personam conventam non invenerit in loco ubi commoratur, relinquere poterit citatoriam schedam alicui de eius familia aut famulatu, si hic eam recipere paratus sit ac spondeat se reo convento quamprimum schedam acceptam traditurum; sin minus eam ad iudicem referat, ut transmittatur ad normam Can. 1719, 1720.

Can. 1718. - Reus qui citatoriam schedam recipere recuset, legitime citatus habeatur.

Can. 1719. - Si ob distantiam vel aliam causam difficulter per cursorem tradi possit reo convento scheda citatoria, poterit iussu iudicis transmitti per tabellarios publicos, dummodo commendata et cum syngrapha receptionis, vel alio modo qui secundum locorum leges et conditiones tutissimus sit.

Can. 1720. - § 1. Quoties, diligenti inquisitione peracta, adhuc ignoratur ubi commoretur reus, locus est citationi per edictum.

§ 2. Hoc autem fit affigendo per cursorem ad fores Curiae schedam citationis ad modum edicti per tempus prudenti iudicis arbitrio determinandum et in aliqua publica ephemeride eam inserendo; si vero utrumque fieri nequeat, alterutrum sufficiet.

Can. 1721. - § 1. Cursor, cum in manu rei conventi citationis schedam relinquit, debet eam subsignare, adnotatis die et hora qua reo tradita est.

§ 2. Idem peragat si eam relinquat in manibus alicuius de familia aut famulatu rei conventi, addito insuper nomine personae cui schedam tradidit.

§ 3. Si citatio fiat per edictum, cursor in edicti calce signet qua die et hora edictum affixum ad fores Curiae fuerit et quandiu affixum manserit.

1718: C. 5, X, *ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem vel ad sententiam definitivam,* II, 6; c. un., *de dolo et contumacia,* II, 3, in Extravag. com.

1719: S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 14; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XIV; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rota Tribunal, 4 aug. 1910, § 24, n. 3; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 16.

1720 § 1: C. 10, X, *de dolo et contumacia,* II, 14; c. 11, X, *de clericis non residentibus in ecclesia vel praebenda,* III, 4; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 24, n. 4; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 16.

§ 3. Ako dostavljač ne pronađe tuženu osobu na mjestu, gdje ima boravište, može pozivnicu ostaviti nekomu iz njegove obitelji ili posluge, ako je taj pripravan primiti je i ako obeća, da će primljenu pozivnicu čim prije tuženiku predati; u protivnom slučaju ima je povratiti sucu, da se otpravi prema odredbama kan. 1719, 1720.

Kan. 1718. - Tuženik, koji odbije primiti pozivnicu, ima se smatrati zakonito pozvanim.

Kan. 1719. - Ako se radi udaljenosti ili kojeg drugog razloga, ne može tuženiku pozivnica predati po dostavljaču, može se na sučev nalog poslati putem javne pošte, pod uvjetom da to bude preporučeno i s povratnicom, ili na drugi način, koji je najsigurniji prema mjesnim zakonima i prilikama.

Kan. 1720. - § 1. Kadgod se, nakon marljivog traženja, još uvijek ne zna, gdje se tuženik nalazi, ima se poziv izvršiti izrokom.

§ 2. A to biva tako, da dostavljač pričvrsti pozivnicu na vratima Kurije u obliku izročnog poziva, kroz vrijeme koje će sudac razborito opredijeliti i da se uvrsti u kojem javnom časopisu; a ako ne može biti jedno i drugo, dostatno je jedno ili drugo.

Kan. 1721. - § 1. Dostavljač mora onda, kada tuženiku predaje u ruke pozivnicu, naznačiti na njoj dan i sat predaje i to potpisati.

§ 2. Isto ima izvršiti i onda, ako je preda u ruke nekomu od obitelji ili posluge tuženikove, pribilježivši povrh toga ime osobe, kojoj je pozivnicu predao.

§ 3. Kada pozivanje biva izrokom, mora dostavljač pri kraju izročnog oglasa zabilježiti, kojega je dana izrok bio pričvršćen na vratima Kurije, te kako je dugo bio izvješen.

1720 § 2: C. 10, X, *de dolo et contumacia,* II, 14; c. 11, X, *de clericis non residentibus in ecclesia vel praebenda,* III, 4; c. 1, *de iudiciis,* II, 1, in Clem.; c. un., *de foro competenti,* II, 2, in Clem.; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 24, n. 4.

1721 § 1: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 25; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 16.

1721 § 2: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 25.

§ 4. Si reus receptionem schedae recuset, cursor schedam ipsam subsignatam, addita die et hora recusationis, iudici remittat.

Can. 1722. - § 1. Cursor quae peregit ad iudicem referat in scriptis manu propria subsignatis, quae in actis serventur.

§ 2. Si per tabellariorum officium citatio transmittatur, asservetur in actis fides eiusdem officii.

Can. 1723. - Si scheda citatoria non referat quae in Can. 1715 praescribuntur aut non fuerit legitime intimata, nullis momenti sunt tum citatio tum acta processus.

Can. 1724. - Regulae superius statutae pro rei citatione, ceteris quoque iudicii actibus, pro diversa tamen eorum natura, accommodandae et applicandae sunt, ut decretorum vel sententiarum denuntiationi aliisque huiusmodi.

Can. 1725. - Cum citatio legitime peracta fuerit aut partes sponte in iudicium venerint:

1.° Res desinit esse integra;

2.° Causa fit propria illius iudicis aut tribunalis, coram quo actio instituta est;

3.° In iudice delegato firma redditur iurisdictio ita ut non exspiret resoluto iure delegantis;

4.° Interrumpitur praescriptio, nisi aliud cautum sit, ad normam Can. 1508;

5.° Lis pendere incipit; et ideo statim locum habet principium: *«lite pendente, nihil innovetur»*.

1722 § 1: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 25.

1722 § 2: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 24, n. 3; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 16.

§ 4. Ako tuženik odbije primiti pozivnicu, ima dostavljač samu pozivnicu potpisati zabilježivši dan i sat odbijanja, i povratiti je sucu.

Kan. 1722. - § 1. Dostavljač ima o učinjenom sucu podnijeti pismeni izvještaj potpisan vlastitom rukom, a to se mora u spisima sačuvati.

§ 2. Ako se pozivnica otpremi putem javne pošte, ima se sačuvati u spisima potvrda onoga ureda.

Kan. 1723. - Ako pozivnica ne sadržaje ono, što je propisano u kan. 1715, ili ako nije bila zakonito dostavljena, ništavi su i poziv i parnični čin.

Kan. 1724. - Gornje se odredbe propisane za pozivanje tuženika, moraju obdržavati i u pogledu drugih sudskih čina, primjenjujući ih prilagođeno i primjereno njihovoj raznolikoj prirodi, kao kod priopćivanja sudskih odluka ili presuda i drugih sličnih spisa.

Kan. 1725. - Kada je pozivanje zakonito izvršeno ili kada su stranke i bez poziva pristupile sudovanju:

1.° Stvar je sudski pokrenuta;

2.° Spor spada pod onoga suca ili sudište, pred kojim je tužba podnesena;

3.° Sudačka vlast opunomoćenog suca postaje stalnom tako, da ne prestaje, ako prestane služba opunomoćitelju;

4.° Prekida se zastara, osim ako je drugačije predviđeno, u skladu s kan. 1508;

5.° Parnica je u tečaju; pa stoga odmah vrijedi načelo: *»dok parnica teče, ne smije se mijenjati ništa«*.

1725 5.°: C. 50, C. XI, q. 1; c. 19, 20, 30, X, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 29; c. 10, X, *de officio legati,* I, 30; c. 5, X, *ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem vel ad sententiam definitivam,* II, 6; c. 1-4, X, *ut lite pendente nihil innovetur,* II, 16; c. 9, 30, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 2, *ut lite pendente nihil innovetur,* II, 5, in Clem. -- Vide etiam Can. 1568.

TITULUS VII.

DE LITIS CONTESTATIONE.

Can. 1726. - Obiectum seu materia iudicii constituitur ipsa litis contestatione, seu formali conventi contradictione petitioni actoris, facta animo litigandi coram iudice.

Can. 1727. - Ad litis contestationem nulla necessaria est sollemnitas, sed sufficit ut partibus coram iudice vel eius delegato comparentibus, in actis inseratur petitio actoris et contradictio conventi, unde constet qua de re agatur seu quinam sint controversiae termini.

Can. 1728. - In causis tamen implicatioribus, in quibus petitio actoris nec perspicua sit nec simplex vel contradictio conventi difficultatibus scateat, iudex, ex officio aut ad instantiam actoris vel conventi, partes citet ad rite definiendos controversiae articulos, idest ad causae *dubia,* ut dicitur, *concordanda.*

Can. 1729. - § 1. Si die dubiis concordandis praestituta, pars in ius vocata non compareat nec iustam absentiae excusationem alleget, contumax declaretur, et dubiorum formula statuatur ex officio, parte, quae praesens fuerit, id postulante. Parti autem contumaci statim id notum fiat ex officio ut quas velit exceptiones contra dubiorum seu articulorum formulam possit proponere et a contumacia se purgare, intra tempus quod iudici congruum videatur.

§ 2. Partibus praesentibus et in formula dubiorum seu articulorum concordibus, si iudex, quod ad se attinet, nihil excipiendum putaverit, eius rei fiat mentio in decreto quo formula firmatur.

1726: C. 54, X, *de electione et electi potestate,* I, 6; c. 2, X, de *officio iudicis,* I, 32; c. 1, X, *de litis contestatione,* II, 5; c. 6, X, *de iuramento calumniae,* II, 7; c. 30, X, *de verborum significatione,* V, 40; c. 2, *de litis contestatione,* II, 3, in VI°.

1727: C. 1, X, *de litis contestatione,* II, 5.

1728: C. 24, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1; c. 2, *de verborum significatione,* V, 11, in Clem.; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 23; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4

NASLOV VII.

UTVRĐIVANJE PARNIČNOG SPORA

Kan. 1726. - Predmet ili sadržaj sudovanja određuje se samim utvrđivanjem parničnog spora, ili oblikovanjem protivljenja tužiteljevu traženju od strane tuženika, učinjenim s nakanom parničenja pred sucem.

Kan. 1727. - Za utvrđivanje spora ne traži se nikakav poseban oblik, nego je dostatno, da se pred sucem ili njegovim opunomoćenikom, stavi u zapisnik tužiteljevo traženje i tuženikovo protivljenje, da time bude utvrđeno, o čemu se vodi parnica i u čemu je spor.

Kan. 1728. - No u zapletenijim sporovima, u kojima tužiteljevo traženje nije posve jasno i obično ili tuženikovo protivljenje obiluje poteškoćama, mora sudac po službenoj dužnosti ili na molbu tužiteljevu ili tuženikovu, pozvati stranke, da se *prijepor* kako treba rasčlani, to jest, da se, sporna pitanja tako reći, *usklade.*

Kan. 1729. - § 1. Ako na ročište određeno za oblikovanje spornih pitanja stranka pred sud pozvana ne pristupi i za otsutnost ne priopći pravednu ispriku, ima se proglasiti izostalom, a spisak se spornih pitanja ima, ako to zatražiti stranka, koja je pristupila, sačiniti po službenoj dužnosti. No izostaloj se stranci mora to odmah po službenoj dužnosti priopćiti, da može ako hoće staviti protiv sačinjenog spiska spornih pitanja odnosno članova možebitne prigovore, te svoj izostanak opravdati, sve to unutar roka, koji će sudac smatrati primjerenim.

§ 2. Kada stranke pristupe i slože se u pogledu stavka spornih pitanja odnosno članaka, pa ako sudac, što je do njega, nema što prigovoriti, ima se to spomenuti o odluci, kojom se spisak odobrava.

---

aug. 1910, § 19, n. 1; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 29, 30, 33.

1729 § 1: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 24, § 1; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 26, n. 4, § 29, n. 1; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 35.

1729 § 2: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 24, § 2; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 12, n. 2, 3, § 32, n. 1.

§ 3. Si vero partes dissentiant aut earum conclusiones iudici non probentur, iudex ipse controversiam dirimat decreto.

§ 4. Dubiorum seu articulorum formula semel statuta mutari non potest, nisi novo decreto, ex gravi causa, ad instantiam partis, vel promotoris iustitiae, vel defensoris vinculi, audita utraque vel altera parte eiusque rationibus perpensis.

Can. 1730. - Antequam litis contestatio locum habuerit, iudex ad testium aliarumve probationum receptionem ne procedat, nisi in casu contumaciae, aut nisi testium depositionem recipere oporteat, ne ipsa ob probabilem testis mortem, ob discessum eiusdem vel ob aliam iustam causam recipi postea nequeat, aut difficulter possit.

Can. 1731. - Lite contestata:

1.° Haud licet actori libellum mutare, nisi, reo consentiente, iudex, iustis de causis, censeat mutationem esse admittendam, salva semper reo compensatione damnorum et expensarum, si quae debeatur. Libellus non censetur mutatus, si coarctetur aut mutetur probationis modus; si minuantur aut petitio aut accessoria petitionis; si facti adiuncta in libello pridem posita ita illustrentur, compleantur aut emendentur, ut controversiae obiectum idem remaneat; si in locum rei petatur pretium, foenus aut aliquid aequivalens;

2.° Iudex congruum tempus partibus praestituat probationibus proponendis et explendis; quod quidem poterit, instantibus partibus; arbitrio suo prorogare, dummodo ne lis, ultra quam aequum sit, protrahatur;

3.° Possessor rei alienae desinit esse bonae fidei, quapropter damnatus rem restituere, non solum rem ipsam, sed et rei fructus a litis contestatae tempore restituere tenetur et damna praeterea sarcire, si qua secuta fuerint.

1729 § 3: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 24, § 3; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 32, n. 2, 3; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 35.

1729 § 4: Reg. 21, 33, R. J., in VI°; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 24, § 4; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 33; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 38.

1730: C. 19, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 1, 2, 4, 5, X, *ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem vel ad sententiam definitivam,* II, 6; c. 3, X, *de dolo et contumacia,* II, 14; c. 2, 34, X, *de testibus et attestationibus,* n. 20; c. 4, X, *de confirmatione utili vel inutili,* II, 30; c. 7, X, *de iniuriis et damno dato,* V, 36.

§ 3. Ako se naprotiv stranke ne slože ili sudac ne usvoji njihova očitovanja, riješit će prijepor odlukom sam sudac.

§ 4. Jednom ustanovljeni obrazac spornih pitanja odnosno članaka može se promijeniti samo novom odlukom, iz važnoga razloga, na molbu stranke, odnosno promicatelja pravde ili branitelja veze, po saslušanju obih ili druge stranke i po ocjeni njezinih razloga.

Kan. 1730. - Prije no što parnični spor bude utvrđen, ne smije sudac provesti preslušanje svjedoka ili druga dokazala, osim u slučaju izostanka, ili u slučaju, kada se iskaz svjedoka mora zaprimiti zato, što se poslije zbog vjerojatne svjedokove smrti, njegovog odlaska ili zbog drugog pravednog razloga ne bi mogao nikako ili teško dobiti.

Kan. 1731. - Pošto je parnični spor utvrđen:

1.° Tužitelj ne smije više promijeniti tužbu, osim ako sudac, s tuženikovim pristankom, odluči iz pravednih razloga, da dopusti izmjenu, time da tuženiku vazda pripada naknada za štetu ili troškove, ako ih je imao. Ne smatra se izmjenom tužbe to, ako se stigne ili promijeni način dokazivanja; ako se smanje tužbovni zahtjev ili pripaci zahtjeva; ako se činjenično stanje u tužbi ranije izloženo tako razjasni, nadopuni ili ispravi, da time predmet spora ostaje isti; ako se umjesto stvari zahtijeva njezina cijena, dobitak od nje ili štogod jednake vrijednosti;

2.° Sudac ima strankama odrediti primjereno vrijeme za predlaganje i dokaza; ovo pako može, na molbu stranaka, po volji produljiti, pod uvjetom da se time parnice odviše ne zavuče;

3.° Tko je u posjedu tuđe stvari prestaje biti njezinom poštenim posjednikom; stoga je dužan, ako bude osuđen, povratiti stvar, i to ne samo samu stvar, nego i plodove stvari od vremena, kada je sporno pitanje utvrđeno bilo i povrh toga namiriti štetu, ako je takove bilo.

1731 3.°: C. 6, 8, C. III, q. 9; c. 5, X, *ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem vel ad sententiam definitivam,* II, 6; c. 2, 3, X, *de dilationibus,* II, 8; c. 24, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1; c. 31, X, *de simonia, et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur,* V, 3; Reg., 21, 33, R. J., in VI°; c. 2, *de verborum significatione,* V, 11, in Clem.; Conc. Trident., sess. XXV, *de ref.,* c. 10; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 66, n. 1; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 37.

TITULUS VIII.

DE LITIS INSTANTIA.

Can. 1732. - Instantiae initium fit litis contestatione; finis autem omnibus modis, quibus iudicium terminatur, sed et antea non solum interrumpi, verum etiam finiri potest sive peremptione sive renuntiatione.

Can. 1733. - Si pars litigans moriatur aut statum mutet aut cesset ab officio cuius ratione agit:

1.° Causa nondum conclusa, instantia interrumpitur, donec heres defuncti aut successor litem instauret;

2.° Causa conclusa, instantia non interrumpitur, sed iudex procedere debet ad ulteriora, citato procuratore, si adsit, secus defuncti herede vel successore.

Can. 1734. - Si controvertatur cuinam ex clericis litigantibus ius sit ad beneficium, et alter lite pendente, moriatur, aut beneficio renuntiet, instantia non interrumpitur, sed contra superstitem eam prosequitur promotor iustitiae qui pro beneficii aut ecclesiae libertate dimicet, nisi beneficium sit liberae collationis Ordinarii et hic praeferat causam ut victam superstiti adiudicare.

Can. 1735. - Procuratore aut curatore a munere cessante, tandiu interrupta manet instantia, quandiu pars aut ii ad quos pertinet novum procuratorem vel curatorem nominaverint aut per se ipsi in posterum agere se velle professi fuerint.

Can. 1736. - Si nullus actus processualis, quin aliquod obstet impedimentum, ponatur in tribunali primae instantiae per biennium aut in gradu appellationis per annum, instantia perimitur, et in altero casu sententia per appellationem oppugnata transit in rem iudicatam.

1734: C. 1, *ut lite pendente nihil innovetur,* II, 5, in Clem.

NASLOV VIII.

TRAJANJE PARNIČNOG SPORA

Kan. 1732. - Tečaj parnice započima utvrđenjem parničnog spora; dovršava se pako na sve one načine, kojima se dokončava suđenje, no ona može biti i prije ne samo prekinuta, nego i završena bilo obustavom bilo odustajom.

Kan. 1733. - Ako parnična stranka umre ili promijeni stalež ili joj prestane služba zbog koje parnicu vodi:

1.° Ako postupak još nije zaključen, prekida se tečaj parnice, dok pokojnikov baštinik ili slijednik ne obnovi parnični spor;

2.° Ako je postupak zaključen, tečaj se parnice ne prekida, nego sudac mora nastaviti s postupkom, pozvavši zastupnika, ako ga ima, inače pokojnikovog baštinika odnosno slijednika.

Kan. 1734. - Ako se parnični spor vodi o tom, koji od duhovnika, parničara, ima pravo na nadarbinu, pa jedan od njih umre, dok parnica traje, ili se odrekne nadarbine, ne prekida se tečaj parnice, nego se protiv preostalog parničara produžuje promicatelj pravde, koji mora ići za tim, da se prizna sloboda nadarbine odnosno crkve, osim ako je nadarbina slobodne podjelbe Ordinarijeve, a ovaj odluči, da rađe prizna, da je spor riješen u korist preživjelog.

Kan. 1735. - Ako prestane služba zastupniku ili skrbniku, tečaj se parnice prekida tako dugo, dok stranka odnosno oni, na koje to spada ne imenuju novoga zastupnika odnosno skrbnika ili ne izjave, da će unapredak parnicu voditi osobno sami.

Kan. 1736. - Ako se ne izvrši, iako za to nema nikakove zapreke, nikakav parnični čin kod sudišta prve molbe kroz dvije godine ili u prizivnom stupnju kroz jednu godinu, prestaje parnica obustavom, a u drugom slučaju zadobiva prizivom pobijana presuda konačnu pravnu moć.

1736: C. 4, 5, 8, 14, 57, 69, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; Reg. 25, R. J., in VI°; c. 3, 6, 7, *de appellationibus,* II, 12, in Clem.; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 33, § 1.

Can. 1737. - Peremptio obtinet ipso iure et adversus omnes minores quoque aliosve minoribus aequiparatos, eaque ex officio etiam excipi debet, salvo iure regressus ad indemnitatem adversus tutores, administratores, procuratores qui culpa se caruisse non probaverint.

Can. 1738. - Peremptio exstinguit acta processus, non vero acta causae; imo haec vim habere possunt etiam in alia instantia, dummodo ea inter easdem personas et super eadem re intercedat; sed ad extraneos quod attinet, non aliam vim obtinent, nisi documentorum.

Can. 1739. - In casu peremptionis, quas quisque ex litigatoribus fecerit, has ipse ferat expensas perempti iudicii.

Can. 1740. - § 1. In quolibet statu et gradu iudicii potest actor instantiae renuntiare; item tum actor tum reus possunt processus actis renuntiare sive omnibus, sive nonnullis tantum.

§ 2. Renuntiatio ut valeat, peragenda est in scriptis, et a parte vel ab eius procuratore, speciali tamen mandato munito, debet subscribi, alteri parti communicari, ab eaque acceptari, vel saltem non impugnari, et a iudice admitti.

Can. 1741. - Admissa, pro actis quibus renuntiatum est, eosdem parit effectus ac peremptio instantiae; et obligat renuntiantem ad solvendas expensas actorum, quibus renuntiatum fuit.

1738: C. 15, X, *de probationibus,* II, 19.

1740 § 1: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 34, § 1; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 219, n. 1.

1740 § 2: C. 11, X, *de procuratoribus,* I, 38; c. 4, *de procuratoribus,* I, 19, in VI°; Reg. 81, R. J., in VI°; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can.

Kan. 1737. - Obustava nastupa snagom samoga zakona i postoji protiv svih, pa i protiv maloljetnika i drugih koji su maloljetnicima izjednačeni, pa je treba staviti, pa i po službenoj dužnosti kao prigovor, time da ostaje netaknutim pravo tražiti naknadu štete od štitnika, upravitelja, zastupnika, ukoliko ne dokažu da na njima nema krivnje.

Kan. 1738. - Obustavom utrnjuju postupovni čini, ali i ne parnični čini; naprotiv ovi mogu imati pravnu snagu i u drugoj kojoj parnici, pod uvjetom da se ona vodi između istih osoba i o istoj stvari; no što se tiče osoba izvan ovih, ne pripada im drugo, osim snage, što je imaju kao isprave.

Kan. 1739. - U slučaju obustave ima svaki snositi one troškove iz obustavljenog sudskog postupka, što ih je kao parnična stranka imao.

Kan. 1740. - § 1. Tužitelj može u svakom odsjeku i stupnju sudovanja odustati od parnice; isto tako mogu i tužitelj i tuženik odustati od parničnih čina bilo od svih bilo samo od nekih.

§ 2. Odustaja mora, da bude pravno valjana, biti podnesena pismeno, te biti potpisana po stranci odnosno njezinom zastupniku opskrbljenom ipak posebnom punomoći, mora biti drugoj stranci priopćena, te od nje prihvaćena, ili barem neotklonjena i od suca usvojena.

Kan. 1741. - Kada je usvojena, proizvodi u pogledu čina, od kojih se je odustalo, iste učinke kao i obustava parnice; te obvezuje onoga, koji je odustao na naplatu troškova za čine, od kojih se je odustalo.

34, § 1; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 219, n. 2, 4, 5.

1741: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, can, 34, § 2; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 219, n. 6, § 223.

TITULUS IX.

DE INTERROGATIONIBUS PARTIBUS IN IUDICIO FACIENDIS.

Can. 1742. - § 1. Iudex ad eruendam veritatem facti quod publice interest ut extra dubium ponatur, debet partes interrogare.

§ 2. In aliis casibus potest unum ex contendentibus interrogare non solum ad instantiam alterius partis, sed etiam ex officio, quoties agitur de illustranda probatione adducta.

§ 3. Interrogatio partium fieri a iudice potest in quovis stadio iudicii ante conclusionem in causa; post conclusionem in causa servetur praescriptum Can. 1861.

Can. 1743. - § 1. Iudici legitime interroganti partes respondere tenentur et fateri veritatem, nisi agatur de delicto ab ipsis commisso.

§ 2. Si pars legitime interrogata respondere recuset, quanti facienda sit haec recusatio, utrum iusta sit, an confessioni aequiparanda, necne, iudicis est aestimare.

§ 3. Pars, quae respondere debet, si illegitime respondere recusaverit aut si postquam responderit mendax reperta fuerit, puniatur, ad tempus a iudice pro rerum adiunctis definiendum remotione ab actibus legitimis ecclesiasticis; et si ante responsionem iusiurandum de veritate dicenda praestiterit, laicus interdicto personali, clericus suspensione plectatur.

1742 § 2: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 140, 146, n. 5

1743 § 1: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 139.

NASLOV IX.

PITANJA ZA PARNIČNE STRANKE

Kan. 1742. - § 1. Sudac je dužan, kada se radi o činjenici općega zanimanja, strankama staviti pitanja, da bi se njezina istinitost nedvojbeno utvrdila.

§ 2. U drugim slučajevima može jednomu od parničara postaviti pitanja na molbu druge parnične stranke, ali također i po službenoj dužnosti, kadgod se radi o tom, da se rasvijetli ono, što je navedeno u dokaz.

§ 3. Preslušavanje stranaka može sudac izvršiti u svakom odsjeku parnice prije zaključenja postupka; nakon zaključenja postupka ima se obdržavati propis kan. 1861.

Kan. 1743. - § 1. Na zakonita pitanja sučeva dužne su stranke odgovarati i iskazati istinu, osim kada se radi o kažnjivom djelu, koje su one same počinile.

§ 2. Ako stranka ne će odgovarati na zakonito postavljena joj pitanja, ocijeniti će sudac, kakovu važnost ima takova uskrata, da li je pravedna, te ima li se izjednačiti priznanju ili ne.

§ 3. Ako stranka, koja je dužna odgovarati, uskrati odgovor ili se ispostavi, pošto je odgovorila, da je slagala, ima je sudac kazniti time, da je kroz vrijeme, koje će odrediti prema prilikama, isključi od zakonitih crkvenih čina; a ako je prije svojega iskaza položila prisegu, da će govoriti istinu, ima se udariti, ako je svjetovnjak, uskratom bogoslužja, a ako je duhovnik, obustavom.

1743 § 3: C. 2, C. III, q. 10; c. 1-3, 8, C. V, q. 6; c. 15, X, *de temporibus ordinationum et qualitate ordinandorum,* I, 11; c. 5, X, *de dolo et contumacia,* II, 14; c. 33, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 1, 2, X, *de calumniatoribus,* V, 2.

Can. 1744. - Iusiurandum de veritate dicenda in causis criminalibus nequit iudex accusato deferre; in contentiosis, quoties bonum publicum in causa est, debet illud a partibus exigere; in aliis, potest pro sua prudentia.

Can. 1745. - § 1. Tum actor tum reus invicem, tum etiam promotor iustitiae et defensor vinculi possunt iudici exhibere articulos, seu quaesita, super quibus pars interrogetur, quaeque vulgo *positiones* dicuntur.

§ 2. In positionibus exarandis, admittendis et parti proponendis regulae cum proportione serventur quae in Can. 1773-1781 statutae sunt.

Can. 1746. - Ad iusiurandum praestandum vel interrogationibus respondendum partes personaliter coram iudice se sistere debent, exceptis iis de quibus in Can. 1770, § 2, nn. 1, 2.

1744: C. 1, *de iuramento calumniae,* II, 4, in VI°; c. 2, *de testibus et attestationibus,* II, 10, in VI°; S. C. C., instr. 21 aug. 1840; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 109, n. 1.

Kan. 1744. - Sudac ne može od optuženoga u kaznenim sporovima tražiti prisegu, da će govoriti istinu; u parničnim mora je zahtijevati od stranaka, kadgod je po srijedi opće dobro; u drugima može postupati po svojoj razboritosti.

Kan. 1745. - § 1. I tužitelj i tuženik međusobno, isto tako i promicatelj pravde i branitelj veze mogu sucu podnijeti članke, odnosno pitanja, koje treba postaviti stranci, a koja se obično zovu *upitni članci*.

§ 2. Pri izrađivanju, usvajanju i postavljanju upitnih članaka za stranku, moraju se primjerno obdržavati pravila određena u kan. 1773-1781.

Kan. 1746. - Radi polaganja prisege ili odgovaranja na pitanja dužne su stranke osobno pristupiti pred suca, izuzev osobe spomenute u kan. 1770, § 2, br. 1, 2.

1745 § 1: S. C. C., instr. 22 aug. 1840; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 138, 146, n. 1.

1745 § 2: S. C. C., instr. 22 aug. 1840; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 144, 145, n. 2.

TITULUS X.

DE PROBATIONIBUS.

Can. 1747. - Non indigent probatione:

1.° Facta notoria, ad normam Can. 2197, nn. 2, 3;

2.° Quae ab ipsa lege praesumuntur;

3.° Facta ab uno ex contendentibus asserta et ab altero admissa, nisi a iure vel a iudice probatio nihilominus exigatur.

Can. 1748. - § 1. Onus probandi incumbit ei qui asserit.

§ 2. Actore non probante, reus absolvitur.

Can. 1749. - Probationes quae ad moras iudicio nectendas postulari videntur, ceu examen testis longe dissiti, aut cuius domicilium nescitur, vel cognitio documenti quod cito haberi non potest, iudex ne admittat, nisi hae probationes necessariae videantur quia ceterae deficiant aut satis non sint.

1747 3.°: C. 15-17, 21, C. II, q. 1; c. 23, X, *de electione et electi potestate,* I, 6; c. 3, X, *de testibus cogendis vel non,* II, 21; c. 21, X, *de iureiurando,* II, 24; c. 24, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 8, X, *de cohabitatione clericorum et mulierum,* III, 2; c. 3, X, *de eo, qui cognovit consanguineam uxoris suae vel sponsae,* IV, 13; c. 9, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1; c. 11, X, *de simonia, et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur,* V, 3; c. 15, X, *de purgatione canonica,* V, 34; c. 1, *de censibus, exactionibus et procurationibus,* III, 20, in VI°; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Cochinchin.), 26 aug. 1775.

1748 § 1: C. 3, C. IV, q. 2 et 3; c. 1, C. VI, q. 5; c. 23, X, *de electione et electi potestate,* I, 6; c. 5, X, *de renunciatione,* I, 9; c. 14, X, *de fide instrumentorum,* II, 22; c. 4, X, *de solutionibus,* III, 23; c. 3, X, *de successionibus ab intestato,* III, 27; c. 1, *de exceptionibus,* II, 12, in VI°; c. 1, *de praescritionibus,* II, 13, in VI°; c. 7, *de privilegiis,* V, 7, in VI°; c. 2, 12, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°.

NASLOV X.

DOKAZALA

Kan. 1747. - Ne treba dokazivati:

1.° Notorne činjenice, prema odredbama kan. 2197, br. 2, 3;

2.° Ono, za što postoji zakonska pretpostavka;

3.° Činjenice, koje jedan od parničara tvrdi, a drugi priznaje, osim ako bi zakon ili sudac uza sve to iziskivao dokaz.

Kan. 1748. - § 1. Dužnost dokazati ima onaj tko tvrdi.

§ 2. Ako tužitelj ne dokaže, tuženik se pušta ispod suđenja.

Kan. 1749. - Sudac ne smije pripustiti takove dokaze, za koje se vidi, da se predlažu u svrhu zatezanja postupka, kao preslušanje daleko otsutnoga svjedoka, ili kojemu se ne zna prebivalište, ili uvid u ispravu, koju se ne može lako pribaviti, osim ako bi se smatralo, da su ova dokazala potrebita zbog toga, što drugih nema ili su nedostatna.

1748 § 2: C. 75, C. XI, q. 3; c. 31, C. XXIII, q. 4; c. 6, C. XXIV, q. 3; c. 15, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 3, X, *de causa possessionis et proprietatis,* II, 12; c. 3, 5, 8, X, *de probationibus,* II, 19; c. 6, X, *de fide instrumentorum,* II, 22; c. 36, X, *de iureiurando,* II, 24; c. 6, X, *de exceptionibus,* II, 25; c. 26, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27; c. un., X, *ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur,* III, 12; c. 3, X, *de successionibus ab intestato,* III, 27; c. 3, X, *de eo, qui cognovit consanguineam uxoris suae vel sponsae,* IV, 13; c. 12, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1; c. 8, X, *de clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante,* V, 27; c. 11, X, *de excessibus praelatorum et subditorum,* V, 31; c. 3, *de sententia et re iudicata,* II, 14, in VI°; Reg. 11, 65, R. J., in VI°.

1749: C. 5, X, *de dolo et contumacia,* II, 14; c. 29, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 2, *de verborum significatione,* V, 11, in Clem.; Conc. Trident., sess. XXV, *de ref.,* c. 10; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 27, § 4.

CAPUT I.

DE CONFESSIONE PARTIUM.

Can. 1750. - Assertio de aliquo facto, in scriptis aut oretenus ab una parte contra se et pro adversario coram iudice, sive sponte, sive iudice interrogante peracta, dicitur confessio iudicialis.

Can. 1751. - Si agatur de negotio aliquo privato et in causa non sit bonum publicum, confessio iudicialis unius partis, dummodo libere et considerate facta, relevat alteram ab onere probandi.

Can. 1752. - Pars, aliquid confessa in iudicio, non potest contra confessionem suam venire, nisi aut in continenti hoc faciat, aut probet confessionem ipsam vel carere conditionibus in Can. 1760 expressis vel errori facti esse adscribendam.

Can. 1753. - Confessio sive scriptis, sive oretenus, ipsimet adversario aut aliis extra iudicium facta, dicitur extraiudicialis: eaque in iudicium deducta, iudicis est, perpensis omnibus rerum adiunctis, aestimare quanti facienda sit.

CAPUT II.

DE TESTIBUS ET ATTESTATIONIBUS.

Can. 1754. - Probatio per testes in quibuslibet causis admittitur, sub iudicis tamen moderatione, secundum modum praefinitum in canonibus qui sequuntur.

Can. 1755. - § 1. Testes iudici legitime interroganti respondere et veritatem fateri debent.

1750: C. 20, C. II, q. 5; c. 4, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 2, X, *de confessis,* II, 18; c. 14, X, *de fide instrumentorum,* II, 22; c. 10, X, *de cohabitatione clericorum et mulierum,* III, 2; c. 11, X, *de simonia, et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur,* V, 3; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Ex omnibus»,* 16 oct. 1756, § 4.

1751: C. 1, C. XV, q. 6; c. 6, X, *de renunciatione,* I, 9; c. 5, X, *de eo, qui cognovit consanguineam uxoris suae vel sponsae,* IV, 13; c. 15, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1.

GLAVA I.

PRIZNANJE STRANAKA

Kan. 1750. - Potvrdna izjava učinjena od strane jedne stranke bilo od svoje volje bilo na pitanje sučevo, usmeno ili pismeno, a u korist protivnika, zove se sudsko priznanje.

Kan. 1751. - Kada se radi o nekom posebničkom poslu, a nije u pitanju opće dobro, oslobađa sudsko priznanje jedne stranke, pod uvjetom da je učinjeno slobodno i promišljeno, drugu stranku od tereta dokazivanja.

Kan. 1752. - Stranka, koja je dala o nečemu priznanje u sudu, ne može svojega priznanja opozvati, osim ako to smjesta učini, ili dokaže, da priznanje nema uvjete označene u kan. 1760 ili da se temelji na činjeničnoj zabludi.

Kan. 1753. - Priznanje učinjeno bilo usmeno, bilo pismeno samomu protivniku ili drugim osobama izvan suda, zove se vansudsko: a na suca spada, ako se predloži sudu, ocijeniti, uzimajući u obzir sve stvarne prilike, koliko ono vrijedi.

GLAVA II.

SVJEDOCI I SVJEDOČANSTVA

Kan. 1754. - Dokazivanje je po svjedocima dopušteno u svim parnicama, ali pod ravnanjem sučevim, na način propisan u kanonima koji slijede.

Kan. 1755. - § 1. Svjedoci su dužni na zakonita pitanja sučeva odgovoriti i iskazati istinu.

1752: C. 3, X, *de confessis,* II, 18.

1753: C. 10, X, *de probationibus,* II, 19; c. 15, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1; c. 1, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1, in VI°.

1754: C. 13, X, *de probationibus;* II, 19.

1755 § 1: C. 1, C. IV, q. 4; c. 7, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 1-3, 6, 8-11, X, *de testibus cogendis vel non,* II, 21.

§ 2. Salvo praescripto Can. 1757, § 3, n. 2, ab hac obligatione eximuntur:

1.° Parochi aliique sacerdotes quod attinet ad ea quae ipsis manifestata sunt ratione sacri ministerii extra sacramentalem confessionem; civitatum magistratus, medici, obstetrices, advocati, notarii aliique qui ad secretum officii etiam ratione praestiti consilii tenentur, quod attinet ad negotia huic secreto obnoxia;

2.° Qui ex testificatione sua sibi vel consanguineis vel affinibus in quolibet gradu lineae rectae et in primo gradu lineae collateralis, infamiam, periculosas vexationes, aliave mala valde gravia obventura timent.

§ 3. Testes iudici legitime interroganti scienter falsum affirmantes aut verum occultantes puniantur ad normam Can. 1743, § 3; eademque poena mulctentur omnes, qui testem vel peritum donis, pollicitationibus aut alio quovis modo inducere praesumpserint ad falsum testimonium dicendum aut ad veritatem occultandam.

ART. I.

QUI TESTES ESSE POSSINT.

Can. 1756. - Omnes possunt esse testes, nisi expresse a iure repellantur vel in totum vel ex parte.

Can. 1757. - § 1. Ut non idonei repelluntur a testimonio ferendo impuberes et mente debiles.

§ 2. Ut suspecti:

1.° Excommunicati, periurii, infames, post sententiam declaratoriam vel condemnatoriam;

2.° Qui ita abiectis sunt moribus ut fide digni non habeantur;

3.° Publici gravesque partis inimici.

1755 § 2. 2.°: C. 3, X, *de testibus cogendis vel non,* II, 21.

1755 § 3: C. 7, D. L.; c. 9, C. III, q. 5; c. 7, C. XXII, q. 5; c. 20, C. XXIV, q. 3; c. 2, C. XXXIII, q. 1; c. 17, X, *de temporibus ordinationum et qualitate ordinandorum,* I, 11; c. 9, 45, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; Conc. Trident., sess. XIII, *de ref.,* c. 7.

1756: C. 1, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20.

1757 § 1: C. 1, 3, C. IV, q. 2 et 3.

§ 2. Uz obdržavanje propisa kan. 1757, § 3, br. 2, od ove su obveze izuzeti:

1.° Župnici i drugi svećenici u pogledu onoga, što im je priopćeno u svezi sa svetom službom izvan svetotajstvene ispovijedi; državni službenici, liječnici, primalje, odvjetnici, bilježnici i sve druge osobe, koje su vezane službenom tajnom, pa bilo da su bili pitani samo za savjet, u pogledu onih predmeta, koji potpadaju pod tajnu;

2.° Osobe, koje se boje, da će za njih ili njihove srodnike ili svojtu u bilo kojemu stupnju izravne loze i u prvom stupnju loze, nastati ozloglašenje, pogibeljni progoni, ili druga veoma velika zla.

§ 3. Svjedoci, koji svijesno iskažu neistinu ili zataje istinu, kad ih sudac zakonito pita, imaju se kazniti po odredbi kan. 1743, § 3; istom će se kaznom kazniti svi oni, koji se usude darovima, obećanjima ili ma na koji drugi način nagovoriti svjedoke ili vještake, da lažno iskažu ili zataje istinu.

ČLANAK I.

TKO MOŽE BITI SVJEDOKOM

Kan. 1756. - Svi mogu biti svjedoci, ukoliko im to izričito ne brani zakon, bilo posvema bilo djelomično.

Kan. 1757. - § 1. Kao neprikladni ne pripuštaju se da svjedoče nedorasli i slaboumni.

§ 2. Kao sumnjivi:

1.° Izopćenici, krivokletnici, beščasni, po izrečenoj izjavnoj ili osudnoj presudi;

2.° Koji su tako niskog ćudorednog vladanja, da ne zaslužuju vjere;

3.° Koji su sa strankama u javnom i teškom neprijateljstvu.

1757 § 2. 3.°: C. 7, C. II, q. 1; c. 24, 39, C. II, q. 7; c. 1, 2, 4-6, 9-11, C. III, q. 4; c. 2-4, 6, 9, 13, C. III, q. 5; c. 3, C. IV, q. 2 et 3; c. 6, 17, 18, C. VI, q. 1; c. 78, C. XI, q. 3; c. 7, 14, C. XXII, q. 5; c. 9, 47, 54, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 7, X, *de testibus cogendis vel non,* II, 21; c. 1, X, *de exceptionibus,* II, 25; c. 22, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27; c. 19, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1; c. 32, X, *de simonia, et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur,* V, 3; c. 13, X, *de haereticis,* V, 7; c. 10, X, *de verborum significatione,* V, 40; c. 8, *de haereticis,* V, 2, in VI°; c. un., *de poenis,* tit. XII, in Extravag. Ioan. XXII; Conc. Trident., sess. XIII, *de ref.,* c. 7; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«Ad evitanda»,* a. 1418; Paulus IV, const. *«Cum ex apostolatus»,* 15 febr. 1559, § 5; S. C. C., *Vratislavien.,* 9 aug. 1890.

§ 3. Ut incapaces:

1.° Qui partes sunt in causa, aut partium vice funguntur, veluti tutor in causa pupilli, Superior aut administrator in causa suae communitatis aut piae causae, cuius nomine in iudicio consistit, iudex eiusve assistentes, advocatus aliique qui partibus in eadem causa assistunt vel astiterunt;

2.° Sacerdotes, quod attinet ad ea omnia quae ipsis ex confessione sacramentali innotuerunt, etsi a vinculo sigilli soluti sint; imo audita a quovis et quoquo modo occasione confessionis ne ut indicium quidem veritatis recipi possunt;

3.° Coniux in causa sui coniugis, consanguineus et affinis in causa consanguinei vel affinis, in quolibet gradu lineae rectae et in primo gradu collateralis, nisi agatur de causis quae ad statum civilem aut religiosum personae spectant, cuius notitia aliunde haberi nequeat, et bonum publicum exigat ut habeatur.

Can. 1758. - Non idonei et suspecti audiri poterunt ex decreto iudicis, quo id expedire declaretur; sed eorum testimonium valebit tantummodo ut indicium et probationis adminiculum, et generatim iniurati audiantur.

ART. II.

A QUIBUS, QUOMODO, ET QUOT TESTES INDUCI ET QUI EXCLUDI POSSINT.

Can. 1759. - § 1. Testes a partibus inducuntur.

§ 2. Possunt quoque induci a promotore iustitiae et defensore vinculi, si id ad causam intersit.

§ 3. Sed ipse iudex, quoties agatur de minoribus aliisve qui minoribus aequiparantur, et generatim quoties publicum bonum id exigat, potest testes ex officio inducere.

1757 § 3. 3.°: C. 12, C. III, q. 5; c. 18, C. III, q. 9; c. 3, C. IV, q. 2 et 3; c. 1, 2, C. IV, q. 4; c. 78, C. XI, q. 3; c. 2, C. XXXV, q. 6; c. 6, 22, 24, 40, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 3, X, *qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari,* IV, 18; c. 13, X, *de excessibus praelatorum et subditorum,* V, 31; c. 3, *de testibus et attestationibus,* II, 10, in VI°. -- Vide etiam Can. 1974.

1758: C. 14-16, C. XXII, q. 5; c. 22, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27; c. 5, 8, *de haereticis,* V, 2, in VI°; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 114, n. 1.

§ 3. Kao nesposobni:

1.° Same parnične stranke, ili zastupnici stranaka, primjerice štitnik u parnici štićenikovoj, Poglavar ili ravnatelj u parnici svoje zajednice ili pobožne zaklade, za koju je pristupio sudovanju, sudac i njegovi službenici, odvjetnik i ostali, koji za stranke rade ili su radili u istoj parnici;

2.° Svećenici, u pogledu svega onoga što su saznali u svetootajstvenoj ispovijedi; dapače se ni ono, što je netko bilo na koji način čuo prigodom svetootajstvene ispovijedi, ne može primiti niti kao osnov sumnje za istinu;

3.° Ženidbeni drug u parnici svojega bračnoga druga, rođak po srodstvu ili tazbini u parnici svojega rođaka po srodstvu ili tazbini, u svakom stupnju izravne loze i u prvom stupnju pobočne, osim ako se radi o stvarima, koje se tiču osobnog građanskog ili redovničkog stališta, a o njima se ne može što treba saznati, dok opće dobro zahtijeva, da se sazna.

Kan. 1758. - Neprikladni i sumnjivi mogu se preslušati ako sudac izda odluku, kojom izjavljuje, da je to potrebito; ali će njihovo svjedočanstvo važiti samo kao osnovica sumnje i kao dokazno pomagalo, a takove treba u glavnom preslušati bez prisege.

ČLANAK II.

TKO, KAKO, I KOLIKO SE SVJEDOKA MOŽE PREDLOŽITI, TE KOJI SE MOGU OTKLONITI

Kan. 1759. - § 1. Svjedoke predlažu stranke.

§ 2. Mogu ih predložiti i promicatelj pravde, te branitelj veze, ako to parnica traži.

§ 3. No i sam sudac može po službenoj dužnosti pozvati svjedoke, kadgod se radi o maloljetnicima ili drugima, koji su izjednačeni maloljetnicima, te uopće kadgod to zahtijeva opće dobro.

1759 § 1: C. 3, X, *de probationibus,* II, 19; c. 34, 35, 37, 46, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; S. C. C., instr. 22 aug. 1840.

1759 § 2: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 114, n. 3. -- Vide etiam Can. 1969, n. 3

1759 § 3: C. 18, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 2, 3, X, *de testibus cogendis vel non,* II, 21. -- Vide etiam Can. 1975, § 1.

§ 4. Pars, quae testem induxit, potest eius examini renunciare; sed adversarius postulare potest ut, hac non obstante renuntiatione, testis examini subiiciatur.

Can. 1760. - § 1. Si quis sponte compareat testimonii reddendi gratia, iudex poterit eius testimonium admittere vel repellere prout expedire censuerit.

§ 2. Debet autem testem, qui se sponte obtulerit, repellere cum comparere sibi videatur moras iudicio nectendi causa vel iustitiae et veritati quoquo modo officiendi.

Can. 1761. - § 1. Cum probatio per testes postulatur, eorum nomina et domicilium tribunali indicentur; praeterea exhibeantur positiones seu articuli argumentorum super quibus testes sint interrogandi.

§ 2. Si ne intra diem quidem peremptorium a iudice praestitutum, obtemperatum fuerit, postulatio deserta censetur.

Can. 1762. - Iudici ius et obligatio est nimiam multitudinem testium refrenandi.

Can. 1763. - Partes debent sibi invicem pota facere testium nomina antequam eorum examen inchoetur, aut, si id, prudenti iudicis existimatione, fieri sine gravi difficultate nequeat, saltem ante testificationum publicationem.

Can. 1764. - § 1. Testes debent ex officio excludi, si iudici liquido constet eos a testimonio ferendo prohiberi, salvo praescripto Can. 1758.

§ 2. Ast etiam, postulante adversario, testes excludendi sunt, si iusta exclusionis causa demonstretur, quae exclusio dicitur *reprobatio personae testis.*

§ 3. Pars nequit reprobare personam testis quem ipsa induxit, nisi nova reprobationis causa supervenerit, quamvis possit eius dicta reprobare.

1760 § 1: C. 3, C. IV, q. 2 et 3; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 118.

1761: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 114, n. 3.

1762: C. 36, 37, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 2, *de verborum significatione,* V, 11, in Clem.

§ 4. Stranka, koja je predložila svjedoke, može odustati od njihovog preslušanja; ali protivnik može zahtijevati, da se usprkos toga odustajanja, svjedok ipak presluša.

Kan. 1760. - § 1. Ako bi netko nepozvan pristupio u tu svrhu, da iskaže kao svjedok, moći će sudac njegovo svjedočanstvo zaprimiti ili otkloniti, kako bude smatrao uputnim.

§ 2. No dužan je otkloniti svjedoka, koji se nepozvan ponudi, ako drži, da je pristupio za to, da zavuče sudovanje ili da bilo kako naškodi pravdi i istini.

Kan. 1761. - § 1. Kada se traži dokazivanje po svjedocima, moraju se njihova imena i prebivalište označiti sudištu, povrh toga imaju se podnijeti pitanja ili dokazni članci, o kojima bi trebalo ispitati svjedoke.

§ 2. Ako se tomu niti do dana, kojega je sudac kao neprekoračivog označio, ne udovolji, ima se uzeti, da se je od traženja odustalo.

Kan. 1762. - Sudac ima pravo i dužnost ograničiti preveliko mnoštvo svjedoka.

Kan. 1763. - Stranke su dužne sebi međusobno priopćiti imena svjedoka, i to prije no što se započne s njihovim preslušavanjem, ili ako se to ne može, po razboritoj sučevoj ocjeni, učiniti bez velike poteškoće, barem prije objavljivanja svjedočkih iskaza.

Kan. 1764. - § 1. Svjedoci se moraju otkloniti po službenoj dužnosti, ako sudac nađe, da je očito, da se ne smiju pripustiti svjedočenju uz obdržavanje propisa kan. 1758.

§ 2. No i po traženju protustranke imaju se otkloniti svjedoci, ako se dokaže, da za otklanjanje postoji pravedan razlog, a ovakovo se otklanjanje naziva *prigovor svjedokovoj osobi.*

§ 3. Stranka ne može prigovoriti osobi takvoga svjedoka, kojega je sama predložila, osim ako je pridošao novi razlog za prigovor, ali može odbiti njegove iskaze.

1763: C. 24, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1.

1764 § 2: C. 3, C. IV, q. 2 et 3; c. 2, X, *de ordine cognitionum,* II, 10; c. 31, 54, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 1, X, *de exceptionibus,* II, 25; c. 2, *de testibus et attestationibus,* II, 10, in VI°.

§ 4. Reprobatio testis fieri debet intra triduum postquam testium nomina cum parte communicata fuerunt, nec postea facta admittatur, nisi a parte demonstretur vel saltem iuramento affirmetur defectum testis antea sibi notum non fuisse.

§ 5. Iudex autem reprobationis discussionem in finem litis reservet, nisi contra testem stet praesumptio iuris, aut defectus sit notorius vel statim ac facile probari possit vel postea probari nequeat.

Can. 1765. - Citatio testium fit ministerio iudicis, decreto interveniente, et intimanda est testibus ad normam Can. 1715-1723.

Can. 1766. - § 1. Testis rite citatus parere debet aut causam suae absentiae iudici notam facere.

§ 2. Testis inobediens, qui nempe sine legitima causa non comparuit, aut, etsi comparuit, renuit respondere vel iusiurandum praestare vel attestationi subscribere, a iudice potest congruis poenis coerceri et insuper mulctari pro rata damni quod ex eius inobedientia partibus obveniat.

ART. III.

DE IUREIURANDO TESTIUM.

Can. 1767. - § 1. Testis, antequam testimonium edat, iusiurandum praestare debet de tota ac sola veritate dicenda, salvo praescripto Can. 1758.

§ 2. Partes earumve procuratores praestationi iurisiurandi testium assistere possunt, salvo praescripto Can. 1763.

§ 3. Testibus, si de iure partium mere privato agatur, poterit iusiurandum, utraque parte consentiente, remitti.

1764 § 4: C. 31, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20.

1764 § 5: C. 3, C. IV, q. 2 et 3; c. 7, X, *de testibus cogendis vel non,* II, 21; c. 1, X, *de exceptionibus,* II, 25.

1765: S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. II, n. 9; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 9.

1766 § 1: C. 7, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 1-3, 5, 6, 8-11, X, *de testibus cogendis vel non,* II, 21.

§ 4. Prigovor protiv svjedoka mora se staviti unutar roka od tri dana, pošto su stranci priopćena imena svjedoka, i ne smije se poslije toga primiti, osim ako stranka dokaže ili barem prisegom potvrdi, da joj greška kod svjedoka nije bila prije poznata.

§ 5. Sudac pako mora pretres prigovora ostaviti za svršetak parničnog postupka, osim ako protiv svjedoka postoji zakonska pretpostavka, ili ako je greška notorna odnosno takova da se može odmah i lahko dokazati ili se poslije ne bi mogla dokazati.

Kan. 1765. - Pozivanje se svjedoka izvršuje uredovanjem sučevim, putem izdane odluke, te se mora priopćiti svjedocima u skladu s odredbama kan. 1715-1723.

Kan. 1766. - § 1. Svjedok, koji je zakonito pozvan, mora pristupiti ili priopćiti sucu razlog svojega izostanka.

§ 2. Neposlušnog svjedoka, naime onoga, koji je izostao bez zakonitog razloga, ili koji, iako je pristupio, uskrati odgovor ili polaganje prisege ili potpis pod svoje svjedočanstvo, može sudac prisiliti primjerenim kaznama i povrh toga globiti srazmjerno šteti, koja je nastala za stranke zbog njegove neposlušnosti.

ČLANAK III.

SVJEDOČKA PRISEGA

Kan. 1767. - § 1. Svjedok mora, prije no što dade svoj iskaz, položiti prisegu, da će govoriti potpunu i samu istinu, uz obdržavanje propisa kan. 1758.

§ 2. Stranke i njihovi zastupnici mogu prisustvovati zaprisizanju svjedoka, uz obdržavanje propisa kan. 1763.

§ 3. Od zaprisizanja svjedoka može se, kada se radi o čisto posebničkom pravu stranaka, odustati, ako na to pristanu obje stranke.

1766 § 2: C. 1-6, 8-11, X, *de testibus cogendis vel non,* II, 21; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 114, n. 4.

1767 § 1: C. 7, C. II, q. 1; c. 20, C. III, q. 9; c. 3, C. IV, q. 2 et 3; c. 5, 17, 29, 39, 47, 51, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 1, X, *de consanguinitate et affinitate,* IV, 14; c. 31, X, *de simonia, et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur,* V, 3; S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 18; S. C. C., instr. 22 aug. 1840; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XVIII; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 114, n. 2.

1767 § 3: C. 39, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20.

§ 4. Sed etiam cum iusiurandum a teste non exigitur, iudex testem commonefaciat gravis obligationis, qua semper tenetur, veritatem dicendi.

Can. 1768. - Testes, tametsi iusiurandum praestiterint de veritate dicenda, poterunt nihilominus pro prudenti iudicis arbitrio, absoluto examine, adigi ad iusiurandum de *veritate dictorum* sive circa omnes positionum articulos sive circa aliquos tantum, quoties gravitas negotii et editae testificationis adiuncta id postulare videantur.

Can. 1769. - Testes adigi etiam iureiurando possunt ad secretum servandum circa propositas interrogationes dataque interrogationibus responsa, usque dum acta et allegata publici iuris fiant; imo etiam perpetuo ad normam Can. 1623, § 3.

ART. IV.

DE TESTIUM EXAMINE.

Can. 1770. - § 1. Testes sunt examini subiiciendi in ipsa tribunalis sede.

§ 2. Ab hac generali regula excipiuntur:

1.° S. R. E. Cardinales, Episcopi et personae illustres quae suae civitatis iure eximuntur ab obligatione comparendi coram iudice testificandi causa: ii omnes eligere ipsi possunt locum ubi testificentur, de quo iudicem certiorem facere debent;

2.° Qui morbo aliove corporis vel animi impedimento aut conditione vitae, uti moniales, tribunalis sedem adire nequeunt; ii domi audiendi sunt;

3.° Qui extra dioecesim degentes, in dioecesim reverti et ad tribunalis sedem accedere sine gravi incommodo nequeunt; ii audiendi sunt a tribunali loci in quo commorantur ad normam Can. 1570, § 2, secundum interrogationes et instructiones a causae iudice transmissas;

1768: C. 5, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 114, n. 2.

§ 4. No i onda, kada se od svjedoka ne traži prisega, mora sudac opomenuti svjedoka na tešku obvezu, da je vazda dužan govoriti istinu.

Kan. 1768. - Iako su svjedoci položili prisegu da će govoriti istinu, može se od njih zahtijevati, da po svršenom iskazu, polože prisegu, da su *govorili istinu* i to bilo u pogledu svih upitnih članaka bilo samo u pogledu nekih, kadgod se smatra, da to traži važnost predmeta i prilike učinjenog svjedočanstva.

Kan. 1769. - Od svjedoka se može tražiti i to, da se pod prisegom obvežu, da će čuvati u tajnosti predložena im pitanja i odgovore, koje su na pitanja dali, sve dotle, dok se sudski spisi i očitovanja javno ne objave; dapače i zauvijek u skladu s odredbom kan. 1623, § 3.

ČLANAK IV.

PRESLUŠANJE SVJEDOKA

Kan. 1770. - § 1. Svjedoci imaju se preslušati u samom sjedištu sudišta.

§ 2. Od ovoga su općega pravila izuzeti:

1.° S. R. C. Stožernici, Biskupi i odličnici, koje zakon njihove države oslobađa od dužnosti dolaziti pred suca radi svjedočenja; svi ovi mogu sami odabrati mjesto, gdje će svjedočiti, te o tom treba da obavijeste suca.

2.° Osobe, koje ne mogu doći u sjedište sudišta zbog bolesti ili kakove tjelesne ili duševne zapreke ili poradi prilika života, primjerice duvne, takove se osobe imaju preslušati kod kuće;

3.° Osobe koje borave izvan biskupije, a ne mogu se bez velike poteškoće povratiti u biskupiju i doći u sjedište sudišta; takove se imaju preslušati od strane sudišta onoga mjesta, gdje borave prema odredbi kan. 1570, § 2, na temelju pitanja i uputa dostavljenih od parničnog suca.

1769: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 114, n. 2.

4.° Qui in dioecesi quidem commorantur, sed in locis ita dissitis a tribunalis sede, ut sine gravibus impensis neque ipsi iudicem adire, neque a iudice adiri possint. Hoc in casu iudex debet propiorem aliquem sacerdotem dignum et idoneum deputare, ut cum assistentia alicuius, qui actuarii munere fungatur, examen horum testium perficiat, transmissis pariter eidem interrogationibus faciendis, datisque opportunis instructionibus.

Can. 1771. - Examini testium partes assistere nequeunt, nisi iudex eas admittendas censuerit.

Can. 1772. - § 1. Testes seorsim singuli examinandi sunt.

§ 2. Prudenti tamen iudicis arbitrio relinquitur post edita testimonia testes inter se aut cum parte conferre, seu, vulgo, *confrontare.*

§ 3. Id autem fieri poterit si haec omnia simul concurrant, scilicet:

1.° Si testes inter se aut cum parte in re gravi et causae substantiam attingente dissentiant;

2.° Si nulla alia facilior ad veritatem detegendam suppetat via;

3.° Si scandali vel dissidiorum periculum non sit ex collatione pertimescendum.

Can. 1773. - § 1. Examen fit a iudice, vel ab eius delegato aut auditore, cui assistat oportet notarius.

§ 2. In examine interrogationes non ab alio quam a iudice vel ab eo qui iudicis locum tenet, testibus deferendae sunt. Quapropter si partes, vel promotor iustitiae, vel defensor vinculi examini intersint et novas interrogationes testi faciendas habeant, has non testi, sed iudici vel eius locum tenenti proponere debent, ut eas ipse deferat.

1770 § 2. 4.°: C. 8, 34, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 3, X, *de fideiussoribus,* III, 22; c. 2, *de iudiciis,* II, 1, in VI°; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. III, n. 15; S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 19; S. C. C., instr. 22 aug. 1840; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XIX; instr. a. 1883, n. 15.

1771: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 114, n. 6.

1772 § 1: C. 52, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; Benedictus XIV, ep. «*Sollicitudini*», 1 oct. 1745, § 7; S. C. S. Off., instr. a. 1858; instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. III, n. 13; S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 17; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XVII; instr. a. 1883, n. 13, Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 114, n. 5.

4.° Osobe, koje doduše borave u biskupiji, ali u mjestima toliko udaljenima od sjedišta sudišta, da niti oni mogu bez velikih troškova doći pred suca niti sudac do njih. U tom slučaju mora sudac opunomoćiti kojega vrijednoga i prikladnoga svećenika, da uz sudjelovanje nekoga, koji će izvršivati službu bilježnika, ove svjedoke presluša, isto tako na temelju priposlanih pitanja, koja se imaju postaviti, te uz izdane mu prikladne naputke.

Kan. 1771. - Stranke ne mogu biti prisutne kod preslušavanja svjedoka, osim ako sudac odluči, da se pripuste.

Kan. 1772. - § 1. Svjedoci se moraju preslušati zasebno i pojedinački.

§ 2. Ipak se prepušta sucu, da po svojoj razboritoj ocjeni, pošto se preslušanje svrši, svjedoke između sebe ili sa strankom suprotstavi, ili, kako se kaže, *suoči.*

§ 3. No to se može učiniti samo, kada se sve ovo zajedno ostvari, to jest:

1.° Ako su svjedoci u protivnosti između sebe ili sa strankom u važnoj i takovoj stvari, koja se tiče bitnosti spora;

2.° Ako ne ima nikakvog drugog lakšega puta, da se dođe do istine;

3.° Ako ne postoji pogibao, da će kod suočenja doći do sablazni ili svađe.

Kan. 1773. - § 1. Preslušanje izvršuje sudac, ili njegov opunomoćenik ili izvidnik, a moraju imati bilježnika.

§ 2. Kod preslušanja ne smije svjedocima postavljati pitanja nitko drugi, osim suca odnosno onoga, koji zamjenjuje suca. Zato ako bi kod preslušavanja bile prisutne stranke, ili promicatelj pravde, ili branitelj veze, pa bi htjeli postaviti svjedoku nova pitanja, moraju ova priopćiti ne svjedoku, nego sucu ili onomu, koji ga zamjenuje, da ih on stavi.

1772 § 2: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 114, n. 5.

1773 § 1: C. 11, X, *de probationibus,* II, 19; c. 11, *de haereticis,* V, 2, in VI°; S. C. S. Off., instr. a. 1858; instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. III, n. 13; instr. 20 iul. 1890; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 13; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 114, n. 7.

1773 § 2: Vide etiam Can. 1968, n. 1.

Can. 1774. - Testis primo interrogari debet non modo de generalibus personae adiunctis, hoc est, de nomine, cognomine, origine, aetate, religione, conditione, domicilio, sed etiam quae ipsi cum partibus in causa sit necessitudo; deinde deferendae sunt interrogationes quae causam ipsam respiciunt et sciscitandum unde et quomodo ea quae asserit, habeat cognita.

Can. 1775. - Interrogationes breves sunto, non plura simul complectentes, non captiosae, non subdolae, non suggerentes responsionem, remotae a cuiusvis offensione et pertinentes ad causam quae agitur.

Can. 1776. - § 1. Interrogationes non sunt cum testibus antea communicandae.

§ 2. Attamen si ea quae testificanda sunt ita a memoria sint remota, ut nisi prius recolantur, certo affirmari nequeant, poterit iudex nonnulla testem praemonere, si id sine periculo fieri censeat.

Can. 1777. - Testes oretenus testimonium dicant, et scriptum ne legant, nisi de calculo et rationibus agatur; tunc enim adnotationes, quas secum attulerunt, poterunt consulere.

Can. 1778. - Responsio ex continenti redigenda est scripto ab actuario non solum quod attinet ad substantiam, sed etiam ad ipsa editi testimonii verba, nisi iudex, attenta causae exiguitate, satis habeat unam depositionis substantiam referri.

Can. 1779. - Actuarius in actis mentionem faciat de praestito, remisso aut recusato iureiurando, de partium aliorumque praesentia, de interrogationibus ex officio additis et generatim de omnibus memoria dignis quae forte acciderint, cum testes excutiebantur.

1774: C. 7, C. II, q. 1; c. 15-17, C. III, q. 9; c. 3, C. IV, q. 2 et 3; c. 37, 47, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 2, *de testibus et attestationibus,* II, 10, in VI°.

1776 § 1: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 114, n. 8.

1777: C. 15, C. III, q. 9; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 114, n. 8.

Kan. 1774. - Svjedok se mora najprije ispitati ne samo o općim osobnim podacima, to jest, o imenu, prezimenu, zavičaju, dobi, vjeri, zanimanju, prebivalištu, nego i o tom, u kakvom je odnosu prema parničnim strankama; zatim se imaju staviti pitanja, koja se odnose na sam spor, te ispitati, odakle i kako je saznao za ono, što iskazuje.

Kan. 1775. - Pitanja imaju biti kratka, ne smiju više stvari zajedno obuhvaćati, ne smiju biti takova, da zavađaju, da se lukavo podmetnuta, da odgovor stavljaju u usta, ne smiju nikako biti uvredljiva i moraju se odnositi na spor, o kojemu se radi.

Kan. 1776. - § 1. Pitanja se ne smiju prije toga priopćiti svjedocima.

§ 2. Ali ako je ono, o čemu treba svjedočiti bilo toliko davno, da se o tom ne može sa sigurnošću dati iskaz, ako se prije ne razmisli, moći će sudac svjedoka unaprijed podsjetiti na neke stvari, ako ocjeni, da se to može bez pogibli učiniti.

Kan. 1777. - Svjedoci moraju svoj iskaz dati usmeno i ne smiju ga napisanog čitati, osim ako se radi o brojevima i računima; jer tada se mogu poslužiti bilješkama, koje su donijeli sa sobom.

Kan. 1778. - Odgovor mora zapisničar odmah zabilježiti u zapisnik ne samo što se tiče biti, nego cijeli iskaz od riječi do riječi, osim kada sudac smatra, da je dostatno, s obzirom na neznatnost spora, da se zabilježi samo ono, što je u iskazu bitno.

Kan. 1779. - Zapisničar ima u zapisniku navesti, da li je prisega položena, da li se od nje odustalo ili je bila uskraćena, da li su stranke odnosno druge osobe bile prisutne, da li su bila pridodana pitanja po službenoj dužnosti, te uopće sve, što zavređuje da se spomene, a dogodilo se je možda, dok su preslušavani svjedoci.

1778: C. 11, X, *de probationibus,* II, 19; c. 43, 53, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 31, X, *de simonia, et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur,* V, 3; c. 11, *de haereticis,* V, 2, in VI°; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 114, n. 7.

1779: C. 11, X, *de probationibus,* II, 19.

Can. 1780. - § 1. Testi, antequam ab auditorio discedat, debent legi quae actuarius de iis quae ipse viva voce testatus est, scripto redegit, data eidem testi facultate addendi, supprimendi, corrigendi, variandi.

§ 2. Denique actui subscribere debent testis, iudex et notarius.

Can. 1781. - Testes, quamvis iam excussi, poterunt, parte postulante aut ex officio, antequam acta seu testificationes publici iuris fiant, denuo ad examen vocari, si iudex id necessarium vel utile ducat, dummodo tamen omnis collusionis vel corruptelae absit periculum.

ART. V.

DE TESTIMONIORUM EVULGATIONE EORUMQUE REPROBATIONE.

Can. 1782. - § 1. Cum partes aut earum procuratores examini non interfuerunt, testimonia statim post absolutum omnium testium examen poterunt, decreto iudicis, evulgari.

§ 2. Sed poterit iudex differre testimoniorum evulgationem in tempus quo cetera probationum capitula fuerint absoluta, si id e re existimet.

Can. 1783. - Post testificationum evulgationem:

1.° Cessat facultas reprobandi testis personam, excepto casu de quo in Can. 1764, § 4;

2.° Sed est ius reprobandi testes sive quod attinet ad modum examinis, cum scilicet obiiciuntur regulae iuris in examine peragendo neglectae, sive quod attinet ad testificationes ipsas, cum nempe testimonia impugnantur de falso aut de variatione, contradictione, obscuritate, defectu scientiae et similibus.

1780 § 1: C. 7, X, *de testibus cogendis vel non,* II, 21; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. III, n. 14; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 14; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 114, n. 10.

1780 § 2: S. C. S. Off., instr. a. 1858; instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. III, n. 14; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883 n. 14; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 114, n. 10.

1781: C. 37, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20.

Kan. 1780. - § 1. Svjedoku se mora, prije nego li otiđe od mjesta, gdje je preslušan, pročitati ono, što je zapisničar od onoga, što je on usmeno iskazao, ubilježio u zapisnik, te dati istomu svjedoku mogućnost, da dometne, ispusti, ispravi, izmijeni.

§ 2. Na koncu moraju zapisnik potpisati svjedok, sudac i bilježnik.

Kan. 1781. - Svjedoci se mogu, iako su već bili preslušani, na zahtjev stranke ili po službenoj dužnosti, prije no što spisi odnosno iskazi svjedoka budu objavljeni, ponovno podvrći preslušanju, ako to sudac smatra potrebitim ili korisnim, no pod uvjetom da nema nikakove pogibli za potajni sporazum i zavađanje.

ČLANAK V.

PROGLAŠENJE SVJEDOČKIH ISKAZA I PODNAŠANJE PROTIVNIH PRIGOVORA

Kan. 1782. - § 1. Kada stranke ili njihovi zastupnici nisu preslušanju prisustvovali, moći će sudac svjedočke iskaze odmah pošto je dovršeno preslušanje svih svjedoka, proglasiti odlukom.

§ 2. No sudac može odgoditi proglašenje svjedočkih iskaza do onoga vremena, kada budu provedene i ostale vrste dokaza, ako smatra, da je to u prilog stvari.

Kan. 1783. - Pošto su iskazi svjedoka proglašeni:

1.° Ne može se više prigovoriti svjedokovoj osobi, izuzev u slučaju spomenutom u kan. 1764, § 4;

2.° No ostaje pravo staviti prigovore svjedocima bilo u pogledu načina, kojim su preslušani, kada se naime prigovori, da se zakonske odredbe pri preslušanju nisu obdržavale, bilo u pogledu samih svjedočkih iskaza, kad se naime ti iskazi pobijaju kao neistiniti ili nedosljedni, protuslovni, nejasni, zbog neznanja i sličnog.

1782 § 1: C. 24, 26, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1; c. 31, X, *de simonia, et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur,* V, 3; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 115, 116.

1783 2.°: C. 9, X, *de probationibus,* II, 19; c. 31, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 115.

Can. 1784. - Reprobationem iudex decreto suo reiiciat, si eam futili inniti fundamento aut ad retardandum iudicium factam animadvertat.

Can. 1785. - Si iudicium reprobationis admittatur, iudex brevem terminum parti postulanti praestituat ad probandam reprobationem, et deinde procedat uti in aliis incidentibus causis.

Can. 1786. - Post evulgatas testificationes, testes iam auditi denuo super iisdem articulis ne interrogentur, neque novi testes admittantur, nisi caute et ex gravi ratione in causis quae nunquam transeunt in rem iudicatam; ex gravissima ratione in ceteris; et in quolibet casu omni fraudis et subornationis periculo remoto, altera parte audita, et requisito voto promotoris iustitiae vel defensoris vinculi, si hi iudicio intersint; quae omnia iudex decreto suo definiat.

ART. VI.

DE INDEMNITATE TESTIUM.

Can. 1787. - § 1. Testis ius habet ad petendam compensationem impensarum, quas sustinuerit ratione itineris et commorationis in loco iudicii, et ad congruam indemnitatem pro interruptione sui negotii vel operis.

§ 2. Iudicis est, auditis parte ac teste, et, si opus sit, etiam peritis, taxare indemnitatem et impensas testi solvendas.

Can. 1788. - Si intra peremptorium terminum a iudice praestitutum congrua pecuniae quantitas de qua in Can. 1909, § 2, ab eo qui testes inducere vult deposita non sit, is testium examini renuntiasse censeatur.

1784: C. 49, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20.

1785: C. 9, X, *de probationibus,* II, 19.

1786: C. 6, X, *de probationibus,* II, 19; c. 19, 25, 29, 35, 38, 42, 44, 48, 53, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 2, *de testibus,* II, 8, in Clem.; S. C. C., *Venetiarum,* 27 ian. 1866.

Kan. 1784. - Prigovore mora sudac odbiti odlukom, ako ocijeni, da nisu nikako osnovani ili da su učinjeni radi odugovlačenja parnice.

Kan. 1785. - Ako se prigovori uzmu u razmatranje, mora sudac odrediti stranci na njezin zahtjev kratak rok, da prigovore dokaže, a onda ima postupati kao i u drugim uzgrednim i pripadnim pitanjima.

Kan. 1786. - Pošto su iskazi svjedoka proglašeni, ne smiju se svjedoci, koji su već preslušani, ponovno preslušati s istim pitanjima, niti se smiju pripustiti novi svjedoci, osim uz mjere opreza i kada postoji važan razlog u parnicama, koje nikada ne zadobivaju konačne pravne moći; u ostalima samo iz vrlo važnoga razloga; a u svakom se slučaju ima ukloniti pogibao za prijevaru i potajnog utjecaja, po saslušanju protustranke, te pošto se zatraži mišljenje promicatelja pravde odnosno branitelja veze, ako ovi kod sudovanja sudjeluju; sve ovo mora sudac odrediti posebnom odlukom.

ČLANAK VI.

SVJEDOČKE PRISTOJBE

Kan. 1787. - § 1. Svjedok ima pravo tražiti naknadu za troškove, koje je imao zbog putovanja i boravljenja u mjestu sudovanja, te na primjerenu otštetu za prekidanje svojega posla ili rada.

§ 2. Na suca spada, da saslušavši stranku i svjedoka, a ako treba i vještake, odredi pristojbu za otštetu i troškove, što se ima isplatiti svjedoku.

Kan. 1788. - Ako onaj, tko predlaže svjedoke, ne položi u neprekoračivom po sucu određenom roku, primjereni novčani iznos, o kojemu je riječ u kan. 1909, § 2, mora se uzeti, da je odustao od preslušavanja svjedoka.

1787 § 1: C. 3, C. IV, q. 2 et 3; c. 11, *de rescriptis,* I, 3, in VI°; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 114, n. 11.

ART. VII.

DE TESTIMONIORUM FIDE.

Can. 1789. - In aestimandis testimoniis iudex prae oculis habeat:

1.° Quae conditio sit personae, quaeve honestas et an aliqua dignitate testis praefulgeat;

2.° Utrum de scientia propria, praesertim de visu et auditu proprio testificetur, an de credulitate, de fama, aut de auditu ab aliis;

3.° Utrum testis constans sit et firmiter sibi cohaereat; an varius, incertus, vel vacillans;

4.° Denique utrum testimonii contestes habeat, an sit singularis.

Can. 1790. - Si testes inter se discrepent, iudex perpendat utrum edita ab eis testimonia sibi invicem adversentur, an sint dumtaxat diversa vel adminiculativa.

Can. 1791. - § 1. Unius testis depositio plenum fidem non facit, nisi sit testis qualificatus qui deponat de rebus ex officio gestis.

§ 2. Si sub iuramenti fide duae vel tres personae, omni exceptione maiores, sibi firmiter cohaerentes, de aliqua re vel facto in iudicio testificentur de scientia propria, sufficiens probatio habetur; nisi in aliqua causa iudex ob maximam negotii gravitatem, vel ob indicia quae aliquod dubium de veritate rei assertae ingerunt, necessariam censeat pleniorem probationem.

1789 4.°: C. 7, C. II, q. I; c. 3, C. IV, q. 2 et 3; c. 32, X, *de electione et electi potestate,* I, 6; c. 9, X, *de probationibus,* II, 19; c. 10, 22, 23, 27, 32, 37, 47, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 13, X, *de praescriptionibus,* II, 26; c. 7, X, *de consanguinitate et affinitate,* IV, 14; c. 10, X, *de verborum significatione,* V, 40; Gregorius XV, const. *«Universi»,* 30 aug. 1622, § 5; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. III, n. 16; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 16.

ČLANAK VII.

DOKAZNA SNAGA SVJEDOČKIH ISKAZA

Kan. 1789. - Pri ocjeni svjedočkih iskaza mora sudac držati pred očima:

1.° Koje zanimanje ima ta osoba, kakav joj je ćudoredni značaj, te da li je svjedok na kakovom odličnom položaju;

2.° Da li iskazuje ono, što sam znade, osobito što je na svoje oči vidio i na svoje uši čuo, da li ono, za što samo vjeruje da je tako, da se tako govori, ili što je od drugih čuo;

3.° Da li je svjedok svojim iskazima dosljedan i u svemu stalan; da li ne vrluda, da li nije nesiguran i ne koleba;

4.° Konačno da li njegove iskaze potvrđuju i drugi svjedoci, ili je on pojedinačan.

Kan. 1790. - Ako se svjedoci među sobom ne slažu, mora sudac razmotriti, da li njihovi iskazi sebi međusobno protuslove, ili su samo raznoliki odnosno takovi, da se upotpunjuju.

Kan. 1791. - § 1. Iskaz jednoga svjedoka ne čini potpuni dokaz, osim ako je svjedok službena osoba, pa iskazuje o stvarima izvršenima po službenoj dužnosti.

§ 2. Predleži dostatan dokaz, ako dvije ili tri osobe, protiv kojih nema prigovora, u potpunoj suglasnosti, posvjedoče u sudu o nekoj stvari ili činjenici po vlastitom znanju; osim ako sudac ocijeni, da su u nekoj parnici potrebiti još potpuniji dokazi zbog vrlo velike važnosti predmeta, ili zbog osnovica sumnje, što unose neku sumnju u istinitost stvari, koja se dokazuje.

1791 § 1: C. 8, C. XXXIII, q. 2; c. 10, 23, 28, 47, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 13, X, *de praescriptionibus,* II, 26.

1791 § 2: C. 32, X, *de electione et electi potestate,* I, 6; c. 24, 47, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20.

CAPUT III.

DE PERITIS.

Can. 1792. - Peritorum opera utendum est quoties ex iuris vel iudicis praescripto eorum examen et votum requiritur ad factum aliquod comprobandum vel ad veram alicuius rei naturam dignoscendam.

Can. 1793. - § 1. Iudicis est peritos eligere vel designare.

§ 2. Hanc designationem in causis mere privatis iudex facere potest rogatu utriusque partis vel etiam alterutrius, altera tamen consentiente; in causis vero bonum publicum respicientibus, audito promotore iustitiae aut vinculi defensore.

§ 3. Prudenti iudicis arbitrio relinquitur unum pluresve peritos eligere pro causae natura et rei difficultate, nisi lex ipsa numerum peritorum praefiniat.

Can. 1794. - Peritorum est peritiam suam ad veritatis et iustitiae leges exigere, neque falsum affirmando neque verum occultando; in quo si deliquerint, puniantur ad normam Can. 1743, § 3.

Can. 1795. - § 1. Ad periti munus, ceteris paribus, deligantur, qui competentis magistratus auctoritate idonei fuerint comprobati.

§ 2. Qui a testimonio ferendo excluduntur ad normam Can. 1757, ne ad peritorum quidem officium assumi possunt.

Can. 1796. - § 1. Easdem ob causas quibus testes, possunt et periti recusari.

§ 2. Iudex suo decreto edicat utrum sit admittenda recusatio, necne, et, recusatione admissa, in locum periti recusati alium sufficiat.

Can. 1797. - § 1. Periti demandatum munus suscipere censentur praestatione iurisiurandi de munere fideliter implendo.

1793 § 1: S. C. C., instr. 22 aug. 1840; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 120.

1793 § 2: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 120, 121, n. 2, 3, § 123, n. 1.

GLAVA III.

VJEŠTACI

Kan. 1792. - Sudjelovanje vještaka mora se tražiti, kadgod je po odredbi zakona ili suca njihovo preslušanje i mišljenje potrebito, da se utvrdi neka činjenica ili ustanovi prava priroda neke stvari.

Kan. 1793. - § 1. Na suca spada da izabere i odredi vještake.

§ 2. Ovu odredbu može sudac izdati u čisto posebničkim sporovima na molbu obih stranaka ili samo jedne od njih, ali s pristankom druge; a u parnicama koje se odnose na opće dobro, saslušavši promicatelja pravde odnosno branitelja veze.

§ 3. Ostavljeno je razboritoj ocjeni suca, da izabere jednoga ili više vještaka prema prirodi spora i teškoći predmeta, osim ako sam zakon propisuje broj vještaka.

Kan. 1794. - Vještaci su dužni izvršiti svoje vještačenje po istini i pravdi ne iskazujući što je krivo i ne prešućujući što je istinito; ako bi pri tom što skrivili, imaju se kazniti u skladu s odredbama kan. 1743, § 3.

Kan. 1795. - § 1. Za službu vještaka treba, uz jednake uvjete, uzeti one, koji su rješenjem nadležne ovlasti za to osposobljeni.

§ 2. Osobe koje prema odredbi kan. 1757 ne mogu biti pripuštene kao svjedoci, ne mogu se uzeti ni u službu vještaka.

Kan. 1796. - § 1. Vještaci se mogu otkloniti zbog istih razloga kao i svjedoci.

§ 2. Sudac ima odlukom izreći, da li se prigovor prihvaća ili ne, te ima, ako se prigovor prihvaća, na mjesto otklonjenog vještaka postaviti drugoga.

Kan. 1797. - § 1. Uzima se, da su vještaci povjerenu im službu preuzeli, kada polože prisegu, da će službu zdušno izvršiti.

1793 § 3: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 122.

1796 § 1: C. 14, X, *de probationibus,* II, 19.

1797 § 1: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 129.

§ 2. Partes non solum interesse possunt iurisiurandi praestationi, sed etiam exsecutioni muneris perito demandati, nisi aliud rei natura vel honestas exigat aut lex vel iudex statuat.

Can. 1798. - Post iusiurandum praestitum, si periti intra praefinitum tempus mandato non paruerint aut sine iusta causa exsecutionem defugiant, tenentur damnorum.

Can. 1799. - § 1. Iudex, attentis iis quae a litigantibus forte deducantur, omnia et singula capita decreto suo definiat circa quae periti opera versari debeat.

§ 2. Tempus intra quod examen perficiendum est et votum proferendum, si necessarium vel opportunum iudici videatur, potest ab ipso iudice praefiniri et etiam, auditis partibus, prorogari.

Can. 1800. - § 1. Si dubitetur quis scriptum aliquod exaraverit, iudex praeter scripturam quaestioni obnoxiam assignet peritis, proponentibus partibus, scripturas cum quibus illa comparari et conferri debeat.

§ 2. Si de scripturis, quae sint inter se comparandae, partes dissentiant, iudex seligat, comparationis gratia, eas, quas para ipsa alias recognovit, aut quas qui accusatur auctor scripturae controversae, scripsit ut persona publica et in archivis aut alio publico tabulario custodiuntur; aut eius subscriptiones quas ex fide notarii vel personae publicae constet coram ipsis fuisse exaratas.

§ 3. Quod si scripturae a partibus et a iudice pro comparatione designatae, peritorum iudicio, investigationi non sufficiant, et is cui scriptura controversa tribuitur, in vivis sit, iudex ad instantiam partis aut etiam ex officio eum citet, ut manu propria coram iudice vel eius delegato scribat quidquid periti, iudex ipse, eiusve delegatus dictaturi sint.

§ 4. Recusatio scribendi, non probata legitima recusationis causa, habetur ut confessio genuinitatis scripturae controversae in praeiudicium recusantis.

Can. 1801. - § 1. Periti votum suum vel in scriptis proferre possunt, vel oretenus coram iudice; sed si ore proferatur, statim in scriptis redigi debet a notario et a peritis subscribi.

1797 § 2: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 126.
1799 § 1: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 124.

§ 2. Stranke mogu prisustvovati ne samo polaganju prisege, nego i izvršivanju službe, koja je vještaku povjerena, osim ako se tomu protivi priroda stvari ili ćudorednost odnosno zakonska ili sučeva odredba.

Kan. 1798. - Ako vještaci, pošto polože prisegu, u određenom im vremenu ne izvrše dužnost ili bez pravednog razloga izbjegavaju izvršenje, dužni su naknaditi štetu.

Kan. 1799. - § 1. Sudac mora, uzevši u obzir možebitne prijedloge stranaka, odlukom odrediti sve i svaku pojedinu stvar, koju vještak ima ispitati.

§ 2. Sudac može sam unaprijed odrediti vrijeme, koje smatra potrebitim ili primjerenim, da se ispitivanje izvrši i mišljenje izradi, pa i, saslušavši stranke, produljiti.

Kan. 1800. - § 1. Ako o tom postoji dvojba, tko je nešto pismenoga napisao, ima sudac vještacima predati povrh pisma, o kojemu se radi, primjerke pisma, predložene mu od stranaka, s kojima se ono ima usporediti i sravniti.

§ 2. Ako se stranke ne mogu složiti u pogledu pisama, koja bi se imala između sebe usporediti, ima sudac u svrhu sravnjivanja izabrati ona, koja je sama stranka inače svojima priznala, ili takova, koja je onaj, tko je okrivljen kao pisac spornoga pisma, napisao kao službena osoba, pa se čuvaju u pismohranama ili drugoj kojoj javnoj pismari; ili njegove potpise, za koje je potvrdom bilježnika ili službene osobe utvrđeno, da su pred njima učinjeni.

§ 3. Ako ne bi pisma, koja su stranke i sudac za sravnjivanje odredili, bila, po sudu vještaka, za istraživanje dostatna, a osoba, kojoj se sporno pismo pripisuje, je na životu, ima je sudac, na molbu stranke ili također po službenoj dužnosti, pozvati, da pred sucem ili njegovim opunomoćenikom svojom rukom napiše štogod će mu vještaci, sam sudac odnosno njegov opunomoćenik kazivati u pero.

§ 4. Uskrata pisanja, ako se ne utvrdi, da za uskratu postoji zakoniti uzrok, uzima se kao priznanje, da je sporno pismo izvorno na teret onoga, koji je uskratu učinio.

Kan. 1801. - § 1. Vještaci mogu svoje mišljenje dati ili pismeno, ili usmeno pred sucem; no ako se daje usmeno, mora se odmah o tom sačiniti zapisnik i od strane bilježnika i vještaka potpisati.

1800 § 1: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 132.
1802: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 125.

§ 2. Peritus autem, praesertim si sententiam suam in scriptis protulerit, accersiri potest a iudice ut explicationes, quae ulterius necessariae videatur, suppeditet.

§ 3. Periti debent indicare perspicue qua via et ratione processerint in explendo munere sibi demandato et quibus potissimum argumentis sententia ab ipsis prolata nitatur.

Can. 1802. - Periti suam quisque relationem a ceteris distinctam conficiant, nisi, lege non contradicente, iudex unam a singulis subscribendam fieri iubeat; quod si fiat, sententiarum discrimina, si qua fuerint, diligenter adnotentur.

Can. 1803. - § 1. Si periti inter se discrepent, licet iudici aut peritioris suffragium super relatis a primis peritis exquirere aut novos de integro peritos adhibere.

§ 2. Eadem facultas iudici est quoties periti post electionem in suspicionem inciderint vel impares atque non idonei muneri perspecti fuerint.

Can. 1804. - § 1. Iudex non peritorum tantum conclusiones, etsi concordes, sed cetera quoque causae adiuncta attente perpendat.

§ 2. Cum reddit rationes decidendi, exprimere debet quibus motus argumentis peritorum conclusiones aut admiserit aut reiecerit.

Can. 1805. - Peritorum expensas et honoraria iudex, receptam uniuscuiusque loci consuetudinem prae oculis habens, ex bono et aequo taxare debet, salvo iure recursus ad normam Can. 1913, § 1.

CAPUT IV.

DE ACCESSU ET RECOGNITIONE IUDICIALI.

Can. 1806. - Si ad controversiae locum iudex accedere atque ipsam rem controversam inspicere necessarium existimet, decreto id praestituat, quo ea quae in accessu praestanda sint, auditis partibus, summatim describat.

1803 § 1: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 134.

1803 § 2: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 133.

1804 § 1: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 136.

§ 2. Vještaci moraju jasno navesti, kojim su putem i načinom postupali pri izvršenju povjerene im zadaće, te na kojima se glavnim razlozima osniva njihovo mišljenje.

§ 3. Vještaci su dužni jasno naznačiti, kojim putem i na koji način su postupali u ispunjavanju povjerene im zadaće i na kojim se dokazima ponajvećam temelji po njima izrečeni sud.

Kan. 1802. - Vještaci moraju svaki za sebe sačiniti posebni izvještaj, osim ako sudac, kada nema protivnog zakonskog propisa, odredi da svi pojedince potpišu jedan te isti; u takovom slučaju, imaju se razlike u mišljenjima, ako ih ima, pomnjivo pribilježiti.

Kan. 1803. - § 1. Ako se vještaci među sobom ne slažu, stoji sucu na volju ili zatražiti o izvještajima prvih vještaka mišljenje boljega vještaka ili uzeti posvema nove vještake.

§ 2. Ista vlast pripada sucu kadgod vještaci pošto su izabrani, postanu sumnjivi, ili se pokaže, da su za tu službu nedorasli i nesposobni.

Kan. 1804. - § 1. Sudac treba da dobro razmotri ne samo izvode vještaka, iako su suglasni, nego i sve ostale parnične okolnosti.

§ 2. Kod obrazlaganja rješenja, dužan je izložiti, na temelju kojih je dokaznih razloga vještačke izvode usvojio ili zabacio.

Kan. 1805. - Troškove i nagrade za vještake, ima sudac, držeći u vidu odnosni usvojeni mjesni običaj, odmjeriti po pravici i privlačnosti, uz pravo pritužbe prema odredbi kan. 1913, § 1.

GLAVA IV.

PRISTUP I SUDSKI OČEVID

Kan. 1806. - Ako sudac smatra potrebitim, da kod spora izađe na lice mjesta i uzme očevid u sam predmet spora, mora to unaprijed, saslušavši stranke, odrediti odlukom, u kojoj ima ukratko ocrtati ono, što se ima pristupom k očevidu ustanoviti.

1805: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 130.

1806: C. 9, X, *de praescriptionibus*, II, 26, Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 165, n. 1, § 166.

Can. 1807. - Iudex recognitionem peragere potest vel ipse per se vel per auditorem aut iudicem delegatum.

Can. 1808. - § 1. Iudex, rem vel locum recognoscens, peritos adhibere potest, si ipsorum opera necessaria vel utilis videatur.

§ 2. Si periti adhibeantur, serventur, quantum fieri potest, quae praescripta sunt Can. 1793-1805.

Can. 1809. - Si iurgii vel perturbationis periculum pertimescendum iudici videatur, poterit ipse prohibere ne partes vel earum advocati iudiciali recognitioni intersint.

Can. 1810. - Iudex testes, vel ex officio accitos vel a partibus ante recognitionem rite productos, potest in ipso iudiciali accessu examini subiicere, si id expedire videatur ad pleniorem probationem aut ad removenda dubia ob quae recognitio decerni debuit.

Can. 1811. - § 1. Notarius diligenter curet ut constet ex actis qua die et hora recognitio facta sit, quae personae interfuerint quae, recognitione durante, aut dicta aut peracta aut a iudice decreta sint.

§ 2. Peractae recognitionis instrumenta tum iudex tum notarius subscribant.

1807: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 172.

1808 § 1: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 167, n. 1.

1808 § 2: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 167, 170.

Kan. 1807. - Očevid može sudac izvršiti ili sam osobno ili po izvidniku odnosno opunomoćenom sucu.

Kan. 1808. - § 1. Sudac se može, uzimajući očevid u predmet ili mjesto, poslužiti vještacima, ako drži, da je njihovo sudjelovanje potrebito ili korisno.

§ 2. Ako se posluži vještacima, moraju se, koliko je moguće, obdržavati propisi sadržani u kan. 1793-1805.

Kan. 1809. - Ako sudac drži, da se treba bojati svađe li uzbune, on može zabraniti, da stranke ili njihovi odvjetnici prisustvuju sudskom očevidu.

Kan. 1810. - Sudac može one svjedoke, koji su bilo po službenoj dužnosti pozvani bilo od stranaka prije očevida propisno predloženi, preslušati kod samoga sudskoga očevida, ako drži, da je to u prilog potpunijega dokaza ili da se uklone dvojbe, zbog kojih se je očevid morao odrediti.

Kan. 1811. - § 1. Bilježnik treba da pomno o tom vodi brigu, da u zapisniku bude utvrđeno, kojega je dana i sata očevid izvršen, koje su osobe bile prisutne, što je za trajanje očevida, bilo rečeno bilo izvršeno bilo od strane suca odlučeno.

§ 2. Sačinjene dokaznice o očevidu moraju potpisati i sudac i bilježnik.

1809: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 169.

1811 § 1: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 171.

1811 § 2: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 171.

CAPUT V.

DE PROBATIONE PER INSTRUMENTA.

ART. I.

DE NATURA ET FIDE INSTRUMENTORUM.

Can. 1812. - In quolibet iudicii genere admittitur probatio per documenta tum publica tum privata.

Can. 1813. - § 1. Praecipua documenta publica ecclesiastica haec sunt:

1.° Acta Summi Pontificis et Curiae Romanae et Ordinariorum in exercitio suorum munerum authentica forma exarata, itemque attestationes authenticae de iisdem actibus datae ab illis vel eorum notariis;

2.° Instrumenta a notariis ecclesiasticis confecta;

3.° Acta iudicialia ecclesiastica;

4.° Inscriptiones baptismi, confirmationis, ordinationis, professionis religiosae, matrimonii, mortis, quae habentur in regestis Curiae vel paroeciae, vel religionis, et attestationes scriptae ex iisdem desumptae et a parochis, vel Ordinariis, vel notariis ecclesiasticis confectae aut earum exemplaria authentica.

§ 2. Documenta publica civilia ea sunt quae secundum uniuscuiusque loci leges talia iure censentur.

§ 3. Litterae, contractus, testamenta et scripta quaelibet a privatis confecta, privatorum documentorum numero habentur.

Can. 1814. - Documenta publica sive ecclesiastica sive civilia genuina praesumuntur, donec contrarium evidentibus argumentis evincatur.

Can. 1815. - Recognitio aut impugnatio scripturae proponi potest in iudicio tum incidenter, tum ad instar causae principalis.

Can. 1816. - Documenta publica fidem faciunt de iis quae directe et principaliter in eisdem affirmantur.

1813 § 1. 4.°: C. 7, 11, 13, 15, X, *de probationibus,* II, 19; c. 41, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 2, 15, 16, X, *de fide instrumentorum,* II, 22; c. 4, X, *de confirmatione utili vel inutili,* II, 30; S. C. C., decr. *«Ne temere»,* 2 aug. 1907, art. IX.

1813 § 2: C. 9, X, *de fide instrumentorum,* II, 22.

GLAVA V.

DOKAZ ISPRAVAMA

ČLANAK I.

PRIRODA I VJERODOSTOJNOST ISPRAVA

Kan. 1812. - Pri sudovanju bilo koje vrsti dopušten je dokaz putem pisanih dokaznica i javnih i posebničkih.

Kan. 1813. - § 1. Poglavite su crkvene javne dokaznice ove:

1.° Pismena rješenja Vrhovnoga Prvosvećenika, te Rimske Kurije i Ordinarija uredovno izdana u vjerovnom obliku, isto tako i vjerovne svjedodžbe o njima od istih ili njihovih bilježnika izdane;

2.° Isprave sačinjene od crkvenih bilježnika;

3.° Crkveni sudski spisi;

4.° Zabilježbe krštenja, potvrde, ređenja, redovničkih zavjeta, ženidbe, smrti, koje su zavedene u maticama Kurije ili župe ili redovničke družbe, te pismene svjedodžbe iz njih izdane i sačinjene od župnika, ili Ordinarija, ili crkvenih bilježnika i njihovi ovjereni prijepisi.

§ 2. Javne su građanske dokaznice one, koje se takovima s pravom smatraju po zakonima odnosnoga mjesta.

§ 3. Pisma, ugovori, oporuke i bilo kakovi spisi sačinjeni od posebnika, spadaju u broj posebničkih dokaznica.

Kan. 1814. - Pretpostavlja se, da su javne dokaznice i crkvene i građanske izvorne, doklegod se protivno ne potvrdi očevidnim dokazima.

Kan. 1815. - Provjeravanje ili pobijanje pismene dokaznice može se pokrenuti pred sudom bilo kao uzgredni i pripadni bilo kao glavni spor.

Kan. 1816. - Javne su dokaznice vjerodostojne za ono, što se u njima izravno i prvenstveno posvjedočava.

1814: C. 5, 7, 11, X, *de probationibus,* II, 19; c. 2, 3, 8, 10, 14, X, *de fide instrumentorum,* II, 22; c. 11, X, *de praesumptionibus,* II, 23; c. 13, X, *de praescriptionibus,* II, 26.

1815: C. 6, X, *de exceptionibus,* II, 25.

Can. 1817. - Documentum privatum, sive agnitum a parte sive recognitum a iudice, probat adversus auctorem vel subscriptorem et causam ab eis habentes, perinde ac confessio extra iudicium facta; sed per se non habet vim probandi adversus extraneos.

Can. 1818. - Si abrasa, correcta, interpolata aliove vitio documenta infecta demonstrentur, iudicis est aestimare an et quanti huiusmodi documenta facienda sint.

ART. II.

DE PRODUCTIONE DOCUMENTORUM ET ACTIONE AD EXHIBENDUM.

Can. 1819. - Documenta vim probandi in iudicio non habent, nisi originalia sint aut in exemplari authentico exhibita et penes tribunalis cancellariam deposita, exceptis documentis quae publici iuris sunt, ceu leges rite promulgatae.

Can. 1820. - Documenta in forma authentica sunt exhibenda et in iudicio deponenda, ut a iudice et ab adversario examinari possint.

Can. 1821. - § 1. Si dubium excitetur utrum fideliter exscriptum sit exemplar, an non, iudex ad instantiam partis vel etiam ex officio decernere potest, ut ipsum documentum exhibeatur unde exemplar est desumptum.

§ 2. Si id fieri aut minime aut valde difficulter possit, iudex potest auditorem delegare aut loci Ordinarium rogare pro examine et collatione documenti, praescribens quibus de articulis et quamadmodum fieri debeat collatio; collationi vero utraque pars assistere potest.

Can. 1822. - Documenta communia quaeve de communi agunt negotio, ut testamenta et instrumenta quae respiciunt successiones, bonorum partitiones, contractus aliaque huiusmodi de quibus lis est inter partes, quilibet ex litigantibus potest postulare ut in iure exhibeantur ab ea parte quae illa possidere dicitur.

1818: C. 3, 6, 11, X, *de fide instrumentorum,* II, 22; c. 7, X, *de religiosis domibus, ut episcopo sint subiectae,* III, 36; c. 5, 6, 9, X, *de crimine falsi,* V, 20.

1819: C. 1, 2, 16, X, *de fide instrumentorum,* II, 22.

Kan. 1817. - Posebnička dokaznica, ako je bilo od stranke priznata bilo od suca provjerena, spisi protiv izdatnika odnosno potpisnika, te protiv onih, na koje je od njih prešao spor, dokaz jednako kao i izvansudsko priznanje; no po sebi nemaju dokazne snage naprama osobama izvan toga spora.

Kan. 1818. - Ako se dokaže, da se je na dokaznicama brisalo, ispravljalo, dometalo ili da su pod drugom kojom greškom, spada na suca ocijeniti, da li i kakovu vrijednost imaju takove dokaznice.

ČLANAK II.

PREDLAGANJE DOKAZNICA I PREDOČNA TUŽBA

Kan. 1819. - Dokaznice nemaju kod sudovanja dokazne moći, ako nisu predočene u izvorniku ili u ovjerenom prijepisu, te položene u sudskoj uredovnici, izuzev takove dokaznice, koje imaju javnopravni značaj, kao što su propisno proglašeni zakoni.

Kan. 1820. - Dokaznice se moraju predočiti u vjerovnom obliku i položiti u sudu, da ih sudac i protustranka mogu ispitati.

Kan. 1821. - § 1. Ako se pokrene dvojba o tom, da li je prijepis vjerno prepisan, ili ne, može sudac odrediti na molbu stranke, pa i po službenoj dužnosti, da se predoči sam izvornik, od kojega je prijepis načinjen.

§ 2. Ako se to ne može nikako ili vrlo teško učiniti, sudac može opunomoćiti izvidnika ili uputiti zamolnicu mjesnom Ordinariju, da se dokaznica ispita i sravni, te označi, u kojim točkama i kako treba izvršiti sravnjivanje; a sravnjivanju mogu obje stranke prisustvovati.

Kan. 1822. - Svaka parnična stranka može staviti zahtjev, da ona stranka, koja tvrdi, da ih posjeduje, predoči u sudu dokaznice, koje su im zajedničke odnosno odnose se na zajednički predmet, kao oporuke i isprave koje se tiču nasljedstva razdiobe imovine, ugovore i druge tomu slične o predmetima, koji su među strankama sporni.

1820: C. 7, *de privilegiis,* V, 7 in VI°.

1822: C. 5, 12, X, *de fide instrumentorum,* II, 22.

Can. 1823. - § 1. Nemo tamen exhibere tenetur documenta, etsi communia, quae communicari nequeunt sine periculo damni ad normam Can. 1755, § 2, n. 2 aut sine periculo violationis secreti servandi.

§ 2. Attamen si qua saltem documenti particula, quam produci intersit, describi possit, et in exemplari exhiberi sine memoratis incommodis, iudex decernere potest ut eadem exhibeatur.

Can. 1824. - § 1. Si pars exhibere recuset documentum de iure producendum, quod ipsa fertur possidere, iudex, altera parte postulante, auditoque, si opus sit, promotore iustitiae vel vinculi defensore, interlocutoria sententia statuat, an et quomodo eiusdem documenti exhibitio facienda sit.

§ 2. Parte parere recusante, iudicis est aestimare quanti haec recusatio facienda sit.

§ 3. Quod si pars documentum apud se esse neget, iudex poterit eam examini subiicere et ad iusiurandum de ea re praestandum adigere.

CAPUT VI.

DE PRAESUMPTIONIBUS.

Can. 1825. - § 1. Praesumptio est rei incertae probabilis coniectura; eaque alia est iuris, quae ab ipsa lege statuitur; alia hominis, quae a iudice coniicitur.

§ 2. Praesumptio iuris alia est iuris simpliciter, alia iuris et de iure.

Can. 1826. - Contra praesumptionem iuris simpliciter admittitur probatio tum directa tum indirecta; contra praesumptionem iuris et de iure, tantum indirecta, hoc est contra factum quod est praesumptionis fundamentum.

1823 § 1: C. 1, X, *de probationibus,* II, 19.

1825 § 1: C. 9, C. VI, q. 1; c. 5, X, *de renunciatione,* I, 9; c. 2, 6, X, *de restitutione spoliatorum,* II, 13; c. 1-9, 12, 15, 16, X, *de praesumptionibus,* II, 23; c. 13, 15, 16, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27; c. 3, X, *de presbytero non baptizato,* III, 43; c. 6, X, *de desponsatione impuberum,* IV, 2; c. 8, X, *de crimine falsi,* V, 20; c. 2, *de restitutione spoliatorum,* II, 5, in VI°; c. 6, *de appellationibus,* II, 15, in VI°; c. 7, *de haereticis,* V, 2, in VI°; c. 12, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; Reg. 8, R. J., in VI°.

Kan. 1823. - § 1. No ipak nije nitko dužan predočiti dokaznice, iako su zajedničke, koje se ne mogu priopćiti bez pogibli štete u smislu kan. 1755, § 2, br. 2 ili bez pogibli da će se povrijediti obveza na čuvanje tajne.

§ 2. No i u takovom slučaju, ako se može barem onaj odlomak dokaznice, do kojega je stalo, prepisati i u prijepisu predočiti bez spomenutih nepriličnosti, može sudac odlučiti, da se takav ima predočiti.

Kan. 1824. - § 1. Ako se stranka krati predočiti dokaznicu, koja se po zakonu mora predložiti, a za koju kaže, da je posjeduje, ima sudac, na zahtjev druge stranke, te saslušavši, ako treba promicatelja pravde odnosno branitelja veze, izreći međutimnom presudom, da li i kako se mora izvršiti predočenje takove dokaznice.

§ 2. Ako stranka uskrati, da se pokori, spada na suca ocijeniti od koje je važnosti ovakova uskrata.

§ 3. Ako li stranka porekne, da se dokaznica nalazi u nje, može je sudac podvrći preslušanju i naložiti joj, da o toj stvari položi prisegu.

GLAVA VI.

PRETPOSTAVKE

Kan. 1825. - § 1. Pretpostavka je vjerojatan zaključak na nepoznatu stvar; jedne su pravne koje postavlja sam zakon, a druge ljudske koje stvara sudac.

§ 2. Pravna pretpostavka jedna je jednostavno pravna, a druga je pravna i po pravu.

Kan. 1826. - Protiv jednostavno pravne pretpostavke dopušten je dokaz i izravni i neizravni; protiv pravne i po pravu, samo neizravni, to jest protiv one činjenice, na kojoj se pretpostavka osniva.

1825 § 2: C. 5, 6, X, *de renunciatione,* I, 9; c. 2, 6, X, *de restitutione spoliatorum,* II, 13; c. 4, 12, 16, X, *de praesumptionibus,* II, 23; c. 13, 15, 16, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27; c. 3, X, *de presbytero non baptizato* III, 43; c. 8, X, *de crimine falsi,* V, 20; c. 6, *de appellationibus,* II, 15, in VI°; c. 7, *de haereticis,* V, 2, in VI°; c. 12, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°.

1826: C. 5, 6, X, *de renunciatione,* I, 9; c. 2, X, *de restitutione spoliatorum,* II, 13; c. 16, X, *de praesumptionibus,* II, 23, c. 3, X, *de presbytero non baptizato,* III, 43; c. un., *de probationibus,* II, 7, in Clem.

Can. 1827. - Qui habet pro se iuris praesumptionem, liberatur ab onere probandi, quod recidit in partem adversam; qua non probante, sententia ferri debet in favorem partis pro qua stat praesumptio.

Can. 1828. - Praesumptiones, quae non statuuntur a iure, iudex ne coniiciat, nisi ex facto certo et determinato, quod cum eo, de quo controversia est, directe cohaereat.

CAPUT VII.

DE IUREIURANDO PARTIUM.

Can. 1829. - Si habeatur semiplena tantum probatio nec alia probationis adiumenta iam supersint et iudex aut iubeat aut admittat iusiurandum ad probationes supplendas, hoc iusiurandum dicitur *suppletorium.*

Can. 1830. - § 1. Huic iuriiurando vel maxime locus est cum adiuncta, quae civilem vel religiosum personae statum respiciunt, aliter comperiri nequeunt.

§ 2. Sed eodem abstineat iudex tum in causis criminalibus, tum in contentiosis, si de iure vel re magni pretii agatur aut de facto nimii momenti, aut si ius, res, factum non sit proprium personae cui iusiurandum esset deferendum.

§ 3. Deferri autem hoc iusiurandum potest sive ex officio, sive ad instantiam alterius partis, vel promotoris iustitiae, vel defensoris vinculi, si iudicio intersint.

§ 4. Regulariter deferatur ei qui pleniores habet probationes.

§ 5. Iudicis tamen est decreto definire an et quando adiuncta concurrant, cur iusiurandum suppletorium deferri debeat.

1827: C. 4, X, *de probationibus,* II, 19; c. 10, 16, X, *de praesumptionibus,* II, 23; c. 36, X, *de iureiurando,* II, 24; c. 2, *de restitutione spoliatorum,* II, 5, in VI°; c. 12, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°.

1828: C. 13, 14, X, *de praesumptionibus,* II, 23.

1829: C. 2, X, *de probationibus,* II, 19; c. 13, X, *de praesumptionibus,* II, 23; c. 32, X, *de iureiurando,* II, 24; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 155.

Kan. 1827. - Tko ima za sebe pravnu pretpostavku, oslobođen je od tereta dokazivanja, koji pada na protustranku; ako ona ne dokaže, mora se izreći presuda u korist one stranke, za koju govori pretpostavka.

Kan. 1828. - Sudac ne smije stvarati pretpostavke, koje nisu određene u zakonu, osim iz sigurne i određene činjenice, koja je u izravnoj svezi sa spornim predmetom.

GLAVA VII.

PRISEGA PARNIČNIH STRANAKA

Kan. 1829. - Ako predleži samo nepotpuni dokaz, a nema više drugih pomoćnih dokaznih sredstava, pa sudac odredi ili dopusti prisegu u svrhu nadopune dokaza, takova se prisega naziva *domirna.*

Kan. 1830. - § 1. Ovoj prisegi ima ponajvećma onda mjesta, kada se drugačije ne mogu saznati takove okolnosti, koje se odnose na građanski ili redovnički osobni stališ.

§ 2. No sudac neka je ne primijeni ni u kaznenim sporovima ni u parničnim, kada se radi o pravu ili stvari velike vrijednosti ili o činjenici od velike važnosti, ili ako pravo, stvar, činjenica nije nešto, što kao vlastito spada na osobu, koja ima prisegu položiti.

§ 3. A tražiti se ovakova prisega može bilo po službenoj dužnosti, bilo na molbu protustranke, ili promicatelja pravde, ili branitelja veze, ako sudjeluju u parnici.

§ 4. U pravilu se ona mora tražiti od onoga, koji za sebe ima potpunije dokaze.

§ 5. No spada na suca da odlukom riješi, da li i kada postoje okolnosti, zbog kojih je potrebno tražiti domirnu prisegu.

1830 § 2: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 156.

1830 § 3: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 155, n. 1.

1830 § 4: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 157.

Can. 1831. - § 1. Pars cui iusiurandum suppletorium defertur in rebus quae ad eius statum civilem vel religiosum non pertinent, potest ex iusta causa illud recusare vel in adversarium referre.

§ 2. Quanti autem haec recusatio facienda sit, utrum iusta sit, an potius confessioni aequiparanda, iudicis est aestimare.

§ 3. Iusiurandum suppletorium, ab una parte praestitum, potest ab altera impugnari.

Can. 1832. - Si de iure ad damni reparationem constet, sed quantitas damni aestimari certe non possit, iudex potest parti quae damnum passa est, iusiurandum deferre, quod *aestimatorium* dicitur.

Can. 1833. - In deferendo iureiurando aestimatorio:

1.° Iudex a parte, quae damnum passa est, petat ut sub iurisiurandi sanctitate designet res sibi ablatas vel dolo perditas, earumque pretium et valorem secundum probabilem suam aestimationem exprimat;

2.° Si taxatio iudici nimia videatur, eam ad aequitatem reducat, prae oculis habens omnia indicia et argumenta usu comprobata, adhibitis etiam, si opus sit, peritis, quo magis veritati et iustitiae consulatur.

Can. 1834. - § 1. Non solum ante initam litem partes convenire possunt ut controversia per iusiurandum ab alterutra praestandum transigendo dirimatur, sed pendente quoque lite et in quolibet eius momento et statu, altera pars potest, iudice probante, alteri iusiurandum deferre, ea conditione ut quaestio sive principalis sive incidens, secundum iusiurandum decisa habeatur.

§ 2. Iusiurandum huiusmodi dicitur *decisorium.*

Can. 1835. - Decisorium iusiurandum deferri nequit, nisi:

1.° De re, in qua cessio et transactio admittitur, et quae pro litigantium personis non sit nimii momenti seu pretii;

2.° Ab eo qui cedere aut transigere potest;

1831 § 1: C, 36, X, *de iureiurando,* II, 24.

1831 § 2: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 158.

1831 § 3: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 159.

Kan. 1831. - § 1. Stranka kojoj je navrnuta domirna prisega u stvarima, koje se ne odnose na njezin građanski ili redovnički stališ, može je iz pravednog razloga uskratiti ili uzvratiti protustranci.

§ 2. Na suca pako spada procijeniti, kakovu važnost ima takova uskrata, da li je opravdana, ili se naprotiv ima izjednačiti priznanju.

§ 3. Domirnu prisegu, koju je jedna stranka položila, može druga stranka pobijati.

Kan. 1832. - Ako je pravo na naknadu štete dokazano, ali se ne može sa sigurnošću procijeniti veličina štete, može sudac od one stranke, koja je imala štetu, tražiti prisegu, koja se naziva *procjenbena.*

Kan. 1833. - Kada se navrće procjenbena prisega:

1.° Mora sudac tražiti, da stranka, koja je pretrjepjela štetu, pod svetošću prisege nabroji stvari, koje su joj oduzete ili zlonamjerno uništene, te označi njihovu cijenu i vrijednost na temelju svoje vjerojatne procjene;

2.° Ako sudac smatra, da je odmjera prevelika, neka je pravično smanji, ocjenjujući sve navode i tvrdnje prema usvojenom običaju, te poslužívši se, ako treba, i vještacima, da se što bolje udovolji istini i pravdi.

Kan. 1834. - § 1. Stranke se mogu sporazumjeti, da se spor riješi nagodbom na temlju prisege, koju će jedna od njih položiti, i to ne samo prije no što se parnica pokrene, nego i za trajanja parnice i u njezinom odsjeku i stanju, može jedna stranka uz odobrenje suca, drugoj navrnuti prisegu s time, da se sporno pitanje bilo ono glavno ili uzgredno, ima smatrati riješenim prema prisezi.

§ 2. Takova se prisega naziva *odlučna.*

Kan. 1835. - Odlučna se prisega može navrnuti samo:

1.° O stvari, u kojoj je dopustivo izvršiti ustup i nagodbu i koja za osobe parničnih stranaka nije od prevelike važnosti ili cijene;

2.° Od strane onoga, koji može izvršiti ustup ili nagodbu;

1832: C. 7, X, *de his, quae vi metusve causa fiunt,* I, 40; c. 32, X, *de iureiurando,* II, 24; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 160-162.

1833 2.°: C. 7, X, *de his, quae vi metusve causa fiunt,* I, 40.

1834 § 1: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 149, n. 1, 2.

3.° Ei, qui cedere vel transigere valet, quique pariter pro se non habeat plenam probationem;

4.° De mera notitia facti aut de facto, quod proprium sit illius, cui iusiurandum defertur.

Can. 1836. - § 1. Hoc iusiurandum potest a parte, a qua delatum est, revocari quousque praestitum non fuerit, et ab altera parte acceptari et praestari, vel minus, aut referri in adversarium.

§ 2. Praestito iureiurando, quaestio secundum iuratam formulam finita est, perinde ac si cessio aut transactio iudicialis intercessisset.

§ 3. Si iusiurandum recusetur nec referatur in adversarium, iudicis est aestimare quanti facienda sit recusatio, utrum iustis innitatur causis an potius confessioni sit aequiparanda.

§ 4. Si in adversarium referatur, hic debet illud praestare, secus causa cadit.

§ 5. Ut iusiurandum in adversarium referri possit, eaedem illae concurrant conditiones necesse est, quae ad illud deferendum requiruntur atque idem intercedat iudicis ministerium.

1835 4.°: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 150.

1836 § 1: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 152, n. 1.

3.° Onomu, koji ima pravnu sposobnost da učini ustup ili nagodbu, a koji isto tako nema za sebe potpunog dokaza;

4.° O tom da je nekomu samo poznata činjenica ili o činjenici, koja kao vlastita pripada onomu, kojemu se prisega navrće.

Kan. 1836. - § 1. Ovakovu prisegu može stranka, koja ju je navrnula, opozvati doklegod nije položena, a od protustranke prihvatiti i položiti, ili ne, odnosno uzvratiti protivničkoj stranci.

§ 2. Pošto je prisega položena, sporno je pitanje riješeno prema riječima prisege, jednako kao da je izvršen ustup ili sudska nagodba.

§ 3. Ako se prisega uskrati i ne uzvrati protivničkoj stranci, spada na suca ocijeniti, od kolike je važnosti uskrata, da li se temelji na pravednim razlozima ili se naprotiv ima izjednačiti priznanju.

§ 4. Ako bude uzvraćena protivničkoj stranci, ova je mora položiti, inače gubi parnicu.

§ 5. Da se prisega može uzvratiti protivničkoj stranci, moraju biti ostvareni isti uvjeti, koji se traže za njezinu navratu, i treba isto uredovanje od strane suca.

1836 § 3: C. 36, X, *de iureiurando,* II, 24; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 152, n. 2, § 154.

TITULUS XI.

DE CAUSIS INCIDENTIBUS.

Can. 1837. - Causa incidens habetur, quoties, incepto saltem per citationem iudicio, ab una ex partibus aut a promotore iustitiae vel vinculi defensore, si iudicio intersint, quaestio proponitur quae, tametsi libello, quo lis introducitur, non contineatur expresse, nihilominus ita ad causam pertinet ut resolvi plerumque debeat ante quaestionem principalem.

Can. 1838. - Causa incidens proponitur vel oretenus vel per libellum, indicato nexu qui intercedit inter ipsam et causam principalem, et servatis, quoad eius fieri poterit, regulis Can. 1706-1725 statutis.

Can. 1839. - Iudex, libello vel petitione verbali receptis, auditis partibus, et, si opus sit, promotore iustitiae, vel vinculi defensore, secum deliberet num proposita incidens quaestio futilis sit et ad retardandum principale iudicium unice excitata; itemque num causa incidens talis sit naturae et tali nexu cum causa principali cohaereat, ut ante eam resolvi debeat. Si ita se res habeat, libellum vel instantiam admittat; aliter decreto suo eam reiiciat.

Can. 1840. - § 1. Utrum incidens quae excitetur quaestio, definienda sit iudicii forma servata, an mero decreto, iudex, attenta rei qualitate et gravitate, aestimet.

§ 2. Si causa incidens sit iudicialiter definienda, regulae, quoad eius fieri poterit, servandae sunt, quae in ordinariis iudiciis obtinent; curet tamen iudex ut dilationum termini sint quam maxime breves.

§ 3. Iudex in decreto quo, non servata iudicii forma, vel reiicit vel definit quaestionem incidentem, rationes quibus innititur, in iure et in facto breviter exponat.

1838: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 100, n. 1.

NASLOV XI.

UZGREDNI SPOROVI

Kan. 1837. - Uzgredni spor postoji, kadgod jedna od parničnih stranaka ili promicatelj pravde odnosno branitelj veze, ako sudjeluju u parnici, predlaže, pošto je suđenje barem s pozivanjem već započelo, međutimno sporno pitanje, koje iako nije izrijekom sadržano u tužbi, kojom je parnični spor pokrenut, ipak je u takovoj svezi sa sporom, da se ponajvećma mora riješiti prije glavnog spornog pitanja.

Kan. 1838. - Uzgredni se spor predlaže ili usmeno ili pismenom tužbom, uz naznaku sveze, koja postoji između njega i glavnoga spora, te uz obdržavanje, koliko je moguće, pravila sadržanih u kan. 1706-1725.

Kan. 1839. - Sudac, pošto je dobio pismenu tužbu ili usmenu molbu, mora saslušavši stranke, te, ako treba promicatelja pravde odnosno branitelja veze, sam razmotriti, da li predloženi uzgredni spor nije bez svakoga temelja i pokrenut jedino zato, da se odugovlači glavno suđenje; isto tako da li je uzgredni spor takove prirode i u takvoj svezi s glavnim sporom, da se mora riješiti prije njega. Ako nađe da je tako, mora tužbu odnosno molbu primiti; inače je ima odbiti svojom odlukom.

Kan. 1840. - § 1. Da li će se uzgredno pitanje, koje je pokrenuto, riješiti sudskim postupkom, ili običnom odlukom, ima sudac ocijeniti uzevši u obzir kakvoću i važnost stvari.

§ 2. Ako se uzgredni spor ima riješiti sudskim postupkom, moraju se obdržavati, koliko je moguće, pravila, koja obvezuju u redovnom sudskom postupku; ipak mora sudac voditi brigu o tom, da odgodni rokovi budu što kraći.

§ 3. U odluci, kojom sudac, bez sudskoga postupka, uzgredno pitanje bilo odbija bilo rješava, mora ukratko izložiti razloge, na kojima je osniva.

1839: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 100, n. 2.

Can. 1841. - Antequam finiatur causa principalis, iudex interlocutoriam sententiam potest, iusta intercedente causa, corrigere aut revocare sive ex se, auditis partibus, sive ad instantiam unius partis audita altera parte, et requisito semper voto promotoris iustitiae aut defensoris vinculi, si adsint.

CAPUT I.

DE CONTUMACIA.

Can. 1842. - Reus citatus qui sine iusta causa nec ipse per se nec per procuratorem comparet, contumax declarari potest.

Can. 1843. - § 1. Non potest tamen iudex reum contumacem declarare nisi prius constiterit:

1.° Citationem, legitime factam, tempore utili ad rei notitiam pervenisse aut saltem pervenire debuisse;

2.° Reum absentiae excusationem afferre neglexisse aut non iustam attulisse.

§ 2. Haec comprobari possunt sive per novam citationem reo factam ut contumaciam suam, si possit, excuset, sive alio modo.

1841: C. 60, X. *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 10, *de appellationibus,* II, 15, in VI°; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 95, n. 2, 3, § 174, n. 3.

1842: C. 1, C. IV, q. 5; c. 6, C. XXIV, q. 3; c. 2, 12 X, *de procuratoribus,* I, 38; c. 5, X, *ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem vel ad sententiam definitivam,* II, 6, c. 3, 6, X, *de dolo et contumacia,* II, 14; c. 2, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 7, 19, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 1, *de appellationibus,* II, 15, in VI°; S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 24; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XXIV; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae

Kan. 1841. - Sudac može, prije no što riješi glavni spor, međupresudu, ako postoji pravedan razlog, ispraviti ili opozvati bilo po vlastitoj pobudi bilo na molbu jedne stranke saslušavši drugu, te zatraživši uvijek mišljenje promicatelja pravde odnosno branitelja veze, ako oni sudjeluju.

GLAVA I.

IZOSTANAK

Kan. 1842. - Tuženik, koji je bio pozvan, pa nije pristupio ni sam osobno ni po zastupniku, može biti proglašen oglušnikom.

Kan. 1843. - § 1. No ipak ne može sudac proglasiti tuženika oglušnikom, dok se najprije ne utvrdi:

1.° Da je tuženik za poziv, pošto je on zakonito izvršen, u korisnom vremenu saznao ili barem mogao saznati;

2.° Da tuženik za izostanak nije priopćio nikakovu ispriku odnosno da iznesena nije opravdana;

§ 2. To se može dokazati bilo putem ponovnoga poziva, koji će se tuženiku dostaviti u tu svrhu, da svoj izostanak, ako može, opravda, bilo na drugi način.

Ap., 29 iun. 1908, Can. 24, § 1; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 26, 28, n. 1, 2; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 19.

1843 § 1. 2.°: C. 12, C. II, q. 1; c. 2, X, *de procuratoribus,* I, 38; c. 5, X, *ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem vel ad sententiam definitivam,* II, 6; c. 6-8, X, *de dolo et contumacia,* II, 14; c. 1, *de foro competenti,* II, 2, in VI°; c. 2, *ut lite pendente nihil innovetur,* II, 5, in Clem.

1843 § 2: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 26, n. 1.

Can. 1844. - § 1. Ad instantiam partis vel promotoris iustitiae vel vinculi defensoris, si iudicio intersint, iudex rei contumaciam declarare potest, eaque declarata, procedere, servatis servandis, usque ad sententiam definitivam eiusque exsecutionem.

§ 2. Si procedatur ad sententiam definitivam, lite non contestata, sententia respicere tantum debet petita in libello; si lite contestata, ipsum contestationis obiectum.

Can. 1845. - § 1. Sed potest quoque iudex ad frangendam rei contumaciam comminari ecclesiasticas poenas.

§ 2. Quod si facere velit, iteranda est rei citatio, cum comminatione poenarum; nec iam tunc licet aut contumaciam declarare aut, ea declarata, poenas irrogare, nisi probetur hanc quoque secundam citationem suo effectu caruisse.

Can. 1846. - Rei a contumacia recedentis seque in iudicio sistentis ante causae definitionem, conclusiones probationesque, si quas afferat, admittantur; caveat autem iudex ne mala fide in longiores et non necessarias moras iudicium protrahatur.

Can. 1847. - Post latam vero sententiam, contumax beneficium restitutionis in integrum ad appellandum ab ipso iudice qui eam tulit, petere potest, non ultra tamen trimestre ab ipsius sententiae intimatione, nisi agatur de causis quae non transeunt in rem iudicatam.

Can. 1848. - Regulis superius traditis etiam tum locus est cum reus, etsi primae citationi obtemperaverit, fit tamen postea, progressu iudicii, contumax.

1844 § 1: C. 10, 13, C. III, q. 9; c. 6, C. XXIV, q. 3; c. 18, X, *de rescriptis,* I, 3, c. 10, X, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 29; c. 5, X, *ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem vel ad sententiam definitivam,* II, 6; c. 2, X, *de dilationibus,* II, 8; c. 3, 4, 7, 8, X, *de dolo et contumacia,* II, 14; c. 4, X, *de eo, qui mittitur in possessionem causa rei servandae,* II, 15; c. 2, 34, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 4, X, *de fide instrumentorum,* II, 22; c. 58, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 11, X, *de clericis non residentibus in ecclesia vel praebenda,* III, 4; c. 1, X, *qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari,* IV, 18; c. 15, X, *de simonia, et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel pro-*

Kan. 1844. - § 1. Na zahtjev stranke ili promicatelja pravde ili branitelja veze, ako u parnici sudjeluju, može sudac tuženika proglasiti oglušnikom, te pošto je uskrata bogoslužja proglašena, postupak nastaviti, obdržavajući što treba, sve do konačne presude i njezinog izvršenja.

§ 2. Ako se pristupi izricanju konačne presude, a da spor nije bio utvrđen, ima presuda uzeti u obzir samo tužbovni zahtjev; ako je spor bio utvrđen, ono što sadrže utvrđena sporna pitanja.

Kan. 1845. - § 1. No sudac se može u tu svrhu, da prinudi tuženika, da se okani upornosti, zaprijetiti crkvenim kaznama.

§ 2. Ako to hoće učiniti, ima se poziv opetovati, uz pridanu prijetnju kazni; no tada se ne smije više ni ogluhu proglasiti, ni, pošto bude proglašena, udariti kazne, dok ne bude dokazano da je i ovaj drugi poziv ostao bez svojega učinka.

Kan. 1846. - Ako tuženik odustane od ogluhe i pristupi sudu prije završetka parnice, moraju se primiti njegova očitovanja i dokazi, ako ih podnese, no sudac treba da vodi brigu o tom, da se sudovanje zlonamjerno ne odugovlači dugotrajnim i nepotrebnim zavlačenjem.

Kan. 1847. - A pošto je presuda izrečena može oglušnik kod istoga suca, koji je presudu izrekao, moliti blagodat povrate u prijašnje stanje u svrhu ulaganja priziva, ali ipak samo unutar tri mjeseca od priopćenja presude, osim kada se radi o sporovima, koji nikada ne zadobivaju konačne pravne moći.

Kan. 1848. - Pravila, koja su gore izložena, primjenjuju se i onda, kada tuženik, iako se je pozivu najprije bio odazvao, postane ipak kasnije, tokom postupaka, oglušnikom.

mittatur, V, 3; c. 1, *de foro competenti,* II, 2, in VI°; c. un., *de eo, qui mittitur in possessionem causa rei servandae* II, 7, in VI°; c. 1, *de appellationibus,* II, 15, in VI°; Reg. 25, R. J. in VI°; c. un., *de foro competenti,* II, 2, in Clem.; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal., 4 aug. 1910, § 26, n. 1, 3-7; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912. art. 19.

1847: C. 18, X, *de senetentia et re iudicata,* II, 27.

1848: C. 43, C. XI, q. 3.

Can. 1849. - Si die et hora, qua reus secundum citationis praescriptum coram iudice primum se sistit, actor non adsit, nullamque vel insufficientem absentiae excusationem attulerit, iudex eum ad instantiam rei conventi citet iterum; et si actor novae citationi non paruerit vel postea iudicium inchoare vel inchoatum proseqqi neglexerit, instante reo convento vel promotore iustitiae aut defensore vinculi, contumax a iudice declaretur, iisdem servatis regulis quae supra traditae sunt pro rei contumacia.

Can. 1850. - § 1. Actoris contumacia a iudice declarata perimit eiusdem actolis ius ad suam instantiam prosequendam.

§ 2. Permittitur tamen promotori iustitiae vel vinculi defensori instantiam facere suam eamque prosequi, quoties publicum bonum id postulare videatur.

§ 3. Reus autem exinde ius habet petendi ut vel libere possit a iudicio abire, vel nulla habeantur omnia eo usque gesta, vel definitive ipse absolvatur a petitione actoris, vel iudicium, absente quoque actore, ad finem adducatur.

Can. 1851. - § 1. Qui contumax declaratus contumaciam suam non purgaverit, sive actor sit sive reus, condemnetur tum ad litis expensas, quae ob suam contumaciam factae sunt, tum etiam, si opus sit, ad indemnitatem alteri parti praestandam.

§ 2. Si tum actor tum reus sint contumaces, ad expensas litis tenentur in solidum.

CAPUT II.

1884 § 2: Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.,* c. 20; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»,* 30 mart. 1742, § 44; S. C. Ep. et Reg., decr. 16 oct. 1600, n. 6.

1885: Reg. 46, R. J., in VI°.

Kan. 1884. - § 1. Za to, da priziv bude izveden traži se i dostatno je, da stranka zamoli, neka bi viši sudac uredovao zbog toga, da ispravi napadnutu presudu, priloživši prijepis ove presude, te pismenu prijavnicu priziva, koju je podnio nižemu sucu.

§ 2. Ako stranka ne bi mogla od sudišta, *od kojega* je presuda izrečena, dobiti u korisnom roku prijepis napadnute presude, rokovi u međuvremenu prestaju teći, a zapreka se mora priopćiti prizivnom sucu, koji ima izdati sucu, *od koga* je presuda izrečena, nalog, da što prije udovolji svojoj dužnosti.

Kan. 1885. - § 1. Ako se slučaj spomenut u kan. 1733 dogodi unutar korisnog prizivnog roka, ali prije no što je uložen priziv, mora se presuda dostaviti zanimanima, te se uzima, da im pripadaju zakonom određeni rokovi računajući od dana dostave.

§ 2. Ako se to dogodi iza kako je priziv uložen, mora im se dostaviti uloženi priziv, te onda od dana dostave iznova počima u njihovu korist teći korisno vrijeme za upućenje priziva.

Kan. 1886. - Kada neiskorišćeni prođu određeni rokovi bilo s obzirom na suca *od koga,* bilo *na koga* se priziva, uzima se, da se je odustalo od priziva.

Kan. 1887. - § 1. Priziv uložen od strane tužiteljeve ide u prilog i tuženiku, i obratno.

§ 2. Ako je uložen po jednoj stranci protiv kojega dijela presude, može druga stranka, iako su međutim istekli određeni prizivni rokovi, pripadno prizvati na druge dijelove; a to može učiniti i pod uvjetom, da od toga odustaje, ako bi prva stranka priziv povukla.

§ 3. Ako presuda sadrži više sastavnih dijelova, a prizivatelj pobija samo neke dijelove, ostali se dijelovi moraju smatrati neprizvatima; ako nije nijedan od dijelova označio, pretpostavlja se, da je priziv uložen protiv svih dijelova.

1886: C. 24, C. II, q. 6; c. 4, 5, 8, 14, 26, 33, 39, 61, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 1, 6, *de appellationibus,* II, 15, in VI°; c. 14, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, II, in VI°; Reg. 25, R. J., in VI°; c. 2, *de appellationibus,* II, 12, in Clem.; S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 41; S. C. C., *Hieracen.,* 24 iul., 14 aug. 1824; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XLI; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 236, n. 2.

1887 § 1: C. 26, 44, 57, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 233, n. 1.

1887 § 3: C. 24, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28.

Can. 1888. - Si unus ex pluribus correis aut actoribus sententiam impugnet, impugnatio censetur ab omnibus facta, quoties res petita sit individua aut obligatio solidalis; expensas vero iudiciales ille tantum sustinere debet qui appellavit, si iudex appellationis primam sententiam confirmaverit.

Can. 1889. - § 1. Appellatio in suspensivo exsecutionem appellatae sententiae suspendit ac propterea in suo robore permanet principium: *«lite pendente nihil innovetur»;* appellatio autem in devolutivo tantum, non suspendit exsecutionem sententiae, licet lis adhuc pendeat circa meritum causae.

§ 2. Omnis appellatio est in suspensivo, nisi aliud in iure expresse caveatur, firmo praescripto Can. 1917, § 2.

Can. 1890. - Interposita appellatione tribunal *a quo* debet ad iudicem *ad quem* actorum causae authenticum exemplar vel ipsamet originalia acta causae transmittere ad normam Can. 1644.

Can. 1891. - § 1. In gradu appellationis non potest admitti nova petendi causa, ne per modum quidem utilis *cumulationis;* ideoque litis contestatio in eo tantum versari potest ut prior sententia vel confirmetur, vel reformetur sive ex toto sive ex parte.

§ 2. Sed novis exhibitis documentis et novis probationibus poterit causa instrui, servatis regulis traditis in Can. 1786, 1861.

1888: C. 41, C. II, q. 6; c. 72, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 233, n. 2.

1889 § 1: C. 12, C. II, q. 1; c. 2, 31, C. II, q. 6; c. 19, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 10, X, *de restitutione spoliatorum,* II, 13; c. 19, X, *de iureiurando,* II, 24; c. 10, X, *de exceptionibus,* II, 25; c. 1, 16, 34, 37, 40, 49, 52, 55, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 12, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1; c. 3, X, *de novi operis nunciatione,* V, 32; c. 4, 6, 7, *de appellationibus,* II, 15, in VI°; Conc. Trident., sess. XXII, *de ref.,* c. 7; S. C. Ep. et Reg., decr. 16 oct. 1600, n. 5, 6; S. C. C., *Piscien.,* 24 mart., 21 iul. 1753, ad 5-8.

Kan. 1888. - Ako osudu pobija jedan od više sutuženika ili sutužitelja, uzima se da je priziv uložen od svih, kadgod je utužena stvar jedinstvena ili je obveza nerazdvojna i tereti sve; no sudske troškove ima naplatiti samo onaj, koji je uložio priziv, ako bi prizivni sudac potvrdio prvu presudu.

Kan. 1889. - § 1. Priziv s odgodnom moći obustavlja izvršenje prizvane presude, pa stoga ostaje na snazi načelo: *»za trajanja parničnoga spora ne ima mjesta novoti«,* priziv pako bez odgodne moći, ne obustavlja izvršenja presude, iako parnični spor i dalje traje s obzirom na sporni predmet.

§ 2. Svaki priziv ima odgodnu moć, osim ako je u zakonu izrijekom drugačije određeno, uz obdržavanje propisa kan. 1917, § 2.

Kan. 1890. - Kada je priziv uložen mora sudište *od kojega* se priziva dostaviti sucu, *na koga* se priziva, ovjereni prijepis parničnih spisa ili same parnične spise u izvorniku prema odredbi kan. 1644.

Kan. 1891. - § 1. U prizivnom stupnju nije dopustivo podići novu tužbu, pa niti na način *gomilanja* korisnog; stoga se utvrđenje spora može sastojati samo u tom, da se prva presuda ili potvrdi ili izmijeni bilo u cijelosti bilo djelomično.

§ 2. Ali se novo podnesene dokaznice i nova dokazala mogu uzeti u parnični postupak, uz obdržavanje pravila propisanih u kan. 1786, 1861.

1889 § 2: C. 28, X, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 29; c. 19, X, *de iureiurando,* II, 24; c. 55, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; S. C. Ep. et Reg., decr. 16 oct. 1600, n. 8; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 227. -- Vide etiam Can. 2243, § 1.

1891 § 1: C. 5, *de appellationibus,* II, 12, in Clem.; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 230.

1891 § 2: C. 15, X, *de probationibus,* II, 19; c. 17, 46, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 4, *de electione et electi potestate,* I, 6, in VI°; c. 2, *de testibus,* II, 8, in Clem.; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 230, n. 2.

CAPUT II.

DE QUERELA NULLITATIS CONTRA SENTENTIAM.

Can. 1892. - Sententia vitio insanabilis nullitatis laborat, quando:

1.° Lata est a iudice absolute incompetente vel in tribunali collegiali a non legitimo iudicum numero contra praescriptum Can. 1576, § 1;

2.° Lata est inter partes, quarum altera saltem non habet personam standi in iudicio;

3.° Quis nomine alterius egit sine legitimo mandato.

Can. 1893. - Nullitas de qua in Can. 1892 proponi potest per modum exceptionis in perpetuum, per modum vero actionis coram iudice qui sententiam tulit intra triginta annos a die publicationis sententiae.

Can. 1894. - Sententia vitio sanabilis nullitatis laborat, quando:

1.° Legitima defuit citatio;

2.° Motivis seu rationibus decidendi est destituta, salvo praescripto Can. 1605;

3.° Subscriptionibus caret iure praescriptis;

4.° Non refert indicationem anni, mensis, diei et loci quo prolata fuit.

Can 1895. - Querela nullitatis in casibus de quibus in Can. 1894, proponi potest vel una cum appellatione intra decennium, vel seorsim et unice qua querela intra tres menses a die publicationis sententiae coram iudice qui sententiam tulit.

Can. 1896. - Si pars vereatur ne iudex, qui sententiam, querela nullitatis impugnatam, tulit, praeoccupatum animum habeat et proinde eum suspectum merito existimet, exigere potest ut alius iudex, sed in eadem iudicii sede, in eius locum subrogetur ad normam Can. 1615.

Can. 1897. - § 1. Querelam nullitatis interponere possunt nedum partes, quae se gravatas putant, sed etiam promotor iustitiae aut defensor vinculi, quoties iudicio interfuerunt.

1892 3.°: C. 41, C. II, q. 6; c. 22, X, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 29; c. 1, 3, 4, X, *de procuratoribus,* I, 38; c. 4, *de sententia et re iudicata,* II, 14, in VI°; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 4, c.

1894 4.°: C. 2, 4, 11, 12, C. III, q. 9; c. 10, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27; c. 3, X, *ne sede vacante aliquid innovetur,* III, 9; S. C. C., *Lucana,* 2 et 16 dec. 1719; *Albintimilien.,* 18 iun. 1746; *Tranen.,* 29 ian. 1859; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 32, § 3; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 182; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 4, a, art. 5.

1897 § 1: C. 7, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 3, 8.

GLAVA II.

ŽALBA PROTIV PRESUDI ZBOG NIŠTAVOSTI

Kan. 1892. - Presuda ima grješku neprolazne ništavosti, kada je:

1.° Izrečena od suca, koji je bezuvjetno nenadležan ili u zbornom sudištu od nezakonitog broja sudaca protiv propisa kan. 1576, § 1;

2.° Izrečena među strankama, od kojih ma i jedna nema parnične sposobnosti;

3.° Netko vodio parnicu u tuđe ima bez zakonite punomoći.

Kan. 1893. - Ništavost spomenuta u kan. 1892 može se kao prigovor iznijeti uvijek, a kao tužba pred sucem, koji je presudu izrekao unutar trideset godina od dana proglašenja presude.

Kan. 1894. -Presuda ima prolaznu grješku ništavosti, kada:

1.° Nije bilo zakonitog pozivanja;

2.° Nema motiva ili razloga za rješenje, uz obdržavanje propisa kan. 1605;

3.° Nema zakonom propisanih potpisa;

4.° Nema oznake godine, mjeseca, dana i mjesta, gdje je iznešena.

Kan. 1895. - Žalba se zbog ništavosti u slučajevima spomenutim u kan. 1894, može podnijeti ili zajedno s prizivom unutar deset dana, ili zasebno i jedino kao žalbu unutar tri mjeseca od dana proglašenja presude pred sucem, koji je izrekao presudu.

Kan. 1896. - Ako se stranka boji, da sudac, koji je izrekao presudu pobijanu poradi ništavosti, ne će moći biti nepristran, pa ga zbog toga smatra opravdano za sumnjivog, može tražiti, da se kod istoga sudišta, namjesto njega kao zamjena postavi drugi sudac prema odredbi kan. 1615.

Kan. 1897. - § 1. Žalbu zbog ništavosti mogu uložiti ne samo stranke, koje se smatraju povrijeđenima, nego i promicatelj pravde ili branitelj veze, kadgod su u postupku sudjelovali.

§ 2. Imo ipse iudex potest ex officio sententiam nullam a se latam retractare et emendare intra terminos ad agendum supra statutos.

CAPUT III.

DE OPPOSITIONE TERTII.

Can. 1898. - Si sententiae definitivae praescriptum iura aliorum offendat, hi habent remedium extraordinarium quod *oppositio tertii* dicitur, vi cuius qui ex sententia suorum iurium laesionem verentur, possunt sententiam ipsam ante eius exsecutionem impugnare eique se opponere.

Can. 1899. - § 1. Oppositio fieri potest ad recurrentis arbitrium sive postulando revisionem sententiae ab ipso iudice qui eam tulit, sive appellando ad iudicem superiorem.

§ 2. In utroque casu oppositor probare debet ius suum revera esse laesum aut probabiliter laedendum.

§ 3. Laesio autem oriri debet ex ipsa sententia quatenus aut ipsa sit causa laesionis, aut, si exsecutioni mandetur, oppositorem gravi praeiudicio sit affectura.

§ 4. Si neutrum probetur, iudex, non obstante tertii oppositione, sententiae exsecutionem decernat.

Can. 1900. - Admissa instantia, si oppositor agere velit in gradu appellationis, tenetur legibus pro appellatione statutis; si coram ipso iudice qui sententiam tulit, regulae servandae sunt pro causis incidentibus datae.

Can. 1901. - Causa ab oppositore victa, sententia antea lata mutanda est a iudice, secundum oppositoris instantiam.

1897 § 2: C. 9, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20.

1898: C. 38, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 17, 25, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 232.

§ 2. Što više i sam sudac može ništavu presudu, koju je izrekao, po službenoj dužnosti ponovno uzeti u postupak i ispraviti unutar rokova, koji su gore određeni za postupanje.

GLAVA III.

PROTIVLJENJE TREĆEGA

Kan. 1898. - Ako bi odredbe konačne presude povrijedile prava drugih, imaju takovi izvanredni pravni lijek, koji se naziva *protivljenje trećega,* krepošću kojega mogu oni, koji se boje, da bi iz presude nastala povreda njihovih prava, takovu presudu prije njezinog izvršenja pobijati i njoj se usprotiviti.

Kan. 1899. - § 1. Protivljenje se može izvesti po volji izvoditelja bilo tako, da se zatraži, neka bi sudac, koji je izrekao presudu, ovu preispitao, bilo tako da se uloži priziv na višega suca.

§ 2. U oba slučaja dužan je izvoditelj protivljenja dokazati, da je njegovo pravo doista povrijeđeno ili da će vjerojatno biti povrijeđeno.

§ 3. Potrebno je, da povreda proizvire iz same presude, ukoliko je ili ona sama razlogom povrede, ili će protivljeniku, ako se izvrši, biti uvelike na uštrb.

§ 4. Ako ne bude ni jedno ni drugo dokazano, mora sudac, bez obzira na protivljenje trećega, odrediti izvršenje presude.

Kan. 1900. - Kada se protivljenje uzme u postupak, protivljenik se mora, ako ga želi voditi u prizivnom stupnju, držati prizivnih propisa; a ako biva pred onim sucem, koji je presudu izrekao, moraju se obdržavati odredbe, koje važe za uzgredne sporove.

Kan. 1901. - Ako protivljenik dobije parnicu, ima sudac ranije izrečenu presudu izmijeniti, prema protivljenikovom zahtjevu.

1899 § 1: C. 38, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 17, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27.

1899 § 2: C. 38, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20.

1899 § 3: C. 38. X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 17, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27; c. 2, *ut lite pendente nihil innovetur,* II, 8, in VI°.

TITULUS XV.

DE RE IUDICATA ET DE RESTITUTIONE IN INTEGRUM.

Can. 1902. - Res iudicata habetur:

1.° Duplici sententia conformi;

2.° Sententia intra utile tempus non appellata; aut quae, licet appellata coram iudice *a quo,* deserta fuit coram iudice *ad quem;*

3.° Sententia definitiva unica, a qua non datur appellatio ad normam Can. 1880.

Can. 1903. - Nunquam transeunt in rem iudicatam causae de statu personarum; sed ex duplici sententia conformi in his causis consequitur, ut ulterior propositio non debeat admitti, nisi novis prolatis iisdemque gravibus argumentis vel documentis.

Can. 1904. - § 1. Res iudicata praesumptione iuris et de iure habetur vera et iusta nec impugnari directe potest.

§ 2. Facit ius inter partes et dat exceptionem ad impediendam novam eiusdem causae introductionem.

Can. 1905. - § 1. Adversus sententiam contra quam non suppetat ordinarium remedium appellationis aut querelae nullitatis, datur remedium extraordinarium restitutionis in integrum intra fines Can. 1687, 1688, dummodo de evidenti iniustitia rei iudicatae manifesto constet.

1902 3.°: C. 32, X, *de electione et electi potestate,* I, 6; c. 13, 15, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27; c. 4, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28. -- Vide etiam Can. 1736.

1903: Vide etiam Can. 1989.

1904 § 1: C. 6, C. VI, q. 4; c. 11, X, *de arbitris,* I, 43; c. 13, 16, X, *de sententia et re iudieata,* II, 27.

NASLOV XV.

PRAVOMOĆNOST I POVRATA U PRIJAŠNJE STANJE

Kan. 1902. - Pravomoćnost postoji:

1.° Dvostrukom suglasnom presudom;

2.° Presudom protiv koje u korisnom vremenu nije uložen priziv ili protiv koje je doduše uložen priziv pred sucem, *od koga* se priziva, ali se je odustalo pred sucem, *na koga* se prizivalo.

3.° Kada predleži samo jedna konačana presuda, ali takova protiv koje nema mjesta prizivu prema odredbi kan. 1880.

Kan. 1903. - Nikada ne zadobivaju konačne pravne moći stališke parnice; no iz toga, što su u tim parnicama izrečena dvije suglasne presude slijedi to, da se daljnje postupanje ne smije dopustiti, osim ako se predlože novi, i to jaki dokazi ili dokaznice.

Kan. 1904. - § 1. Pravomoćna se stvar smatra na temelju neoborive pretpostavke istinitom i pravednom, te se ne može izravno pobijati.

§ 2. Stvara pravo među strankama i utemeljuje prigovor, kojim se spriječava ponovno pokretanje istoga parničnog spora.

Kan. 1905. - § 1. Protiv takove presude, protiv koje se ne može više uložiti redovni pravni lijek putem priziva ili žalbe zbog ništavosti, ima mjesta izvanrednom pravnom lijeku putem povrate u prijašnje stanje unutar granica kan. 1687, 1688, pod uvjetom da nepravednost pravomoćno presuđene stvari bude očevidno utvrđena.

1904 § 2: C. 16, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27.

1905 § 1: C. 2, 5, X, *de in integrum restitutione,* I, 41; S. C. C., *De Yucatan,* 27 iul. 1908, ad 1; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 9.

§ 2. De iniustitia autem manifesto constare non censetur, nisi:

1.° Sententia documentis innitatur, quae postea fuerint falsa deprehensa;

2.° Postea detecta fuerint documenta, quae facta nova et contrariam decisionem exigentia peremptorie probent;

3.° Sententia ex dolo partis prolata fuerit in damnum alterius;

4.° Legis praescriptum evidenter neglectum fuerit.

Can. 1906. - Ad restitutionem in integrum concedendam competens est iudex qui sententiam tulit, nisi ea petatur ex neglecto a iudice praescripto legis; quo in casu eam concedit tribunal appellationis.

Can. 1907. - § 1. Petitio restitutionis in integrum sententiae exsecutionem nondum inceptam suspendit.

§ 2. Si tamen suspicio sit ex probabilibus indiciis petitionem factam esse ad moras exsecutioni nectendas, iudex decernere potest ut sententia exsecutioni demandetur, assignata tamen restitutionem petenti idonea cautione ut, si restituatur in integrum, indemnis fiat.

1905 § 2. 4.°: C. 41, C. II, q. 6; c. 3, X, *de consuetudine,* I, 4; c. 54, X, *de electione et electi potestate,* I, 6; c. 2, X, *de procuratoribus,* I, 38; c. 2, X, *ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem vel ad sententiam definitivam,* II, 6; c. 5, X, *de feriis,* II, 9; c. 1, 8, 9, 18, 24, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27; c. 15, X, *de purgatione canonica,* V, 34; c. 5, *de sententia et re iudicata,* II, 14, in VI°; Reg. 64,

§ 2. A da je nepravednost očevidno utvrđena, uzima se samo:

1.° Ako se presuda osniva na dokaznicama, za koje se poslije nađe, da su lažne;

2.° Ako se naknadno pronađu takove dokaznice, s kojima je nepobitno dokazano, da postoje činjenice, koje su nove te zahtijevaju protivno rješenje;

3.° Ako je presuda izrečena po prevari jedne stranke na štetu druge;

4.° Ako je očevidno prekršen zakonski propis.

Kan. 1906. - Za priznanje povrate u prijašnje stanje nadležan je sudac, koji je izrekao presudu, osim kada se traži zbog toga, što je sudac prekršio zakonski propis; u tom se slučaju dopušta prizivno sudište.

Kan. 1907. - § 1. Tužba na povratu u prijašnje stanje obustavlja izvršenje presude, ako još nije započeto.

§ 2. No ipak ako postoji iz vjerojatnih znakova sumnja, da je tužba podnešena samo zato, da se postigne odugovlačenje izvršenja, može sudac odrediti, da se presuda ima izvršiti, no tako da se onomu, koji traži povratu pruži primjereno jamstvo za naknadu štete, ako do povrate u prijašnje stanje dođe.

R. J., in VI°; Benedictus XIV, const. «*Ad militantis*», 30 mart. 1742, § 43; S. C. C., *Premislien.,* 18 iun., 20 aug. 1887, ad 1; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art, 4, d, e.

1907 § 2: C. 6, X, *de in integrum restitutione,* I, 41.

TITULUS XVI.

DE EXPENSIS IUDICIALIBUS ET GRATUITO PATROCINIO.

CAPUT I.

DE EXPENSIS IUDICIALIBUS.

Can. 1908. - In causis contentiosis possunt partes adigi ad aliquid solvendum, titulo expensarum iudicialium, nisi ab hoc onere eximantur ad normam Can. 1914-1916.

Can. 1909. - § 1. Concilii provincialis, vel conventus Episcoporum est taxarum notulam ac regulam statuere in qua praefiniatur quid partes debeant pro expensis iudicialibus; quae sit retributio pro advocatorum et procuratorum opera a partibus solvenda; quae mercedis mensura pro versionibus et transcriptionibus; pro his examinandis et fide facienda de earum fidelitate; itemque pro exscribendis ex archivo documentis.

§ 2. Potest autem iudex pro suo prudenti arbitrio exigere ut pecunia pro iudicialibus expensis, pro indemnitate testium, pro honorariis peritorum debita a parte quae petit vel, si iudex ex officio agat, ab actore, antea deponatur penes tribunalis cancellariam aut saltem congrua cautio praestetur pecuniam deinde solutum iri.

Can. 1910. - § 1. Victus victori iudiciales expensas regulariter reficere tenetur tum in causa principali tum in incidenti.

1908: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 184; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 57.

1909 § 2: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Appendix, cap. I, n. 7; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 31; Regulae servandae in iudiciis apud Suprem. Signaturae Ap. Tribunal, 6 mart. 1912, art. 37, 39.

NASLOV XVI.

SUDSKI TROŠKOVI I BESPLATNA PRAVNA ZAŠTITA

GLAVA I.

SUDSKI TROŠKOVI

Kan. 1908. - U parničnim se sporovima mogu stranke pritegnuti na to, da nešto uplate s naslova sudskih troškova, osim ako budu od toga tereta oslobođene prema odredbama kan. 1914-1916.

Kan. 1909. - § 1. Na pokrajinski Sabor, ili na sastanak Biskupa spada izraditi propisnik i pravilnik s pristojbama, u kojemu mora biti unaprijed propisano, koliko imaju stranke naplatiti za sudske troškove; koju nagradu su stranke dužne isplatiti za rad odvjetnika i zastupnika; koji iznos za prijevode i prijepise; za njihovo ispitivanje i ovjerivanje; isto tako za prijepise dokaznica iz pismohrane.

§ 2. Sudac može po svojoj razboritoj ocjeni tražiti, da se novčani iznos, koji je potreban za sudske troškove, za otštetu svjedocima, za nagrade vještacima, unaprijed položi od stranke, koja stavlja odnosni zahtjev, ili, ako sudac postupa po službenoj dužnosti, od tužitelja, u uredovnici sudišta ili da se barem osigura primjereno jamstvo, da će novac biti naknadno isplaćen.

Kan. 1910. - § 1. Onaj koji je parnicu izgubio dužan je u pravilu naknaditi onomu, koji je parnicu dobio, sudske troškove i u glavnom i u uzgrednom sporu.

1910 § 1: C. 12, X, *de rescriptis,* I, 3; c. 17, X, *de maioritate et obedientia,* I, 33; c. 5, X, *de dolo et contumacia,* II, 14; c. 36, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 23, X, *de accusationibus, inquisitionibus, et denunciationibus,* V, 1; c. 4, X, *de poenis,* V, 37; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 185, n. 1, 5. -- Vide etiam Can. 1851, § 1.

§ 2. Si actor vel reus temere litigaverit, etiam ad damnorum refectionem damnari debet.

Can. 1911. - Si actor vel reus partialiter tantum succubuerit, aut lis agitata fuerit inter consanguineos vel affines, aut de quaestione valde ardua actum fuerit, aut quacumque alia iusta et gravi de causa poterit iudex pro suo prudenti arbitrio ex toto vel ex parte inter litigantes expensas compensare; idque debet exprimere in ipso sententiae tenore.

Can. 1912. - Si plures sint in causa qui condemnationem ad expensas mereantur, iudex eos damnet in solidum, si agatur de obligatione solidali; aliter pro rata.

Can. 1913. - § 1. A pronuntiatione circa expensas non datur distincta appellatio; sed pars quae se gravatam putat, oppositionem intra decem dies facere potest coram eodem iudice; qui de hac re cognoscere denuo poterit, et taxationem emendare ac moderari.

§ 2. Appellatio a sententia circa causam principalem secumfert appellationem a pronuntiatione circa expensas.

CAPUT II.

DE GRATUITO PATROCINIO, AUT EXPENSARUM IUDICIALIUM DEMINUTIONE.

Can. 1914. - Pauperes, si in totum impares sint expensis iudicialibus sustinendis, ius habent ad gratuitum patrocinium; si ex parte tantum, ad expensarum deminutionem.

Can. 1915. - § 1. Qui exemptionem ab expensis vel earum deminutionem assequi vult, eam a iudice postulare debet, dato supplici libello, allatisque documentis quibus quae conditio sit postulantis quaeve eius rei familiaris copia demonstret; praeterea probare debet se non futilem neque temerariam causam agere.

1910 § 2: C.1, *de electione et electi potestate,* I, 6, in VI°; c. 1, *de restitutione spoliatorum,* II, 5, in VI°; c. 1, *de exceptionibus,* II, 12, in VI°.

1911: S. C. Ep. et Reg., *Nepesina,* 14 febr. 1845; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 185, n. 2- 4, § 186.

§ 2. Ako se je tužitelj ili tuženik obijesan upustio u parnicu, ima se osuditi i na naknadu štete.

Kan. 1911. - Ako je tužitelj ili tuženik izgubio samo djelomično parnicu, ili ako je parnični spor bio vođen između srodnika ili svojaka, ili ako se je parnica vodila o vrlo zamršenom pitanju, ili s kojega bilo drugoga pravednoga i važnoga razloga, može sudac po svojoj razboritoj ocjeni troškove prebiti između stranaka; a to treba da izrijekom spomene u samoj presudi.

Kan. 1912. - Ako ih ima više, koji se u parnici moraju osuditi na troškove, neka sudac ne sudi da nerazdijeljeno imaju platiti svi i svaki, ako se radi o nerazdvojnoj obvezi; inače u srazmjernim dijelovima.

Kan. 1913. - § 1. Protiv izreci o troškovima ne može se uložiti zasebni priziv; ali stranka, koja drži, da je povrijeđena može unutar deset dana uložiti prigovor pred istim sucem: ovaj može stvar ponovno presuditi, te pristojbu ispraviti i sniziti.

§ 2. Priziv protiv presudi u glavnoj stvari ujedno je i priziv protiv izreci o troškovima.

GLAVA II.

BESPLATNA PRAVNA ZAŠTITA I SNIŽENJE SUDSKIH TROŠKOVA

Kan. 1914. - Siromašne osobe, koje nisu u stanju da snose nikakove sudske troškove, imaju pravo na besplatnu pravnu zaštitu; ako su samo djelomično takove, na sniženje troškova.

Kan. 1915. - § 1. Tko hoće da postigne oslobođenje od troškova ili njihovo sniženje, mora za to zamoliti suca tako, da preda pismenu molbu, uz prilog dokaznica, iz kojih će se vidjeti, kakovo molitelj ima zanimanje i kakovo mu je imovinsko stanje; povrh toga treba da dokaže, da se ne parniči obijesno ili lakoumno.

1914: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Appendix, cap. IV, n. 1, 2; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 207.

1915 § 1: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Appendix, cap. IV, n. 3; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 208, 212.

§ 2. Iudex postulationem nec admittat nec reiiciat, nisi requisitis, si opus sit, notitiis etiam secretis quibus statum rei familiaris ipsius postulantis compertum habere possit auditoque promotore iustitiae; imo concessam potest etiam revocare, si in decursu processus assertam paupertatem non adesse compertum habuerit.

Can. 1916. - § 1. Ad gratuitum pauperum patrocinium iudex in singulis causis eligat aliquem ex advocatis in suo foro approbatum, qui ab hoc munere explendo, nisi ex causa iudici probata, sese subducere nequit, secus a iudice congrua poena, etiam suspensionis ab officio, plecti potest.

§ 2. Deficientibus advocatis, iudex Ordinarium loci roget ut aliam idoneam personam, si opus sit, designet ad pauperis patrocinium suscipiendum.

1915 § 2: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Appendix, cap. IV, n. 4.

§ 2. Sudac neka molbi ne udovolji niti je odbije, dok nije do potrebe i tajnim izvidima, dobio uvid u imovinsko stanje moliteljevo i saslušao promicatelja pravde; štoviše on može priznato siromaško pravo i opozvati, ako se u tečaju parnice pokaže, da navodno siromaštvo ne postoji.

Kan. 1916. - § 1. Za besplatnu pravnu zaštitu siromašnih osoba ima sudac izabrati u pojedinim slučajevima kojega između odvjetnika, koji je odobren za njegov sud, a ovaj ne može odbiti izvršivanje ove dužnosti, osim zbog razloga, koji će sudac odobriti, inače ga sudac može kazniti, pa i obustavom službe.

§ 2. Ako odvjetnika nema, ima sudac zamoliti mjesnoga Ordinarija, da odredi, ako treba, koju drugu sposobnu osobu, da preuzme pravnu zaštitu siromašnoga.

1916 § 1: Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 45, § 2, Appendix, cap. IV, n. 6; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 207, n. 1, § 215, 216.

TITULUS XVII.

DE EXSECUTIONE SENTENTIAE.

Can. 1917. - § 1. Sententia quae transiit in rem iudicatam, exsecutioni mandari potest.

§ 2. Iudex tamen potest sententiae, quae nondum transiit in rem iudicatam, provisoriam exsecutionem iubere:

1.° Si agatur de provisionibus seu praestationibus ad necessariam sustentationem ordinatis;

2.° Si alia gravis urgeat necessitas, ita tamen ut, concessa provisoria exsecutione, per cautiones, fideiussiones aut pignora satis consultum sit indemnitati alterius partis casu quo exsecutio revocanda sit.

Can. 1918. - Non antea exsecutioni locus esse poterit, quam exsecutorium iudicis decretum habeatur, quo scilicet edicatur sententiam ipsam exsecutioni mandari debere; quod decretum pro diversa causarum natura vel in ipso sententiae tenore includatur vel separatim edatur.

Can. 1919. - Si sententiae exsecutio praeviam rationum redditionem exigat, causa incidens habetur, ab illo ipso iudice, servatis de iure servandis, decidenda, qui tulit sententiam exsecutioni mandandam.

Can. 1920. - § 1. Sententiam exsecutioni mandare debet per se vel per alium Ordinarius loci in quo sententia primi gradus lata est.

§ 2. Quod si hic renuat vel negligat, parte cuius interest instante vel etiam ex officio, exsecutio spectat ad iudicem appellationis.

§ 3. Inter religiosos exsecutio sententiae spectat ad Superiorem, qui definitivam sententiam tulit aut iudicem delegavit.

Can. 1921. - § 1. Exsecutor, nisi quid eius arbitrio in ipso sententiae tenore fuerit permissum, debet sententiam ipsam, secundum obvium verborum sensum, exsecutioni mandare.

1917 § 2. 2.°: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 84.

NASLOV XVII.

IZVRŠENJE PRESUDE

Kan. 1917. - § 1. Presuda, koja je zadobila konačnu pravnu moć, može se predati izvršenju.

§ 2. No sudac može odrediti, da se i presuda, koja još nije zadobila pravne moći, izvrši privremeno:

1.° Ako se radi o opskrbnima ili podavanjima određenima za potrebito uzdržavanje;

2.° Ako postoji kakova druga velika nužda, no ipak samo tako, da bude druga stranka za slučaj, da se izvršenje opozove, dovoljno osigurana putem jamčevine, jamstva ili zaloga.

Kan. 1918. - Ne može se pristupiti izvršenju, dok ne predleži sudačka odluka o izvršenju, kojom se naime izriče, da se odnosna presuda ima predati na izvršenje; ovu odluku treba prema odnosnoj prirodi parnicâ staviti ili u samu presudu ili izdati posebice.

Kan. 1919. - Ako bi se izvršenje presude moralo predhodno obrazložiti, predleži uzgredni spor, koji ima riješiti, uz obdržavanje zakonskih propisa, onaj sudac, koji je izrekao presudu, koja se ima izvršiti.

Kan. 1920. - § 1. Presudu je dužan izvršiti sam osobno ili po drugomu onaj mjesni Ordinarij, gdje je izrečena prvostupanjska presuda.

§ 2. Ako bi on to odbio ili zanemario učiniti, spada izvršenje, na molbu zanimane stranke, pa i po službenoj dužnosti, na prizivnoga suca.

§ 3. Kod redovnika spada izvršenje presude na onoga Poglavara, koji je izrekao konačnu presudu ili je opunomoćio suca.

Kan. 1921. - § 1. Izvršilac mora, ako u samoj presudi nije nešto ostavljeno njemu na volju, izvršiti presudu onako kako glasi.

1920 § 1: C. 7, X, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 29; S. C. Ep. et Reg., decr. 18 dec. 1835, n. 3, 13.

§ 2. Licet ei videre de exceptionibus circa modum et vim exsecutionis, non autem de merito causae; quod si habeat aliunde compertum sententiam esse manifeste iniustam, abstineat ab exsecutione, et partem ad eum qui exsecutionem commisit, remittat.

Can. 1922. - § 1. Quod attinet ad reales actiones, adiudicata actori re aliqua, haec actori tradenda est statim ac res iudicata habetur.

§ 2. Quod vero attinet ad actiones personales, cum reus damnatus est ad rem mobilem praestandam, vel ad solvendam pecuniam, vel ad aliud dandum aut faciendum, quadrimestre conceditur pro implenda obligatione.

§ 3. Iudex potest terminum praescriptum vel reducere vel protrahere, ita tamen ut neque infra bimestre coarctetur, neque semestre excedat.

Can. 1923. - § 1. In exsecutione peragenda exsecutor caveat ut quam minimum damnato noceatur, eaque de causa incipiat exsecutionem a distrahendis rebus quae minus ei necessariae sunt, salvis semper quae eius victui vel industriae deserviunt; et si agatur de clerico, salva honesta eiusdem sustentatione ad normam Can. 122.

§ 2. Ad exsecutionem privationis beneficii iudex ne procedat contra clericum qui Sanctam Sedem adierit; sed si agatur de beneficio, cui adnexa sit animarum cura, Ordinarius provideat per designationem vicarii substituti.

Can. 1924. - Exsecutor utatur prius monitis et praeceptis erga reluctantem; ad poenas autem spirituales et ad censuras ne deveniat, nisi ex necessitate et gradatim.

1921 § 2: C. 28, X, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 29; c. 5, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27.

1922 § 1: C. 6, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27.

1922 § 2: C. 15, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27.

1922 § 3: C. 15, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27.

§ 2. On smije rješavati prigovore u pogledu načina i kreposti izvršenja, ali ne u pogledu samoga parničnog predmeta; ako bi od drugud došao do uvjerenja, da je presuda očevidno nepravedna, neka odustane od izvršenja, te otputi stranku na onoga, koji mu je povjerio izvršenje.

Kan. 1922. - § 1. Što se tiče stvarnih parnica, kada je tužitelju dosuđena neka stvar, mora se ova tužitelju predati odmah, kako je zadobila pravnu moć.

§ 2. Što se pako tiče osobnih parnica, kada je tuženik osuđen, da izruči pokretnu stvar ili da isplati novčani iznos, ili da nešto drugoga preda odnosno učini, dozvoljena su četiri mjeseca za izvršenje obveze.

§ 3. Sudac može propisani rok bilo skratiti bilo produljiti, no samo tako, da se niti umanji ispod dva mjeseca, niti da prelazi šest mjeseci.

Kan. 1923. - § 1. Pri izvršenju presude neka izvršitelj nastoji, da se izvršeniku što manje naškodi, pa stoga treba da započme ovrhu tako, da mu uzima najprije stvari, koje su mu manje potrebne, te da se nikada ne dira u ono, što mu služi za prehranu i izvršivanje zanimanja; a ako se radi o duhovniku, ostavljajući mu pristojno uzdržavanje prema odredbi kan. 122.

§ 2. Sudac ne smije pristupiti izvršenju, kada se radi o oduzeću nadarbine protiv duhovnika, koji se je obratio na Svetu Stolicu; no ako se radi o nadarbini, s kojom je skopčano dušobrižništvo, neka Ordinarij međutim postavi zamjenika kao namjesnika.

Kan. 1924. - Protiv nepokornika treba da izvršitelj upotrijebi najprije opomene i zapovijedi; a duhovnim kaznama i kaznenim zabranama neka se ne posluži, osim od nužde i postepeno.

1923 § 2: C. un., X, *de clericis peregrinantibus,* II, 29; Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.,* c. 1.

1924: C. 7, X, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 29; Conc. Trident., sess. XXV, *de ref.,* c. 3; S. C. C., *Taurinen.,* 29 aug. 1592; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 80.

SECTIO II.

De peculiaribus normis in certis quibusdam iudiciis servandis.

TITULUS XVIII.

DE MODIS EVITANDI IUDICIUM CONTENTIOSUM.

CAPUT I.

DE TRANSACTIONE.

Can. 1925. - § 1. Cum valde optandum sit ut lites inter fideles evitentur, iudex exhortationes adhibeat, ut cum aliqua contentiosa controversia quae privatum eorum bonum respiciat, ei proponitur iudicii forma dirimenda, per transactionem, si qua concordiae spes affulgeat, lis componatur.

§ 2. Huic officio iudex satisfacere poterit sive antequam partes in iudicium vocentur, sive cum primum iudicio steterint, sive denique quocunque tempore et efficacius et opportunius id tentari posse existimaverit.

§ 3. Convenit tamen dignitati iudicantis ne ipse per se, regulariter saltem, hoc negotium suscipiat tractandum, seli ut illud alicui sacerdoti, praesertim ex iudicibus synodalibus, committat.

1925 § 1: C. 11, X, *de transactionibus,* I, 36; c. 1, X, *de mutuis petitionibus,* II, 4.

ODSJEK II.

Posebne odredbe u stanovitim nekim sudskim postupcima

NASLOV XVIII.

NAČINI UKLANJANJA PARNIČNOG SPORA

GLAVA I.

NAGODBA

Kan. 1925. - § 1. Budući da je vrlo poželjno, da se izbjegne parničenju između vjernika, treba da sudac uvijek, kada mu bude predložen radi sudskog postupka kakav parnični spor, koji se odnosi na njihovo sukromno dobro, opomene stranke, ako postoji neka nada, da bi se mogle složiti, da se spor izravna nagodbom.

§ 2. Ovu svoju dužnost može sudac izvršiti bilo prije no što budu stranke pozvane pred sud, bilo kada prvi puta pristupe sudu, bilo konačno u bilo koje vrijeme, što će po njegovom mišljenju za takav pokušaj biti uspješnije i priličnije.

§ 3. No ipak bolje odgovara dostojanstvu sučevom, da on, barem u pravilu, ne preduzme sam osobno taj posao, nego da ga povjeri kojemu svećeniku, u prvom redu kojemu od sinodskih sudaca.

1925 § 2: C. 1, X, *de mutuis petitionibus,* II, 4; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 38.

Can. 1926. - In transactione serventur normae statutae a legibus civilibus loci in quo transactio initur, nisi iuri divino vel ecclesiastico adversentur et salvo praescripto canonum qui sequuntur.

Can. 1927. - § 1. Transactio fieri valide nequit sive in causa criminali, sive in contentiosa in qua agitur vel de matrimonio dissolvendo, vel de materia beneficiaria, cum de ipso beneficii titulo disceptatur, nisi legitima accedat auctoritas, nec de rebus spiritualibus quotiescumque interveniat solutio rei temporalis.

§ 2. Sed si quaestio fiat de bonis temporalibus ecclesiasticis et de iis rebus quae, etsi spiritualibus sunt adnexae, seorsum tamen a spiritualibus considerari queunt, transactio fieri potest, servatis tamen, si materia id postulet, sollemnitatibus a iure statuti pro alienatione rerum ecclesiasticarum.

Can. 1928. - § 1. Effectus transactionis ad exitum feliciter perductae dicitur *compositio* seu *concordia.*

§ 2. Expensarum, quas transactio postulaverit, nisi aliud expresse cautum sit, utraque pars dimidium solvat.

CAPUT II.

DE COMPROMISSO IN ARBITROS.

Can. 1929. - Ad evitandas iudiciales contentiones, partes possunt quoque inire conventionem, qua controversia committatur iudicio unius vel plurium qui ad normam iuris quaestionem dirimant, vel de bono et aequo negotium pertractent et transigant; illi *arbitri,* isti *arbitratores* proprio nomine appellantur.

Can. 1930. - Praescripta Can. 1926, 1927 etiam compromisso in arbitros applicentur.

1927 § 1: C. 4, X, *de pactis,* I, 35; c. 4, 7, 9-11, X, *de transactionibus,* I, 36; c. 1, 2, X, *de collusione detegenda,* V, 22; S. C. C., *Camerinen.,* 23 apr. 1796.

1927 § 2: C. 2, 5, 8, X, *de transactionibus,* I, 36; S. C. C., *Poloniae,* 17 iun. 1645; *Theatina,* 5 apr. 1704; *Fanen.,* 4 et 18 mart. 1719, ad I; *Sorana,* 20 dec. 1721, 17 ian., 7 et 18 febr., 14 mart. 1722; *Callien.,* 18 aug. 1821, 21 ian. 1826.

Kan. 1926. - Kod nagodbe moraju se obdržavati propisi, koji su obvezatni prema građanskim zakonima onoga mjesta, gdje se sklapa nagodba, ukoliko nisu u protivnosti s božanskim ili crkvenim pravom, te uz obdržavanje propisa kanona, koji slijede.

Kan. 1927. - § 1. Ne može se sklopiti valjana nagodba bilo u kaznenom sporu bilo u parničnom, u kojemu se radi ili o razrješenju ženidbe, ili o nadarbinskom predmetu, kada je po srijedi prijepor o samom pravnom naslovu na nadarbinu, osim s dozvolom nadležne vlasti, a niti u duhovnim stvarima, kadgod je po srijedi naplata vremenite stvari.

§ 2. No može se sklopiti nagodba, kada se radi o crkvenoj imovini i o takovim stvarima, koje su doduše spojene s duhovnima, ali se ipak mogu uzeti zasebno, no ipak se pri tom moraju ispuniti one oblikovne potrebnosti, ako predmet to traži, koje se u zakonu propisane kod otuđivanja crkvene imovine.

Kan. 1928. - § 1. Učinak nagodbe, koja je uspješno dokončana, naziva se *poravnjanje* ili *sporazumak.*

§ 2. Troškovi skopčani s nagodbom imaju se, ako drugačije nije izrijekom utanačeno, prebiti među strankama.

GLAVA II.

SPORAZUM O ODABRANIM SUCIMA

Kan. 1929. - Stranke mogu, u tu svrhu da se izbjegne sudskim sporovima, sklopiti i pogodbu, po kojoj se prijepor povjerava sudu jedne ili više osoba, da sporno pitanje riješe po zakonu, ili da predmet razmotre i urede po pravdi i pravici; prvi se posebice nazivaju *izabrani suci,* a drugi *obranici.*

Kan. 1930. - Propisi kan. 1926, 1927, imaju se primjenjivati i kod sporazuma o izabranim sucima.

1930: C. 21, X, *de electione et electi potestate,* 1, 6; c. 9, X, *de in integrum restitutione,* I, 41; c. 21, X, *de praebendis et dignitatibus,* III, 5; c. 9, X, *de rerum permutatione,* III, 19.

Can. 1931. - Prohibentur ab arbitri munere valide gerendo laici in causis ecclesiasticis, excommunicati et infames post sententiam declaratoriam vel condemnatoriam; religiosi vero munus arbitri ne suscipiant sine venia Superioris.

Can. 1932. - Si nec in transactionem nec in compromissum in arbitros vel arbitratores partes consentire velint, controversia dirimenda erit per formale iudicium ad normam Sectionis Primae.

1931: C. 35, C. XVI, q. 1; c. 4, 8, 9, X, *de arbitris,* I, 43; c. 2, 3, X, *de iudiciis,* II, 1.

Kan. 1931. - Ne mogu valjano izvršivati službu izabranog suca svjetovnjaci u crkvenim sporovima, izopćenici poslije izjavne ili sudne presude; a redovnici ne smiju preuzeti službu izabranog suca bez dozvole Poglavara.

Kan. 1932. - Ako stranke ne će da pristanu ni na nagodbu ni na sporazum sa izabranim sucima ili obranicima, ima se prijepor riješiti putem redovnog sudskog postupka prema odredbama Prvoga Odsjeka.

TITULUS XIX.

DE IUDICIO CRIMINALI.

Can. 1933. - § 1. Delicta quae cadunt sub criminali iudicio sunt delicta publica.

§ 2. Excipiuntur delicta plectenda sanctionibus poenalibus de quibus in Can. 2168-2194.

§ 3. In delictis mixti fori Ordinarii regulariter ne procedant cum reus laicus est et civilis magistratus, in reum animadvertens, publico bono satis consulit.

§ 4. Poenitentia, remedium poenale, excommunicatio, suspensio, interdictum, dummodo delictum certum sit, infligi possunt etiam per modum praecepti extra iudicium.

CAPUT I.

DE ACCUSATORIA ACTIONE ET DENUNTIATIONE.

Can. 1934. - Actio seu accusatio criminalis uni promotori iustitiae, ceteris omnibus exclusis, reservatur.

Can. 1935. - § 1. Quilibet tamen fidelium semper potest delictum alterius denuntiare ad satisfactionem petendam vel damnum sibi resarciendum, vel etiam studio iustitiae ad alicuius scandali vel mali reparationem.

§ 2. Imo obligatio denuntiationis urget quotiescumque ad id quis adigitur sive lege vel peculiari legitimo praecepto, sive ex ipsa naturali lege ob fidei vel religionis periculum vel aliud imminens publicum malum.

1934: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 39.

1935 § 1: C, 13, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 14, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 3, 7, 31, X, *de simonia, et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur,* V, 3.

1935 § 2: C. 6, D. LXXXI; c. un., X, *de scrutinio in ordine faciendo,* I, 12; c. 13, X, *de haereticis,* V, 7; c. 16, *de haereticis,* V, 2, in VI°; Benedictus XIV, const. «*Sacramentum Poenitentiae*», 1 iun. 1741, § 2; const. «*Apostolici muneris*», 8 febr. 1745, § 2; Pius IX, const. «*Apostolicae Sedis*», 12 oct. 1869, § IV, n. 4; S. C. S. Off., 22 ian. 1727; 6 mart. 1839; litt. 20 maii 1842; instr. 20 febr. 1866; instr. (ad Vic. Ap. Myssurien.), 1 febr. 1870, n. 3; 19 apr. 1893, ad 2; 15 maii 1901; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Cochinchin.), 26 aug. 1775.

NASLOV XIX.

KRIVIČNI SUDSKI POSTUPAK

Kan. 1933. - § 1. Pod krivični sudski postupak potpadaju javna krivična djela.

§ 2. Izuzimaju se krivična djela, protiv kojih se imaju primijeniti kaznene mjere spomenute u kan. 2168-2194.

§ 3. Protiv krivičnih djela, koja su mješovite podsudnosti, neka Ordinariji u pravilu ne postupaju, kada je okrivljenik svjetovnjak, ako građanske vlasti time, što protiv okrivljenika postupaju, dovoljno zaštićuju općenito dobro.

§ 4. Pokora, kaznena odmjera, izopćenje, obustava, uskrata bogoslužja, mogu se, pod uvjetom da je krivično djelo sigurno počinjeno, nametnuti i vansudski putem zapovijedi.

GLAVA I.

OPTUŽBA I PRIJAVA

Kan. 1934. - Tužba odnosno krivična optužba pridržana je jedinom promicatelju pravde tako, da su od toga svi drugi isključeni.

Kan. 1935. - § 1. No, ipak je svaki vjernik ovlašten učiniti prijavu o nečijem krivičnom djelu u tu svrhu, da dobije zadovoljštinu ili otštetu, pa i zato, da se zadovolji pravdi time, da se popravi počinjena sablazan ili zlo.

§ 2. Štaviše, postoji obveza učiniti prijavu, kada to traži bilo pravo ili posebna zakonska odredba, bilo prirodni zakon zbog pogibli za vjeru odnosno vjerozakon ili zbog drugoga velikog zla, koje prijeti.

Can. 1936. - Denuntiatio scriptis, a denuntiante subsignatis vel oretenus fieri debet loci Ordinario, vel cancellario Curiae vel vicariis foraneis vel parochis, a quibus tamen, si viva voce facta fuerit, scriptis est consignanda et statim ad Ordinarium deferenda.

Can. 1937. - Qui delictum denuntiat debet promotori iustitiae adiumenta suppeditare ad eiusdem delicti probationem.

Can. 1938. - § 1. In causa iniuriarum aut diffamationis, ut actio criminalis instituatur, requiritur praevia denuntiatio aut querela partis laesae.

§ 2. Sed si agatur de iniuria aut diffamatione gravi, clerico vel religioso, praesertim in dignitate constituto, illata, aut quam clericus vel religiosus alii intulerit, actio criminalis institui potest etiam ex officio.

CAPUT II.

DE INQUISITIONE.

Can. 1939. - § 1. Si delictum nec notorium sit nec omnino certum, sed innotuerit sive ex rumore et publica fama, sive ex denuntiatione, sive ex querela damni, sive ex inquisitione generali ab Ordinario facta, sive alia quavis ratione, antequam quis citetur ad respondendum de delicto, inquisitio specialis est praemittenda ut constet an et quo fundamento innitatur imputatio.

§ 2. Huic regulae locus est sive agatur de irroganda poena vindicativa vel censura, sive de ferenda sententia declaratoria poenae vel censurae in quam quis inciderit.

1936: C. 6, D. LXXXI; c. 16, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1; S. C. S. Off., 15 maii 1901.

1937: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 41, n. 1.

1939 § 1: C. 13, C. II, q. 1; c. 46, C. II, q. 7; c. un., X, *ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur,* III, 12; c. 19, 21, 24, 26, 27, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1; c. 31, X, *de simonia, et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur,* V, 3; c. 10, X, *de purgatione canonica,* V, 34; c. 1, *de censibus, exactionibus et procurationibus,* III, 20, in VI°; c. 1, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1 in VI°; S. C. S. Off., instr. 6 aug. 1897, n. 1, 3, 5; S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 5, 11; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Cochinchin.), 26 aug. 1775; instr. a. 1883, n. V, XI.

Kan. 1936. - Prijavu se mora učiniti pismeno s potpisom prijavitelja odnosno usmeno mjesnom Ordinariju, ili ravnatelju biskupijske pisarne ili vanjskim namjesnicima ili župnicima, no ovi su je dužni, ako je učinjena usmeno, uzeti u zapisnik i odmah dostaviti Ordinariju.

Kan. 1937. - Onaj tko učini prijavu o krivičnom djelu dužan je namaknuti promicatelju pravde pomagala u dokaz toga krivičnog djela.

Kan. 1938. - § 1. Da se može kaznena optužba podići u predmetu uvrede poštenja ili klevete, mora predležati prijava ili žalba od povređene stranke.

§ 2. No kada se radi o teškoj uvredi odnosno kleveti, koja je nanešena duhovniku ili redovniku, osobito ako je on dostojanstvenik, ili koju je jedan duhovnik odnosno redovnik nanio drugomu, može se krivični postupak zametnuti i po službenoj dužnosti.

GLAVA II.

ISTRAGA

Kan. 1939. - § 1. Ako krivično djelo nije notorno ni posvema nedvojbeno, nego se je za nj doznalo bilo po govorkanju i javnim glasinama, bilo putem prijave, bilo iz pritužbe zbog štete, bilo putem općenite istrage provedene od strane Ordinarija, bilo kojimgod drugim putem, mora se prije no što se netko pozove na odgovornost, izvršiti najprije posebna istraga, da se utvrdi, da li postoji krivnja i na čemu se temelji.

§ 2. Ovaj propis obvezuje bilo da se radi o odmaznoj kazni ili kaznenoj zabrani, koja se tek ima izreći, bilo o tom, da se donese izjavna presuda o kazni ili kaznenoj zabrani, u koju je netko upao.

Can. 1940. - Haec inquisitio, quamvis ab ipso loci Ordinario peragi possit, ex generali tamen regula committenda est alicui ex iudicibus synodalibus, nisi eidem Ordinario ex peculiari ratione alii committenda videatur.

Can. 1941. - § 1. Inquisitor delegetur non ad universitatem causarum, sed toties quoties et ad unam causam.

§ 2. Inquisitor tenetur iisdem obligationibus quibus iudices ordinarii, ac praesertim praestare debet iusiurandum de secreto servando deque officio fideliter implendo et abstinere ab accipiendis muneribus ad normam Can. 1621-1624.

§ 3. Inquisitor nequit in eadem causa iudicem agere.

Can. 1942. - § 1. Prudenti Ordinarii iudicio committitur statuere quandonam ea, quae praesto sunt argumenta, sufficiant ad inquisitionem instituendam.

§ 2. Nihili faciendae sunt denuntiationes quae ab inimico manifesto, aut ab homine vili et indigno proveniunt, vel anonymae iis adiunctis iisque aliis elementis carentes, quae accusationem forte probabilem reddant.

Can. 1943. - Inquisitio secreta semper esse debet, et cautissime ducenda, ne rumor delicti diffundatur, neve bonum cuiusquam nomen in discrimen vocetur.

Can. 1944. - § 1. Ad finem suum assequendum potest inquisitor aliquos, quos de re edoctos censeat, ad se accire et interrogare sub iureiurando veritatis dicendae et secreti servandi.

1940: S. C. S. Off., instr. 20 febr. 1866, n. 8.; instr. 6 aug. 1897, n. 5, 6; S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 12; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XII.

1941 § 1: S. C. S. Off., instr. 6 aug. 1897, n. 6.

1941 § 2: S. C. S. Off., instr. 20 febr. 1866, n. 6; instr. 6 aug. 1897, n. 5, 6, 8; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XVIII.

1941 § 3: Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 102.

1942 § 1: S. C. S. Off., instr. 6 aug. 1897, n. 1, 3, 5.

1942 § 2: C. 15, 17, C. II, q. 7; c. 13, 19-21, 24, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1; c. 31, X, *de simonia et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur,* V, 3; S. C. S. Off., instr. 20 febr. 1866, n. 6, 10; instr. 6 aug. 1897, n. 1; S. C. Ep. et Reg., *Ariminen.,* 1 dec. 1579; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Cochinchin.), 26 aug. 1775.

Kan. 1940. - Iako ovu istragu može izvršiti sam mjesni Ordinarij osobno, treba da se u pravilu povjeri kojemu od sinodskih sudaca, osim ako Ordinarij smatra, da se ima zbog posebnog razloga povjeriti drugomu.

Kan. 1941. - § 1. Istražitelj se ne smije opunomoćiti za sve takove slučajeve, nego svaki puta posebice i za svaki pojedini slučaj.

§ 2. Istražitelja obvezuju iste dužnosti kao i redovne suce, a osobito dužnost položiti prisegu, da će čuvati tajnu i službu zdušno izvršivati, te da ne će primiti darova prema odredbi kan. 1621-1624.

§ 3. Istražitelj ne može u istoj stvari biti sucem.

Kan. 1942. - § 1. Prepušteno je razboritoj ocjeni Ordinarijevoj odrediti, kada su dokazi, koji predleže, dovoljni za to, da se povede istraga.

§ 2. Ne smiju se uzimati u obzir takove prijave, koje su učinjene od strane očitog neprijatelja, ili od strane propala i nedostojna čovjeka, ili su nepotpisane, a nemaju ona svojstva i druge sastojine, koje bi možda optužbu učinile vjerojatnom.

Kan. 1943. - Istraga uvijek ima biti tajna, te se mora voditi s najvećim oprezom, da se ne bi počelo širiti govorkanje o krivičnom djelu i da se ne naškodi ničijem dobrom glasu.

Kan. 1944. - § 1. Istražitelj može, da bi svoj cilj postigao, neke za koje drži, da su u stvar upućeni, pozvati pred sebe, te ih ispitati pod prisegom da će govoriti istinu i čuvati tajnu.

1943: C. 24, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1; S. C. Ep. et Reg., *Ariminen.,* 1 dec. 1579.

1944 § 1: C. 5, X, *ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem vel ad sententiam definitivam,* II, 6; c. 19, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1; Benedictus XIV, const. *«Sacramentum Poenitentiae»,* 1 iun. 1741, § 1; const. *«Apostolici muneris»,* 8 febr. 1742, § 2; S. C. S. Off., instr. 6 aug. 1897, n. 5, 7; S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 15, 17-20; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XV, XVII-XX.

§ 2. In eorum examine servet inquisitor, quantum fieri potest et natura inquisitionis patitur, regulas statutas in Can. 1770-1781.

Can. 1945. - Inquisitor, antequam inquisitionem claudat, potest promotoris iustitiae consilium exquirere quoties in aliquam difficultatem inciderit, et cum eo acta communicare.

Can. 1946. - § 1. Expleta inquisitione, inquisitor, addito suffragio suo, omnia referat ad Ordinarium.

§ 2. Ordinarius vel de eius speciali mandato officialis suo decreto iubeat ut:

1.° Si appareat denuntiationem solido fundamento esse destitutam, id declaretur in actis et acta ipsa in secreto Curiae archivo reponantur;

2.° Si indicia criminis habeantur, sed nondum sufficientia ad accusatoriam actionem instituendam, acta in eodem archivo serventur et invigiletur interim moribus imputati, qui pro prudenti Ordinarii iudicio erit opportune super re audiendus, et, si casus ferat, monendus ad normam Can. 2307;

3.° Si denique certa vel saltem probabilia et sufficientia ad accusationem instituendam argumenta praesto sint, citetur reus ad comparendum et procedatur ad ulteriora ad normam canonum qui sequuntur.

CAPUT III.

DE CORREPTIONE DELINQUENTIS.

Can. 1947. - Si reus interrogatus delictum confiteatur, Ordinarius, loco criminalis iudicii, utatur correptione iudiciali si eidem locus sit.

Can. 1948. - Correptio iudicialis locum habere nequit:

1.° In delictis quae poenam secumferunt excommunicationis specialissimo vel speciali modo Sedi Apostolicae reservatae, aut privationis beneficii, infamiae, depositionis aut degradationis;

2.° Quando agitur de ferenda sententia declaratoria poenae vindicativae vel censurae in quam quis inciderit;

1944 § 2: C. 11, X, *de probationibus,* II, 19; c. 11, *de haereticis,* V, 2, in VI°; S. C. S. Off., instr. 6 aug. 1897, n. 5; S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 12; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XII.

§ 2. Kod njihovog preslušanja mora istražitelj, ukoliko je to moguće i priroda istrage dopušta, obdržavati propise sadržane u kan. 1770-1781.

Kan. 1945. - Istražitelj može, prije no što istragu zaključi, zatražiti kadgod se pojavi kakova teškoća, mišljenje promicatelja pravde, te mu u tu svrhu priopćiti spise.

Kan. 1946. - § 1. Istražitelj mora, pošto je dovršio istragu, izvijestiti o svemu Ordinarija, dodavši svoje mišljenje.

§ 2. Ordinarij ili na temelju njegove posebne punomoći predsjednik sudišta, ima svojom odlukom odrediti:

1.° Ako se pokaže, da prijava nema valjana temelja, neka se o tom pribilježi u spisima izjava i onda spisi ulože u tajnu pismohranu Kurije;

2.° Ako postoje osnovne sumnje, ali još nedostatne da se podigne optužba, neka se spisi pohrane u istoj pismohrani, a međutim pripazi na ponašanje osumnjičenog, koji prema razboritom sudu Ordinarijevom može o stvari biti shodno preslušan, te, ako je takav slučaj, i opomenut prema odredbi kan. 2307;

3.° Konačno ako predleže sigurni ili barem vjerojatni i dostatni dokazi za to, da se podigne optužba, neka se okrivljeni pozove pred sud, te da se dalje postupi prema odredbama kanona koji slijede.

GLAVA III.

KARANJE IZVRŠIOCA KRIVIČNOG DJELA

Kan. 1947. - Ako okrivljenik pozvan na odgovornost prizna krivično djelo, ima Ordinarij upotrijebiti mjesto kaznenog sudskog postupka, sudsko karanje, ako tomu ima mjesta.

Kan. 1948. - Sudskom karanju ne ima mjesta:

1.° Kod krivičnih djela, koja za sobom povlače kaznu izopćenja na sasvim posebni ili na posebni način pridržan Apostolskoj Stolici, ili oduzeća nadarbine, beščasnosti, svrgnuća ili lišenja duhovništva;

2.° Kada se radi o tom, da se izreče izjavna presuda o odmaznoj kazni ili kaznenoj zabrani, u koju je netko upao;

3.° Quando Ordinarius existimet eam non sufficere reparationi scandali et restitutioni iustitiae.

Can. 1949. - § 1. Correptioni locus esse potest semel et iterum, non autem tertio contra eundem reum.

§ 2. Quare si post alteram correptionem reus idem delictum commiserit, criminale iudicium instrui aut inceptum continuari debet ad normam Can. 1954 seqq.

Can. 1950. - Intra fines Can. 1947, 1948 potest correptio ab Ordinario adhiberi non solum antequam gradus fiat ad formale iudicium, sed etiam eo incepto ante conclusionem in causa; ac tunc quidem iudicium suspenditur, nisi tamen prosequendum idcirco sit quia correptio in irritum cesserit.

Can. 1951. - § 1. Correptio adhiberi etiam potest, cum interposita fuit querela damni ex delicto.

§ 2. Quo in casu Ordinarius potest de bono et aequo, partibus consentientibus, videre et dirimere quaestionem de damno.

§ 3. Sed si censuerit quaestionem de damno difficulter de bono et aequo posse definiri, licet ipsi, remissa ordini iudiciario solutione huius quaestionis, per correptionem consulere reparationi scandali et emendationi delinquentis.

Can. 1952. - § 1. Correptio iudicialis, praeter monita salutaria, debet plerumque coniuncta habere quaedam opportuna remedia, aut poenitentiarum vel piorum operum praescriptionem, quae valeant ad publicam reparationem laesae iustitiae aut scandali.

§ 2. Salutaria remedia, poenitentiae, pia opera reo praescribenda, mitiora et leviora esse debent iis, quae in criminali iudicio per sententiam condemnatoriam ipsi infligi possent et deberent.

Can. 1953. - Correptio censetur inutiliter adhibita, si reus remedia, poenitentias et pia opera sibi praescripta non acceptat aut acceptata non exsequatur.

1952 § 1: S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 4; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. IV.

3.° Kada Ordinarij smatra, da ono ne će biti dostatno, da se popravi sablazan i zadovolji pravdi.

Kan. 1949. - § 1. Karanje se može promijeniti jedanput i drugi put, ali ne i po treći puta protiv istoga krivca.

§ 2. Stoga ako bi poslije drugog karanja krivac počinio isto krivično djelo, ima se zametnuti kazneni sudski postupak odnosno već započeti nastaviti prema odredbama kan. 1954. sl.

Kan. 1950. - U granicama kan. 1947, 1948 može Ordinarij primijeniti karanje ne samo prije no što je pokrenut sam kazneni postupak, nego i onda, kada je već zametnut, prije no što je postupak zaključen, pa se tada obustavlja postupak, ako ga ne bi trebalo ipak nastaviti zato, što je karanje ostalo bez uspjeha.

Kan. 1951. - § 1. Karanje se može primijeniti i onda, kada je uložena pritužba radi oštećenja zbog krivičnog djela.

§ 2. U takovom slučaju može Ordinarij, ako stranke pristanu, prosuditi i riješiti pitanje o šteti po pravdi i pravici.

§ 3. No ako cijeni, da bi se pitanje o šteti teško moglo riješiti po pravdi i pravici, slobodno može, prepustivši rješenje toga pitanja redovnom sudskom postupku, sam putem karanja učiniti što je potrebno, da se ukloni sablazan i krivac popravi.

Kan. 1952. - § 1. Sudsko karanje treba da je, povrh spasonosnih opomena, ponajvećma skopčano s nekim kaznenim mjerama, ili pokorama ili nalaganjem pobožnih djela, koja su podobna za to, da bude javno udovoljeno povređenoj pravdi ili sablazni.

§ 2. Spasonosne mjere, pokore, pobožna djela, koja će se krivcu naložiti, treba da budu blaža i lakša od onih, koja bi se mogla i morala nametnuti u sudskom kaznenom postupku po osudnoj presudi.

Kan. 1953. - Smatra se da je karanje ostalo bezuspješno, ako krivac kaznene mjere, pokore i pobožna djela, koja su mu naložena ne primi ili ako ih je primio, ne izvrši.

CAPUT IV.

DE INSTRUCTIONE PROCESSUS CRIMINALIS ET DE REI CONSTITUTIONE.

Can. 1954. - Si correptio iudicialis vel insufficiens sit ad reparationem scandali et restitutionem iustitiae, vel adhiberi nequeat quia reus delictum denegat, vel inutiliter adhibita fuerit, Episcopus, aut officialis, de eius speciali mandato, praecipiat ut acta inquisitionis tradantur promotori iustitiae.

Can. 1955. - Promotor statim conficiat accusationis libellum eumque exhibeat iudici secundum normas in Sectione Prima statutas.

Can. 1956. - In delictis gravioribus, si Ordinarius censeat cum fidelium offensione imputatum ministrare sacris aut officio aliquo spirituali ecclesiastico vel pio fungi aut ad sacram Synaxim publice accedere, potest, audito promotore iustitiae, eum a sacro ministerio, ab illorum officiorum exercitio, vel etiam a publica sacrae Synaxis participatione prohibere ad normam Can. 2222, § 2.

Can. 1957. - Pariter si iudex censeat accusatum posse testibus timorem incutere aut eos subornare, aut alio modo iustitiae cursum impedire, potest, audito promotore iustitiae, decreto suo mandare, ut ille ad tempus deserat oppidum vel paroeciam quandam, vel etiam ut secedat in praefinitum locum ibique sub peculiari vigilantia maneat.

Can. 1958. - Decreta de quibus in Can. 1956, 1957 ferri nequeunt, nisi reo citato et comparente vel contumace, sive post primam eius auditionem seu constitutum, sive postea in decursu processus et contra eadem non datur iuris remedium.

Can. 1959. - In reliquis serventur regulae in Sectione Prima huius Libri traditae et in inflictione poenarum sanctiones in Libro Quinto statutae.

1954: C. 1, 2, C. XV, q. 5; S. C. Ep. et Reg., instr. 11 iun. 1880, n. 15, 16, 33; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. XV, XVI, XXXIII.

GLAVA IV.

POKRETANJE KAZNENOG POSTUPKA I STAVLJANJE POD OPTUŽBU

Kan. 1954. - Ako je sudsko karanje ili nedostatno da se popravi sablazan i zadovolji pravdi, ili se ne može primijeniti, jer okrivljenik odriče krivnju, ili je bila upotrebljena bezuspješno, ima Biskup, ili predsjednik sudišta na temelju njegove posebne pomoći, izdati nalog, da se istražni spisi predadu promicatelju pravde.

Kan. 1955. - Promicatelj ima odmah sačiniti optužnicu i podnijeti je sucu prema odredbama sadržanima u Prvom Odsjeku.

Kan. 1956. - Ako Ordinarij, kada se radi o težim kažnjivim djelima ocijeni, da pod sud stavljeni na sablazan vjernicima izvršuje bogoslužnu vlast ili obavlja kakovu duhovnu crkvenu odnosno pobožnu službu ili javno pristupa svetoj Pričesti, može mu, saslušavši promicatelja pravde, zabraniti izvršivati bogoslužnu vlast, obavljati odnosne službe, pa i javno pristupanje svetoj Pričesti u smislu odredbe kan. 2222, § 2.

Kan. 1957. - Isto tako, ako sudac ocijeni, da bi optuženi mogao zastrašiti svjedoke ili na njih utjecati ili na drugi način sprečavati tečaj pravde, može saslušavši promicatelja pravde, izdati odluku s nalogom, da je on dužan privremeno napustiti neki grad ili župu, odnosno i to, da mora otići na određeno mjesto i ondje ostati pod posebnim nadzorom.

Kan. 1958. - Odluke o kojima se govori u kan. 1956, 1957 ne mogu se izdati, dok okrivljenik pred sud pozvan nije pristupio ili bio proglašen oglušnikom, te je ili izvršeno prvo njegovo preslušanje i stavljanje pod optužbu, ili poslije tokom postupka; a protiv takovih odluka ne ima pravnoga lijeka.

Kan. 1959. - Glede ostaloga imaju se obdržavati odredbe sadržane u Prvom Odsjeku ove Knjige, a kod izricanja kazni krivične odredbe sadržane u Petoj Knjizi.

TITULUS XX.

DE CAUSIS MATRIMONIALIBUS.

CAPUT I.

DE FORO COMPETENTI.

Can. 1960. - Causae matrimoniales inter baptizatos iure proprio et exclusivo ad iudicem ecclesiasticum spectant.

Can. 1961. - Causae de effectibus matrimonii mere civilibus, si principaliter agantur, pertinent ad civilem magistratum ad normam Can. 1016; sed si incidenter et accessorie, possunt etiam a iudice ecclesiastico ex propria potestate cognosci ac definiri.

Can. 1962. - Causas matrimoniales ad eos spectantes de quibus in Can. 1557, § 1, n. 1, illa Sacra Congregatio vel illud Tribunal aut specialis ea Commissio exclusive cognoscet, cui eas toties quoties Summus Pontifex delegaverit; causas dispensationis super matrimonio rato et non consummato, Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum; causas vero quae referuntur ad privilegium Paulinum, Sacra Congregatio S. Officii.

Can. 1963. - § 1. Quare nullus iudex inferior potest processum in causis dispensationis super rato instruere, nisi Sedes Apostolica facultatem eidem fecerit.

1960: Conc. Trident., sess. XXIV, *de matrimonio,* Can. 12; Pius VII, breve ad Archiep. Moguntin., 8 oct. 1803; Pius IX, litt. ap. *«Ad Apostolicae»,* 22 aug. 1851; ep. *«La lettera»,* 9 sept. 1852; allocut. *«Acerbissimum»,* 27 sept. 1825; Syllabus errorum, prop. 74; allocut. *«Nunquam certe»,* 22 iun. 1868; Leo XIII, ep. encycl. *«Immortale Dei»,* 1 nov. 1885; S. C. S. Off., instr. (ad Praef. Mission. Martinicae etc.). 6 iul. 1817; instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883; 25 iun. 1885; decr. 27 maii 1886, ad I, II; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 1.

NASLOV XX.

ŽENIDBENE PARNICE

GLAVA I.

NADLEŽNO SUDIŠTE

Kan. 1960. - Ženidbeni sporovi između kršćana spadaju na temelju vlastitog i isključivog prava na crkvenoga suca.

Kan. 1961. - Sporovi o čisto građanskim učincima ženidbe spadaju, ako se o njima radi kao o glavnoj stvari, pred državne vlasti prema odredbi kan. 1016; no ako se o njima radi kao o stvari uzgrednoj i pripadnoj, može o njima suditi i rješavati također i crkveni sudac na temelju vlastite vlasti.

Kan. 1962. - Ženidbene sporove takovih osoba, o kojima govori kan. 1557, § 1, br. 1, ima isključivo presuditi onaj Sveti Zbor odnosno ono Sudište ili ono posebno Povjerenstvo, koje će Vrhovni Prvosvećenik ovlastiti za svaki pojedini slučaj; predmete koji se odnose na Pavlovsku povlasticu, Sveti Zbor Sv. Službe.

Kan. 1963. - § 1. Stoga ne može nijedan niži sudac zametnuti postupka u parnicama o oprostu od tvrde ženidbe, ako ga Apostolska Stolica nije ovlastila.

1961: C. 1, 5, 7, X, *qui filii sint legitimi,* IV, 17; c. 3, 5, 7, X, *de donationibus inter virum et uxorem, et de dote post divortium restituenda,* IV, 20; Reg, 42, R. J., in VI°; Leo XIII, ep. encycl. *«Immortale Dei»,* 1 nov. 1885; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 1.

1962: Benedictus XIV, const. *«Dei miseratione»,* 3 nov. 1741, § 15; Pius X, const. *«Sapienti consilio»,* 29 iun. 1908, § I, n. 1°, 5, n. 3°, 2, 3; S. C. S. Off., 11 aug. 1859; instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. VI, art. 4, n. 45; S. C. Consist., *Romana,* 29 ian. 1909; S. C. de Sacramentis, decr. 7 mart. 1910; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 45. -- Vide etiam Can. 1985.

§ 2. Si tamen iudex competens auctoritate propria iudicium peregerit de matrimonio nullo ex capite impotentiae et ex eo, non impotentiae, sed nondum consummati matrimonii emerserit probatio, omnia acta ad Sacram Congregationem transmittantur, quae iis uti poterit ad sententiam super rato et non consummato ferendam.

Can. 1964. - In aliis causis matrimonialibus iudex competens est iudex loci in quo matrimonium celebratum est aut in quo pars conventa vel, si una sit acatholica, pars catholica domicilium vel quasi- domicilium habet.

Can. 1965. - Si matrimonium accusatur ex defectu consensus, curet ante omnia iudex ut monitionibus opportunis partem, cuius consensus deesse affirmatur, ad consensum renovandum inducat; si ex defectu formae substantialis vel ex impedimento dirimenti quod dispensari potest et solet, partes inducere studeat ad consensum in forma legitima renovandum vel ad dispensationem petendam.

CAPUT II.

DE TRIBUNALI CONSTITUENDO.

Can. 1966. - Firmo praescripto Can. 1576, § 1, n. 1, unicus est iudex instructor in inquisitione pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato.

Can. 1967. - Sive agatur de nullitate matrimonii, sive de probandis inconsummatione et causis ad dispensandum super rato, citari debet defensor vinculi matrimonialis, ad normam Can. 1586.

Can. 1968. - Defensoris vinculi est:

1.° Examini partium, testium et peritorum adesse; exhibere iudici interrogatoria clausa et obsignata, in actu examinis a iudice aperienda, et partibus aut testibus proponenda; novas interrogationes, ab examine emergentes, iudici suggerere;

1963 § 2: S. C. S. Off., instr. a. 1858; instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. VI, art. 5; instr. (Myssur.), 6 aug. 1890, n. 7.

§ 2. No ako je sudac, koji je bio nadležan po svojoj vlasti, proveo sudski postupak o ništavosti ženidbe zbog spolne nemoći, pa se u tom postupku dokaže, ne doduše to, da postoji spolna nemoć, nego da ženidba još nije izvršena, imaju se svi spisi otstupiti Svetom Zboru, koji se može njima poslužiti pri izricanju presude o tvrdoj i neizvršenoj ženidbi.

Kan. 1964. - U drugim je ženidbenim sporovima nadležan sudac onoga mjesta, u kojemu je ženidba sklopljena ili u kojemu tužena stranka odnosno, ako je jedna nekatolička, u kojem katolička stranka ima prebivalište ili doprebivalište.

Kan. 1965. - Ako se ženidba pobija zbog manjka u pristanku, ima se sudac prije svega brinuti, da sklone primjerenim opomenama stranku, za koju se tvrdi, da nije imala pristanka, da obnovi pristanak; ako se pobija zbog manjka u bitnom obliku ili zbog zapreke, od koje se može i običaje dati oprost, neka nastoji sklonuti stranke, da obnove pristanak u zakonskom obliku odnosno da zatraže oprost.

GLAVA II.

SASTAV SUDIŠTA

Kan. 1966. - Kod izvida o oprostu od tvrde i neizvršene ženidbe vodi postupak inokosni sudac, a inače se ima obdržavati propis kan. 1576, § 1, br. 1.

Kan. 1967. - Branitelj ženidbene veze po propisu kan. 1586, mora biti pozvan kadgod se radi o ništavosti ženidbe ili o dokazivanju neizvršenja i razlozima za oprost od tvrde ženidbe.

Kan. 1968. - Na branitelja veze spada:

1.° Prisustvovati preslušanju stranaka, svjedoka i vještaka; predati sucu zatvorena i zapečaćena pitanja, koja sudac ima otvoriti kod samoga preslušanja, te ih postaviti strankama odnosno svjedocima; sucu priopćiti daljnja pitanja, ako se pojave za preslušanja;

1964: C. 12, X, *de excessibus praelatorm et subditorum,* V, 31; S. C. S. Off., 30 iun. 1892; (Colonien.), 23 iun. 1903; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 2.

1967: Benedictus XIV, const. *«Dei miseratione»,* 3 nov. 1741, § 6, 7, 10.

2.° Articulos a partibus propositos perpendere, eisque, quatenus opus sit, contradicere; documenta a partibus exhibita recognoscere;

3.° Animadversiones contra matrimonii nullitatem ac probationes pro validitate aut pro consummatione matrimonii scribere et allegare, eaque omnia deducere, quae ad matrimonium tuendum utilia censuerit.

Can. 1969. - Defensori vinculi ius esto:

1.° Semper et quolibet causae momento acta processus, etsi nondum publicati, invisere; novos terminos ad scripta perficienda flagitare, prudenti iudicis arbitrio prorogandos;

2.° De omnibus probationibus vel allegationibus ita certiorem fieri, ut contradicendi facultate uti possit;

3.° Petere ut alii testes inducantur vel iidem iterum examini subiiciantur, processu etiam absoluto vel publicato, novasque animadversiones edere;

4.° Exigere ut alia acta, quae ipse suggesserit, conficiantur, nisi tribunal unanimi suffragio dissentiat.

CAPUT III.

DE IURE ACCUSANDI MATRIMONIUM ET POSTULANDI DISPENSATIONEM SUPER RATO.

Can. 1970. - Tribunal collegiale nullam causam matrimonialem cognoscere vel definire potest, nisi regularis accusatio vel iure facta petitio praecesserit.

Can. 1971. - § 1. Habiles ad accusandum sunt:

1.° Coniuges, in omnibus causis separationis et nullitatis, nisi ipsi fuerint impedimenti causa;

2.° Promotor iustitiae in impedimentis natura sua publicis.

1968 3.°: Benedictus XIV, const. *«Dei miseratione»*, 3 nov. 1741, § 6, 10; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. II, n. 11, tit. III, n. 21, tit. V, n. 28; S. C. C., instr. 22 aug. 1840; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 11, 21, 28; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 114, n. 3, 5, 12, § 137, n. 3.

1969 4.°: Benedictus XIV, const. *«Dei miseratione»*, 3 nov. 1741, § 6, 10; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. II, n. 10, 11, tit. III, n. 23; S. C. C.,

2.° Provjeriti dokazne članke predložene od stranaka, te im se, ako treba, usprotiviti; ispitati dokaznice od stranaka predložene;

3.° Napisati i podnositi primjedbe protiv ništavosti ženidbe, te dokaze za valjanost i za izvršenost ženidbe, i sve navesti, što mu se za obranu ženidbe učini korisnim.

Kan. 1969. - Branitelj veze ima pravo:

1.° Uvijek i u svakom odsjeku parnice uzeti uvid u spise parnice, iako ona još nije objavljena; tražiti daljnje rokove za sastavljanje pismenih podnesaka, koje ima sudac po svojoj razboritoj ocjeni i produljiti;

2.° Biti obaviješten o svim dokaznim sredstvima i očitovanjima tako, da im može prigovoriti;

3.° Zahtijevati, da se pozovu daljnji svjedoci ili isti ponovno preslušaju, pa i onda, kada je postupak dovršen i objavljen, te staviti nove primjedbe;

4.° Tražiti, da se izvrše daljni sudski čini, koje je on bio predložio, osim ako to sudište odbije jednoglasno.

GLAVA III.

PRAVO POBIJANJA ŽENIDBE I MOLJENJA OPROSTA OD TVRDE ŽENIDBE

Kan. 1970. - Zborno sudište ne može suditi ni riješiti nijedan ženidbeni spor, ako ne predleži redovna tužba odnosno propisana molba.

Kan. 1971. - § 1. Na tužbu su ovlašteni:

1.° Ženidbeni drugovi, u svim sporovima o rastavi i o ništavosti, osim ako su sami bili razlogom zapreke;

2.° Promicatelj pravde, kada se radi o zaprekama, koje su javne po svojoj prirodi.

instr. 22 aug. 1840; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 10, 11, 23; Regulae servandae in iudiciis apud S. R. Rotae Tribunal, 4 aug. 1910, § 114, n. 3.

1970: S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. I, n. 3; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 3.

1971 § 1. 2.°: C. 3, *de divortiis*, IV, 19.

§ 2. Reliqui omnes, etsi consanguinei, non habent ius matrimonia accusandi, sed tantummodo nullitatem matrimonii Ordinario vel promotori iustitiae denuntiandi.

Can. 1972. - Matrimonium, quod, utroque coniuge vivente, non fuerit accusatum, post mortem alterutrius vel utriusque coniugis ita praesumitur validum fuisse, ut contra hanc praesumptionem non admittatur probatio, nisi incidenter oriatur quaestio.

Can. 1973. - Soli coniuges ius habent petendi dispensationem super matrimonio rato et non consummato.

CAPUT IV.

DE PROBATIONIBUS.

ART. I.

DE TESTIBUS.

Can. 1974. - Consanguinei et affines de quibus in Can. 1757, § 3, n. 3, habentur testes habiles in causis suorum propinquorum.

Can. 1975. - § 1. In causis impotentiae vel inconsummationis, nisi de impotentia vel inconsummatione aliunde certo con stet, debet uterque coniuxtestes, qui septimae manus audiunt, inducere, sanguine aut affinitate sibi coniunctos, sin minus vicinos bonae famae, aut alioquin de re edoctos, qui iurare possint de ipsorum coniugum probitate, et praesertim de veracitate circa rem in controversiam deductam; quibus iudex ad normam Can. 1759, § 3 alios testes potest ex officio adiungere.

1971 § 2: S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. I, n. 3; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 3.

1972: C. 7, 11, X, *qui filii sint legitimi,* IV, 17.

1974: C. 2, C. XXXV, q. 6; c. 5, 22, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 3, X, *qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari,* IV, 18; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. VI, art. 5.

§ 2. Nitko drugi, pa ni srodnici, nemaju pravo pobijati ženidbu, nego samo dojaviti ništavost ženidbe Ordinariju ili promicatelju pravde.

Kan. 1972. - Pretpostavlja se, da je ženidba, koja nije bila pobijana za života ženidbenih drugova, a razriješena je smrću jednoga ili jednoga i drugoga ženidbenoga druga, valjana tako, da se protiv ovoj pretpostavci ne dopušta dokaz, osim ako se o tom ima rješavati uzgredno.

Kan. 1973. - Pravo moliti oprost od tvrde i neizvršene ženidbe imaju jedino sami ženidbeni drugovi.

GLAVA IV.

DOKAZALA

ČLANAK I.

SVJEDOCI

Kan. 1974. - Osobe u srodstvu i tazbini spomenute u kan. 1757, § 3, br. 3, smatraju se sposobnim svjedocima u parnicama svojih srodnika.

Kan. 1975. - § 1. U parnicama o spolnoj nemoći ili o neizvršenju, osim ako je nemoć ili neizvršenost na ini način sigurno utvrđena, treba da jedan i drugi ženidbeni drug predloži svjedoke, koji se nazivaju sedme ruke, i to takove, koji su s njima u krvnom srodstvu ili u tazbini, a ako ne, onda susjede dobrog glasa, ili druge, koji su u stvar upućeni, a koji se mogu zakleti na čestitost ženidbenih drugova, a osobito na njihovu istinoljubivost u pogledu spornoga predmeta; uz ove može sudac prema odredbi kan. 1759, § 3 preslušati i daljnje svjedoke po službenoj dužnosti.

1975 § 1: C. 2, C. XXXIII, q. 1; c. 5, 7, X, *de frigidis, et maleficiatis, et impotentia coeundi,* IV, 15; S. C. S. Off., instr. a. 1858; instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. VI, art. 5; S. C. C., instr. 22 aug. 1840; *Varsavien.,* 16 iun. 1894, ad 1.

§ 2. Testimonium septimae manus est argumentum credibilitatis quod robur addit depositionibus coniugum; sed vim plenae probationis non obtinet, nisi aliis adminiculis aut argumentis fulciatur.

ART. II.

DE INSPECTIONE CORPORALI.

Can. 1976. - In causis impotentiae aut inconsummationis requiritur inspectio corporis utriusque vel alterutrius coniugis per peritos facienda, nisi ex adiunctis inutilis evidenter appareat.

Can. 1977. - In peritis eligendis, praeter normas in Can. 1792-1805 datas, serventur praescripta canonum qui sequuntur.

Can. 1978. - Ad periti munus ne admittantur qui coniuges privatim inspexerint circa factum cui innititur petitio declarationis nullitatis vel inconsummationis; licet tamen hos tanquam testes inducere.

Can. 1979. - § 1. Ad inspiciendum virum, duo periti medici ex officio deputari debent.

§ 2. Ad mulierem vero inspiciendam duae obstetrices, quae legitimum peritiae testimonium habeant, ex officio designentur; nisi maluerit mulier a duobus medicis ex officio pariter designandis inspici vel id Ordinarius necessarium habuerit.

§ 3. Corporalis mulieris inspectio fieri debet, servatis plene christianae modestiae regulis et adstante semper honesta matrona ex officio designanda.

Can. 1980. - § 1. Mulieris inspectionem obstetrices vel periti, seorsum singuli, exsequi debent.

1975 § 2: C. 4, X, *de probationibus,* II, 19.

1976: S. C. S. Off., instr. a. 1858; instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. VI, art. 5; S. C. C., instr. 22 aug. 1840.

1979 § 1: S. C. S. Off., instr. a. 1858; instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. VI, art. 5; S. C. C., instr. 22 aug. 1840.

§ 2. Svjedočanstvo sedme ruke dokaz je vjerojatnosti, kojim se pojačavaju iskazi ženidbenih drugova; no ona nemaju snagu potpunog dokaza, ako nisu poduprta drugim pomoćnim dokazima i dokazalima.

ČLANAK II.

TJELESNI PREGLED

Kan. 1976. - U parnicama zbog spolne nemoći ili o neizvršenju ženidbe mora se izvršiti tjelesni pregled obih ženidbenih drugova ili jednoga od njih od strane vještaka, ako nije prema prilikama očevidno, da je suvišan.

Kan. 1977. - Pri izboru vještaka moraju se, uz odredbe sadržane u kan. 1792-1805 obdržavati propisi kanona, koji slijede.

Kan. 1978. - Ne smiju se pripustiti kao vještaci oni, koji su posebnički pregledali ženidbene drugove u pogledu činjenice, na kojoj se temelji zahtjev, da se ženidba proglasi ništavom ili neizvršenom; ali se ovi ipak mogu predložiti za svjedoke.

Kan. 1979. - § 1. Za pregled muškarca moraju se po službenoj dužnosti odrediti za vještake dva liječnika.

§ 2. Za pregled ženske imaju se po službenoj dužnosti uzeti dvije primalje, koje moraju imati propisnu svjedodžbu osposobljenja; osim ako bi ta žena htjela, da je rađe pregledaju dva liječnika, koji će se onda isto tako odrediti po službenoj dužnosti, ili ako bi to Ordinarij smatrao potrebnim.

§ 3. Tjelesni pregled ženske osobe ima se izvršiti tako, da se pri tom ne povrijede pravila kršćanske čednosti i u prisutnosti jedne časne gospođe, koju treba odrediti po sužbenoj dužnosti.

Kan. 1980. - § 1. Primalje odnosno vještaci moraju izvršiti pregled žene pojedinački i zasebno.

1979 § 2: C. 14, X, *de probationibus,* II, 19; c. 6, 7, X, *de frigidis, et maleficiatis, et impotentia coeundi,* IV, 15; S. C. S. Off., instr. a. 1858; instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. VI, art. 5; S. C. C., instr. 22 aug. 1840.

1979 § 3: S. C. S. Off., instr. a. 1858; instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. VI, art. 5; S. C. C., instr. 22 aug. 1840.

1980 § 1: S. C. S. Off., instr. a. 1858; instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. VI, art. 5; S. C. C., instr. 22 aug. 1840.

§ 2. Singuli medici vel obstetrices singulas relationes conficiant, intra terminum a iudice praefinitum tradendas.

§ 3. Potest iudex relationes ab obstetricibus confectas examini alicuius periti medici subiicere, si id opportunum existimaverit.

Can. 1981. - Peracta relatione, periti, obstetrices ac matrona, seorsum singuli, a iudice interrogentur, secundum articulos a vinculi defensore antea concinnatos quibus ipsi, praestito iuramento, respondeant.

Can. 1982. - Etiam in causis defectus consensus ob amentiam, requiratur suffragium peritorum, qui infirmum, si casus ferat, eiusve acta quae amentiae suspicionem ingerunt, examinent secundum artis praecepta; insuper uti testes audiri debent periti qui infirmum antea visitaverint.

CAPUT V.

DE PUBLICATIONE PROCESSUS, CONCLUSIONE IN CAUSA ET SENTENTIA.

Can. 1983. - § 1. Publicato processu fas adhuc est partibus novos testes, ad normam tamen Can. 1786, super diversis articulis inducere.

§ 2. Si vero testes iam excussi super iisdem articulis antea propositis denuo audiendi sint, servetur praescriptum Can. 1781, integro iure defensoris vinculi opportunas proponendi exceptiones.

Can. 1984. - § 1. Defensor vinculi ius habet ut in allegando, petendo et respondendo tam in scriptis quam in defensione orali, audiatur postremus.

§ 2. Quare tribunal ad definitivam sententiam ne deveniat, nisi prius vinculi defensor interrogatus declaraverit sibi nihil deducendum vel inquirendum superesse.

1980 § 2: S. C. S. Off., instr. a. 1858.

1981: S. C. S. Off., instr. a. 1858; instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. VI, art. 5; S. C. C., instr. 22 aug. 1840.

§ 2. Pojedini liječnici odnosno primalje treba da izrade izvješća pojedinačno i zasebno, te da ih predadu unutar roka, koji je odredio sudac.

§ 3. Sudac može, ako to smatra shodnim, odrediti, da izvješća, koja su sačinile primalje, preispita kao vještak jedan liječnik.

Kan. 1981. - Pošto su predana izvješća, sudac mora preslušati vještake, primalje i gospođu, pojedinački i zasebno, prema upitnim člancima, koje je prije toga sastavio branitelj veze i na koje treba da odgovore, pošto su položili prisegu.

Kan. 1982. - I u parnicama zbog manjka u pristanku poradi duševne bolesti, mora se zatražiti mišljenje vještaka, koji treba da, prema slučaju, ispitaju po pravilima svojega umijeća bolesnika i njegove čine, zbog kojih postoji sumnja, da je po srijedi duševna bolest; povrh toga moraju se preslušati kao svjedoci oni vještaci, koji su bolesnika prije pregledavali.

GLAVA V.

OBJAVA POSTUPKA, ZAKLJUČAK POSTUPKA I PRESUDA

Kan. 1983. - § 1. Pošto je postupak zaključen još je strankama slobodno, ali u skladu s odredbom kan. 1786, predložiti nove svjedoke na razne upitne članke.

§ 2. No ako bi se imali ponovno preslušati već ispitani svjedoci na iste upitne članke, treba se držati propisa kan. 1781, uz potpuno pravo branitelja veze staviti prigovore, koje smatra potrebnima.

Kan. 1984. - § 1. Branitelj veze ima pravo na to, da u očitovanjima, zahtjevima i odgovorima bude i pismeno i usmeno saslušan kao posljednji.

§ 2. Stoga ne smije sudište pristupiti presudi prije no što branitelj upitan izjavi, da nema više ništa predložiti niti istražiti.

1984 § 2: S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. IV, n. 24; S. C. C., instr. 22 aug. 1840; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 24.

§ 3. Si vero ante praefinitum a iudice iudicii diem defensor nihil deduxerit, praesumitur eum nihil iam deducendum habere.

Can. 1985. - In causis quae spectant ad dispensationem matrimonii rati et non consummati, iudex instructor neque ad publicationem processus neque ad sententiam super ipsa inconsummatione et causis ad dispensandum deveniat, sed omnia acta una cum voto scripto Episcopi et defensoris vinculi transmittat ad Sedem Apostolicam.

CAPUT VI.

DE APPELLATIONIBUS.

Can. 1986. - A prima sententia, quae matrimonii nullitatem declaraverit, vinculi defensor, intra legitimum tempus, ad superius tribunal provocare debet; et si negligat officium suum implere, compellatur auctoritate iudicis.

Can. 1987. - Post secundam sententiam, quae matrimonii nullitatem confirmaverit, si defensor vinculi in gradu appellationis pro sua conscientia non crediderit esse appellandum, ius coniugibus est, decem diebus a sententiae denuntiatione elapsis, novas nuptias contrahendi.

Can. 1988. - Decreta matrimonii nullitate, Ordinarius loci curare debet, ut de ea mentio fiat in baptismorum et matrimoniorum regestis, ubi matrimonii celebratio consignata invenitur.

Can. 1989. - Cum sententiae in causis matrimonialibus nunquam transeant in rem iudicatam, causae ipsae, si nova argumenta praesto sint, retractari semper poterunt, firmo praescripto Can. 1903.

1985: S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. VI, art. 5; instr. (Mysur.), 6 aug. 1890, n. 7. -- Vide etiam Can. 1962.

1986: Benedictus XIV, const. *«Dei miseratione»,* 3 nov. 1741, § 8; ep. encycl. *«Nimiam licentiam»,* 18 maii 1743, § 7; const. *«Si datam»,* 4 mart. 1748; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. IV, n. 25; S. C. C., instr. 22 aug. 1840; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 25.

§ 3. No ako ne dade nikakove izjave do onoga dana, koji je sudac za to unaprijed odredio, pretpostavlja se, da više nema ništa predložiti.

Kan. 1985. - U parnicama, koje se odnose na oprost od tvrde i neizvršene ženidbe ne smije voditelj objaviti postupka niti izreći presudu o samom neizvršenju odnosno o uzrocima za podjelbu oprosta, nego ima sve spise zajedno s mišljenjem Biskupa i branitelja veze dostaviti Apostolskoj Stolici.

GLAVA VI.

PRIZIVI

Kan. 1986. - Protiv prve presude, kojom je ženidba proglašena ništavom, mora branitelj veze u zakonitom roku uložiti priziv na više sudište; a ako on propusti izvršiti svoju dužnost, ima ga sudac za to primorati svojom vlašću.

Kan. 1987. - Poslije druge presude, ako bi ona potvrdila ništavost ženidbe, a branitelj bi veze pri prizivnom sudištu smatrao, da po svojoj savjesti ne bi morao uložiti priziva, imaju ženidbeni drugovi pravo, da, nakon što prođe deset dana od proglašenja presude, sklope novu ženidbu.

Kan. 1988. - Pošto je odlučeno, da je ženidba ništava, ima se mjesni Ordinarij pobrinuti, da se to zabilježi u maticama krštenih i vjenčanih, gdje je vjenčanje zapisano.

Kan. 1989. - Budući da presude u ženidbenim parnicama nikada ne zadobivaju konačne pravne moći, mogu se ove parnice, ako ima novih dokaza, uvijek iznova pokrenuti, uz obdržavanje propisa kan. 1903.

1987: Benedictus XIV, const. *«Dei miseratione»,* 3 nov. 1741, § 8, 11, 14; const. *«Si datam»,* 4 mart. 1748; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. V, n. 30; S. C. C., instr. 22 aug. 1840; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 30.

1989: C. 7, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27; Benedictus XIV, const. *«Dei miseratione»,* 3 nov. 1741, § 11; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. V, n. 30; S. C. C., instr. 22 aug. 1840; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. 30.

CAPUT VII.

DE CASIBUS EXCEPTIS A REGULIS HUCUSQUE TRADITIS.

Can. 1990. - Cum ex certo et authentico documento, quod nulli contradictioni vel exceptioni obnoxium sit, constiterit de exsistentia impedimenti disparitatis cultus, ordinis, voti sollemnis castitatis, ligaminis, consanguinitatis, affinitatis aut cognationis spiritualis, simulque pari certitudine apparuerit dispensationem super his impedimentis datam non esse, hisce in casibus, praetermissis sollemnitatibus hucusque recensitis, poterit Ordinarius, citatis partibus, matrimonii nullitatem declarare, cum interventu tamen defensoris vinculi.

Can. 1991. - Adversus hanc declarationem defensor vinculi, si prudenter existimaverit impedimenta de quibus in Can. 1990 non esse certa aut dispensationem super eisdem probabiliter intercessisse, provocare tenetur ad iudicem secundae instantiae, ad quem acta sunt transmittenda qouque scripto monendus est agi de casu excepto.

Can. 1992. - Iudex alterius instantiae, cum solo interventu defensoris vinculi, decernet eodem modo de quo in Can. 1990, utrum sententia sit confirmanda, an potius procedendum in causa sit ad ordinarium tramitem iuris; quo in casu eam remittit ad tribunal primae instantiae.

1990: S. C. S. Off., decr. 5 iun. 1889; 14 febr. 1894; (Albanen. in America), 10 iun. 1896; 27 mart. 1901; decr. 21 iun. 1912, ad 2.

GLAVA VII.

SLUČAJEVI IZUZETI OD NAVEDENIH PRAVILA

Kan. 1990. - Kada se na temelju sigurne i vjerovne dokaznice, kojoj se nikako ne može protusloviti ili prigovoriti, utvrdi, da postoji zapreka različite vjere, reda, svečanog zavjeta čistoće, ženidbene veze, srodstva, tazbine ili duhovnog srodstva, a podjedno je isto tako sigurno ustanovljeno, da za ove zapreke nije podijeljen oprost, u ovakovim slučajevima, moći će Ordinarij prelazeći preko naprijed navedenih potrebnosti u postupku, izjaviti, pošto sasluša stranke, da je ženidba ništava, no potrebno je ipak i sudjelovanje branitelja veze.

Kan. 1991. - Protiv ove izjave, dužan je branitelj veze, ako razborito ocijeni, da zapreke spomenute u kan. 1990 ne postoje sa sigurnošću ili da postoji vjerojatnost za to, da je od njih podijeljen oprost, uložiti priziv na suca druge molbe, kojemu se moraju dostaviti spisi i pismeno ga opomenuti, da se radi o izuzetom slučaju.

Kan. 1992. - Sudac će druge molbe, uz sudjelovanje samo branitelja veze, odlučiti na isti način kao u kan. 1990, da li treba presudu potvrditi, ili naprotiv da li treba u predmetu provesti redovni sudski postupak; u tom će ga slučaju otstupiti sudištu prve molbe.

1991: S. C. S. Off. (Ep. Wayne-Castren.), 20 mart. 1889; 27 mart. 1901.

TITULUS XXI.

DE CAUSIS CONTRA SACRAM ORDINATIONEM.

Can. 1993. - § 1. In causis quibus impugnantur obligationes ex sacra ordinatione contractae vel ipsa sacrae ordinationis validitas, libellus mitti debet ad Sacram Congregationem de disciplina Sacramentorum vel, si ordinatio impugnetur ob defectum substantialem sacri ritus, ad Sacram Congregationem S. Officii; et Sacra Congregatio definit utrum causa iudiciario ordine an disciplinae tramite sit pertractanda.

§ 2. Si primum, Sacra Congregatio causam remittit ad tribunal dioecesis quae clerico propria fuit tempore sacrae ordinationis, vel, si sacra ordinatio impugnetur ob defectum substantialem sacri ritus, ad tribunal dioecesis in qua ordinatio peracta fuit; pro gradibus vero appellationis standum praescripto Can. 1594-1601.

§ 3. Si alterum, ipsamet Sacra Congregatio quaestionem dirimit, praevio processu informativo peracto a tribunali Curiae competentis.

Can. 1994. - § 1. Validitatem sacrae ordinationis accusare valet clericus peraeque ac Ordinarius cui clericus subsit vel in cuius dioecesi ordinatus sit.

§ 2. Solus clericus, qui existimet se ex sacra ordinatione obligationes ordini adnexas non contraxisse, potest declarationem nullitatis onerum petere.

Can. 1995. - Ea omnia, quae tum in Sectione Prima huius Partis, tum in peculiari titulo de processu in causis matrimonialibus sunt dicta, servari etiam debent, congrua congruis referendo, in causis contra sacram ordinationem.

1993 § 1: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § I, n. 3°, 3.

NASLOV XXI.

PARNICE PROTIV SVETOMU REĐENJU

Kan. 1993. - § 1. U parnicama, u kojima se pobijaju obveze primljene po svetom ređenju ili sama valjanost svetoga ređenja, mora se tužba dostaviti svetom Zboru za upravu Otajstva, odnosno ako se ređenje pobija zbog bitnoga manjka u svetom obredu, svetom Zboru Sv. Službe; a Sveti Zbor odlučuje, da li će se parnica voditi redovnim sudskim ili stegovnim postupkom.

§ 2. U prvom slučaju otstupa Sveti Zbor parnicu sudištu one biskupije, kojoj je duhovnik pripadao u vrijeme svetoga ređenja, ili, ako se pobija sveto ređenje zbog bitnoga manjka u svetom obredu, sudištu one biskupije, u kojoj je izvršeno ređenje; a u pogledu stupnja priziva imaju se obdržavati propisi kan. 1594-1601.

§ 3. U drugom slučaju rješava pitanje samo Sveti Zbor, pošto se prethodno izvrši izvidni postupak po sudištu nadležne Kurije.

Kan. 1994. - § 1. Valjanost svetoga ređenja ovlašten je pobijati duhovnik, a isto tako i Ordinarij, pod kojega duhovnik potpada ili u kojega je biskupiji zaređen.

§ 2. Izjavu da su ništave obveze može tražiti jedino sam duhovnik, koji ocijeni, da nije preuzeo po svetom ređenju obveze spojene s redom.

Kan. 1995. - Sve ono, što je propisano i u Prvom Odsjeku ovoga Dijela, i u posebnom naslovu o postupku u ženidbenim parnicama, ima se, primjenjujući sve to prema odnosnom predmetu, obdržavati također i u parnicama protiv svetom ređenju.

1993 § 3: Pius X, const. «*Sapienti consilio*», 29 iun. 1908, § I, n. 3°, 3; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. VII, art. III, n. 11°, b.

Can. 1996. - Defensor vinculi sacrae ordinationis iisdem gaudet iuribus iisdemque tenetur officiis quibus defensor vinculi matrimonialis.

Can. 1997. - Quamvis actio instituta fuerit non super ipsamet sacrae ordinationis nullitate, sed super obligationibus tantum ex ipsa sacra ordinatione exsurgentibus, nihilominus clericus est ad cautelam ab exercitio ordinum prohibendus.

Can. 1998. - § 1. Ut clericus liber sit ab obligationibus quae a vinculo ordinationis manant, requiruntur duae sententiae conformes.

§ 2. Quod ad appellationem attinet, in his causis serventur praescripta Can. 1986-1989 de causis matrimonialibus.

Kan. 1996. - Branitelj veze svetoga ređenja ima ista prava i vezan je istim dužnostima, kao i branitelj ženidbene veze.

Kan. 1997. - Iako postupak nije pokrenut o samoj ništavosti svetog ređenja, nego samo o obvezama, koje proističu iz istog svetog ređenja, ipak se takovom duhovniku mora zabraniti za svaki slučaj izvršivanje redova.

Kan. 1998. - § 1. Da duhovnik bude oslobođen od obveza, koje proizviru iz ređeničke veze, potrebne su dvije suglasne presude.

§ 2. Što se tiče priziva, imaju se u ovim parnicama obdržavati propisi kan. 1986-1989, glede ženidbenih parnica.

PARS SECUNDA

DE CAUSIS BEATIFICATIONIS SERVORUM DEI ET CANONIZATIONIS BEATORUM

Can. 1999. - § 1. Causae beatificationis Servorum Dei et canonizationis Beatorum unius Sanctae Sedis iudicio reservantur.

§ 2. Ad normam Can. 253, § 3 una Sacrorum Rituum Congregatio in his causis competens est.

§ 3. Ordinarii locorum, iure proprio, possunt ea tantum quae in canonibus qui sequuntur eisdem expresse demandantur.

Can. 2000. - § 1. Causae huiusmodi duplici possunt procedere via, scilicet vel ordinaria non cultus vel extraordinaria casus excepti seu cultus.

§ 2. Per ordinariam viam proceditur, quando, antequam ad discussionem super virtutibus deveniatur, probari intenditur nullum publicum cultum Servo Dei fuisse praestitum vel, si quando per abusum praestitus fuerit, sublatum fuisse; per extraordinariam vero cum probari intenditur aliquem Dei Servum in possessione publici et ecclesiastici cultus versari.

1999 § 1: C. 1, X, *de reliquiis et veneratione sanctorum,* III, 45; Clemens VI, ep. *«Super quibusdam»,* 29 sept. 1351; Urbanus VIII, const. *«Coelestis Hierusalem»,* 5 iul. 1634, § 1, 2; Benedictus XIV, const. *«Ad Sepulcra»,* 23 nov. 1741; const. *«Inter*

DRUGI DIO

PARNICE O PROGLAŠENJU BOŽJIH SLUŽBENIKA BLAŽENICIMA I BLAŽENIKA SVETIMA

Kan. 1999. - § 1. Parnice o proglašenju Božjih Službenika Blaženicima, te Blaženika Svetima isključiva je pridržano sudu Svete Stolice.

§ 2. Prema odredbi kan. 253, § 3, jedini je Zbor Svetih Obreda u ovim parnicama mjerodavan.

§ 3. Mjesni Ordinariji mogu po vlastitom pravu samo ono, što im je izrijekom povjereno u kanonima koji slijede.

Kan. 2000. - § 1. U ovim je parnicama postupak dvostruk, naime ili redovni, kad nema štovanja ili izvanredni za iznimni slučaj odnosno kad ima štovanja.

§ 2. Redovnim se načinom postupa, kada se hoće, prije no što se pristupi raspravi o krepostima, dokazati, da Službeniku Božjem nije iskazivano nikakvo javno štovanje odnosno, ako je kada bilo zloporabom iskazivano, da je bilo dokinuto; a izvanrednim, kada se hoće dokazati, da je neki Službenik Božji u posjedu javnog i crkvenog štovanja.

conspicuos», 29 aug. 1744, § 14; ep. *«Iampridem»,* 28 febr. 1747, n. 6; const. *«Quamvis iusto»,* 30 apr. 1749, § 12; ep. *«Beatus Andreas»,* 22 febr. 1755, § 21; S. C. S. Off., decr. 13 mart. 1625, § 1; decr. 30 oct. 1625; S. R. C., instr. a. 1878.

Can. 2001. - § 1. Causae martyrum sive procedant per viam ordinariam sive per extraordinariam non sunt cumulandae, sed unaquaeque singillatim tractanda est, nisi agatur de martyribus qui in eadem persecutione eodemque loco passi sunt.

§ 2. Id extendi quoque debet ad distinctos processus et discussiones quae in iis causis fieri praescribuntur inde a causae introductione usque ad finem.

Can. 2002. - In canonibus qui sequuntur, nomine Ordinarii non intelligitur Vicarius Generalis, nisi habuerit mandatum speciale.

2002: S. R. C., litt. encycl. 12 mart. 1631.

Kan. 2001. - § 1. Mučeničke se parnice, bilo da se vodi redoviti postupak bilo izvanredni, ne smiju spajati, nego se svaka mora voditi zasebno, osim ako se radi o takovim mučenicima, koji su podvrgnuti mučenju istom prilikom i na istom mjestu.

§ 2. To vrijedi obvezatno i za različite parnične čine i rasprave, koje se prema propisima moraju u tim parnicama izvršiti počam od pokretanja parnice, pa sve do konca.

Kan. 2002. - U kanonima koji slijede, ne razumijeva se pod imenom Ordinarija Glavni Namjesnik, osim ako bi imao posebnu punomoć.

TITULUS XXII.

DE NONNULLIS PERSONIS QUAE IN HIS PROCESSIBUS PARTEM HABENT.

CAPUT I.

DE ACTORE ET POSTULATORE.

Can. 2003. - § 1. Quivis fidelis vel legitimus Christifidelium coetus ius habet petendi ut causa apud tribunal competens instruatur.

§ 2. Si petitio a legitima et competente Ecclesiae auctoritate admissa fuerit, eo ipso petenti ius est causam legitime promovendi et ad exitum perducendi.

§ 3. Loci Ordinarius potest sive ex officio sive ad instantiam causam beatificationis instruere.

Can. 2004. - § 1. Actor potest agere vel per se vel per procuratorem ad hoc legitime constitutum; mulieres nonnisi per procuratorem.

§ 2. Qui apud tribunal competens causam pertractat dicitur *postulator.*

§ 3. Postulator, sive proprio sive alieno nomine agat, debet esse sacerdos vel saecularis vel religiosus, in Urbe fixam habens sedem.

Can. 2005. - Singuli pro singulis causis postulatores admittuntur: nec alii quam causae postulatori competit ius substituendi sibi per legitimum mandatum alios qui vice-postulatores dicuntur.

Can. 2006. - § 1. Tum postulator tum vice-postulatores, si ex alius mandato causam agant, antequam ad munus suum exercendum admittantur, debent mandatum tribunali exhibere.

2003 § 3: Urbanus VIII, const. «*Coelestis Hierusalem*», 5 iul. 1634, § 1, 2; Clemens IX, const. «*Speculatores*», 13 sept. 1669; Benedictus XIV, ep. «*Sollicitudini*», 1 oct. 1745, § 5; S. R. C., litt. encycl. 12 mart. 1631; 15 oct. 1678, § 1, n. 1°; decr. 10 dec. 1868; instr. a. 1878.

NASLOV XXII.

NEKE OSOBE KOJE U OVIM PARNICAMA SUDJELUJU

GLAVA I.

POKRETAČ I VODITELJ

Kan. 2003. - § 1. Svaki vjernik odnosno zakonito udruženje pravovjernih kršćana ima pravo tražiti, da se kod nadležnoga sudišta pokrene parnica.

§ 2. Ako je traženje od zakonite i nadležne crkvene vlasti primljeno, ima pokretač tim samim pravo, da parnicu propisno provodi i privede kraju.

§ 3. Mjesni Ordinarij može pokrenuti bilo po službenoj dužnosti bilo po molbi parnicu o proglašenju blaženim.

Kan. 2004. - § 1. Pokretač može djelovati ili osobno ili po zastupniku za to propisano postavljenom; žene samo po zastupniku.

§ 2. Osoba, koja parnicu kod nadležnoga sudišta provodi zove se *voditelj.*

§ 3. Voditelj, bilo da djeluje u svoje ime bilo u tuđe, mora biti svećenik ili svjetovni ili redovnički, koji ima stalno sjedište u Gradu.

Kan. 2005. - Za pojedine parnice pripuštaju se pojedini voditelji; i drugom nikomu, osim voditelju parnice, ne pripada pravo postaviti mu, po zakonitoj punomoći, namjesnike, koji se zovu dovoditelji.

Kan. 2006. - § 1. I voditelj i dovoditelji, ako provode parnicu po tuđoj punomoći, moraju, prije no što budu pripušteni izvršivanju svoje službe, predložiti sudištu punomoć.

2004 § 3: S. R. C., decr. 21 dec. 1893.

2005: S. R. C., decr. 21 dec. 1893.

§ 2. Mandatum postulatoris exactum sit ad normam Can. 1659 neque censeatur legitimum nisi cum fuerit a Sacra Congregatione admissum et in eiusdem actis inscriptum; mandatum vero vice-postulatorum debet recognosci et admitti a tribunali in quo munus suum exercent.

Can. 2007. - Ad postulatoris officium pertinet:

1.° Agere causam apud iudices competentes;

2.° Necessarios sumptus facere; sed pecunia a fidelibus ad causae expensas collecta administrari debet ad normam instructionum Sedis Apostolicae;

3.° Nomina testium et documenta tribunali exhibere;

4.° Conficere et exhibere promotori fidei articulos, super quibus testes in processibus debeant interrogari.

Can. 2008. - Mandatum postulatoris, si postulator nomine alius agat, finem habet iisdem de causis quibus ad normam iuris mandatum aliorum procuratorum exstinguitur.

CAPUT II.

DE CARDINALI RELATORE, PROMOTORIBUS FIDEI ET SUB-PROMOTORIBUS.

Can. 2009. - § 1. In causis, quae agitantur apud Sacram Congregationem, relatorem seu ponentem agat unus e Patribus Cardinalibus eidem Congregationi adscriptis, a Romano Pontifice designatus.

§ 2. Eius officium est causae sibi demandatae peculiare studium impendere et in plenaria seu ordinaria congregatione ea omnia referre, quae sive in favorem causae sive contra eam facere videntur.

Can. 2010. - § 1. Ad ius tuendum in quolibet processu partem habere debet *promotor fidei,* qui semper citari debet ad normam Can. 1587.

§ 2. Fidei promotor apud Sacram Congregationem dicitur *Promotor generalis fidei,* et Assessor Sacrae Congregationis qui eidem assistit, dicitur *Sub-promotor generalis fidei.*

§ 2. Voditeljeva punomoć treba da je ispostavljena prema odredbama kan. 1659 i ne smije se smatrati zakonitom, ako je Sveti Zbor nije primio i u svojim spisima pribilježio; punomoć pako dovoditelju treba da ispita i primi ono sudište, kod kojega on izvršuje službu.

Kan. 2007. - Na službu voditeljevu spada:

1.° Parnicu provoditi pred nadležnim sucima;

2.° Naplaćivati potrebne troškove, ali s novcem sakupljenim od vjernika za parnične troškove mora se upravljati u skladu s napucima Apostolske Stolice;

3.° Predlagati sudištu imena svjedoka i dokaznice;

4.° Sastavljati i zaštitniku vjere predlagati upitne članke, po kojima treba u postupcima ispitati svjedoke.

Kan. 2008. - Voditeljeva punomoć, ako voditelj stvar vodi u tuđe ime, prestaje zbog onih razloga, zbog kojih po odredbi zakona prestaje punomoć drugih zastupnika.

GLAVA II.

STOŽERNIK IZVJESTITELJ, ZAŠTITNICI VJERE I DOZAŠTITNICI

Kan. 2009. - § 1. U parnicama, koje se vode kod Svetoga Zbora, mora biti izvjestitelj ili obrazlagač jedan od Otaca Stožernika, koji istomu Zboru pripadaju, a kojega određuje Rimski Prvosvećenik.

§ 2. Njegova je dužnost posvetiti parnici, koja mu je povjerena, posebnu brigu, te u punom odnosno redovnom zboru izvješćivati o svemu, što izgleda, da je bilo u korist bilo na uštrb parnice učinjeno.

Kan. 2010. - § 1. U zaštitu prava mora u svakom takvom postupku sudjelovati *zaštitnik vjere,* koji se ima uvijek pozvati u skladu s odredbom kan. 1587.

§ 2. Zaštitnik vjere kod Svetoga Zbora zove se *Glavni zaštitnik vjere,* a Prisjednik Svetoga Zbora koji mu je pridan, zove se *Glavni dozaštitnik vjere.*

Can. 2011. - § 1. Promotor fidei, extra Sacram Congregationem, constitui potest vel ad omnes causas vel ad aliquam causam particularem.

§ 2. Promotor fidei generalis et Sub-promotor generalis a Romano Pontifice eliguntur; promotor fidei apud Ordinariorum tribunal, si quidem agatur de processu apostolico, nominatur a Promotore generali et tunc nomen sub-promotoris habet; secus nominetur ab Ordinario ante edictum de quo in Can. 2043.

Can. 2012. - § 1. Promotoris fidei est concinnare interrogatoria sobria, mere historica, quae non eo spectent ut certam quandam responsionem ab interrogato eliciant, quacque apta sint ad veritatem eruendam etiam super articulis a postulatore propositis, eaque iudicibus exhibere sub secreti obligatione.

§ 2. Est praeterea eiusdem promotoris instare ut testes ex officio citentur et opportunas promovere exceptiones; sed iudex potest testes, etiam promotore fidei non instante aut renuente, ipso tamen monito, ex officio arcessere.

CAPUT III.

DE NOTARIO, CANCELLARIO ET ADVOCATIS.

Can. 2013. - § 1. Processibus sive apostolicis sive ab Ordinario loci iure proprio instruendis assistere debet notarius seu actuarius.

§ 2. Notarius apud Sacram Congregationem debet esse e numero Protonotariorum participantium.

Can. 2014. - Religiosi fungi valide nequeunt munere notarii nisi ex necessitate; in causis autem propriae religionis semper excluduntur.

Can. 2015. - In processibus ab Ordinario loci instituendis extra Urbem, notarii munere fungi potest ipsemet Curiae notarius; in Urbe notarii munere fungatur Protonotarius Sacrae Congregationis, eoque absente, notarius Vicariatus Urbis.

2013 § 2: Pius X, motu propr. *«Inter multiplices»*, 21 febr. 1905, n. 23, 24.

Kan. 2011. - § 1. Zaštitnik vjere, izvan Svetoga Zbora, može biti postavljen ili za sve parnice ili za neku određenu parnicu.

§ 2. Glavnog zaštitnika vjere i Glavnog dozaštitnika vjere imenuje Rimski Prvosvećenik; zaštitnika vjere kod biskupijskih sudišta, i to ako se radi o apostolskom postupku, imenuje Glavni zaštitnik, pa se tada zove dozaštitnik; inače ga imenuje Ordinarij prije javnoga poziva spomenutog u kan. 2043.

Kan. 2012. - § 1. Dužnost je zaštitnika vjere sastaviti pitanja trijezna, čisto povijesna, koja ne smiju biti upravljena na to, da pitanomu nametnu stanoviti neki odgovor, i koja su prikladna za pronalaženje istine, pa i u pogledu upitnih članaka od voditelja predloženih, te ih pod obvezom tajne priopćiti sucima.

§ 2. Osim toga dužnost je istoga zaštitnika zahtijevati, da se pozovu svjedoci po službenoj dužnosti, te stavljati potrebite prigovore; ali sudac može po službenoj dužnosti pozvati svjedoke, iako to zaštitnik vjere ne zahtijeva ili se protivi, ali ipak uz obavijest istome.

GLAVA III.

BILJEŽNIK, RAVNATELJ PISARNE I ODVJETNICI

Kan. 2013. - § 1. U postupcima, bilo apostolskim bilo takovim, koji se pokreću po vlastitom pravu mjesnoga Ordinarija, mora sudjelovati bilježnik odnosno perovođa.

§ 2. Bilježnik kod Svetoga Zbora mora se uzeti iz broja Prabilježnika udioničara.

Kan. 2014. - Redovnici ne mogu valjano obnašati službu bilježnika, osim iz nužde; u parnicama pak vlastite redovničke družbe uvijek su isključeni.

Kan. 2015. - U postupcima, koji se pokreću od mjesnoga Ordinarija izvan Grada, može službu bilježnika izvršivati sam bilježnik Kurije; u Gradu mora službu bilježnika izvršivati Prabilježnik Svetoga Zbora, a kada je on otsutan, bilježnik Gradskog Namjesništva.

2014: S. R. C., decr. 16 iul. 1894.

Can. 2016. - Notario dari potest adiutor seu, ut aiunt, *adiunctus* qui ei auxilium praestet in conferendis transumptis cum actis originalibus, et exemplaribus cum documentis quae ex autographis in bibliothecis, tabulariis, etc., servatis transcribantur.

Can. 2017. - Notarius adiunctus et cancellarius Sacrae Congregationis debent esse sacerdotes, integrae famae et omni exceptione maiores; cancellarius vero sit praeterea laurea in iure canonico donatus.

Can. 2018. - Advocati et procuratores in causis beatificationis et canonizationis apud Sacram Congregationem debent esse potiti laurea in iure canonico et saltem licentia in sacra theologia, et fecerint oportet tirocinium penes aliquem ex advocatis Sacrae eiusdem Congregationis vel penes ipsum fidei Subpromotorem generalem; pro advocatis insuper requiritur legitimus titulus advocati rotalis.

2018: Benedictus XIV, const. *«Inter conspicuos»,* 29 aug. 1744, § 14, 15; S. R. C., decr. 15 oct. 1678, § 1, n. 12°; Lex propria S. R. Rotae et Signaturae Ap., 29 iun. 1908, Can. 44, § 1; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 iun. 1908, Pars I, Normae communes, cap. VII, n. 3°.

Kan. 2016. - Bilježniku se može pridijeliti pomoćnik ili, kako kažu *pristav,* koji će mu pomagati kod uspoređivanja istopisa s izvornim spisima, te prijepisa s ispravama, koje se imaju sačiniti od rukopisa, što se čuvaju u knjižnicama, pismarama, itd.

Kan. 2017. - Bilježnik, pristav i ravnatelj pisarne Svetoga Zbora moraju biti svećenici, neokrnjene časti i bez svakoga prigovora; ravnatelj treba da je povrh toga stekao čast doktora u kanonskom pravu.

Kan. 2018. - Odvjetnici i zastupnici u parnicama o proglašenju blaženika i svetih kod Svetoga Zbora, moraju biti doktori kanonskog prava i barem licencijati svetoga bogoslovlja, te treba da su bili vježbenici kod kojega odvjetnika istoga Svetoga Zbora ili kod samoga Glavnoga dozaštitnika vjere; od odvjetnika se povrh toga traži zakoniti naslov odvjetnika Rote.

TITULUS XXIII.

DE PROBATIONIBUS IN HIS PROCESSIBUS ADHIBENDIS.

CAPUT I.

DE PROBATIONIBUS GENERATIM.

Can. 2019. - In his causis probationes debent esse omnino plenae; nec aliae sunt admittendae, nisi quae ex testibus et ex documentis eruantur.

Can. 2020. - § 1. Ad probandum nunquam Servo Dei cultum fuisse praestitum, quatuor saltem testes sunt necessarii.

§ 2. Ad probandam famam virtutum, martyrii ac miraculorum, octo saltem testes requiruntur, qui singulares esse possunt singularitate, ut aiunt, adminiculativa; praeterea duo saltem testes ex officio vocandi sunt.

§ 3. Ad probandas virtutes vel martyrium, requiruntur testes de visu et contestes: historica monumenta adminiculum tantum praestare possunt.

§ 4. Si habeantur in processu apostolico testes ex auditu a videntibus et in informativo testes de visu, possunt ii omnes coniungi in linea probationis.

§ 5. Si vero adsint in informativo testes de visu et in apostolico testes tantummodo ex auditu auditus, hi habent vim adminiculi, magis vel minus gravis pro prudenti iudicum aestimatione; et tunc tantum ad ulteriora, idest ad miraculorum disceptationem, procedi potest, cum ex horum omnium testium coniunctione talis habeatur probatio quae viro prudenti de re gravi iudicaturo fidem factura sit et auctoritatem.

2019: S. R. C., decr. 28 mart. 1733.

2020 § 4: Benedictus XIV, decr. *«Cum ex relatione»*, 17 iul. 1744, § 1, 2.

NASLOV XXIII.

DOKAZALA KOJA SE UPOTREBLJAVAJU U OVIM POSTUPCIMA

GLAVA I.

DOKAZI OPĆENITO

Kan. 2019. - Dokazi moraju u ovim parnicama biti posvema potpuni; a ne smiju se pripustiti nikakovi drugi do onih, koji se temelje na svjedocima i ispravama.

Kan. 2020. - § 1. Za dokaz, da Službeniku Božjem nije nikada bilo iskazivano štovanje, potrebna su barem četiri svjedoka.

§ 2. Za dokaz glasa kreposti, mučeništva i čudesa, traži se barem osam svjedoka, koji mogu biti pojedinački, ali pojedinačnošću, što kažu, dopunidbenom; osim toga moraju se pozvati barem dva svjedoka po službenoj dužnosti.

§ 3. Za dokaz kreposti ili mučeništva, traže se svjedoci očevici i to za istu činjenicu; povijesne dokaznice mogu poslužiti samo kao nadopuna dokaza.

§ 4. Ako u apostolskom postupku ima svjedoka po čuvenju od očevidaca, a u izvidnomu svjedoka očevidaca, mogu se svi ovi spojiti za izgradnju dokaza.

§ 5. A ako u izvidnom ima svjedoka očevidaca, a u apostolskom samo svjedoka po čuvenju od slušanja, ovim pripada snaga pomagala veće ili manje jakosti po razboritoj ocjeni sudaca, i samo se onda može postupak dalje voditi, to jest pristupiti raspravi o čudesima, kada se po svezi svih ovih svjedoka, izvede takav dokaz, koji može osvjedočiti i uvjeriti čovjeka razborita, što ima prosuditi važnu stvar.

2020 § 5: Benedictus XIV, decr. *«Cum ex relatione»*, 17 iul. 1744, § 3.

§ 6. In causis tamen antiquis per viam non cultus procedentibus, in quibus deficiunt oculati testes vel ex auditu a videntibus, et in causis procedentibus per viam casus excepti, virtutes et martyrium probari poterunt per testes ex auditu atque ex publica fama, quae annulatam, uti aiunt, traditionem ex auditu constituat, et per documenta coaeva vel monumenta uti authentica recognita.

§ 7. Denique miracula semper probanda sunt per testes de visu et contestes.

Can. 2021. - Cultus immemorabilis probatur per authentica monumenta, quae constitutioni Urbanianae, an. 1634 promulgatae, centum annorum spatio antecedant vel illo saeculo perdurante sint edita, dummodo facta referant quae saltem centum ante annos contigerint una cum populi traditione nunquam interrupta.

Can. 2022. - Longissimi temporis cultus a Sede Apostolica permissus per documenta coaeva probatur.

CAPUT II.

DE TESTIBUS ET PERITIS.

Can. 2023. - In processibus beatificationis omnes Christifideles, salvo praescripto Can. 2027, § 2, n. 1, tenentur, licet non vocati, ea in Ecclesiae notitiam perferre, quae contra virtutem aut miracula aut martyrium Servi Dei facere ipsis videantur.

Can. 2024. - Tanquam testes vocandi in primis sunt a promotore fidei, etsi a postulatore non inducti, ii omnes qui cum Servo Dei familiaritatem vel consuetudinem habuerunt.

2020 § 6: Benedictus XIV, decr. *«Cum ex relatione»,* 17 iul. 1744, § 4; S. R. C., decr. 23 apr. 1741; decr. 26 aug. 1913, n. II.

§ 6. U starijim pako parnicama, u kojima se postupa po načinu, kad nema štovanja, te nema svjedoka očevidaca odnosno po čuvenju od očevidaca i u parnicama, u kojima se postupa po načinu iznimnog slučaja, mogu se kreposti i mučeništvo dokazati svjedocima po čuvenju kao i općim glasom javnosti, koji čini predaju po čuvenju, što no kažu, od pamtivijeka, te novim ispravama ili dokaznicama, koje su pronađene vjerovnima.

§ 7. Čudesa konačno uvijek se moraju dokazati svjedocima očevicima i to za istu činjenicu.

Kan. 2021. - Štovanje od pamtivijeka dokazuje se vjerovnim dokaznicama, koje vremenski padaju za sto godina prije proglašenja Urbanove uredbe od god. 1634. ili su izdane tokom toga stoljeća, pod uvjetom, da govore o činjenicama, koje su se dogodile barem sto godina prije u svezi s nikada neprekinutom pučkom predajom.

Kan. 2022. - Štovanje dopušteno od strane Apostolske Stolice od najdavnijih vremena dokazuje se novim ispravama.

GLAVA II.

SVJEDOCI I VJEŠTACI

Kan. 2023. - Kada se vode postupci o proglašenju nekoga blaženim, dužni su svi kršćanski vjernici, uz obdržavanje propisa kan. 2027, § 2, br. 1 i bez poziva, Crkvi priopćiti ono, za što drže, da se protivi krepostima, čudesima ili mučeništvu Službenika Božjega.

Kan. 2024. - Zaštitnik vjere dužan je kao svjedoke pozvati u prvom redu, iako ih voditelj nije predložio, sve one, koji su s Božjim Službenikom bili u bliskom ili prisnom odnosu.

2020 § 7: S. R. C., decr. 23 apr. 1741.

2023: S. R. C., decr. 26 aug. 1913, n. I.

Can. 2025. - § 1. Omnes de quibus in Can. 2023, 2024, nisi iam tanquam testes se inductos sciverint, dare litteras debent ad proprium Ordinarium, quibus utrum consuetudinem cum Servo Dei habuerint, an aliquod factum peculiare aperiendum cognoscant et quodnam illud sit, breviter exponant; Ordinarius vero has litteras promotori fidei transmittendas curet.

§ 2. Religiosi vel religiosae litteras eiusmodi, sigillo clausas, immediate et directe ad Ordinarium aut fidei promotorem transmittant, vel confessario tradant qui illas quamprimum ad Ordinarium vel promotorem fidei deferendas curet.

§ 3. Illitterati rem parocho exponant, qui ad Ordinarium vel promotorem fidei eam referat.

Can. 2026. - Superiores religiosi gravi obligatione tenentur curandi ut omnes subditi, qui debent, accedant ad deponendum, quos tamen nec directe nec indirecte impellant ad testandum in unum potius quam in alium sensum.

Can. 2027. - § 1. Admittuntur ut testes consanguinei, affines, familiares, haeretici quoque et infideles.

§ 2. Admitti nequeunt:

1.° Confessarius ad normam Can. 1757, § 3, n. 2;

2.° Postulator, advocatus aut procurator in causa, durante munere; si vero munus penitus dimiserint, admittuntur, sed adminiculum tantum suppeditare possunt;

3.° Qui munere iudicis aliquando in causa functi sunt.

Can. 2028. - § 1. Medici a curatione, quicunque ii sint, cum de miraculis agitur, tanquam testes sunt inducendi.

§ 2. Quod si renuerint se tribunali sistere, curet iudex ut saltem scriptam et iuratam relationem de morbo eiusque processu conficiant actis inserendam, vel eorum sententia per interpositam personam excipiatur, deinde examini subiiciendam.

Can. 2029. - Testes in sua testificatione propriae scientiae causam reddere debent circa ea quae asserunt; secus eorum testimonium nihili faciendum est.

Kan. 2025. - § 1. Svi spomenuti u kan. 2023, 2024, dužni su, osim ako znadu, da su već predloženi kao svjedoci, podnijeti vlastitom Ordinariju pismeno priopćenje, u kojemu treba da nakratko izlože, da li su bili sa Službenikom Božjim u prisnom odnosu, da li im je poznat kakav posebni događaj, o kojemu bi mogli izvijestiti i koji je to događaj; a Ordinarij ima voditi brigu o tom, da se ova pismena priopćenja dostave zaštitniku vjere.

§ 2. Redovnici i redovnice neka ovakova pismena priopćenja zapečaćena dostave neposredno i izravno Ordinariju ili zaštitniku vjere, ili neka ih predadu ispovjedniku, koji se ima pobrinuti, da se čim prije predadu Ordinariju ili zaštitniku vjere.

§ 3. Nepismeni neka stvar izlože župniku, koji o tom ima izvijestiti Ordinarija ili zaštitnika vjere.

Kan. 2026. - Redovnički Poglavari imaju tešku obvezu voditi brigu o tom, da svi njihovi potčinjeni, koji su na to obvezani, dadu svoje iskaze, ali ih ne smiju ni izravno ni neizravno prinuditi, da svjedoče više u jednom ili u drugom smislu.

Kan. 2027. - § 1. Kao svjedoci pripuštaju se osobe, koje su u srodstvu, tazbini, domari, pa i krivovjerci i nekršćani.

§ 2. Ne mogu biti pripušteni:

1.° Ispovjednik prema odredbi kan. 1757, § 3, br. 2;

2.° Voditelj, odvjetnik ili zastupnik u parnici, dok im traje služba; no ako posvema napuste službu, mogu se pripustiti, ali mogu poslužiti samo kao pomagalo;

3.° Oni koji su u parnici bilo kada izvršivali službu suca.

Kan. 2028. - § 1. Kada se radi o čudesima, moraju se kao svjedoci predložiti oni liječnici, koji su bolesnika liječili, kakvigod bili.

§ 2. Ako bi oni odbili pristupiti sudištu, mora sudac nastojati, da barem sačine zaprisegnuti pismeni izvještaj o bolesti i njezinom razvoju, koji se ima priložiti spisima, ili da se njihovo mišljenje zaprimi po drugoj osobi kao posredniku, pa onda ovu ispitati.

Kan. 2029. - Svjedoci dužni su pri svom svjedočanstvu reći, odakle im znanje o onomu, što iskazuju; inače nema njihovo svjedočanstvo nikakove vrijednosti.

Can. 2030. - Ad probandam famam sanctitatis vel martyrii Servi Dei qui pertinuerit ad aliquam religionem, dimidia saltem pars testium debent esse extranei.

Can. 2031. - Cum peritorum opera est necessaria:

1.° Periti sint saltem duo, quorum alter alteri sit ignotus, salvo praescripto n. 4;

2.° Deputentur a tribunali per maiorem suffragiorum partem, audito fidei promotore, vel, si penes Sacram Congregationem operam suam praestare debeant, a Cardinali Ponente, audito fidei generali Promotore; semper autem excludi debent qui in causa testis munere functi sunt;

3.° Postulator certior ne fiat quinam periti fuerint designati; et ipsimet periti de sua designatione secretum servent;

4.° Periti seorsim singuli ad peritiam deveniant, nisi ex iusta causa iudex, assentiente promotore fidei, permittat ut ii simul peritiam instituant;

5.° Singuli relationem peritiae a se confectae scripto tradant; sed deinde seorsim interrogentur, etsi peritiam simul confecerint.

CAPUT III.

DE DOCUMENTIS PROCESSUI INSERENDIS.

Can. 2032. - § 1. Documenta, quibus postulator innititur, integra exhibenda sunt tribunali.

§ 2. Sed alia quoque documenta poterit a postulatore tribunal exigere, quae ad veritatem detegendam conferre eidem tribunali videantur.

Can. 2033. - § 1. Testimonia extraiudicialia scripto consignata sive ab iis quos postulator in processu interrogari curaverit circa virtutes et martyrium Servi Dei, sive ab aliis quos postulator interrogandos proposuerit, etsi in processibus afferantur, recenseri tamen nequeunt inter documenta quae in iudicio de Servi Dei sanctitate vel martyrio vim probativam habent.

2031 5.°: S. R. C., decr. 26 aug. 1913, n. IV.

Kan. 2030. - Kod dokaza o glasu svetosti ili mučeništva takovog Službenika Božjeg, koji je pripadao nekoj redovničkoj družbi, mora barem polovina svjedoka biti izvana.

Kan. 2031. - Kada je potrebito sudjelovanje vještaka:

1.° Treba da je vještaka barem dva, od kojih jedan ne smije znati za drugoga, uz obdržavanje propisa br. 4;

2.° Ima ih odrediti sudište većinom glasova, po saslušanju zaštitnika vjere, ili, ako treba da vještače kod Svetoga Zbora, stožernik Obrazlagač, po saslušanju glavnog Zaštitnika; no nikada se ne smiju uzeti oni, koji su bili svjedoci u parnici;

3.° Voditelju ne smije se priopćiti, tko je određen za vještaka; pa i sami vještaci moraju o svojemu imenovanju čuvati tajnu;

4.° Vještaci moraju vještačenju pristupati pojedinački, osim ako bi sudac, s pristankom zaštitnika vjere, dopustio, da oni vještačenje izvrše zajedno;

5.° Svaki pojedini ima izvještaj o vještačenju, koji je sam sačinio, predati pismeno; ali se zatim moraju ispitati zasebno, iako su vještačenje izvršili zajedno.

GLAVA III.

ISPRAVE KOJE SE MORAJU U POSTUPKU PRILOŽITI

Kan. 2032. - § 1. Isprave, na koje se voditelj poziva, moraju se predložiti sudišta u cijelosti.

§ 2. No sudište može zahtijevati od voditelja i druge isprave, za koje isto sudište drži, da će pridonijeti saznanju istine.

Kan. 2033. - § 1. Izvansudska svjedočanstva, koja su pismeno pribilježena bilo od strane onih, koji su saslušani nastojanjem voditelja u postupku o krepostima i mučeništvu Božjeg Službenika, bilo od strane drugih, koje je voditelj bio predložio da se ispitaju, iako su u postupcima priloženi, ne mogu se ipak ubrojiti među isprave, koje kod odluke o svetosti ili mučeništvu Službenika Božjega imaju dokaznu snagu.

2033 § 1: S. R. C., decr. 12 mart. 1631; decr. 15 oct. 1678, § I, n. 9°.

§ 2. Nec elogia funebria et necrologia illico post mortem Servi Dei exarata vel typis edita legitimam probationem constituunt.

§ 3. Multoque minus testimonia virorum quamvis illustrium circa virtutes et opera Servi Dei non sponte, sed amicorum precibus, eo adhuc vivente, scripto tradita.

Can. 2034. - Qui documenta exhibent, debent declarare eorum originem et authenticitatem.

Can. 2035. - § 1. Historiae non habent vim documentorum, nisi documentis innixae in processu exhibitis.

§ 2. Si qui magnae auctoritatis viri his documentis usi sint eaque probaverint, eorum testimonium afferri debet tantum ad confirmandam documentorum authenticitatem et auctoritatem.

Can. 2036. - § 1. Documenta historica sive manu scripta, sive typis impressa, quibus postulator Servi Dei virtutes aut cultus eidem praestiti antiquitatem eiusque non interruptam continuationem probare intendit, inserantur in processum et cum ipso transmittantur ad Sacram Congregationem et a viris peritis examinentur.

§ 2. At si quod ex his in bibliotheca vel tabulario asservetur, unde deduci nequeat, eius exemplar scriptum vel photographice redditum exhibeatur cum testificatione scripto reddita a notario tribunalis de eius authenticitate.

§ 3. Si ne id quidem fieri possit, res deferatur ad Sacram Congregationem, quae peritos designet ut ea recognoscant ubi asservantur.

2034: C. 1, 2, X, *de fide instrumentorum,* II, 22.

§ 2. Niti nadgrobni govori i posmrtna slova, koja su odmah poslije smrti Božjeg Službenika sastavljena ili tiskom objavljena ne sačinjavaju zakonitog dokazala.

§ 3. Još mnogo manje svjedočanstva ljudi, iako su to odličnici, o krepostima i djelima Božjeg Službenika, koja nisu napisana vlastitom pobudom, nego na molbe prijatelja, dok je on još bio na životu.

Kan. 2034. - Oni koji isprave predlažu moraju objasniti njihovu izvornost i vjerovnost.

Kan. 2035. - § 1. Povijesni opisi nemaju snage isprava, osim ako se osnivaju na ispravama, koje su u postupku predložene.

§ 2. Ako su se s ovim ispravama poslužili i usvojili ih ljudi velikog ugleda, treba da se njihovo svjedočanstvo navede samo u dokaz vjerovnosti i vrijednosti isprava.

Kan. 2036. - § 1. Povijesne isprave bile da su rukopisne bilo tiskane, kojima voditelj želi dokazati kreposti Božjega Službenika ili starinu njemu iskazivanog štovanja i neprekinuto trajanje ovoga, imaju se priklopiti postupku i s njim dostaviti Svetomu Zboru, a treba da budu ispitane od strane tomu vještih ljudi.

§ 2. No ako bi koja od ovih bila pohranjena u knjižnici ili pismari, odakle se ne bi mogla odnijeti, ima se njezin prijepis ili svjetlopisna snimka predložiti s pismenim svjedočanstvom izdanim od strane sudišnog bilježnika o njezinoj izvornosti.

§ 3. A ako ni to ne bi bilo moguće, ima se o tom izvijestiti Sveti Zbor, koji će imenovati vještake, da je ispitaju ondje, gdje je pohranjena.

2036 § 1: S. R. C., decr. 26 aug. 1913, n. IV.

TITULUS XXIV.

DE PROCESSU BEATIFICATIONIS SERVORUM DEI PER VIAM NON CULTUS.

Can. 2037. - § 1. Personae quae in processu, sive a locorum Ordinariis iure proprio sive a delegatis Sedis Apostolicae instruendo, partem habent, scilicet iudices, promotor fidei ac subpromotores, notarius et adiunctus debent, initio uniuscuiusque processus, secundum formulam a Sacra Congregatione praescriptam, iusiurandum praestare de munere fideliter adimplendo, de secreto servando usque ad processus publicationem et de donis cuiusvis generis non accipiendis.

§ 2. Ordinarius, etsi partes iudicis non agat, tenetur tamen praestare iusiurandum de secreto servando.

§ 3. Praeterquam quod de secreto servando, iurare praeterea debent testes, nemine excepto aut dispensato, de veritate dicenda, antequam interrogentur, de veritate dictorum, post factam interrogationem; periti, interpretes, revisores et scriba, de munere bene adimplendo, antequam peritiam, conversionem de uno sermone in alium, revisionem, transcriptionem peragant; de munere bene adimpleto, post peractam peritiam, conversionem, transcriptionem, revisionem. Etiam cursor seu nuntius iusiurandum praestet de officio fideliter obeundo.

§ 4. Postulatores ac vice-postulatores praestare debent iusiurandum *calumniae,* idest iurent se veritatem per totum processum dicturos nullaque fraude usuros.

§ 5. Penes Sacram Congregationem, quod ad iusiurandum attinet, servetur lex eiusdem propria.

2037 § 1: S. R. C., decr. 15 oct. 1678, § 1, n. 3°, § 3.

NASLOV XXIV.

POSTUPAK O PROGLAŠENJU BLAŽENIM SLUŽBENIKA BOŽJIH NA NAČIN KAD NEMA ŠTOVANJA

Kan. 2037. - § 1. Osobe koje sudjeluju u postupku, bilo da se on ima pokrenuti po vlastitom pravu od strane mjesnih Ordinarija bilo od strane punomoćnika Apostolske Stolice, to jest suci, zaštitnik i dozaštitnici vjere, bilježnik i pristav dužni su, na početku postupka, položiti, po obrascu propisanom od Svetoga Zbora, prisegu, da će službu vjerno izvršivati, da će čuvati tajnu sve do objave postupka i da ne će primati darova bilo koje vrsti.

§ 2. Ordinarij je dužan, iako ne sudjeluje kao sudac, ipak položiti prisegu da će čuvati tajnu.

§ 3. Svjedoci moraju, osim toga da će čuvati tajnu, zaprisegnuti povrh toga, a od toga se nitko ne može izuzeti ili dobiti oprost, da će govoriti istinu, i to prije ispitivanja, te da su iskazali istinu, poslije ispitivanja; vještaci, tumači, pregledavatelji i pisar, da će službu zdušno izvršivati, i to prije no što izvrše vještačenje, prijevod s jednoga jezika u drugi, pregledavanje, prijepis; a da su službu zdušno izvršili, po završenom vještačenju, prijevodu, prijepisu, pregledu. I poslužnik odnosno dostavljač mora položiti prisegu, da će službu zdušno izvršivati.

§ 4. Voditelji i dovoditelji moraju položiti prisegu *istinoljubivosti,* to jest treba da prisegnu, da će tokom cijele parnice govoriti istinu i da se ne će poslužiti nikakovom varkom.

§ 5. Kod Svetoga Zbora ima se u pogledu prisege obdržavati njezin vlastiti propisnik.

2037 § 3: Benedictus XIV, ep. «*Sollicitudini*», 1 oct. 1745, § 7; S. R. C., decr. 15 oct. 1678, § 1, n. 3°, 4°, 14°, § 4.

CAPUT I.

DE PROCESSIBUS A LOCI ORDINARIO IURE PROPRIO INSTRUENDIS.

Can. 2038. - § 1. Ad introductionem causae beatificationis Servi Dei, a Sede Apostolica obtinendam, debet prius iure constare de puritate doctrinae in eius scriptis, de eiusdem fama sanctitatis, virtutum et miraculorum vel martyrii, de absentia cuiuslibet obstaculi quod peremptorium videatur; mox vero de cultu publico eidem non praestito.

§ 2. Quare ad preces postulatoris Ordinarius, si petitionem admittendam esse existimaverit, debet:

1.° Scripta Servi Dei perquirere;

2.° Processum informativum instruere super fama sanctitatis, virtutum in genere vel martyrii, causae martyrii et miraculorum;

3.° Processum instruere super non cultu.

Can. 2039. - § 1. Ad haec competens est Ordinarius loci in quo Servus Dei supremum diem obiit, aut miracula contigerunt; qui tamen non debet ipse per se iudicium instruere, si sit de gente Servi Dei.

§ 2. Cum antiquus exstat processus super fama sanctitatis vel martyrii ante annos triginta confectus, sed causa, antequam a Sede Apostolica obtineret legitimam introductionem, qualibet de causa fuerit intermissa, ad eosdem Ordinarios eorumve successores pertinet processum informativum conficere super continuatione famae sanctitatis vel martyrii.

Can. 2040. - § 1. Tribunal constare debet praeside, qui est ipsemet Ordinarius per se vel per sacerdotem ad hoc delegatum, et in hoc altero casu duobus aliis iudicibus ab eodem Ordinario eligendis inter iudices synodales.

§ 2. Ordinarius per decretum designet tribunalis praesidem, sive hoc munus sibi reservet, sive delegatum cum duobus aliis iudicibus nominet; eodemque decreto nominet fidei promotorem et notarium.

2038 § 1: Benedictus XIV, ep. «*Sollicitudini*», 1 oct. 1745, § 5; S. R. C., litt. encycl. 12 mart. 1631; instr. a. 1878.

2038 § 2. 3.°: Benedictus XIV, ep. «*Sollicitudini*», 1 oct. 1745, § 5; S. R. C., litt. encycl. 12 mart. 1631; instr. a. 1878.

GLAVA I.

POSTUPCI, KOJE POKREĆE MJESNI ORDINARIJ O VLASTITOM PRAVU

Kan. 2038. - § 1. Za to da se od Apostolske Stolice može postići pokretanje parnice o proglašenju Božjeg Službenika blaženim, mora biti prije pravno utvrđena čistoća nauke u njegovim spisima, da postoji glas njegove svetosti, kreposti, čudesa ili mučeništva, da ne postoji nikakova smetnja, koja se čini dokidnom; a onda i to, da mu nije iskazivano javno štovanje.

§ 2. Stoga mora Ordinariji na molbu voditelja, ako drži, da traženje treba primiti:

1.° Ispitati spise Božjeg Službenika;

2.° Provesti izvidni postupak o glasu svetosti, o krepostima uopće ili mučeništvu, o razlogu mučeništva i o čudesima.

3.° Provesti postupak o tom, da nema štovanja.

Kan. 2039. - § 1. Za ovo je nadležan Ordinarij mjesta, u kojemu je Službenika Božjega zatekla smrt, odnosno gdje su se dogodila čudesa; no on ne treba da sam osobno provodi sudski postupak onda, kada pripada redu Božjeg Službenika.

§ 2. Kada postoji stari postupak o glasu svetosti ili mučeništvu, koji je proveden prije trideset godina, ali je parnica bilo s kojega razloga obustavljena prije no što je postigla od Apostolske Stolice zakonito pokretanje, spada na iste Ordinarije ili njihove nasljednike sprovesti izvidni postupak o produženju glasa svetosti ili mučeništva.

Kan. 2040. - § 1. Sudište mora biti sastavljeno od predsjednika, koji je sam Ordinarij osobno ili po svećeniku za to opunomoćenom, te u ovomu drugom slučaju od daljnja dva suca, koja ima izabrati između sinodskih sudaca isti Ordinarij.

§ 2. Ordinarij mora predsjednika sudišta odrediti odlukom, bilo da ovu službu sebi pridržava, bilo da imenuje punomoćnika s druga dva suca; a u istoj odluci mora imenovati zaštitnika vjere i bilježnika.

2039 § 1: S. R. C., instr. a. 1878.

2040 § 1: S. R. C., litt. encycl. 12 mart. 1631.

2040 § 2: Pius X, motu propr. «*Inter multiplices*», 21 febr. 1905, n. 23, 24, 46, 71.

Can. 2041. - § 1. Sessiones tribunalis pro excipiendo iureiurando et examine testium habeantur diurno, quoad fieri potest, tempore et in loco sacro.

§ 2. Post unamquamque sessionem acta causae claudi et iudicis sigillo obsignari debent, non aperienda, nisi in sequenti sessione, postquam iudex sigillum integrum et intactum recognoverit; si sigillum integrum et intactum non inveniatur, iudex rem deferat ad Sacram Congregationem.

ART. I.

DE PERQUISITIONE SCRIPTORUM SERVI DEI.

Can. 2042. - Nomine scriptorum veniunt non modo opera inedita Servi Dei, sed etiam quae iam typis fuerint impressa; item conciones, epistolae, diaria, autobiographiae, quidquid denique vel ipse per se, vel aliena manu exaraverit.

Can. 2043. - § 1. Ordinarius per publicum edictum in singulis paroeciis, si fieri potest, vulgandum vel alio opportuniore modo scripta Servi Dei ab omnibus penes quos exstent ad tribunal deferri iubeat, et praescripta Can. 2023-2025 in memoriam revocet atque urgeat.

§ 2. Si vero agatur de causa Servi Dei ad religionem aliquam pertinentis, vulgari praeterea debet edictum in singulis eiusdem religionis domibus; et Superiores gravi obligatione tenentur curandi ut haec publicatio fiat, habita expressa mentione praescripti Can. 2025, § 2, itemque ut omnes subditi qui habeant, scripta remittant.

§ 3. Munus est promotoris fidei instare ut edictum publicetur etiam in aliis locis ubi spes sit fore ut aliquis inveniatur qui scriptum aliquod penes se habeat.

Can. 2044. - § 1. Ordinarius non solum ad instantiam postulatoris, sed etiam ex officio scripta Servi Dei diligenter perquirat.

§ 2. Quando scripta in aliena dioecesi reperiuntur, iudex roget Ordinarium illius dioecesis, ut ea ipse perquirat ad normam iuris et ad se una cum actis transmittat.

2041 § 2: S. R. C., deer. 15 oct. 1678, § 1, n. 3°.

Kan. 2041. - § 1. Sjednice sudišta za primanje prisege i preslušavanje svjedoka moraju se, po mogućnosti, držati danju i na svetom mjestu.

§ 2. Poslije svake sjednice moraju se parnični spisi zaključiti i zatvoriti sudskim pečatom, a ne smiju se otvarati, dok se ne održi naredna sjednica, pošto sudac nađe da je pečat čitav i nedirnut; ako se pečat ne bi našao čitavim i nedirnutim, ima sudac o stvari izvijestiti Sveti Zbor.

ČLANAK I.

ISPITIVANJA SPISA SLUŽBENIKA BOŽJEGA

Kan. 2042. - Pod imenom spisa razumijevaju se ne samo neizdana djela Božjeg Službenika, nego i ona, koja su već bila objavljena tiskom; isto tako propovijedi, pisma, dnevnici, vlastiti životopisi, te konačno sve što je on napisao bilo sam osobno, bilo tuđom rukom.

Kan. 2043. - § 1. Ordinarij mora izdati odredbu javnim oglasom, koji se ima, ako je moguće, proglasiti u svakoj pojedinoj župi, ili na drugi prikladni način, da su spise Službenika Božjeg dužni svi, kod kojih se nalaze, predati sudištu, te ujedno opomenuti na odredbe kan. 2023-2025 i tražiti da se izvrše.

§ 2. A ako se radi o Službeniku Božjem, koji pripada nekoj redovničkoj družbi, mora se povrh toga oglas proglasiti u svakoj pojedinoj kući iste družbe; a Poglavari imaju tešku obvezu pobrinuti se, da ovaj proglas bude izvršen, time da se izričito spomene odredbe kan. 2025, § 2, a isto tako, da svi potčinjeni moraju predati spise, ako ih imaju.

§ 3. Dužnost je zaštitnika vjere zahtijevati, da se oglas proglasi i u drugim mjestima, gdje bi bilo nade, da će se naći netko, koji bi imao kod sebe kakav spis.

Kan. 2044. - § 1. Ordinarij je dužan, ne samo na zahtjev voditelja, nego i po službenoj dužnosti pomnjivo potraživati spise Božjeg Službenika.

§ 2. Kada se spisi nalaze u tuđoj biskupiji, ima sudac zamoliti Ordinarija one biskupije, da ih on potraži prema odredbi zakona i njemu dostavi zajedno s parničnim zapisima.

2044 § 1: Benedictus XIV, ep. «*Sollicitudini*», 1 oct. 1745, § 5.

Can. 2045. - § 1. Si qui ex possessoribus autographa retinere cupiant, horum apographum authenticum ipse notarius conficiendum curet, ad Sacram Congregationem una cum processu transmittendum.

§ 2. Quod attinet ad scripta in bibliotheca aut tabulario asservata, standum praescripto Can. 2036, §§ 2, 3.

Can. 2046. - Notarius diligenter describat tum scriptorum numerum et qualitatem, tum acta omnia perquisitionis ipsorum; quae acta debent praeterea ab Ordinario vel ab eius delegato et promotore fidei subscribi ac Ordinarii sigillo muniri.

Can. 2047. - § 1. Postulator iusiurandum coram Ordinario emittat de scriptorum perquisitione a se diligenter facienda, et postea de eadem diligenter peracta.

§ 2. Si agatur de Serva Dei quae ad aliquam religionem pertinuerit, suprema religionis Moderatrix vel Antistita monasterii iusiurandum pariter praestet se diligentem scriptorum perquisitionem peregisse, omnia quae possidebat Servae Dei scripta tradidisse, neque sibi constare aliquam ex suis subditis aliasve personas eiusdem Servae Dei scripta adhuc retinere.

Can. 2048. - Si agatur de causa alicuius martyris, perquisitio scriptorum fieri etiam potest post signatam commissionem introductionis causae apud Sacram Congregationem, secundum instructiones a Promotore generali fidei ea de re dandas.

ART. II.

DE PROCESSU INFORMATIVO.

Can. 2049. - Processus informativus per Ordinarios instruitur; et si inchoatus non fuerit intra triginta annos a morte Servi Dei, ut ad ulteriora procedi possit, probari debet nullam in casu fraudem vel dolum aut culpabilem negligentiam adfuisse.

Can. 2050. - § 1. In testium excussione super fama sanctitatis, martyrii et miraculorum serventur praescripta Can. 2019, 2020.

Kan. 2045. - § 1. Ako bi netko htio, da zadrži svojeručne primjerke, ima tada sam bilježnik prirediti ovjereni prijepis, koji se mora dostaviti zajedno s postupkom Svetomu Zboru.

§ 2. U pogledu spisa, koja se čuvaju u kojoj knjižnici ili pismari, ima se obdržavati propis kan. 2036, §§ 2, 3.

Kan. 2046. - Bilježnik mora pomnjivo pribilježiti kako broj i kakvoću spisa, tako i sve radnje o njihovom potraživanju; a ove zapisnike moraju osim toga potpisati Ordinarij ili njegov pomoćni biskup i zaštitnik vjere, te im treba utisnuti Ordinarijev pečat.

Kan. 2047. - § 1. Voditelj ima pred Ordinarijem položiti prisegu, da će ispitivanje spisa zdušno izvršivati i kasnije da ih je marljivo potraživao.

§ 2. Ako se radi o Božjoj Službenici, koja je pripadala nekoj redovničkoj družbi, mora vrhovna Starješinica odnosno Nadstojnica družbe isto tako položiti prisegu, da je pomnjivo izvršila potraživanja spisa, da je predala sve spise Božje Službenice, koje je imala, te da joj nije poznato, da bi koja od njezinih potčinjenih ili druge osobe imale još kakove spise Božje Službenice.

Kan. 2048. - Ako se radi o parnici kojega mučenika, može također biti izvršeno potraživanje spisa pošto je određeno povjerenstvo za pokretanje parnice od Svetoga Zbora, prema uputama, koje će dati u toj stvari glavni Zaštitnik vjere.

ČLANAK II.

IZVIDNI POSTUPAK

Kan. 2049. - Izvidni postupak provađaju Ordinariji; a ako on nije započet unutar trideset godina od smrti Službenika Božjeg, ne smije se dalje postupati dok nije dokazano, da nije bilo po srijedi nikakove zle namjere ili prevare ili skrivljenog nemara.

Kan. 2050. - § 1. Kod preslušavanja svjedoka o glasu svetosti, mučeništva i čudesa moraju se obdržavati propisi kan. 2019, 2020.

§ 2. Non est necesse ut constet in specie de virtutibus, martyrio, miraculis, sed sufficit ut probetur fama in genere, spontanea, non arte aut diligentia humana procurata, orta ab honestis et gravibus personis, continua, in dies aucta et vigens in praesenti apud maiorem partem populi.

§ 3. Praemissis generalibus quaestionibus ad normam Can. 1774, testibus quaestio in primis a iudice proponatur quid nempe de vita, virtutibus, miraculis aut martyrio Servi Dei ad eorum notitiam pervenerit et quomodo haec noverint et an sciant de eisdem esse publicam famam, et deinde interrogandi sunt super interrogatoriis a promotore fidei confectis et super articulis a postulatore exhibitis.

Can. 2051. - Absolvi nequit processus informativus, nisi prius promotor fidei omnes ad se remissas litteras, de quibus in Can. 2025, expenderit eique constiterit examinatos fuisse eos de quibus in can 2023-2025.

Can. 2052. - Tribunal cum iudicaverit probationes omnes sive per testium examen sive per documentorum exhibitionem fuisse collectas et scripta omnia Servi Dei, quae haberi poterant, in actis esse, audito promotore fidei, moneat postulatorem ut, si alia habeat, offerat intra certum temporis spatium, quo elapso, processui finis imponitur.

Can. 2053. - Iubente iudice et non contradicente promotore fidei, notarius publicet processum; qui scribae a tribunali designato transcribendus tradatur.

Can. 2054. - Exemplar processus, seu, ut aiunt, *transumptum,* sicut acta archetypa, manu transcribantur.

Can. 2055. - Absoluto transumpto, fiat eius collatio cum archetypo a notario et ab eius adiuncto, praesentibus uno ex iudicibus et promotore fidei; qua collatione expleta, ad authenticitatem transumpti probandam tum notarius tum iudex et promotor fidei subscriptione sua et sigillo transumptum communiant.

Can. 2056. - § 1. Absoluta collatione, archetypum clauditur et sigillis munitur in archivo Curiae diligenter asservandum et nunquam aperiendum sine venia Sedis Apostolicae.

2050 § 2: S. R. C., litt. encycl. 12 mart. 1631.

2050 § 3: S. R. C., instr. a. 1878.

§ 2. Nije potrebno, da kreposti, mučeništva, čudesa budu posebice dokazana, nego je dovoljno dokazati, da postoji općenito glas, koji je nastao sam od sebe, a nije stvoren umjetno ili ljudskim poticanjem, da se je najprije pojavio kod osoba časnih i ozbiljnih, da bez prekida traje, da s dana u dan raste i da sada vlada kod većega dijela puka.

§ 3. Pošto su svjedoci odgovorili najprije na opća pitanja prema propisu kan. 1774, ima im sudac postaviti poglavito pitanje, naime što im je poznato o krepostima, čudesima ili mučeništvu Božjega Službenika i kako su to saznali, te da li znadu, da o tom postoji javni glas, a zatim se imaju ispitati na pitanja koje je sastavio zaštitnik vjere i na upitne članke, koje je predložio voditelj.

Kan. 2051. - Izvidni se postupak ne može zaključiti, dok nije zaštitnik vjere prije proučio sva njemu dostavljena pisma spomenuta u kan. 2025, te dok se ne uvjeri, da su preslušani svi spomenuti u kan. 2023-2025.

Kan. 2052. - Kada sudište smatra, da su sabrana sva dokazala bilo po preslušavanju svjedoka bilo po podnešenim ispravama i da su svi spisi Službenika Božjega, do kojih se je moglo doći, priloženi zapisniku, mora, saslušavši zaštitnika vjere, pozvati voditelja, da predloži, ako još što drugoga ima, u određenom roku, pa kada ovaj prođe, postupak se zaključi.

Kan. 2053. - Po odredbi suca i pristanku zaštitnika vjere, ima bilježnik postupak objaviti; taj se onda mora predati pisaru, kojega imenuje sudište, da ga prepiše.

Kan. 2054. - Prijepis postupka, ili, što kažu, *dvopis*, mora kao i izvorni prvopis, biti pisan rukom.

Kan. 2055. - Kada je dvopis završen, mora bilježnik i njegov pristav u prisutnosti jednoga suca i zaštitnika vjere, izvršiti usporedbu s izvornim prvopisom; kada je ova uporedba izvršena, imaju i bilježnik i sudac, te zaštitnik vjere, u dokaz vjernosti dvopisa, staviti na dvopis svoj potpis i pečat.

Kan. 2056. - § 1. Pošto je uporedba dovršena, izvorni se prvopis zatvara i pečatima zapečati, pa se ima pomnjivo čuvati u pismohrani Kurije i ne smije se nikada otvarati bez dopuštenja Apostolske Stolice.

2054: S. R. C., decr. 8 apr. 1889, n. II.

2056 § 1: S. R. C., litt. encycl. 12 mart. 1631; decr. 8 apr. 1889, n. II.

§ 2. Transumptum vero clauditur et obsignatur sigillo Ordinarii atque hac de re notarius instrumentum in duplici exemplari conficit, alterum Romam transmittendum, alterum in archivo Curiae asservandum.

ART. III.

DE PROCESSU SUPER NON CULTU.

Can. 2057. - Tribunal praeter testes inductos a postulatore, duos alios ex officio inducat omnesque interroget num Servo Dei cultus publicus fuerit unquam praestitus.

Can. 2058. - Tribunal adeat praeterea et diligenter inspiciat sepulcrum Servi Dei, cubiculum in quo habitavit vel obiit, et si qua sint alia loca ubi cultus signa adesse merito quis suspicari possit.

Can. 2059. - Si in processus decursu non levia habeantur indicia cultus interea Servo Dei praestiti, munus esto promotoris fidei instare ut ulterior inquisitio hac de re peragatur.

Can. 2060. - Tribunal debet sententia definire utrum cultus Servo Dei fuerit praestitus, necne.

ART. IV.

DE TRANSMISSIONE PROCESSUS SCRIPTORUM SERVI DEI, PROCESSUS INFORMATIVI ET DE NON CULTU AD SACRAM CONGREGATIONEM.

Can. 2061. - Ordinarius statim ac expleverit perquisitionem scriptorum, ea Romam una cum *processiculo* mittat *diligentiarum,* idest cum iuridica relatione diligentiarum quibus in perquirendis scriptis usus est.

Can. 2062. - Si post perquisitionem scriptorum Servi Dei alia in decursu causae reperiantur, ea statim ad Sacram Congregationem transmittenda sunt, nec ad ulteriora procedi potest, nisi prius revisa fuerint.

Can. 2063. - § 1. Transumptum processus informativi Ordinarius postulatori tradat ad Sacram Congregationem transmittendum.

2056 § 2: S. R. C., litt. encycl. 12 mart. 1631.

§ 2. Dvopis pako zatvoriti se i zapečati pečatom Ordinarijevim, te onda bilježnik o tom sačiniti ispravu u dvopisnim primjercima, od kojih se jedan mora otpremiti u Rim, a drugi čuvati u pismohrani Kurije.

ČLANAK III.

POSTUPAK O TOM, DA NEMA ŠTOVANJA

Kan. 2057. - Sudište mora, osim svjedoka predloženih od strane voditelja, pozvati dva daljnja po službenoj dužnosti, te sve ispitati, da li se je Službeniku Božjem ikada iskazivalo javno štovanje.

Kan. 2058. - Povrh toga ima sudište otići na grob Službenika Božjega, u sobu, u kojoj je prebivao ili umro, te i na druga mjesta, gdje bi se s pravom moglo držati, da bi moglo biti znakova štovanja, te ih pregledati.

Kan. 2059. - Ako se tokom postupka pojave znaci jače sumnje o štovanju iskazivanom Božjem Službeniku u međuvremenu, dužnost je zaštitnika vjere zahtijevati, da se to dalje istraži.

Kan. 2060. - Sudište mora donijeti o tom odluku, da li je Službeniku Božjem bilo iskazivano štovanje ili ne.

ČLANAK IV.

DOSTAVLJANJE POSTUPKA O SPISIMA BOŽJEG SLUŽBENIKA, IZVIDNOG POSTUPKA I POSTUPKA O TOM DA NEMA ŠTOVANJA SVETOMU ZBORU

Kan. 2061. - Ordinarij mora odmah čim je potražnju spisa izvršio, poslat ih u Rim, zajedno s *postupčićem na brižnost*, to jest s pravničkim izvještajem o brižnostima, kojima se je služio pri potražnji spisa.

Kan. 2062. - Ako bi se poslije potražnje spisa Božjega Službenika u toku postupka pronašli još drugi, imaju se oni odmah otposlati Svetomu Zboru, i ne smije se dalje postupati, dok oni nisu najprije pregledani.

Kan. 2063. - § 1. Dvopis izvidnoga postupka mora Ordinarij predati voditelju, da se pošalje Svetomu Zboru.

§ 2. Una cum transumpto mittat quoque litteras tum iudicum ad Sacram Congregationem tum promotoris fidei ad Promotorem fidei generalem, ut Sacra Congregatio certior fiat tum de fide testibus praestanda tum de omnibus actis legitime absolutis.

§ 3. Transmittat quoque ordinarius descriptionem formae sigilli, quo transumptum obsignavit, vel eiusdem sigilli exemplar.

Can. 2064. - Item Ordinarius expletum processum de non cultu ad Sacram Congregationem per postulatorem transmittat.

CAPUT II.

DE CAUSAE INTRODUCTIONE APUD SACRAM CONGREGATIONEM.

ART. I.

DE REVISIONE SCRIPTORUM.

Can. 2065. - Statim ac scripta Servi Dei Romam transmissa fuerint, sunt illa quidem examini subiicienda; sed Sacra Congregatio debet opportune investigare utrum, praeter exhibita, alia quoque Servi Dei scripta sive a privatis custodita sive in publicis archivis consignata exstent.

Can. 2066. - § 1. Revisores scriptorum in singulis causis deligantur a Cardinali Ponente, audito Promotore generali fidei; eorumque nomina secreto serventur.

§ 2. Ad hoc munus adsciscantur sacerdotes qui laurea saltem in theologia vel, si religiosi fuerint, aequivalenti titulo sint donati.

Can. 2067. - § 1. Scripta Servi Dei tradantur a secretario revisoribus ad id munus adscitis ita ut singolorum scriptorum examen fiat a duobus revisoribus, quorum alter alteri sit ignotus.

2065: S. R. C., decr. 26 aug. 1913, n. III.

§ 2. Zajedno s dvopisom ima poslati Svetom Zboru pisma kako od strane sudaca Svetomu Zboru, tako i od strane zaštitnika vjere Glavnom zaštitniku vjere, da Sveti Zbor bude obaviješten i o vjerodostojnosti svjedoka i o zakonitosti svih izvršenih čina.

§ 3. Ordinarij neka pošalje i opis oblika pečata, kojim je dvopis zapečatio, ili otisak istoga pečata.

Kan. 2064. - Isto tako mora Ordinarij po voditelju dostaviti Svetom Zboru dovršeni postupak o tom, da nema štovanja.

GLAVA II.

POKRETANJE PARNICE KOD SVETOGA ZBORA

§ 2. A za proglašenje Svetim takovih Blaženika, koji su jednakovrijedno proglašeni Blaženima, traži se priznanje triju čudesa, koja su se dogodila poslije jednakovrijednog proglašenja Blaženim.

Kan. 2139. - § 1. Kada se tvrdi, da se je po zagovoru kojega Blaženika dogodilo čudo, izdaje Sveti Zbor na molbu voditelja, ako je to po volji Njegovoj Svetosti, odluku, da se parnica ima obnoviti i da se imaju provesti novi postupci prema odredbama sadržanima u prednjim kanonima.

§ 2. Pošto bude valjanost tih postupaka utvrđena, ravna se rasprava o novim čudesima istim onim zakonima, koji su naprijed sadržani u kan. 2116-2124.

2138 § 2: S. R. C., decr. 11 nov. 1912, n. 7.

Can. 2140. - Post haec omnia, Romanus Pontifex, auditis votis Patrum Cardinalium et consultorum, si et quando opportunum iudicaverit, decretum fert, quo decernit tuto procedi posse ad sollemnem Beati canonizationem.

Can. 2141. - Sollemnis Beatorum canonizatio, postquam in Consistorio decreta fuerit, fit servatis ritibus et sollemnitatibus in Romana Curia receptis.

2141: Benedictus XIV, const. *«Ad Sepulcra»,* 23 nov. 1741, § 1-5; const. *«Ad honorandam»,* 27 mart. 1752, § 20.

Kan. 2140. - Poslije svega toga izdaje Rimski Prvosvećenik, saslušavši mišljenje Otaca Stožernika i savjetnika, ako i kada to smatra shodnim, odluku, kojom određuje, da se sa sigurnošću može pristupiti svečanom proglašenju Blaženika Svetim.

Kan. 2141. - Svečano proglašenje Blaženika Svetima, izvršuje se, pošto bude u Konzistoriju odlučeno, uz obdržavanje obreda i svečanosnih čina, koji su usvojeni u Rimskoj Kuriji.

PARS TERTIA

DE MODO PROCEDENDI IN NONNULLIS EXPEDIENDIS NEGOTIIS VEL SANCTIONIBUS POENALIBUS APPLICANDIS

Can. 2142. - In processibus de quibus infra, adhibeatur semper notarius, qui scripto consignet acta quae ab omnibus subscribi debent et in archivo servari.

Can. 2143. - § 1. Quoties monitiones praescribuntur, hae fieri debent vel oretenus coram cancellario aliove officiali Curiae aut duobus testibus vel per epistolam ad normam Can. 1719.

§ 2. Peractae monitionis eiusque tenoris documentum authenticum in actis servetur.

§ 3. Qui impedit quominus monitio ad se perveniat, habeatur pro monito.

Can. 2144. - § 1. Examinatores et consultores ac notarius debent, interposito ab initio processus iureiurando, servare secretum circa omnia quae ratione sui muneris noverint ac praesertim circa documenta occulta, disceptationes in consilio habitas, suffragiorum numerum ac motiva.

2142: S. C. Consist., decr. *«Maxima cura»,* 20 aug. 1910, Can. 10, § 1.

2143 § 1: S. C. Consist., decr. *«Maxima cura»,* 20 aug. 1910, Can. 1.

2143 § 2: S. C. Consist., decr. *«Maxima cura»,* 20 aug. 1910, Can. 1.

DIO TREĆI

NAČIN POSTUPANJA PRI RJEŠAVANJU NEKIH PREDMETA ODNOSNO PRI PRIMJENJIVANJU KAZNENIH PRINUDA

Kan. 2142. - U postupcima o kojima je dalje riječ mora se uvijek uzeti bilježnik, koji ima bilježiti u zapisnik, što ga svi moraju potpisati i treba ga pohraniti u pismohrani.

Kan. 2143. - § 1. Kadgod su propisane opomene, one moraju biti učinjene bilo usmeno u prisutnosti ravnatelja pisarne ili drugoga službenika Kurije ili dvojice svjedoka, bilo putem pisma prema odredbi kan. 1719.

§ 2. O tom da je opomena učinjena i kako je glasila mora se u spisima sačuvati vjerovna dokaznica.

§ 3. Tko spriječi, da mu se opomena dostavi, smatra se opomenutim.

Kan. 2144. - § 1. Ispitači i savjetnici, te bilježnik dužni su, položivši na početku postupka prisegu, čuvati tajnu o svemu, što su saznali po svojoj službi, a osobito u pogledu skrovitih dokaznica, rasprava održanih u vijeću, broja i obrazloženja glasova.

2144 § 1: S. C. Consist., decr. *«Maxima cura»,* 20 aug. 1910, can, 7, § 1; 3 oct. 1910, ad 12; decr. 15 febr. 1912.

§ 2. Si huic praescripto minime paruerint, non solum a munere amoveri debent, sed alia etiam condigna poena ab Ordinario, servatis servandis, plecti poterunt; ac praeterea damna, si qua inde secuta sint, sarcire tenentur.

Can. 2145. - § 1. In iis processibus summarie procedendum est; at duo vel tres testes sive ex officio arcessiti sive a parte inducti audiri non prohibentur, nisi Ordinarius, auditis parochis consultoribus seu examinatoribus, existimaverit partes eos inducere ad moras nectendas.

§ 2. Testes et periti, nisi iurati, ne admittantur.

Can. 2146. - § 1. A definitivo decreto unicum datur iuris remedium, idest recursus ad Sedem Apostolicam.

§ 2. Quo in casu ad Sanctam Sedem omnia acta processus transmittenda sunt.

§ 3. Pendente recursu, Ordinarius paroeciam vel beneficium quo clericus privatus sit, alii stabiliter conferre valide nequit.

2144 § 2: S. C. Consist., decr. *«Maxima cura»*, 20 aug. 1910, Can. 7, § 2.

2145 § 1: S. C. Consist., decr. *«Maxima. cura»*, 20 aug. 1910, Can. 15, § 2-4.

§ 2. Ako ovaj propis pogaze, imaju se ne samo smijeniti od službe, nego ih Ordinarij može obdržavajući što treba, udariti i drugom primjerenom kaznom; i povrh toga dužni su naknaditi štetu, ukoliko je odatle nastala.

Kan. 2145. - § 1. U ovim se postupcima ima postupati skraćeno; no nije zabranjeno preslušati dva ili tri svjedoka bilo da se pozovu po službenoj dužnosti, bilo da ih stranka predloži, osim ako bi Ordinarij, saslušavši župnike savjetnike odnosno ispitače, ocijenio, da ih stranke predlažu samo zato, da zategnu postupak.

§ 2. Svjedoci se i vještaci smiju saslušati samo zaprisegnuti.

Kan. 2146. - § 1. Protiv konačne odluke ima samo jedan pravni lijek, to jest pritužba na Apostolsku Stolicu.

§ 2. U takovom se slučaju moraju dostaviti Svetoj Stolici svi postupovni spisi.

§ 3. Dok pritužba nije riješena, ne može Ordinarij valjano drugomu stalnosno podijeliti župu ili nadarbinu, koja je duhovniku oduzeta.

2146 § 1: Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»*, 30 mart. 1742, § 23; S. C. C., *Sagonen.*, 21 iun. 1623.

TITULUS XXVII.

DE MODO PROCEDENDI IN REMOTIONE PAROCHORUM INAMOVIBILIUM.

Can. 2147. - § 1. Parochus inamovibilis a sua paroecia amoveri potest ob causam, quae ipsius ministerium, etiam citra gravem suam culpam, noxium aut saltem inefficax reddit.

§ 2. Hae causae sunt praesertim quae sequuntur:

1.° Imperitia vel permanens infirmitas mentis aut corporis, quae parochum suis muneribus rite obeundis imparem reddit, si, iudicio Ordinarii, per vicarium adiutorem bono animarum provideri nequeat ad normam Can. 475;

2.° Odium plebis, quamvis iniustum et non universale, dummodo tale sit, quod utile parochi ministerium impediat, nec brevi cessaturum praevideatur;

3.° Bonae existimationis amissio penes probos et graves viros, sive haec oriatur ex levi vivendi ratione parochi, sive ex antiquo eius crimine quod nuper detectum eximatur iam poena ob praescriptionem, sive ex facto familiarium et consanguineorum quibuscum parochus vivit nisi per eorum discessum bonae parochi famae sit satis provisum;

4.° Probabile crimen occultum, parocho imputatum, ex quo Ordinarius prudenter praevidet magnam in posterum oriri posse fidelium offensionem;

5.° Mala rerum temporalium administratio cum gravi ecclesiae aut beneficii damno, quoties huic malo remedium afferri nequeat sive auferendo administrationem parocho, sive alio modo, quamvis aliunde parochus spirituale ministerium utiliter exerceat.

2147 § 1: C. 38, C. XVI, q. 7; Conc. Trident., sess. XXI, *de ref.*, c. 6; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»*, 30 mart. 1742, § 12; S. C. Consist., decr. *«Maxima cura»*, 20 aug. 1910; S. C. C., *Pharen.*, 14 maii 1859.

2147 § 2. 5.°: C. 4, X, *de clerico aegrotante vel debilitato*, III, 6: Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»*, 30 mart. 1742, § 12, 25; S. C. Ep. et Reg., *Alben.*, 15 oct. 1601; *Novarien.*, 12 ian. 1604; *Tiburtina*, 20 iun. 1831; *Lublinen.*, 8 mart. 1898; S. C.

NASLOV XXVII.

NAČIN POSTUPANJA PRI SMJENJIVANJU STALNOSNIH ŽUPNIKA

Kan. 2147. - § 1. Stalnosni župnik može biti sa svoje župe smijenjen zbog razloga, koji čini, i ako mimo kakove njegove teške krivnje, njegovo službovanje štetnim ili barem bezuspješnim.

§ 2. Takovi su razlozi osobito ovi, što slijede:

1.° Neukost ili trajna duševna ili tjelesna slabost, koja župnika čini nesposobnim za izvršivanje njegovih dužnosti, ako se ne može, po sudu Ordinarijevom, dobru duša poskrbiti po namjesniku pomagaču prema odredbi kan. 475;

2.° Mržnja puka, iako nije opravdana niti općenita, pod uvjetom da je takova, što spriječava župnikovo uspješno službovanje, a ne predviđa se, da će uskoro prestati;

3.° Gubitak potrebnog poštovanja kod časnih i ozbiljnih ljudi, bilo da je to nastupilo zbog lakomislenog načina života župnikovog, bilo zbog njegovog ranije počinjenog krivičnog djela, koje je tek sada otkrito i zato oslobođeno od kazne poradi zastare, bilo zbog čina ukućana i srodnika, s kojima župnik živi, osim ako bi za dobri glas župnikov bilo dovoljno učinjeno, kada bi oni od njega otišli;

4.° Vjerojatno počinjeno zločinstvo, koje je skrovito, a pripisuje se župniku, a zbog kojega Ordinarij razborito predviđa, da bi kasnije mogla nastati kod vjernika velika sablazan;

5.° Nevaljana uprava s imovinom s teškom štetom za crkvu ili nadarbinu, kadgod se ovomu zlu ne može pomoći bilo time, da se župniku oduzme uprava, bilo drugim kojim načinom, iako župnik inače uspješno izvršuje duhovnu službu.

Consist., decr. *«Maxima cura»*, 20 aug. 1910, Can. 1; S. C. C., *Placentina*, 22 nov., 6 dec. 1727; *Eistetten.*, 21 iul., 11 aug., 22 sept. 1742; *Sedunen.*, 29 iul., 19 aug., 9 sept. 1775; *Taurinen.*, 7 iul. 1855; *Acheruntina*, 31 mart., 22 sept. 1855; *Colonien.*, 26 apr., 5 iul. 1856; *Limburgen.*, 27 iun., 19 dec. 1857; *Herbipolen.*, 22 dec. 1860; *Albien.*, 1 sept. 1883, 19 ian. 1884; *Premislien.*, 18 iun., 20 aug. 1887; *Spalaten.*, 14 dec. 1895, 25 iul. 1896; S. C. de Prop. Fide, 10 ian. 1757.

Can. 2148. - § 1. Quoties, prudenti Ordinarii iudicio, in unam ex causis de quibus in Can. 2147 parochus incidisse videatur, ipsemet Ordinarius, auditis duobus examinatoribus et veritate gravitateque causae cum eis discussa, parochum scripto vel oretenus ad paroeciae renuntiationem intra certum tempus faciendam invitet, nisi agatur de parocho vitio mentis laborante.

§ 2. Invitatio, ut acta valeant, continere debet causam quae Ordinarium movet et argumenta quibus ipsa innititur.

Can. 2149. - § 1. Si parochus intra praestitutos dies nec renuntiet nec dilationem postulet neque causas ad amotionem invocatas oppugnet, Ordinarius, postquam constiterit et invitationem ad renuntiandum, rite factam, parocho innotuisse et ipsum quominus responderet legitime impeditum non fuisse, eum statim a paroecia amoveat, quin teneatur praescripto Can. 2154.

§ 2. Quod si non constet de superius indicatis duobus adunctis, Ordinarius opportune provideat aut iterando invitationem ad renuntiandum aut prorogando tempus utile ad respondendum.

Can. 2150. - § 1. Si parochus paroeciae renuntiet, Ordinarius paroeciam ex renuntiatione vacante declaret.

§ 2. Potest vero parochus, loco causae ab Ordinario invocatae, aliam ad renuntiandum afferre sibi minus molestam vel minus gravem, dummodo vera et honesta sit, ex. gr., ut obsequatur Ordinarii desideriis.

§ 3. Renuntiatio fieri potest non solum pure et simpliciter, sed etiam sub conditione, dummodo haec ab Ordinario legitime acceptari possit et reapse acceptetur, et firmo praescripto Can. 186.

Can. 2151. - Parochus, si oppugnare velit causam adductam in invitatione, potest dilationem ad probationes afferendas postulare, quam Ordinarius pro suo prudenti arbitrio concedere potest, dummodo ne sit cessura in detrimentum animarum.

2148 § 1: S. C. Consist., decr. «*Maxima cura*», 20 aug. 1910, Can. 2, 3, 8, 9, 10, § 1, 3.

2148 § 2: S. C. Consist., decr. «*Maxima cura*», 20 aug. 1910, Can. 10, § 2, 3, Can. 11.

2149 § 1: S. C. Consist., decr. «*Maxima cura*», 20 aug. 1910, Can. 10, § 4, Can. 14, § 1.

2149 § 2: S. C. Consist., decr. «*Maxima cura*», 20 aug. 1910, Can. 14, § 2.

Kan. 2148. - § 1. Kadgod se smatra, da je župnik, po razboritom sudu Ordinarijevom, upao u koji od slučajeva navedenih u kan. 2147, treba da isti Ordinarij, saslušavši dvojicu ispitača i razmotrivši s njima istinitost i težinu slučaja, pozove župnika pismeno ili usmeno, da podnese u određenom vremenu odrekunuće na župi, ako se ne radi o župniku duševno bolesnom.

§ 2. Poziv mora, da postupak bude valjan, spomenuti razlog, koji pokreće Ordinarija i dokaze, na kojima se on osniva.

Kan. 2149. - § 1. Ako župnik u određenom mu roku niti podnese odreknuće, niti zamoli produženje roka, niti odgovori pobijanjem za smjenjivanje navedenih razloga, neka Ordinarij, pošto se utvrdi, da je i poziv na odreknuće propisno učinjen i župniku priopćen i da on nije bio zakonito spriječen odgovoriti, istoga sa župe smijeni, te u tom slučaju nije vezan na propis kan. 2154.

§ 2. Za slučaj da gore navedene dvije okolnosti nisu utvrđene, ima Ordinarij tomu shodno doskočiti bilo opetovanjem poziva na odreknuće bilo produženjem korisnog vremena za odgovor.

Kan. 2150. - § 1. Ako župnik podnese odreknuće na župu, neka Ordinarij proglasi, da je župa upražnjena na temelju odreknuća.

§ 2. No župnik može namjesto razloga navedenog od strane Ordinarija, iznijeti za odreknuće drugi kakav, koji je za njega manje tegoban ili od manje važnosti, pod uvjetom da je istinit i ćudoredan, npr., zato, što se pokorava željama Ordinarijevim.

§ 3. Odreknuće može biti podneseno ne samo bezuvjetno i naprosto, nego i uvjetno, samo ako Ordinarij postavljeni uvjet može zakonito primiti i da ga zaista primi, te uz obdržavanje propisa kan. 186.

Kan. 2151. - Ako župnik hoće pobijati razlog naveden u pozivu, može moliti produženje roka da sabere dokazala, što Ordinarij može dopustiti po svojoj razboritoj ocjeni, pod uvjetom da odgađanje nije na štetu dušama.

2150 § 1: S. C. Consist., decr. «*Maxima cura*», 20 aug. 1910, Can. 13, § 3.

2150 § 2: S. C. Consist., decr. «*Maxima cura*», 20 aug. 1910, Can. 13, § 2.

2150 § 3: S. C. Consist., decr. «*Maxima cura*», 20 aug. 1910, Can. 13, § 1.

2151: S. C. Consist., decr. «*Maxima cura*», 20 aug. 1910, Can. 12, 15, § 1.

Can. 2152. - § 1. Rationes a parocho contra invitationem adductas Ordinarius, ut valide agat, auditis iisdem examinatoribus de quibus in Can. 2148, § 1, perpendat, approbet aut reiiciat.

§ 2. Decisio, sive affermativa fuerit sive negativa, parocho significetur decreto.

Can. 2153. - § 1. Contra decretum amotionis potest parochus intra decem dies recursum interponere apud eundem Ordinarium, qui, ne invalide agat, debet, auditis duobus parochis consultoribus, novas allegationes ab eodem parocho intra decem dies ab interposito recursu producendas, simul cum rationibus primo allatis, examinare, approbare aut reiicere.

§ 2. Parochus potest eos testes inducere ad normam Can. 2145, § 1, quos prima vice se inducere non potuisse probaverit.

§ 3. Decisio decreto nota parocho fiat.

Can. 2154. - § 1. Amoto parocho Ordinarius, examinatoribus vel parochis consultoribus, qui partem habuerunt in amotione decernenda, in consilium adscitis, pro viribus consulat sive translatione ad aliam paroeciam vel assignatione alius officii aut beneficii, si ad haec idoneus sit, sive pensione, prout casus ferat et adiuncta permittant.

§ 2. Ceteris paribus in provisione favendum magis renuntianti quam amoto.

Can. 2155. - Negotium novae provisionis parochi amoti potest Ordinarius sive ipso amotionis decreto sive postea, quamprimum tamen, expedire.

Can. 2156. - § 1. Sacerdos a paroecia amotus debet quamprimum liberam relinquere paroecialem domum, et omnia quae ad paroeciam pertinent novo parocho vel oeconomo ab Ordinario interim deputato tradere.

§ 2. Si autem de infirmo agatur qui e paroeciali domo sine incommodo nequit alio transferri, Ordinarius eidem relinquat eius usum etiam exclusivum, eadem necessitate durante.

2152 § 1: S. C. Consist., decr. *«Maxima cura»*, 20 aug. 1910, Can. 19.
2152 § 2: S. C. Consist., decr. *«Maxima cura»*, 20 aug. 1910, Can. 20, 21.
2153 § 1: S. C. Consist., decr. *«Maxima cura»*, 20 aug. 1910, Can. 22-25.
2154 § 1: S. C. Consist., decr. *«Maxima cura»*, 20 aug. 1910, Can. 26, 27, § 1, 2; S. C. C., *Eistetten.*, 21 iul., 11 aug., 22 sept. 1742: *Herbipolen.*, 22 dec. 1860; *Concordien.*, 20 febr. 1897.

Kan. 2152. - § 1. Ordinarij mora, da postupak bude valjan, one razloge, koje je župnik iznio protiv poziva, saslušavši iste ispitače spomenute u kan. 2148, § 1, razmotriti, usvojiti ili odbaciti.

§ 2. Rješenje, bilo da je potvrdno bilo da je odrečno, ima se župniku priopćiti odlukom.

Kan. 2153. - § 1. Župnik može protiv odluke o smjenjivanju podnijeti u roku od deset dana pritužbu istomu Ordinariju, koji mora, da postupak ne bude ništav, saslušavši dvojicu župnika savjetnika, nova očitovanja, koja župnik ima dati u roku od deset dana računajući od podnesene pritužbe, zajedno s razlozima prije iznesenima, ispitati, usvojiti ili odbaciti.

§ 2. Župnik može predložiti kao svjedoke, u skladu s odredbom kan. 2145, § 1, one za koje dokaže, da ih prvi puta nije mogao predložiti.

§ 3. Rješenje se ima župniku priopćiti odlukom.

Kan. 2154. - § 1. Za smijenjenoga župnika ima Ordinarij, pozvavši na savjetovanje o tom ispitače odnosno župnike savjetnike, koji su sudjelovali kod rješenja o smjenjivanju, koliko može poskrbiti bilo premještajem na drugu župu ili podjelbom druge službe ili nadarbine, ako je za takovu sposoban, bilo nadarbinskim podavanjem, prema tomu kakav je slučaj i kako prilike dopuštaju.

§ 2. Uz iste uvjete, treba dati prednost kod nove podjelbe onomu, koji je podnio odreknuće pred onim, koji je smijenjen.

Kan. 2155. - U pogledu nove podjelbe može Ordinarij stvar riješiti bilo u samoj odluci o smjenjivanju bilo kasnije, no čim prije.

Kan. 2156. - § 1. Svećenik koji je sa župe smijenjen, dužan je što prije isprazniti župski dom, te sve što spada na župu predati novom župniku ili od Ordinarija privremeno postavljenom upravitelju.

§ 2. Ako bi se pak radilo o nemoćnome, koji se iz župske kuće ne može bez poteškoća premjestiti drugamo, Ordinarij neka mu ostavi na upotrebu kuću, pa i isključivo, dok traje potreba.

2154 § 2: S. C. Consist., decr. *«Maximu cura»*, 20 aug. 1910, Can. 27, § 3.
2155: S. C. Consist., decr. *«Maxima cura»*, 20 aug. 1910, Can. 28.
2156 § 1: S. C. Consist., decr. *«Maxima cura»*, 20 aug. 1910, Can. 29, § 1.
2156 § 2: S. C. Consist., decr. *«Maxima cura»*, 20 aug. 1910, Can. 29, § 2.

TITULUS XXVIII.

DE MODO PROCEDENDI IN REMOTIONE PAROCHORUM AMOVIBILIUM.

Can. 2157. - § 1. Parochus quoque amovibilis a sua paroecia amoveri potest ex iusta et gravi causa ad normam Can. 2147.

§ 2. Ad parochos religiosos quod attinet, servetur praescriptum Can. 454, § 5.

Can. 2158. - Si Ordinarius aliquam ex his causis adesse existimaverit, parochum paterne moneat atque hortetur ut paroeciae renuntiet, causam indicans, quae paroeciale ipsius ministerium fidelibus noxium aut saltem inefficax reddit.

Can. 2159. - Firmo praescripto Can. 2149, si parochus renuat, rationes in scriptis reddat, quas Ordinarius, ut valide procedat, perpendere debet una cum duobus examinatoribus.

Can. 2160. - Si, auditis examinatoribus, Ordinarius allatas rationes legitimas non iudicaverit, paternas iteret hortationes ad parochum, comminata amotione, si intra congruum definitum tempus paroeciam sponte non dimittat.

Can. 2161. - § 1. Expleto praefinito tempore, quod pro sua prudentia prorogare potest, Ordinarius decretum amotionis emittat.

§ 2. Parocho autem renuntianti aut amoto providere tenetur ad normam Can. 2154-2156.

2157 § 1: S. C. Ep. et Reg., *Rhemen.*, 3 iul. 1868; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 28 mart. 1887.

NASLOV XXVIII.

NAČIN POSTUPANJA PRI SMJENJIVANJU NESTALNOSNIH ŽUPNIKA

Kan. 2157. - § 1. I nestalnosni župnik može biti smijenjen sa svoje župe zbog pravednog i važnog razloga prema kan. 2147.

§ 2. U pogledu redovničkih župnika, ima se obdržavati propis kan. 454, § 5.

Kan. 2158. - Ako Ordinarij smatra, da postoji jedan od ovih razloga, neka župnika očinski opomene i nagovara, da podnese odreknuće na župu, navodeći razlog, koji spisi, da je njegovo službovanje za vjernike štetno ili barem bezuspješno.

Kan. 2159. - Uz obdržavanje propisa kan. 2149, ima župnik, ako to odbija, izložiti pismeno svoje razloge, koje Ordinarij mora, da postupak bude valjan, razmotriti zajedno s dva ispitača.

Kan. 2160. - Ako Ordinarij, saslušavši ispitače, ocijeni da navedeni razlozi nisu zakoniti, treba da ponovno opomene očinski župnika, pod prijetnjom smjenjivanja, ako župu u određenom mu primjerenom roku, od svoje volje ne napusti.

Kan. 2161. - § 1. Kada prođe određeno vrijeme, koje Ordinarij može po svojoj razboritosti produžiti, izdaje odluku o smjenjivanju.

§ 2. A za župnika, koji je podnio odreknuće ili je smijenjen, dužan se je poskrbiti prema odredbama kan. 2154-2156.

TITULUS XXIX.

DE MODO PROCEDENDI IN TRANSLATIONE PAROCHORUM.

Can. 2162. - Si bonum animarum postulet ut parochus a sua, quam utiliter regit, ad aliam paroeciam transferatur, Ordinarius eidem translationem proponat ac suadeat ut eidem pro Dei atque animarum amore consentiat.

Can. 2163. - § 1. Parochum inamovibilem Ordinarius invitum transferre nequit, nisi speciales facultates a Sede Apostolica obtinuerit.

§ 2. Parochus vero amovibilis, si paroecia *ad quam* non sit ordinis nimio inferioris, etiam invitus transferri potest, servatis tamen praescriptis canonum qui sequuntur.

Can. 2164. - Si parochus consilio ac suasionibus Ordinarii non obsequatur, rationes in scriptis exponat.

Can. 2165. - Ordinarius, si, non obstantibus allatis causis, iudicet a proposito non esse recedendum, debet, ut valide agat, super eisdem causis audire duos parochos consultores, et cum eisdem perpendere adiuncta in quibus versatur tum paroecia *a qua* tum paroecia *ad quam,* et rationes quae translationis utilitatem aut necessitatem suadent.

Can. 2166. - Si, auditis parochis, Ordinarius translationem peragendam censeat, paternas exhortationes iteret ut parochus voluntati sui Superioris morem gerat.

Can. 2167. - § 1. His peractis, si parochus adhuc renuat et Ordinarius adhuc putet translationem esse faciendam, parocho praecipiat ut intra certum tempus ad novam se conferat paroeciam, eidem in scriptis significans, elapso praefinito tempore, paroeciam, quam in praesens obtinet, ipso facto vacaturam esse.

§ 2. Hoc tempore inutiliter transacto, paroeciam vacantem declaret.

2162: C. 37, 39, C. VII, q. 1; c. 5, X, *de rerum permutatione,* III, 19.

2163 § 1: S. C. C., *Annecien.,* 22 mart. 1873.

NASLOV XXIX.

NAČIN POSTUPANJA PRI PREMJEŠTAJU ŽUPNIKA

Kan. 2162. - Ako dobro duša zahtijeva, da se župnik sa svoje župe, s kojom uspješno upravlja, premjesti na drugu, neka mu Ordinarij predloži premještaj i savjetuje, da pristane na isti za ljubav Božju i duša.

Kan. 2163. - § 1. Stalnosnog župnika ne može Ordinarij premjestiti protiv njegove volje, ako nije dobio posebna ovlaštenja od Apostolske Stolice.

§ 2. A nestalnosni župnik može biti premješten, ako župa, *na koju* se premješta, nije daleko nižega razreda, i protiv svoje volje, ali ipak samo tako, da se pri tom obdržavaju propisi kanona koji slijede.

Kan. 2164. - Ako župnik ne bi prihvatio savjete i nagovore Ordinarijeve, dužan je razloge za to izložiti pismeno.

Kan. 2165. - Ako Ordinarij smatra, da usprkos iznesenih razloga, ne može otstupiti od nakane, mora, da postupak bude valjan, saslušati o tim razlozima dvojicu župnika savjetnika, te s njima zajedno razmotriti prilike, u kojima se nalazi i župa *s koje* i župa *na koju* se ima premjestiti, kao i razloge, koji govore za to, da je premještaj koristan i potreban.

Kan. 2166. - Ako Ordinarij, saslušavši župnika, drži, da se premještaj ima izvršiti, mora ponoviti očinske opomene, da bi se župnik odazvao volji svojega Poglavara.

Kan. 2167. - § 1. Pošto je to učinjeno, ako se župnik i nadalje protivi, a Ordinarij i dalje smatra, da se premještaj ima izvršiti, neka župniku dade nalog, da ima u određenom roku otići na novu župu i pismeno mu priopćiti, da će župa, koju sada ima, po izminuću određenog mu roka, tim samim biti upražnjena.

§ 2. Pošto ovaj rok bezuspješno protekne, neka župu proglasi upražnjenom.

2163 § 2: S. C. Ep. et Reg., *Rhemen.,* 3 iul. 1868; S. C. C., *Meten.,* 21 mart. 1868; *Virodunen.,* 23 mart. 1878; *Veneten.,* 24 apr., 29 maii 1880; *S. Dionysii seu Reunionis,* 11 dec. 1880; *Dinien.,* 27 mart. 1886; *Nanceyen.,* 1 sept. 1894; *Gratianopolitana,* 26 ian. 1895.

TITULUS XXX.

DE MODO PROCEDENDI CONTRA CLERICOS NON RESIDENTES.

Can. 2168. - § 1. Parochum, canonicum aliumve clericum, qui residentiae legem, qua ratione beneficii tenetur, negligat, Ordinarius moneat, et interim, si agatur de parocho, eiusdem impensis provideat ne salus animarum detrimentum patiatur.

§ 2. In monitione Ordinarius recolat poenas quas incurrunt clerici non residentes itemque praescriptum Can. 188, n. 8, et clerico significet ut intra congruum tempus ab eodem Ordinario definiendum residentiam instauret.

Can. 2169. - Si intra praestitutum terminum clericus nec residentiam instauret nec absentiae causas afferat, Ordinarius, servato praescripto Can. 2149, declaret paroeciam aliudve beneficium vacare.

Can. 2170. - Si clericus residentiam instauret, Ordinarius, non modo debet, si absentia illegitima fuerit, ei infligere privationem fructuum pro tempore absentiae, de qua in Can. 2381, sed potest etiam, si casus ferat, pro gravitate culpae eum congrue punire.

Can. 2171. - Si clericus residentiam non instauret, sed absentiae causas afferat, Ordinarius, accitis duobus examinatoribus et institutis, si opus fuerit, opportunis investigationibus, videre debet num causae sint legitimae.

Can. 2172. - Si, auditis examinatoribus, Ordinarius censeat adductas causas non esse legitimas, rursus clerico praefigat terminum intra quem redire debet salva semper privatione fructuum pro tempore absentiae.

2168 § 1: C. 28, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 16, X, *de clericis non residentibus in ecclesia vel praebenda*, III, 4; Conc. Trident., sess. VI, *de ref.,* c. 2; sess. XXIII, *de ref.,* c. 1.

NASLOV XXX.

NAČIN POSTUPANJA PROTIV DUHOVNIKA KOJI NE DRŽE SJEDIŠNE OBVEZE

Kan. 2168. - § 1. Župnika, kanonika ili drugog duhovnika, koji zanemaruje sjedišnu obvezu, na koju je vezan s naslova nadarbine, ima Ordinarij opomenuti, a međutim, ako se radi o župniku, neka na njegov trošak odredi što treba, da ne štetuje spasenje duša.

§ 2. U opomeni neka Ordinarij navede kazne, u koje upadaju oni duhovnici, koji ne drže sjedišne obveze kao i propis kan. 188, br. 8, te duhovniku naloži, da u primjerenom roku, koji će odrediti isti Ordinarij, ponovno izvršuju sjedišnu dužnost.

Kan. 2169. - Ako duhovnik u određenom mu roku ne počme ponovno izvršivati sjedišne dužnosti i ne iznese nikakovih razloga za svoju otsutnost, neka Ordinarij, uz obdržavanje propisa kan. 2149, proglasi, da je župa odnosno druga nadarbina upražnjena.

Kan. 2170. - Ako duhovnik opet počme izvršivati sjedišnu dužnost, mora mu Ordinarij ne samo nametnuti gubitak prihoda za vrijeme otsutnosti, kako je određeno u kan. 2381, nego ga može, ako to slučaj traži, primjereno kazniti prema težini krivnje.

Kan. 2171. - Ako duhovnik ne započme ponovno izvršivati sjedišne dužnosti, ali iznese razloge za svoju otsutnost, dužan je Ordinarij, uzevši si dva ispitača i izvršivši, ako treba, primjerene izvide, provjeriti, da li su razlozi zakoniti.

Kan. 2172. - Ako Ordinarij, saslušavši ispitače, drži, da navedeni razlozi nisu zakoniti, neka duhovniku ponovno propiše rok, u kojemu se ima povratiti, a uvijek ostaje na snazi gubitak prihoda za vrijeme otsuća.

2169: C. 28, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 4, 8, 10, 11, 17, X, *de clericis non residentibus in ecclesia vel praebenda,* III, 4; S. C. C., *Vercellen.,* 15 dec. 1696, ad 1; *Tridentina,* 3 et 24 sept., 3 dec. 1729; *Cusentina,* 17 nov., 1 dec. 1736.

2170: S. C. C., *Marsicana,* 25 iun., 16 iul. 1712.

Can. 2173. - Si parochus amovibilis intra praescriptum tempus non redierit, Ordinarius statim procedere potest ad paroeciae privationem; si redierit, Ordinarius det ei praeceptum ne rursus discedat sine scripta sua licentia sub poena privationis paroeciae ipso facto incurrenda.

Can. 2174. - § 1. Si clericus, qui beneficium inamovibile obtinet, residentiam non instauret, sed novas alleget deductiones, Ordinarius eas cum eisdem examinatoribus ad examen revocet ad normam Can. 2171.

§ 2. Si nec ipsae legitimae habitae fuerint, posthabitis quibusvis aliis deductionibus, Ordinarius clerico praecipiat ut intra tempus praescriptum vel iterum praescribendum redeat sub poena privationis beneficii ipso facto incurrenda.

§ 3. Si non redeat, Ordinarius eum beneficio privatum declaret; si redeat, Ordinarius idem det praeceptum de quo in Can. 2173.

Can. 2175. - Neutro in casu Ordinarius beneficium vacare declaret, nisi postquam, perpensis una cum examinatoribus discessus rationibus quas clericus forte allegaverit, eiusdem Ordinarii licentiam in scriptis ab eodem clerico peti potuisse constiterit.

2174 § 2: Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.*, c. 1; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»*, 30 mart. 1742, § 14.

Kan. 2173. - Ako se nestalnosni župnik ne povrati u određenom mu roku, može Ordinarij odmah pristupiti oduzeću župe; a ako se povrati, neka mu Ordinarij izda nalog, da ne smije opet otići bez njegove pismene dozvole pod prijetnjom kazne oduzeća župe, koja će bez daljnjega uslijediti po učinu.

Kan. 2174. - § 1. Ako ne započme opet izvršivati sjedišnu dužnost takav duhovnik, koji ima stalnosnu nadarbinu, nego iznese nove isprike, ima ih Ordinarij s istim ispitačima razmotriti prema odredbi kan. 2171.

§ 2. Ako ni ove ne budu priznate zakonitima, Ordinarij neka, bez obzira na bilo koje daljnje isprike, naloži duhovniku, da se u već propisanom mu odnosno ponovno mu određenom roku povrati pod prijetnjom kazne oduzeća nadarbine, koja će uslijediti bez daljnjega po samom učinu.

§ 3. Ako se ne povrati, neka Ordinarij izda rješenje, kojim mu se nadarbina oduzima; ako se povrati, ima mu Ordinarij izdati isti nalog, kako je rečeno u kan. 2173.

Kan. 2175. - Ni u prvom ni u drugom slučaju ne smije Ordinarij izdati rješenja o tom, da je nadarbina upražnjena, dok nije utvrđeno, pošto je zajedno s ispitačima ispitao razloge, koje bi duhovnik možda naveo za svoje izbivanje, da je taj duhovnik mogao od istoga Ordinarija pismeno zamoliti dozvolu.

2174 § 3: C. 11, X, *de clericis non residentibus in ecclesia vel praebenda,* III, 4; Conc. Trident., sess. XXIII, *de ref.*, c. 1; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»*, 30 mart. 1742, § 14.

TITULUS XXXI.

DE MODO PROCEDENDI CONTRA CLERICOS CONCUBINARIOS.

Can. 2176. - Ordinarius clericum qui contra praescriptum Can. 133 mulierem suspectam secum habeat aut quoquo modo frequentet, moneat ut eam dimittat vel ab eadem frequentanda sese abstineat, comminatis poenis in clericos concubinarios Can. 2359 statutis.

Can. 2177. - Si clericus neque praecepto pareat, neque respondeat, Ordinarius, postquam sibi constiterit id clericum praestare potuisse:

1.° Eum suspendat a divinis;

2.° Parochum praeterea statim paroecia privet;

3.° Clericum vero qui aliud beneficium sine animarum cura habet, si, exacto bimestri tempore a suspensione, sese non emendaverit, privet dimidia parte fructuum beneficii; post alios tres menses, omnibus beneficii fructibus; post alios tres menses, ipsomet beneficio.

Can. 2178. - Si clericus non obediat, sed causas excusationis adducat, Ordinarius debet super eisdem audire duos examinatores.

Can. 2179. - Si, auditis examinatoribus, Ordinarius existimaverit allatas causas non esse legitimas, id clerico quamprimum significet eique det formale praeceptum ut intra breve tempus a se definiendum pareat.

2176: C. 22, D. LXXXI; c. 2-4, 6, X, *de cohabitatione clericorum et mulierum,* III, 2; Conc. Trident., sess. XXI, *de ref.,* c. 6; sess. XXV, *de ref.,* c. 14; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»,* 30 mart. 1742, § 12, 25; S. C. Consist., decr. *«Maxima cura»,* 20 aug. 1910, Can. 1, n. 9°; S. C. C., *Bracharen.,* mense nov. 1586, ad 1.

NASLOV XXXI.

NAČIN POSTUPANJA PROTIV DUHOVNIKA PRILEŽNIKA

Kan. 2176. - Ordinarij mora duhovnika, koji kod sebe ima protivno propisu kan. 133 sumnjivu žensku ili je bilo kako posjećuje, opomenuti, da je ima otpustiti odnosno prestati posjećivati, pod prijetnjom kazni predviđenih u kan. 2359 za duhovnike priležnike.

Kan. 2177. - Ako se duhovnik ne pokori nalogu, niti odgovori, neka Ordinarij, pošto se uvjeri, da je to duhovnik mogao učiniti:

1.° Udari duhovnika obustavom od izvršivanja bogoslužne vlasti;

2.° Župniku povrh toga smjesta oduzme župu;

3.° Duhovniku pako, koji ima kakovu drugu nadarbinu bez dušobrižništva, neka oduzme, ako se ne popravi u roku od dva mjeseca od obustave, polovicu nadarbinskih prihoda; poslije daljnja tri mjeseca sve nadarbinske prihode; poslije još daljnja tri mjeseca i samu nadarbinu.

Kan. 2178. - Ako se duhovnik ne pokori, ali navede razloge za svoje opravdanje, mora Ordinarij saslušati o tom dvojicu ispitača.

Kan. 2179. - Ako Ordinarij, saslušavši ispitače, drži, da navedeni razlozi nisu zakoniti, neka to što prije priopći duhovniku i izda za njega uredni nalog, da se ima pokoriti u kratkom roku, koji će mu on propisati.

2177 3.°: C. 29, D. LXXXI; c. 3, 4, 6, X, *de cohabitatione clericorum et mulierum,* III, 2; Conc. Trident., sess. XXI, *de ref.,* c. 6; sess. XXV, *de ref.,* c. 14; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»,* 30 mart. 1742, § 12, 25; S. C. Ep. et Reg., *Bambergen.,* 17 aug. 1883; S. C. C., *Spoletana,* 7 iul. 1860.

Can. 2180. - Parochum amovibilem inobedientem Ordinarius statim ad normam Can. 2177 coercere potest; si vero agatur de clerico qui, beneficium inamovibile obtinens, non paret, sed novas allegat deductiones, Ordinarius eas ad examen revocet ad normam Can. 2178.

Can. 2181. - Si ne eae quidem iudicentur legitimae, Ordinarius clerico rursus praecipiat ut intra congruum tempus mandato obtemperet; quo tempore inutiliter transacto, procedat ad normam Can. 2177.

2181: Conc. Trident., sess. XXI, *de ref.*, c. 6; sess. XXV, *de ref.*, c. 14; Benedictus XIV, const. «*Ad militantis*», 30 mart. 1742, § 12, 25.

Kan. 2180. - Protiv nestalnosnoga župnika, koji se ne pokori, može Ordinarij smjesta prinudno postupiti prema odredbi kan. 2177; a ako se radi o duhovniku, koji ima stalnosnu nadarbinu, a nije se pokorio, nego je naveo nova opravdanja, neka ih Ordinarij ispita prema odredbi kan. 2178.

Kan. 2181. - Ako se ni ova ne smatraju zakonitima, neka Ordinarij izda ponovno duhovniku nalog, da se u primjerenom roku ima pokoriti odredbi; kada i taj rok prođe bezuspješno, neka postupa prema odredbi kan. 2177.

TITULUS XXXII.

DE MODO PROCEDENDI CONTRA PAROCHUM IN ADIMPLENDIS PAROECIALIBUS OFFICIIS NEGLIGENTEM.

Can. 2182. - Parochum qui officia paroecialia de quibus in Can. 467, § 1, 468, § 1, 1178, 1330-1332, 1344, graviter neglexerit aut violaverit, Episcopus moneat, in memoriam eius revocans et strictam obligationem qua eius conscientia oneratur et poenas in haec delicta iure statutas.

Can. 2183. - Si parochus sese non emendaverit, Episcopus eum corripiat et aliqua congrua poena pro gravitate culpae puniat, postquam, auditis duobus examinatoribus et facta parocho sese defendendi facultate, probatum iudicaverit praedicta paroecialia officia etiam atque etiam per notabile tempus in re gravis momenti praetermissa aut violata fuisse et eorundem omissiones aut violationes nulla iusta causa excusari.

Can. 2184. - Si et correptio et punitio in irritum cesserint, Ordinarius, probata, ad normam Can. 2183, perseverante ac culpabili officiorum paroecialium omissione vel violatione in re gravi, parochum amovibilem sua paroecia statim privare potest; parochum vero inamovibilem beneficii fructibus, pauperibus ab Ordinario distribuendis, pro gravitate culpae in totum vel ex parte privet.

Can. 2185. - Mala voluntate persistente ac probata, ut supra, Ordinarius etiam parochum inamovibilem e sua paroecia removeat.

2182: S. C. Consist., decr. «*Maxima cura*», 20 aug. 1910, Can. 1, n. 8°.

NASLOV XXXII.

NAČIN POSTUPANJA PROTIV ŽUPNIKA KOJI ZANEMARUJE ŽUPNIČKE DUŽNOSTI

Kan. 2182. - Župnika, koji bi teško zanemarivao ili povrijedio župničke dužnosti navedene u kan. 467, § 1, 468, § 1, 1178, 1330-1332, 1344, ima Biskup opomenuti, dozivajući mu u pamet i strogu obvezu, koja ga veže u savjesti, i kazne, koje su za ovakova kažnjiva djela predviđena zakonom.

Kan. 2183. - Ako se župnik ne popravi, ima ga Biskup ukoriti i kazniti kojom primjerenom kaznom prema težini krivnje, pošto je uzeo, saslušavši dvojicu ispitača, da je dokazano, da su spomenute župničke dužnosti i dalje kroz odulje vrijeme u važnoj stvari neizvršivane odnosno povređivane, a da nema pravednog razloga, kojim bi ovi propusti i povrede bile opravdane.

Kan. 2184. - Ako i ukor i kazna ostanu bez uspjeha, može Ordinarij nestalnosnom župniku, pošto bude, prema odredbi kan. 2183, dokazan trajni i skrivljeni propust i povreda župničkih dužnosti u važnoj stvari, smjesta oduzeti župu; a nepremjestivom župniku neka oduzme nadarbinske prihode prema težini krivnje u cijelosti ili djelomično, te ih razdijeli sirotinji.

Kan. 2185. - I stalnosnog župnika neka Ordinarij smijeni sa župe, kada se dokaže kao gore, da je ostao u zlu tvrdokoran.

TITULUS XXXIII.

DE MODO PROCEDENDI IN SUSPENSIONE EX INFORMATA CONSCIENTIA INFLIGENDA.

Can. 2186. - § 1. Ordinariis licet ex informata conscientia clericos suos subditos suspendere ab officio sive ex parte sive etiam in totum.

§ 2. Extraordinarium hoc remedium adhibere non licet, si Ordinarius potest sine gravi incommodo ad iuris normam in subditum procedere.

Can. 2187. - Ad ferendam hanc suspensionem neque formae iudiciales neque canonicae monitiones requiruntur; sed satis est si Ordinarius, servato praescripto canonum qui sequuntur, simplici decreto declaret se suspensionem indicere.

Can. 2188. - Huiusmodi decretum detur in scriptis, nisi adiuncta aliud exigant, designato die, mense et anno; in eoque:

1.° Expresse dicatur suspensionem ferri ex informata conscientia seu ex causis ipsi Ordinario notis;

2.° Indicetur tempus durationis poenae; abstineat autem Ordinarius ab ipsa infligenda in perpetuum. Potest vero infligi etiam tanquam censura, dummodo hoc in casu clerico patefiat causa propter quam suspensio irrogatur;

3.° Clare indicentur actus qui prohibentur, si suspensio non in totum sed ex parte infligatur.

2186 § 1: Conc. Trident., sess. XIV, *de ref.*, c. 1; Clemens X, const. *«Superna»*, 21 iun. 1670, § 5, 6; Pius VI, const. *«Auctorem fidei»*, 28 aug. 1794, prop. 49, 50, Synodi Pistorien., damn.; S. C. Ep. et Reg., *Clericorum Regularium*, 2 iul. 1627; *Ordinis Praedicatorum*, 2 mart. 1866, ad 2; instr. 11 iun. 1880, n. 9; S. C. C., *S. Christophori de Laguna*, 9 apr. 1892, ad 1; S. C. de Prop. Fide, instr. a. 1883, n. IX; instr. 20 oct. 1884, n. 1.

NASLOV XXXIII.

NAČIN POSTUPANJA PRI OBUSTAVI PO ZNANJU I SAVJESTI

Kan. 2186. § 1. Slobodno je Ordinarijima sebi potčinjene duhovnike udariti po znanju i savjesti obustavom od službe bilo djelomičnom bilo i potpunom.

§ 2. Ova se izvanredna kaznena mjera ne smije primijeniti, ako Ordinarij može bez veće neprilike postupati protiv potčinjenog u redovnom zakonskom postupku.

Kan. 2187. - Za izricanje ovakove obustave nisu potrebiti ni oblici sudskoga postupka ni kanonske opomene, nego je dovoljno, da Ordinarij, uz obdržavanje propisa kanona koji slijede, izjavi putem obične odluke, da izriče obustavu.

Kan. 2188. - Ovakova se odluka mora izdati pismeno, osim ako okolnosti traže drugačije, uz naznaku dana, mjeseca i godine, a u njoj treba:

1.° Izrijekom spomenuti, da se obustava izriče po znanju i savjesti zbog razloga, koji su poznati samom Ordinariju;

2.° Označiti vrijeme trajanja kazne; a Ordinarij neka ne udari ovu kaznu kao vječitu. Može biti nametnuta i kao kaznena zabrana, ali pod uvjetom, da se u tom slučaju duhovniku obznani razlog zbog kojega se obustava izriče;

3.° Jasno označiti čine, koji se zabranjuju, ako se ne izriče potpuna obustava, nego samo djelomična.

2186 § 2: S. C. C., *S. Severinae*, 4 apr., 5 et 19 sept. 1778.

2188 3.°: S. C. Ep. et Reg., *Ordinis Praedicatorum*, 2 mart. 1866, ad 3; S. C. C., *Nullius*, 3 febr 1593; *Lucionen.*, 8 apr. 1848, ad 1; *S. Agathae Gothorum*, 24 febr. 1852.

Can. 2189. - § 1. Si clericus suspensus sit ab officio in quo alius in eius locum substituendus est, ut, ex. gr., oeconomus in cura animarum, qui substituitur mercedem ex fructibus beneficii percipiat secundum prudens Ordinarii iudicium determinandam.

§ 2. Clericus suspensus, si se gravatum senserit, potest imminutionem pensionis ab immediato Superiore qui in via iudiciaria esset iudex appellationis.

Can. 2190. - Ordinarius, qui fert suspensionem ex informata conscientia, debet ex peractis investigationibus tales collegisse probationes, quae eum certum reddant clericum delictum revera perpetrasse et quidem adeo grave ut eiusmodi poena coercendus sit.

Can. 2191. - § 1. Suspensioni ex informata conscientia iustam ac legitimam causam praebet delictum occultum ad normam Can. 2197, n. 4.

§ 2. Ob notorium delictum suspensio ex informata conscientia nunquam ferri potest.

§ 3. Ut delictum publicum suspensione ex informata conscientia plecti possit, occurrat necesse est aliquod ex adiunctis quae sequuntur:

1.° Si testes probi et graves delictum quidem Ordinario patefaciant, sed nulla ratione induci possint ut de eo testimonium in iudicio ferant, neque aliis probationibus delictum iudiciali processu evinci possit;

2.° Si ipsemet clericus minis aut aliis adhibitis mediis impediat ne processus iudiciarius instituatur aut inceptus perficiatur;

3.° Si processui iudiciali conficiendo ferendaeque sententiae impedimenta exoriantur ex adversis civilibus legibus aut gravi scandali periculo.

Can. 2192. - Suspensio ex informata conscientia valet si ex pluribus delictis unum tantum fuerit occultum.

2190: C. 1, C. II, q. 1; S. C. C., *Oritana,* 20 aug., 24 sept. 1735, ad 2; *Boianen.,* 18 apr., 9 maii, 27 iun. 1744.

2191 § 1: Benedictus XIV, const. «*Ad militantis*», 30 mart. 1742, § 23; S. C. Ep. et Reg., *Clericorum Regularium,* 2 iul. 1627; S. C. C., *Alerien.,* 24 nov. 1657; *Boianen.,* 18 apr., 9 maii, 27 iun. 1744; *S. Agathae Gothorum,* 26 febr. 1853, ad 1.

Kan. 2189. - § 1. Ako je duhovnik udaren obustavom od službe, za koju se mora na njegovo mjesto postaviti drugi kao namjesnik, kao npr. upravitelj u dušobrižništvu, taj namjesnik treba da prima plaću iz nadarbinskih prihoda, a ima se odrediti po razboritom sudu Ordinarijevom.

§ 2. Ako duhovnik drži, da je time odviše opterećen, može podnijeti molbu neposredno višem Poglavaru, koji bi bio prizivnim sucem u sudskom postupku, da to podavanje umanji.

Kan. 2190. - Ordinarij, koji izrekne obustavu po znanju i savjesti, treba da je sabrao na temelju izvršenih izvida takove dokaze, koji mu daju sigurnost, da je duhovnik zaista počinio krivično djelo, i to tako teško, da mora biti kažnjen takovom kaznom.

Kan. 2191. - § 1. Opravdani i zakoniti razlog za obustavu po znanju i savjesti sadržava skrovito krivično djelo prema odredbi kan. 2197, br. 4.

§ 2. Zbog notornog krivičnog djela nikad se ne može izreći obustava po znanju i savjesti.

§ 3. Da se javno krivično djelo može udariti obustavom po znanju i savjesti, treba da je ostvarena jedna okolnost od ovih, koje slijede:

1.° Ako pošteni i ozbiljni svjedoci Ordinariju otkriju krivično djelo, ali ih nikako nije moguće navesti na to, da dadu o tom svjedočanstvo pred sudom, a nema drugih dokazala, kojim bi se krivično djelo moglo dokazati pred sudom;

2.° Ako sam duhovnik prijetnjama ili upotrebom drugih sredstava prepriječi, da se zametne sudski postupak ili da se započeti kraju privede;

3.° Ako protivni državni zakoni ili pogibao teške sablazni čine zapreku, da se provede sudski postupak i izrekne presuda.

Kan. 2192. - Obustava na temelju uvjerenja savjesti je valjana ako je od više krivičnih djela jedno samo trajno.

2191 § 1. 3.°: S. C. C., *Lucionen.,* 8 apr. 1848; *S. Agathae Gothorum,* 26 febr. 1853; *Neritonen.,* 22 dec. 1860; *Leopolien.,* 27 febr. 1875; *Patavina,* 11 sept. 1880.

2192: S. C. C., *Bergomen.,* 5 dec. 1863, 8 iul., 12 aug. 1865, ad 1; *Leopolien.,* 27 febr. 1875.

Can. 2193. - Prudenti Ordinarii arbitrio relinquitur suspensionis causam seu delictum clerico patefacere aut reticere, pastorali tamen adhibita sollicitudine et caritate, ut, si delictum clerico manifestare censuerit, poena, ex paternis quae interposuerit monitis, nedum ad expiationem culpae, verum etiam ad emendationem delinquentis et ad occasionem peccati eliminandam inserviat.

Can. 2194. - Si clericus recursum a suspensione sibi inflicta interponat, Ordinarius ad Sedem Apostolicam mittere debet probationes quibus constet clericum delictum revera perpetrasse quod extraordinaria hac poena puniri queat.

2194: Clemens X, const. «*Superna*», 21 iun. 1670, § 5; S. C. Ep. et Reg., *Troiana,* 28 aug. 1840; S. C. C., *Vercellen.,* 21 mart. 1643; *Bononien.,* 14 nov. 1654; *Capritana,* 16 dec. 1730, ad 1; *Oritana,* 20 aug., 24 sept. 1735, ad 2; *Lucionen.,* 8 apr. 1848, ad 2.

Kan. 2193. - Ostavljeno je razboritom sudu Ordinarijevom, da li će duhovniku priopći ili prešutiti razlog obustave odnosno krivično djelo, no ako se odluči na to, da duhovniku priopći krivično djelo, treba da primijeni svu svoju pastirsku skrb i ljubav s očinskim opomenama, kako bi kazna poslužila ne samo, da se okaje krivnja, nego i za to, da se prestupnik popravi i otstrani griješna prigoda.

Kan. 2194. - Ako duhovnik podnese pritužbu protiv obustave, kojom je udaren, dužan je Ordinarij poslati Apostolskoj Stolici dokaze, kojima je utvrđeno, da je duhovnik zaista počinio takovo krivično djelo, koje se može kazniti ovakovom izvanrednom kaznom.

LIBER QUINTUS

DE DELICTIS ET POENIS

KNJIGA PETA

KRIVIČNA DJELA I KAZNE

PARS PRIMA

DE DELICTIS

TITULUS I.

DE NATURA DELICTI EIUSQUE DIVISIONE.

Can. 2195. - § 1. Nomine delicti, iure ecclesiastico, intelligitur externa et moraliter imputabilis legis violatio cui addita sit sanctio canonica saltem indeterminata.

§ 2. Nisi ex adiunctis aliud appareat, quae dicuntur de delictis, applicantur etiam violationibus praecepti cui poenalis sanctio adnexa sit.

Can. 2196. - Qualitas delicti desumenda est ex obiecto legis; quantitas vero dimetienda non solum ex diversa gravitate legis laesae, sed etiam ex maiore minoreve imputabilitate aut damno illato.

Can. 2197. - Delictum est:

1.° *Publicum,* si iam divulgatum est aut talibus contigit seu versatur in adiunctis ut prudenter iudicari possit et debeat facile divulgatum iri;

2195 § 1: C. 11, D. XXXII; c. 4, D. L; c. 1, D. LXXXI; c. 20, C. II, q. 5; c. 21, C. XI, q. 3; c. 14, 20, D. I, *de poenit.;* c. 4, 17, X, *de temporibus ordinationum et qualitate ordinandorum,* I, 11; c. 33, 34, 46, X, *de simonia, et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur,* V, 3.

DIO PRVI

KRIVIČNA DJELA

NASLOV I.

NARAV KRIVIČNOG DJELA I NJEGOVA RAZDIOBA

Kan. 2195. - § 1. Pod imenom krivičnog djela razumijeva se, u crkvenom pravu, izvanjska i ćudoredno ubrojiva povreda zakona, uz koji je dodana kanonska kaznena prinuda barem neodređena.

§ 2. Odredbe o krivičnim djelima primjenuju se, ako drugačije nije po okolnostima jasno, također i kod prekršaja naloga, s kojim je bila skopčana kaznena prinuda.

Kan. 2196. - Kakvoću krivičnog djela određuje predmet zakona; a kolikoća se prosuđuje ne samo prema raznolikoj važnosti zakona, koji je povrijeđen, nego i prema većoj ili manjoj ubrojivosti ili prouzročenoj šteti.

Kan. 2197. - Krivično je djelo:

1.° *Javno,* ako je već razglašeno ili je izvršeno odnosno nalazi se u takovim prilikama, da se razborito može i mora držati, da će se lahko razglasiti;

2196: C. 19, D. I, *de poenit.;* c. 1, D. V, *de poenit.;* c. 6, X, *de homicidio voluntario vel casuali,* V, 12; S. C. de Religiosis, decr. 16 maii 1911, n. 9. -- Vide etiam Can. 2218, § 1.

2.° *Notorium notorietate iuris,* post sententiam iudicis competentis quae in rem iudicatam transierit aut post confessionem delinquentis in iudicio factam ad normam Can. 1750;

3.° *Notorium notorietate facti,* si publice notum sit et in talibus adiunctis commissum, ut nulla tergiversatione celari nulloque iuris suffragio excusari possit;

4.° *Occultum,* quod non est publicum; *occultum materialiter,* si lateat delictum ipsum; *occultum formaliter,* si eiusdem imputabilitas.

Can. 2198. - Delictum quod unice laedit Ecclesiae legem, natura sua, sola ecclesiastica auctoritas persequitur, requisito interdum, ubi eadem auctoritas necessarium vel opportunum iudicaverit, auxilio brachii saecularis; delictum quod unice laedit legem societatis civilis, iure proprio, salvo praescripto Can. 120, punit civilis auctoritas, licet etiam Ecclesia sit in illud competens ratione peccati, delictum quod laedit utriusque societatis legem, ab utraque potestate puniri potest.

2224 § 1: C. 4, X, *de eo, qui cognovit consanguineam uxoris suae vel sponsae,* IV, 13; c. 1, X, *de poenis,* V, 37; c. 27, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39.

Kan. 2224. - § 1. U pravilu toliko je kazni, koliko je krivičnih djela.

§ 2. No ipak ako bi zbog velikog broja krivičnih djela kazne bile odviše mnogobrojne, ostavljeno je razboritoj ocjeni suca, da ili za sva izrekne pooštrenu kaznu, te doda, ako treba, kakovu pokoru ili kaznenu mjeru, ili kazne umanji u pravičnim granicama, uzimajući u obzir broj i težinu krivičnih djela.

§ 3. Ako je ustanovljena kazna i za pokušaj krivičnog djela i za dovršeno djelo, ima se, ako je ono učinjeno, nametnuti samo ona kazna, koja je predviđena za dovršeno krivično djelo.

Kan. 2225. - Kada se o kazni izriče izjavna ili osudna sudačka presuda, moraju se obdržavati propisi kanona o proglašivanju sudske presude; a kada je unaprijed izrečena ili izreci prepuštena kazna nametnuta putem iznimnoga naloga, ima se u pravilu izjaviti odnosno izreći pismeno ili pred dva svjedoka, izloživši razloge kazne, uz obdržavanje propisa kan. 2193.

2225: C. 64, 76, C. XI, q. 3; c. 48, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 1, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; S. C. Ep. et Reg., *Ordinis Praedicatorum*, 2 mart. 1866, ad 3; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Cochinchin.), 26 aug. 1775; Pontificale Rom., tit. *Orto suspensionis, reconciliationis, depositionis, dispensationis, degradationis, et restitutionis sacrorum ordinum;* tit. *Ordo excommunicandi et absolvendi.*

TITULUS VI.

DE SUBIECTO COACTIVAE POTESTATI OBNOXIO.

Can. 2226. - § 1. Poenae adnexae legi aut praecepto obnoxius est qui lege aut praecepto tenetur, nisi expresse eximatur.

§ 2. Licet lex poenalis posterior obroget anteriori, si tamen delictum, quando lex posterior lata est, iam commissum erat, applicanda est lex reo favorabilior.

§ 3. Quod si lex posterior tollat legem vel poenam tantum, haec statim cessat, nisi agatur de censuris iam contractis.

§ 4. Poena reum ubique terrarum tenet, etiam resoluto iure Superioris, nisi aliud expresse caveatur.

Can. 2227. - § 1. Poena nonnisi a Romano Pontifice infligi aut declarari potest in eos de quibus in Can. 1557, § 1.

§ 2. Nisi expresse nominentur, S. R. E. Cardinales sub lege poenali non comprehenduntur, nec Episcopi sub poenis latae sententiae suspensionis et interdicti.

Can. 2228. - Poena lege statuta non incurritur, nisi delictum fuerit in suo genere perfectum secundum proprietatem verborum legis.

2226 § 1: C. 21, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39.

2226 § 4: C. 5, C. VI, q. 3; c. 2, 73, C. XI, q. 3; c. 21, C. XXIV, q. 3; c. 8, X, *de officio iudicis ordinarii,* I, 31; c. 1, X, *de tregua et pace,* I, 34; S. C. Ep. et Reg., *Suessana,* 15 oct. 1578; S. C. C., *Fossanen.,* 10 ian. 1665, ad 1; *Vercellen.,* 17 febr. 1674; S. C. de Prop. Fide, instr. 20 oct. 1884, n. 5.

2227 § 1: C. 5-10, C. III, q. 6; c. 7, C. VI, q. 4; c. 16, *de haereticis,* V, 2, in VI°; c. 5, *de privilegiis,* V, 7, in VI°; Conc. Trident., sess. XIII, *de ref.,* c. 8; sess. XXIV, *de ref.,* c. 5; S. Leo IX, ep. *«Cum ex venerabilium»,* 17 dec. 1053, § 4; Eugenius IV, ep. *«Non mediocri»,* a. 1439, § 14; Benedictus XIV, ep. *«In postremo»,* 20 oct. 1756, § 18; S. C. C., *Oxomen.,* 7 ian. 1623; *Viennen.,* 16 mart. 1647; Pontificale Rom., tit. *Ordo suspensionis, reconciliationis, depositionis, dispensationis, degradationis et restitutionis sacrorum ordinum.*

NASLOV VI.

PODLOŽNIK KAZNENE VLASTI

Kan. 2226. - § 1. Pod kaznu predviđenu u zakonu ili nalogu potpada onaj, tko je zakon ili nalog dužan obdržavati, osim ako je izrijekom izuzet.

§ 2. Iako kasniji kazneni zakon mijenja raniji, ipak se ima, ako je kazneno djelo počinjeno pošto je kasniji zakon već bio donesen, primijeniti onaj zakon, koji je pogodniji za krivca.

§ 3. Kada kasniji zakon dokida raniji ili samo kaznu, ova smjesta prestaje, osim ako se radi o kaznenim zabranama, u koje se je već upalo.

§ 4. Kazna veže krivca svugdje, iako je međutim prestao biti Poglavarom onaj, koji ju je izrekao, osim ako je drugačije izrijekom predviđeno.

Kan. 2227. - § 1. Kaznu za osobe spomenute u kan. 1557, § 1, može izjaviti odnosno izreći samo Rimski Prvosvećenik.

§ 2. Pod kazneni zakon ne potpadaju S. R. C. Stožernici, ako nisu izričito spomenuti, niti Biskupi pod unaprijed izrečene kazne obustave ili kletve uskrate bogoslužja.

Kan. 2228. - U kaznu zakonom određenu ne upada se, ako krivično djelo nije u svojoj vrsti potpunoma počinjeno prema vlastitom značenju u zakonu upotrebljenih riječi.

2227 § 2: C. 37, *de electione et electi potestate,* I, 6, in VI°; c. 4, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°.

2228: C. 14, D. I, *de poenit.;* c. 7, X, *de electione et electi potestate,* I, 6; c. 33, 34, X, *de simonia, et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur,* V, 3; c. 8. X, *de poenis,* V 37; c. 1, 3, 4, 16, 23, 24, 32, 35, 54, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 7, *de electione et electi potestate,* I, 6, in VI°; c. 15, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; Reg. 15, 23, 49, R. J., in VI°.

Can. 2229. - § 1. A nullis latae sententiae poenis ignorantia affectata sive legis sive solius poenae excusat, licet lex verba de quibus in § 2 contineat.

§ 2. Si lex habeat verba: *praesumpserit, ausus fuerit, scienter, studiose, temerarie, consulto egerit* aliave similia quae plenam cognitionem ac deliberationem exigunt, quaelibet imputabilitatis imminutio sive ex parte intellectus sive ex parte voluntatis eximit a poenis latae sententiae.

§ 3. Si lex verba illa non habeat:

1.° Ignorantia legis aut etiam solius poenae, si fuerit crassa vel supina, a nulla poena latae sententiae eximit; si non fuerit crassa vel supina, excusat a medicinalibus, non autem a vindicativis latae sententiae poenis;

2.° Ebrietas, omissio debitae diligentiae, mentis debilitas, impetus passionis, si, non obstante imputabilitatis deminutione, actio sit adhuc graviter culpabilis, a poenis latae sententiae non excusant;

3.° Metus gravis, si delictum vergat in contemptum fidei aut ecclesiasticae auctoritatis vel in publicum animarum damnum, a poenis latae sententiae nullatenus eximit.

§ 4. Licet reus censuris latae sententiae ad normam § 3, n. 1 non teneatur, id tamen non impedit quominus, si res ferat, congrua alia poena vel poenitentia affici queat.

Can. 2230. - Impuberes excusantur a poenis latae sententiae, et potius punitionibus educativis, quam censuris aliisve poenis gravioribus vindicativis corrigantur; puberes vero qui eos ad legem violandam induxerint vel cum eis in delictum concurrerint ad normam Can. 2209, §§ 1-3, ipsi quidem poenam lege statutam incurrunt.

2229 § 1: C. 16, D. XXXVII; c. 12, C. I, q. 4; c. 102, C. XI, q. 3; c. 2, X, *de constitutionibus,* I, 2; c. 2, *de constitutionibus,* I, 2, in VI°; c. 2, *de temporibus ordinationum et qualitate ordinandorum,* I, 9, in VI°; Reg. 13, R. J., in VI°; S. C. S. Off., 13 ian. 1892, ad 3.

2229 § 2: C. 1, 3, 4, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39.

2229 § 3. 3.°: C. 16, D. XXXVII; c. 32, 39, 49, 50, D. L; c. 12, C. I, q. 4; c. 102, C. XI, q. 3; c. 1, C. XV, q. 1; c. 1, C. XXII, q. 5; c. 2, X, *de constitutionibus,* I, 2; c. 5,

Kan. 2229. - § 1. Navlaš traženo nepoznavanje bilo zakona bilo same kazne ne oslobađa ni od koje unaprijed izrečene kazne, iako bi se zakon služio riječima navedenim u § 2.

§ 2. Ako zakon rabi riječi: *tko bi se drznuo, usudio, hotimično, namjerno, lakomisleno, promišljeno učinio,* ili druge slične, koje iziskuju punu spoznaju i pristanak, oslobađa od unaprijed izrečenih kazni sve, što umanuje kaznenu odgovornost bilo sa strane razuma bilo od strane volje.

§ 3. Ako zakon ne rabi takove izraze:

1.° Neznanje zakona pa i same kazne, ako je silovito i skrajnje ne oslobađa ni od koje unaprijed izrečene kazne; ako nije silovito ili skrajnje, oslobađa od unaprijed izrečenih popravnih kazni; ali ne od odmaznih;

2.° Pijanstvo, propust dužne pažnje, slaboumnost, navala strasti ne oslobađaju od unaprijed izrečenih kazni, ako je čin, kraj svega umanjenja kaznene odgovornosti, ipak još teško griješan;

3.° Težak strah nikako ne oslobađa od kazni unaprijed izrečenih, ako krivično djelo ide na prezir vjere ili crkvene vlasti ili opću štetu duša.

§ 4. Iako krivac ne bi upao u kaznene zabrane unaprijed izrečene prema odredbi § 3, br. 1, to ne priječi, da mu se može nametnuti, ako treba, druga kakova primjerena kazna ili pokora.

Kan. 2230. - Nedorasli oslobođeni su od kazni unaprijed izrečenih, pa treba da se dozovu pameti u prvom redu odgojnim kaštigovanjem, a ne kaznenim zabranama i drugim težim odmaznim kaznama; no dorasli, koji su ih naveli na to, da prekrše zakon ili su bili sudionici u njihovom krivičnom djelu prema odredbi kan. 2209, §§ 1-3, oni sami upadaju u kaznu ustanovljenu u zakonu.

X, *de his, quae vi metusve causa fiunt,* I, 40; c. 1, X, *de custodia Eucharistiae, chrismatis et aliorum sacramentorum,* III, 44; c. 3, X, *de his, qui filios occiderunt,* V, 10; c. 9, X, *de clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante,* V, 27; c. 7, X, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 38; c. 2, *de constitutionibus,* I, 2, in VI°; c. 2, *de temporibus ordinationum et qualitate ordinandorum,* I, 9, in VI°; Reg. 13, R. J., in VI°; S. C. S. Off., 13 ian. 1892, ad 3.

2230: C. 1, 2, X, *de delictis puerornm,* V, 23; c. 60, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39.

Can. 2231. - Si plures ad delictum perpetrandum concurrerint, licet unus tantum in lege nominetur, ii quoque de quibus in Can. 2209, §§ 1- 3, tenentur, nisi lex aliud expresse caverit, eadem poena; ceteri vero non item, sed alia iusta poena pro prudenti Superioris arbitrio puniendi sunt, nisi lex peculiarem poenam in ipsos constituat.

Can. 2232. - § 1. Poena latae sententiae, sive medicinalis sive vindicativa, delinquentem, qui delicti sibi sit conscius, ipso facto in utroque foro tenet; ante sententiam tamen declaratoriam a poena observanda delinquens excusatur quoties eam servare sine infamia nequit, et in foro externo ab eo eiusdem poenae observantiam exigere nemo potest, nisi delictum sit notorium, firmo praescripto Can. 2223, § 4.

§ 2. Sententia declaratoria poenam ad momentum commissi delicti retrotrahit.

Can. 2233. - § 1. Nulla poena infligi potest, nisi certo constet delictum commissum fuisse et non esse legitime praescriptum.

§ 2. Licet id legitime constet, si agatur de infligenda censura, reus reprehendatur ac moneatur ut a contumacia recedat ad normam Can. 2242, § 3, dato, si prudenti eiusdem iudicis vel Superioris arbitrio casus id ferat, congruo ad resipiscentiam tempore, contumacia persistente, censura infligi potest.

2231: C. 8, D. L; c. 6, 8, C. I, q. 1; c. 22, C. XI, q. 1; c. 21, C. XII, q. 2; c. 5, C. XVII, q. 4; c. 1, X, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 29; c. 6, X, *de homicidio voluntario vel casuali,* V, 12; c. 2, X, *de raptoribus, incendiariis et violatoribus ecclesiarum,* V, 17; c. 5, X, *de poenis,* V, 37; c. 29, 47, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 3, *de immunitate ecclesiarum, coemeteriorum et aliorum locorum religiosorum,* III, 23, in VI°; c. 2, 12, 15, 18, *de haereticis,* V, 2, in VI°; c. 1, *de homicidio,* V, 4, in VI°; c. 5, *de poenis,* V, 9, in VI°; c. 23, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°: c. 1, *de poenis,* V, 8, in Clem.; c. 2, *de simonia,* V, 1, in Extravag. com.; c. 1, *de sententia excommunicationis,* V, 10, in Extravag. com.; Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus,* c. 18; Sixtus V, const. «*Effraenatam*», 29 oct. 1588, § 7. -- Vide etiam Can. 2331, § 2; 2338, § 3; 2342, n. 1, 2; 2346; 2347; 2350, § 1; 2351, § 1; 2362; 2371; 2388; 2392; 2394, n. 3.

2232: C. 8, X, *de consuetudine,* I, 4; c. 16, X, *de electione et electi potestate,* I, 6; c. 13, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 10, X, *de cohabitatione clericorum et mulierum,* III, 2.

Kan. 2231. - Ako je pri izvršenju krivičnog djela bilo više sudionika, tako iako zakon govori samo o jednomu, upadaju u istu kaznu i oni, koji su spomenuti u kan. 2209, §§ 1-3, ako zakon ne predviđa izrijekom drugačije; a ostali ne, ali se imaju kazniti drugom pravednom kaznom po razboritoj ocjeni Poglavara, ako sam zakon za njih ne određuje posebnu kaznu.

Kan. 2232. - § 1. Kazna unaprijed izrečena, bila popravna bila odmazna, obvezuje u oba područja počinitelja krivičnog djela, koji si je toga svijestan, tim samim što je počinjeno; no ipak je počinitelj prije no što padne izjavna presuda oslobođen od obdržavanja kazne, kadgod je nemoguće, da je se drži bez osramoćenja, a u izvanjem području nitko ne može od njega tražiti, da tu kaznu obdržava, osim ako je krivično djelo notorno, uz obdržavanje propisa kan. 2223, § 4.

§ 2. Izjavna presuda postavlja kaznu unatrag do trenutka, kada je počinjeno krivično djelo.

Kan. 2233. - § 1. Nijedna se kazna ne može izreći, dok nije sigurno dokazano, da je krivično djelo počinjeno i da nije nastupila zakonita zastara.

§ 2. Pa i onda, kada je to zakonito dokazano, mora se krivac, ako se radi o izricanju kaznene zabrane, najprije ukoriti i opomenuti, da se okane upornosti prema odredbi kan. 2242, § 3, pošto mu je, ako je to prema ocjeni istoga suca odnosno Poglavara shodno, dan primjeren rok da se popravi; ako ustraje u upornosti, može se kaznena zabrana nemetnuti.

2233 § 1: C. 1, 11, C. II, q. 1; c. 76, C. XI, q. 3; c. 1, 2, C. XV, q. 5; c. 6, C. XXIV, q. 3; c. 10, C. XXX, q. 5; c. 4, 10, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 26, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 12, 24, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1; c. 2, X, *de calumniatoribus,* V, 2; c. 11, 30, 31, X, *de simonia, et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur,* V, 3; c. 15, X, *de purgatione canonica,* V, 34; c. 22, 35, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; Reg. 23, R. J., in VI°; c. 3, *de censibus, exactionibus et procurationibus,* III, 13, in Clem.; c. 2, *de poenis,* V, 8, in Clem.; c. un., *de poenis,* V, 8, in Extravag. com.; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Cochinchin.), 26 aug. 1775.

2233 § 2: C. 15, C. XXIV, q. 3; c. 11, X, *de constitutionibus,* I, 2; c. 26, 61, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 14, X, *de vita et honestate clericorum,* III, 1; c. 48, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 5, 9, 13, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; Conc. Trident., sess. XXV, *de ref.,* c. 3.

Can. 2234. - Qui plura delicta commisit, non modo gravius puniri, sed si, prudenti iudicis arbitrio, res id ferat, subiici etiam debet vigilantiae vel alii remedio poenali.

Can. 2235. - Delictum frustratum aut conatus delicti, nisi tanquam distincta delicta lege plectantur, possunt congrua poena pro gravitate puniri, salvo praescripto Can. 2213, § 3.

2234: C. 2, C. XV, q. 8; c. 42, 43, C. XXIII, q. 5; c. 10, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 13, X, *de vita et honestate clericorum,* III, 1; c. 2-4, X, *de clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante,* V, 27; c. 8, *de haereticis,* V, 2, in VI°; Conc. Trident., sess. XXV, *de ref.,* c. 14; S. Pius V, const. *«Cum primum»,* 1 apr. 1566, § 8. -- Vide etiam Can. 2208, § 2.

Kan. 2234. - Tko počini više kaznenih djela, mora se ne samo teže kazniti, nego, ako je po razboritom sudu suca slučaj takav, podložiti nadzoru ili kojem drugom kaznenom lijeku.

Kan. 2235. - Promašeno krivično djelo ili pokušaj djela, ako ih zakon ne kažnjava kao zasebna krivična djela, mogu se kazniti kaznom primjerenom težini krivnje, uz obdržavanje propisa kan. 2213, § 3.

2235: C. 3, X, *de clerico percussore,* V, 25.

TITULUS VII.

DE POENARUM REMISSIONE.

Can. 2236. - § 1. Remissio poenae sive per absolutionem, si agatur de censuris, sive per dispensationem, si de poenis vindicativis, concedi tantum potest ab eo qui poenam tulit, vel ab eius competente Superiore aut successore, vel ab eo cui haec potestas commissa est.

§ 2. Qui potest a lege eximere, potest quoque poenam legi adnexam remittere.

§ 3. Iudex qui ex officio applicat poenam a Superiore constitutam, eam semel applicatam remittere nequit.

Can. 2237. - § 1. In casibus publicis potest Ordinarius poenas latae sententiae iure communi statutas remittere, exceptis:

1.° Casibus ad forum contentiosum deductis;

2.° Censuris Sedi Apostolicae reservatis;

3.° Poenis inhabilitatis ad beneficia, officia, dignitates, munera in Ecclesia, vocem activam et passivam eorumve privationis, suspensionis perpetuae, infamiae iuris, privationis iuris patronatus et privilegii seu gratiae a Sede Apostolica concessae.

2236 § 1: C. 14, 16, 21-24, 28, 29, 31, D. L; c. 11, C. II, q. 1; C. 11, 17, 19, C. IX, q. 3; c. 40, 108, C. XI, q. 3; c. 84, D. I, *de poenit.;* c. 8, C. XXXV, q. 9; c. 13, 15, X, *de temporibus ordinationum et qualitate ordinandorum,* I, 11; c. 4, X, *de officio legati,* I, 30; c. 11, 20, X, *de officio iudicis ordinarii,* I, 31; c. 33, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 9, X, *de exceptionibus,* II, 25; c. 4, X, *de clericis coniugatis,* III, 3; c. 1, X, *qui clerici vel voventes matrimonium contrahere possunt,* IV, 6; c. 24, 45, X, *de simonia, et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur,* V, 3; c. 2, X, *de schismaticis et ordinatis ab eis,* V, 8; c. 4, 10, 11, 20, 26 29, 37, 39, 40, 58, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 1, X, *de regulis iuris,* V, 41; c. un., *de maioritate et obedientia,* I, 17, in VI°; c. 3, *de immunitate ecclesiarum, coemeteriorum et aliorum locorum religiosorum,* III, 23, in VI°; c. 7, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; Reg. 46, 68, 72, R. J., in VI°; c. 3, *de privilegiis,*

NASLOV VII.

OPRAŠTANJE KAZNI

Kan. 2236. - § 1. Opraštanje kazne bilo putem odrješenja, kada se radi o kaznenim zabranama, bilo putem pomilovanja, ako se radi o odmaznim kaznama, može podijeliti samo onaj, tko je nametnuo kaznu, odnosno njegov nadležni Poglavar ili slijednik, odnosno i onaj komu je ova vlast povjerena.

§ 2. Onaj koji može podijeliti oslobođenje od zakona, može ujedno i opraštati od kazne pridane zakonu.

§ 3. Sudac koji po službenoj dužnosti primjenjuje kaznu ustanovljenu od Poglavara, ne može je oprostiti pošto ju je već primijenio.

Kan. 2237. - § 1. Ordinarij može u slučajevima koji su javni, opraštati kazne, koje su unaprijed izrečene po općem pravu, izuzev:

1.° Slučajeve u kojima je već pokrenut sudski postupak;

2.° Kaznene zabrane pridržane Apostolskoj Stolici;

3.° Kazne onesposobljenja za nadarbine, službe, dostojnosti, zvanja u Crkvi, za pravo glasa ili izbora odnosno njihovog oduzeća, trajne obustave, pravne beščasnosti, oduzeća zaštitničkog prava i povlastica ili milosti podijeljene od Apostolske Stolice.

V, 7, in Extravag. com.; c. 3, 5, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 9, in Extravag. com.; c. 1, *de sententia excommunicationis,* V, 10, in Extravag. com.; Conc. Trident., sess. XIV, *de ref.,* c. 1; sess. XXIV, *de ref.,* c. 6; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Demandatam»,* 24 dec. 1743, § 12; Pius IX, const. *«Apostolicae Sedis»,* 12 oct. 1869; S. C. Ep. et Reg., decr. 16 oct. 1600, n. 12, 13; Pontificale Rom., tit. *Ordo suspensionis, reconciliationis, depositionis, dispensationis, degradationis, et restitutionis sacrorum ordinum;* tit. *Ordo excommunicandi et absolvendi.* -- Vide etiam Can. 882; 2253; 2254.

2237 § 1. 3.°: C. 4, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 2, X, *de raptoribus, incendiariis et violatoribus ecclesiarum,* V, 17; c. 2, X, *de sententia excommunicationis,* V, 19; Pontificale Rom., tit. *Ordo suspensionis, reconciliationis, depositionis, dispensationis, degradationis, et restitutionis sacrorum ordinum.*

§ 2. In casibus vero occultis, firmo praescripto Can. 2254 et 2290, potest Ordinarius poenas latae sententiae iure communi statutas per se vel per alium remittere, exceptis censuris specialissimo vel speciali modo Sedi Apostolicae reservatis.

Can. 2238. - Poenae remissio, vi aut metu gravi extorta, ipso iure irrita est.

Can. 2239. - § 1. Poena valide remitti potest praesenti vel absenti, absolute vel sub conditione, in foro externo vel interno tantum.

§ 2. Licet poena etiam oretenus remitti possit, si tamen scripto inflicta fuerit, expedit ut etiam eius remissio scriptis concedatur.

Can. 2240. - Ad praescriptionem actionis poenalis quod attinet, servetur dispositio Can. 1703.

2237 § 2: C. 4, X, *de crimine falsi,* V, 20; Conc. Trident., sess. XXIV, *de ref.,* c. 6; Pius IX, const. *«Apostolicae Sedis»,* 12 oct. 1869; S. C. S. Off., decr. 27 iun. 1866; S. C. C., *Camenecen.,* 4 dec. 1632; S. Poenit., 5 dec. 1873.

§ 2. A u skrovitim slučajevima može Ordinarij, uz obdržavanje propisa kan. 2254 i 2290, opraštati sam osobno ili po drugomu kazne unaprijed izrečene koje su ustanovljene po općem pravu, izuzev kaznene zabrane, koje su pridržane Apostolskoj Stolici na sasvim posebni ili na posebni način.

Kan. 2238. - Opraštanje kazne, koje je iznuđeno silom ili teškim strahom, ništavo je snagom samoga zakona.

Kan. 2239. - § 1. Opraštanje se kazne može podijeliti u prisutnosti ili u otsutnosti, bezuvjetno ili uvjetno, za izvanje pravno područje ili samo za unutarnje.

§ 2. Iako se kazna i usmeno može oprostiti, bolje je, ako je bila nametnuta pismeno, da i opraštanje od nje bude podijeljeno pismeno.

Kan. 2240. - U pogledu zastarijevanja kaznene tužbe ima se obdržavati odredba kan. 1703.

2238: C. 5, X, *de regulis iuris,* V, 41; c. un., *de iis, quae vi metusve causa sunt,* I, 20, in VI°; Reg. 64, R. J., in VI°.

SECTIO II.

De poenis in specie.

TITULUS VIII.

DE POENIS MEDICINALIBUS SEU DE CENSURIS.

CAPUT I.

DE CENSURIS IN GENERE.

Can. 2241. - § 1. Censura est poena qua homo baptizatus delinquens et contumax, quibusdam bonis spiritualibus vel spiritualibus adnexis privatur, donec, a contumacia recedens, absolvatur.

§ 2. Censurae, praesertim latae sententiae, maxime excommunicatio, ne infligantur, nisi sobrie et magna cum circumspectione.

Can. 2242. - § 1. Censura punitur tantummodo delictum externum, grave, consummatum, cum contumacia coniunctum; potest autem ferri censura etiam in delinquentes ignotos.

2241 § 1: C. un., *de consanguinitate et affinitate,* IV, in Clem.; c. 1, *de poenis,* V, 8, in Clem.; S. C. S. Off., decr. 18 mart. 1666, prop. 44, damn.; Pontificale Rom., tit. *Ordo excommunicandi et absolvendi.*

2241 § 2: C. 18, C. II, q. 1; c. 8, 41, 42, C. XI, q. 3; c. 27, C. XXIII, q. 4; c. 17, X, *de excessibus praelatorum et subditorum,* V, 31; c. 48, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 1, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; Conc. Trident., sess. XXV, *de ref.,* c. 3; S. C. S. Off., instr. 13 iul. 1916, n. 5; S. C. Ep. et Reg., *Montis Pelusii,* 15 maii 1590; S. C. C., *Salisburgen.,* 11 maii 1709; *Ugentina,* 14 mart. 1716; *Larinen.,* 26 ian., 10 maii, 9 et 30 aug. 1732, ad 12; *Civitatis Plebis,* 15 dec. 1736, 19 ian. 1737, 29 mart. 1738, ad 3; *Polymnianen.,* 26 mart.,

ODSJEK II.

Kazne posebice

NASLOV VIII.

POPRAVNE KAZNE ILI KAZNENE ZABRANE

GLAVA I.

KAZNENE ZABRANE UOPĆE

Kan. 2241. - § 1. Kaznena je zabrana takova kazna, kojom se čovjeku krštenomu, koji je počinio krivično djelo i koji je uporan, oduzimlju neka dobra duhovna ili s duhovnima spojena, dok ne bude, pošto prestane biti upornim, odriješen.

§ 2. Kaznene se zabrane, osobito unaprijed izrečene, napose izopćenje, smiju nametati vrlo trijezno i s velikom obzirnošću.

Kan. 2242. - § 1. Kaznenom se zabranom smije kazniti samo krivično djelo, koje je izvanjsko, teško, dovršeno i spojeno s upornošću; ali se kaznena zabrana može izreći i protiv nepoznatih počinitelja krivičnih djela.

30 apr. 1746, ad XV; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 18 aug. 1760; litt. (ad Vic. Ap. Malacen.), 30 sept. 1848.

2242 § 1: C. 2, C. V, q. 1; c. 22, 41, 42, C. XI, q. 3; c. 7, X, *de electione et electi potestate,* I, 6; c. 2, X, *de officio iudicis ordinarii,* I, 31; c. 10, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 25, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 4, X, *de crimine falsi,* V, 20; c. 1, 3, 4, 16, 23, 24, 32, 54, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 2, *de constitutionibus,* I, 2, in VI°; c. 15, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; Reg. 15, 23, R. J., in VI°; c. un., *de furtis,* V, 5, in Extravag. com.; Conc. Trident., sess. XXV, *de ref.,* c. 3.

§ 2. Si agatur de censuris ferendae sententiae, contumax est qui, non obstantibus monitionibus de quibus in Can. 2233, § 2, a delicto non desistit vel patrati delicti poenitentiam cum debita damnorum et scandali reparatione agere detrectat; ad incurrendam vero censuram latae sententiae sufficit transgressio legis vel praecepti cui sit adnexa latae sententiae poena, nisi reus legitima causa ab hac excusetur.

§ 3. Contumaciam desiisse dicendum est, cum reum vere delicti commissi poenituerit et simul ipse congruam satisfactionem pro damnis et scandalo dederit aut saltem serio promiserit; iudicare autem utrum poenitentia vera sit, satisfactio congrua aut eiusdem promissio seria, necne, illius est, a quo censurae absolutio petitur.

Can. 2243. - § 1. Censurae inflictae per sententiam iudicialem, statim ac latae fuerint, exsecutionem secumferunt, nec ab eis datur appellatio, nisi in devolutivo; item a censuris ad modum praecepti inflictis datur recursus, sed in devolutivo tantum.

§ 2. Appellatio vero vel recursus a sententia iudiciali vel praecepto comminante censuras etiam latae sententiae nondum contractas, nec sententiam aut praeceptum nec censuras suspendunt, si agatur de re in qua ius non admittit appellationem vel recursum etiam cum effectu suspensivo; secus censuras suspendunt, firma tamen obligatione servandi id quod sententia aut praecepto mandatur, nisi reus appellationem vel recursum interposuerit non a sola poena, sed ab ipsa quoque sententia vel praecepto.

Can. 2244. - § 1. Non solum diversae, sed etiam eiusdem speciei censura potest in eodem subiecto multiplicari.

2242 § 2: C. 10, X, *de iudiciis,* II, 1; c. 26, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 9, 15, 29, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 5, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°.

2242 § 3: C. 11, X, *de constitutionibus,* I, 2; c. 8, X, *de officio iudicis ordinarii,* I, 31; c. 25, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 24, X, *de simonia, et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur,* V, 3; c. 9, 10, 13, 15, 28-30, 48, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 1, *de decimis, primitiis et oblationibus,* III, 8, in Clem.; S. C. Ep. et Reg., decr. 16 oct. 1600, n. 12, 13; Pontificale Rom., tit. *Ordo excommunicandi et absolvendi;* Rituale Rom., tit. III, c. 3, *de absolutione ab excommunicatione in foro exteriori,* n. 2.

§ 2. Kada se radi o kaznenim zabranama, koje su izreci prepuštene, smatra se upornikom onaj, tko ne će, usprkos opomenama spomenutim u kan. 2233 § 2, da odstane od krivičnog djela ili odbija izvršiti pokoru za počinjeno krivično djelo, te ono što je potrebito, da se popravi šteta i sablazan; a za to, da se upadne u kaznenu zabranu unaprijed izrečenu dostatno je, da se prekrši zakon odnosno nalog, kojemu je pridana unaprijed izrečena kazna, osim ako krivca od nje oslobađa zakoniti razlog.

§ 3. Mora se uzeti, da je upornost prestala, kada se je krivac uistinu pokajao zbog počinjenog krivičnog djela, te je ujedno dao primjerenu zadovoljštinu za štetu i sablazan ili je to barem ozbiljno obećao; a na onoga, od koga se moli odrješenje od kaznene zabrane, spada da ocijeni, da li je pokajanje istinito, zadovoljština primjerena ili njezino obećanje ozbiljno, ili ne.

Kan. 2243. - § 1. Kaznene zabrane, koje su nematnute sudačkom presudom, postaju odmah izvršnima i protiv njih se može uložiti samo priziv bez obustavne moći; isto se tako protiv kaznenih zabrana, koje su nametnute putem naloga može uložiti samo pritužba bez obustavne moći.

§ 2. Priziv pako odnosno pritužba protiv sudačke presude ili naloga izdanih pod prijetnjom kaznenih zabrana, pa bile one i unaprijed izrečene, ne obustavljaju ni presude ni naloga ni kaznenih zabrana, ako se radi o takvoj stvari u kojoj zakon ne dopušta priziva odnosno pritužbe također i s obustavom moći; inače obustavljaju kaznene zabrane, no ipak ostaje na snazi obveza obdržavati ono, što presuda ili nalog traži, osim ako je krivac uložio priziv ili pritužbu ne samo protiv kazne, nego i protiv same presude ili naloga.

Kan. 2244. - § 1. Ista osoba može istodobno upasti u više kaznenih zabrana, i to ne samo u raznovrsne, nego i istovrsne.

2243 § 1: C. 4, 27, C. XI, q. 3; c. 6, C. XXIV, q. 3; c. 7, 8, 13, X, *de officio iudicis ordinarii,* I, 31; c. 5, X, *de exceptionibus,* II, 25; c. 37, 43, 53, X, *de appellationibus, recusationibus, et relationibus,* II, 28; c. 40, 48, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 1, 2, 20, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»,* 30 mart. 1742, § 8, 14, 36, 45; S. C. de Prop. Fide, instr. 20 oct. 1884, n. 11, 12.

2243 § 2: C. 16, 40, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»,* 30 mart. 1742, § 8, 14, 36; S. C. C., 15 sept. 1625; *Comen.,* 19 aug., 9 sept. 1702, 1 mart. 1704, ad 1; *Piscien.,* 24 mart., 21 iul. 1753, ad 5-8.

2244 § 1: C. 1, X, *de poenis,* V, 37.

§ 2. Censura latae sententiae multiplicatur:

1.° Si diversa delicta, quorum singula censuram secumferunt, eadem vel distincta actione committantur;

2.° Si idem delictum, censura punitum, pluries repetatur ita ut plura sint delicta distincta;

3.° Si delictum, diversis censuris a distinctis Superioribus punitum, semel aut pluries committatur.

§ 3. Censura ab homine multiplicatur, si plura praecepta vel plures sententiae vel plures distinctae partes eiusdem praecepti aut sententiae suam quaeque censuram infligant.

Can. 2245. - § 1. Censurae aliae sunt *reservatae,* aliae *non reservatae.*

§ 2. Censura *ab homine* est reservata ei qui censuram inflixit aut sententiam tulit, eiusve Superiori competenti, vel successori aut delegato; ex censuris vero a iure reservatis aliae sunt reservatae *Ordinario,* aliae *Apostolicae Sedi.*

§ 3. E reservatis Apostolicae Sedi aliae sunt *reservatae simpliciter,* aliae *speciali modo,* aliae *specialissimo modo.*

§ 4. Censura latae sententiae non est reservata, nisi in lege vel praecepto id expresse dicatur; et in dubio sive iuris sive facti reservatio non urget.

Can. 2246. - § 1. Ne reservetur censura, nisi attenta peculiari gravitate delictorum et necessitate aptius providendi disciplinae ecclesiasticae et medendi conscientiis fidelium.

§ 2. Reservatio strictam recipit interpretationem.

§ 3. Reservatio censurae impedientis receptionem Sacramentorum importat reservationem peccati cui censura adnexa est; verum si quis a censura excusatur vel ab eadem fuit absolutus, reservatio peccati penitus cessat.

2244 § 2. 3.°: C. 27, 42, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 2, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 10, in Clem.

2245 § 1: C. 29, 32, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 3, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 9, in Extravag. com.

2245 § 2: C. 11, X, *de officio iudicis ordinarii,* I, 31; c. 29, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 7, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; Conc. Trident., sess. XIV, *de ref.,* c. 1; Rituale Rom., tit. III, c. 1, *de sacramento poenitentiae,* n. 4.

§ 2. U više se kaznenih zabrana unaprijed izrečenih upada:

1.° Ako netko istim ili različitim činom izvrši raznovrsna krivična djela, od kojih svako uzrokuje kaznenu zabranu;

2.° Ako se krivično djelo, skopčano s kaznenom zabranom, više puta opetuje tako, da postoje više različitih krivičnih djela;

3.° Ako netko jednom ili više puta izvrši takovo krivično djelo, kojemu su pridane različite kaznene zabrane od strane različitih Poglavara.

§ 3. U sudačku se kaznenu zabranu upada više puta, ako više naloga odnosno više presuda ili više različitih dijelova istog naloga odnosno presude nametaju svaka svoju kaznenu zabranu.

Kan. 2245. - § 1. Kaznene su zabrane jedne *pridržane,* a druge *nepridržane.*

§ 2. *Sudačka* je kaznena zabrana pridržana onomu, koji je zabranu nametnuo odnosno izrekao presudu, te njegovom nadležnomu Poglavaru, odnosno sljedniku ili punomoćniku; a od *pravnih* su kaznenih zabrana jedne pridržane *Ordinariju,* a druge *Apostolskoj Stolici.*

§ 3. Od pridržanih Apostolskoj Stolici neke su pridržane na *obični način,* neke na *posebni način,* a neke na *sasvim posebni način.*

§ 4. Kaznena zabrana unaprijed izrečena nije pridržana, ako to u zakonu ili nalogu nije izričito rečeno; a u slučaju dvojbe, bilo da je pravna bilo činjenična, pridržaj ne obvezuje.

Kan. 2246. - § 1. Kaznena se zabrana smije pridržavati samo imajući u vidu posebnu težinu krivičnih djela, te potrebu da se tako bolje uzdrži crkvena stega i osjetljivost savjesti kod vjernika.

§ 2. Pridržaj se mora strogo tumačiti.

§ 3. Pridržaj takove kaznene zabrane, koja brani primanje Otajstava uključuje i pridržaj grijeha, kojemu je kaznena zabrana pridana; no ako je netko oslobođen od kaznene zabrane, ili je bio od nje odriješen, prestaje posvema i pridržaj grijeha.

2245 § 4: Reg. 15, 30, 49, R. J., in VI°.

2246 § 1: Conc. Trident., sess. XIV, *de poenitentia,* c. 7; Benedictus XIV, ep. encycl. «*A quo primum*», 14 iun. 1751, § 8; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Sutchuen.), 6 iun. 1817, n. 4.

2246 § 2: Reg. 15, 49, R. J., in VI°.

2246 § 3: C. 1, *de privilegiis,* V, 7, in Extravag. com.

Can. 2247. - § 1. Si censura Sedi Apostolicae reservata sit, Ordinarius nequit aliam censuram sibi reservatam in idem delictum ferre.

§ 2. Reservatio censurae in particulari territorio vim suam extra illius territorii fines non exserit, etiamsi censuratus ad absolutionem obtinendam e territorio egrediatur; censura vero ab homine est ubique locorum reservata ita ut censuratus nullibi absolvi sine debitis facultatibus possit.

§ 3. Si confessarius, ignorans reservationem, poenitentem a censura ac peccato absolvat, absolutio censurae valet, dummodo ne sit censura ab homine aut censura specialissimo modo Sedi Apostolicae reservata.

Can. 2248. - § 1. Quaelibet censura, semel contracta, tollitur tantum legitima absolutione.

§ 2. Absolutio denegari nequit cum primum delinquens a contumacia recesserit ad normam Can. 2242, § 3; a censura autem absolvens, potest, si res ferat, pro patrato delicto congruam vindicativam poenam vel poenitentiam infligere.

§ 3. Censura, per absolutionem sublata, non reviviscit, nisi in casu quo onus impositum sub poena reincidentiae impletum non fuerit.

Can. 2249. - § 1. Si quis pluribus censuris detineatur, potest ab una absolvi, ceteris minime absolutis.

§ 2. Petens absolutionem, debet casus omnes indicare, secus absolutio valet tantum pro casu expresso; quod si absolutio, quamvis particularis petitio facta sit, fuerit generalis, valet quoque pro reticitis bona fide, excepta censura specialissimo modo Sedi Apostolicae reservata, non autem pro reticitis mala fide.

2247 § 1: Reg. 54, R. J., in VI°; S. C. S. Off., instr. 13 iul. 1916, n. 4; S. C. Ep. et Reg., 26 nov. 1602.

2247 § 2: C. 11, X, *de officio iudicis ordinarii,* I, 31.

2247 § 3: S. C. S. Off., 11 maii 1892.

2248 § 1: C. 6, X, *de officio iudicis ordinarii,* I, 31; c. 15, 28, 30, 38, 41, 58, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 4, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 10, in Clem.; Clemens XIII, const. *«Inexhaustum»,* 3 sept. 1762, § 5; S. C. S. Off., decr. 18 mart. 1666, prop. 44, damn.; Pontificale Rom., tit. *Ordo suspensionis, reconciliationis, depositionis, dispensationis, degradationis, et restitutionis sacrorum ordinum.* -- Vide etiam Can. 2236, § 1.

Kan. 2247. - § 1. Kada je kaznena zabrana pridržana Apostolskoj Stolici, tada ne može Ordinarij uz isto krivično djelo odrediti drugu kaznenu zabranu, koja bi njemu bila pridržana.

§ 2. Pridržaj kaznene zabrane na krajevnom području ne obvezuje izvan granica toga područja, iako je onaj, koji je upao u zabranu, otišao s područja zbog toga, da dobije odrješenje, no sudačka je kaznena zabrana pridržana svuda i svagdje tako, da onaj, koji je upao u zabranu nigdje ne može biti odriješen bez potrebitih ovlaštenja.

§ 3. Ako odriješi od kaznene zabrane i grijeha pokornika ispovjednik, koji ne zna za pridržaj, odrješenje je od zabrane valjano, pod uvjetom da se ne radi o kaznenoj zabrani sudačkoj ili na sasvim posebni način pridržanoj Apostolskoj Stolici.

Kan. 2248. - § 1. Svaka kaznena zabrana, u koju je netko jednom upao, prestaje samo zakonitim odrješenjem.

§ 2. Odrješenje se ne smije uskratiti kad krivac odustane od tvrdokornosti prema odredbi kan. 2242, § 3; odrješitelj pak od kaznene zabrane može, prema slučaju, za počinjeni zločin primijeniti odmaznu kaznu ili pokoru.

§ 3. Kaznena zabrana koja je odrješenjem ukinuta ne uspostavlja se ponovno, osim u slučaju kad se ne ispuni obveza naložena pod kaznu ponovnog upadanja.

Kan. 2249. - § 1. Ako nekoga veže više kaznenih zabrana, može biti odriješen od jedne, a da od ostalih ne ostane odriješen.

§ 2. Onaj tko moli odrješenje, dužan je navesti sve slučajeve, inače vrijedi odrješenje samo za iskazani slučaj; ako je bilo dano općenito odrješenje, iako je podnesena molba bila samo pojedinačka, vrijedi ono i za slučajeve prešućene u dobroj vjeri, izuzev kaznenu zabranu, koja je na sasvim posebni način pridržana Apostolskoj Stolici, ali ne vrijedi za slučajeve prešućene zlonamjerno.

2248 § 2: C. 10, C. XI, q. 3; c. 32, C. XXIII, q. 8; c. 11, X, *de constitutionibus,* I, 2; c. 25, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 24, X, *de simonia, et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur,* V, 3; c. 11, *de haereticis,* V, 2, in VI°; c. 2, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; Reg. 4, 5, R. J., in VI°; c. 1, *de poenis,* V, 8, in Clem.; S. C. Ep. et Reg., *Mileten.,* 4 aug. 1579; decr. 16 oct. 1600, n. 13, *Anglonen.,* 22 aug. 1727.

2248 § 3: C. 8, X, *de officio iudicis ordinarii,* I, 31; c. 22, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; c. 1, *de poenis,* V, 8, in Clem.; S. C. Ep. et Reg., decr. 16 oct. 1600, n. 13. -- Vide etiam Can. 2252; 2254, § 1, 3.

2249 § 2: C. 27, 42, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39.

Can. 2250. - § 1. Si agatur de censura quae non impedit Sacramentorum receptionem, censuratus, rite dispositus et a contumacia recedens, potest absolvi a peccatis, firma censura.

§ 2. Si vero agatur de censura quae impedit Sacramentorum receptionem, censuratus nequit absolvi a peccatis, nisi prius a censura absolutus fuerit.

§ 3. Absolutio censurae in foro sacramentali continetur in consueta forma absolutionis peccatorum in libris ritualibus praescripta; in foro non sacramentali quolibet modo dari potest, sed ad excommunicationis absolutionem regulariter formam adhiberi convenit in eisdem libris traditam.

Can. 2251. - Si absolutio censurae detur in foro externo, utrumque forum afficit; si in interno, absolutus, remoto scandalo, potest uti talem se habere etiam in actibus fori externi; sed, nisi concessio absolutionis probetur aut saltem legitime praesumatur in foro externo, censura potest a Superioribus fori externi, quibus reus parere debet, urgeri, donec absolutio in eodem foro habita fuerit.

Can. 2252. - Qui in periculo mortis constituti, a sacerdote, specialis facultatis experte, receperunt absolutionem ab aliqua censura ab homine vel a censura specialissimo modo Sedi Apostolicae reservata, tenentur, postquam convaluerint, obligatione recurrendi, sub poena reincidentiae, ad illum qui censuram tulit si agatur de censura ab homine; ad S. Poenitentiariam vel ad Episcopum aliumve facultate praeditum, ad normam can. 2254, § 1, si de censura a iure; eorumque mandatis parendi.

2250 § 2: S. C. S. Off. (S. Hyacinthi), 7 mart. 1883.

2250 § 3: C. 108, C. XI, q. 3; c. 28, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; Pontificale Rom., tit. *Ordo suspensionis, reconciliationis, depositionis, dispensationis, degradationis, et restitutionis sacrorum ordinum;* tit. *Ordo excommunicandi et absolvendi;* Rituale Rom., tit. III, c. 2, *Absolutionis forma;* c. 3, *de absolutione ab excommunicatione in foro exteriori;* c. 5, *de modo absolvendi a suspensione vel ab interdicto extra vel intra sacramentalem confessionem.*

2251: C. 39, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; Clemens X., const. *«Superna»,* 21 iun. 1670, § 7; Clemens XII, const. *«Admonet Nos»,* 11 aug. 1735, § 2, 3; S. C. S. Off., 3 ian. 1640; 28 sept. 1672; litt. 7 maii 1822; (Myssur.), 28 aug. 1861; S. C. Ep. et Reg., *Bituntina,* 3 iul. 1637; S. C. C., *Narbonen.,* 12 aug. 1612, ad 4; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Mission. Congi), 14 ian. 1726, n. 2; S. Poenit., 27 apr. 1886, ad 4.

Kan. 2250. - § 1. Kada se radi o kaznenoj zabrani, koja ne brani primanje Otajstava, može onaj, tko je upao u zabranu, ako je u potrebitom duševnom stanju i ako otstupa od upornosti, biti odriješen od grijeha, tako da i dalje ostaje u zabrani.

§ 2. No kada se radi o kaznenoj zabrani, koja brani primanje Otajstava, ne može se takav, koji je upao u zabranu odriješiti od grijeha, dok ne bude najprije odriješen od kaznene zabrane.

§ 3. Odrješenje od kaznene zabrane u svetotajstvenom području sadržano je u običajnom izričaju odrješenja od grijeha propisanom u obrednim knjigama; u izvanotajstvenom području može se podijeliti kojimgod načinom, ali je kod odrješenja od izopćenja zgodnije u pravilu upotrijebiti onaj oblik, koji je označen u istim knjigama.

Kan. 2251. - Ako je odrješenje dano u izvanjem području, vrijedi za oba područja; ako je dano u unutarnjem, odrješnik se može, ukoliko nema sablazni, smatrati odriješenim i u pogledu čina izvanjega područja, ali Poglavari u izvanjem području mogu, doklegod se podjelba odrješenja u izvanjem području ne dokaže ili za to barem ne bude zakonite predmnijeve, zahtijevati, da se kaznena zabrana drži, sve do podjelbe odrješenja i u tom području, a krivac je dužan da im se pokori.

Kan. 2252. - Oni koji su, nalazeći se u smrtnoj pogibli, dobili od svećenika, koji nije imao posebnog ovlaštenja, odrješenje od koje sudačke kaznene zabrane ili od zabrane pridržane na sasvim posebni način Apostolskoj Stolici, dužni su, pošto ozdrave, iznova se obratiti, pod kaznu povrate, na onoga, koji je izrekao zabranu, ako se radi o sudačkoj kaznenoj zabrani; na Sv. Pokorništvo odnosno na Biskupa ili na drugoga onoga, koji ima ovlaštenje, prema odredbi kan. 2254, § 1, ako se radi o pravnoj zabrani; te se njihovim odredbama ima pokoriti.

2252: C. 13, 26, 58, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 22, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; c. 1, *de poenis,* V, 8, in Clem.; c. 1, *de privilegiis,* V, 7, in Extravag. com.; Pius IX, litt. ap. *«Cum Catholica Ecclesia»,* 26 mart. 1860; const. *«Apostolicae Sedis»,* 12 oct. 1869; S. C. S. Off., 23 iun. 1886; 17 iun. 1891, ad 3; litt. 19 aug. 1891, ad 1, 2; 13 ian. 1892, ad 6; 30 mart. 1892, ad 1-4; S. C. Ep. et Reg., 9 ian. 1601; Rituale Rom., tit. III, c. 1, *de sacramento poenitentiae,* n. 23.

Can. 2253. - Extra mortis periculum possunt absolvere:

1.° A censura non reservata, in foro sacramentali quilibet confessarius; extra forum sacramentale quicunque iurisdictionem in foro externo habeat in reum;

2.° A censura *ab homine,* ille, cui censura reservata est ad normam Can. 2245, § 2; ipse autem potest absolutionem concedere, etiamsi reus alio domicilium vel quasi-domicilium transtulerit;

3.° A censura *a iure reservata,* ille qui censuram constituit vel cui reservata est, eorumque successores aut competentes Superiores aut delegati. Quare a censura reservata *Episcopo* vel *Ordinario,* quilibet Ordinarius absolvere potest suos subditos, loci vero Ordinarius etiam peregrinos; a reservata *Sedi Apostolicae,* haec aliive qui absolvendi potestatem ab ea impetraverint sive generalem, si censura *simpliciter reservata* sit, sive specialem, si *reservata speciali modo,* sive denique specialissimam, si *reservata specialissimo modo,* salvo praescripto Can. 2254.

Can. 2254. - § 1. In casibus urgentioribus, si nempe censurae latae sententiae exterius servari nequeant sine periculo gravis scandali vel infamiae, aut si durum sit poenitenti in statu gravis peccati permanere per tempus necessarium ut Superior competens provideat, tunc quilibet confessarius in foro sacramentali ab eisdem, quoquo modo reservatis, absolvere potest, iniuncto onere recurrendi, sub poena reincidentiae, intra mensem saltem per epistolam et per confessarium, si id fieri possit sine gravi incommodo, reticito nomine, ad S. Poenitentiariam vel ad Episcopum aliumve Superiorem praeditum facultate et standi eius mandatis.

2253 3.°: C. 40, C. XI, q. 3; c. 4, X, *de officio legati,* I, 30; c. 8, 11, 20, X, *de officio iudicis ordinarii,* I, 31; c. 4, X, *de crimine falsi,* V, 20; c. 29, 32, 39, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 1, X, *de regulis iuris,* V, 41; c. un., *de maioritate et obedientia,* I, 17, in VI°; c. 7, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; Reg. 46, 68, 72, R. J., in VI°; c. 1, *de privilegiis,* V, 7, in Extravag. com.; c. 3, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 9, in Extravag. com.; Conc. Trident., sess. XIV, *de ref.,* c. 1; sess. XXIV, *de ref.,* c. 6; Clemens XI, const. *«Ad Apostolatus»,* 18 iun. 1712, § 1; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Demandatam»,* 24 dec. 1743, § 12: Clemens XIII, const. *«Inexhaustum»,* 3 sept. 1762, § 5; Pius IX, const. *«Apostolicae Sedis»,* 12 oct. 1869; S. C. S. Off. (Portus Aloisii), 1 aug. 1855; instr. 20 febr. 1866; decr. 27 iun. 1866; 4 apr. 1871; S. C. Ep. et Reg., 9 ian. 1601; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 17 febr. 1772, ad 3; S. Poenit., 5 dec. 1873; Pontificale Rom., tit. *Ordo suspensionis, reconciliationis, depositionis, dispensationis, degradationis, et restitutionis sacrorum ordinum;* tit. *Ordo excommunicandl et absolvendi;* Rituale Rom., tit. III, c. 1, *de sacramento poenitentiae,* n. 12.

Kan. 2253. - Izvan smrtne pogibli mogu dati odrješenje:

1.° Od nepridržane kaznene zabrane svaki ispovjednik u ispovijedi; izvan ispovijedi svatko, tko ima nad krivcem poglavarsku vlast u izvanjem području;

2.° Od *sudačke* kaznene zabrane, onaj komu je zabrana pridržana prema odredbi kan. 2245, § 2; a taj može podijeliti odrješenje, iako je krivac međutim promijenio prebivalište ili doprebivalište;

3.° Od *pravne* kaznene zabrane, koja je pridržana, onaj tko je zabranu propisao ili komu je ona pridržana, te njihovi slijednici odnosno nadležni Poglavari ili punomoćnici. Stoga može od kaznene zabrane pridržane *Biskupu* ili *Ordinariju* odriješiti svaki Ordinarij svoje potčinjene, a mjesni Ordinarij također i strance; od zabrane pridržane *Apostolskoj Stolici,* ovaj i drugi, koji su sebi od nje ishodili ovlasticu odrješivati, bilo opću, ako je kaznena zabrana *pridržana na obični način,* bilo posebnu, ako je *pridržana na posebni način,* bilo sasvim posebnu, ako je *pridržana na sasvim posebni način,* uz obdržavanje propisa kan. 2254.

Kan. 2254. - § 1. U slučajevima vrlo hitnima, kada se naime unaprijed izrečene kaznene zabrane ne mogu naizvan obdržavati bez pogibli velike sablazni ili osramoćenja, ili ako je pokorniku nesnosno ostati u stanju teškoga grijeha za vrijeme, koje je potrebno, da stvar riješi nadležni Poglavar, tada može od njih, ma kako bile pridržane, odriješiti svaki ispovjednik u ispovijedi, time da se nametne, pod kaznom povrate u zabranu, obveza ponovno se obratiti, i to barem u roku od mjesec dana putem lista i preko ispovjednika, ako je to bez veće neprilike moguće, pod skrivenim imenom, na Sv. Pokorništvo ili na Biskupa odnosno drugoga Poglavara, koji ima ovlaštenje, te se pokoriti njegovim odredbama.

2254 § 1: C. 29, 58, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 22, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; S. C. S. Off., 23 iun. 1886, ad 2; 17 iun. 1891, ad 2; litt. 19 aug. 1891, ad 3; 30 mart. 1892, ad 5, 6; 16 iun. 1897; 7 iun. 1899; 5 sept. 1900; 19 dec. 1900; 6 sept. 1909; S. Poenit., 7 nov. 1888, ad 5, 6; Pontificale Rom., tit. *Ordo excommunicandi et absolvendi.*

§ 2. Nihil impedit quominus poenitens, etiam post acceptam, ut supra, absolutionem, facto quoque recursu ad Superiorem, alium adeat confessarium facultate praeditum, ab eoque, repetita confessione saltem delicti cum censura, consequatur absolutionem; qua obtenta, mandata ab eodem accipiat, quin teneatur postea stare aliis mandatis ex parte Superioris supervenientibus.

§ 3. Quod si in casu aliquo extraordinario hic recursus sit moraliter impossibilis, tunc ipsemet confessarius, excepto casu quo agatur de absolutione censurae de qua in Can. 2367, potest absolutionem concedere sine onere de quo supra, iniunctis tamen de iure iniungendis, et imposita congrua poenitentia et satisfactione pro censura, ita ut poenitens, nisi intra congruum tempus a confessario praefiniendum poenitentiam egerit ac satisfactionem dederit, recidat in censuram.

CAPUT II.

DE CENSURIS IN SPECIE.

Can. 2255. - § 1. Censurae sunt:

1.° Excommunicatio;

2.° Interdictum;

3.° Suspensio.

§ 2. Excommunicatio afficere potest tantum personas physicas, et ideo, si quando feratur in corpus morale, intelligitur singulos afficere qui in delictum concurrerint; interdictum et suspensio, etiam communitatem, ut personam moralem; excommunicatio et interdictum, etiam laicos; suspensio, clericos tantum; interdictum, etiam locum; excommunicatio est semper censura; interdictum et suspensio possunt esse vel censurae vel poenae vindicativae, sed in dubio praesumuntur censurae.

2254 § 2: S. C. S. Off., 19 dec. 1900, ad 3.

2254 § 3: S. C. S. Off., 9 nov. 1898; 7 iun. 1899; 5 sept. 1900.

2255 § 1. 3.°: C. 20, X, *de verborum significatione,* V, 40; c. 1, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Inter praeteritos»,* 3 dec. 1749, § 48.

§ 2. Nema zapreke, da pokornik, i onda, kada je već dobio odrješenje, kako je gore rečeno, te pošto se je već i obratio na Poglavara, otiđe drugomu ispovjedniku, koji ima ovlaštenje, te dobije od njega odrješenje, pošto je opetovao ispovijed barem u pogledu krivičnog djela zbog kojega je pod kaznenom zabranom; kada ga poluči, treba da od istoga primi odredbe, te onda nije poslije dužan pokoriti se drugim odredbama koje bi naknadno stigle od Poglavara.

§ 3. Ako bi u kojemu izvanrednom slučaju bilo moralno nemoguće ovako se iznova obratiti, tada može sam ispovjednik, izuzev slučaj, u kojemu se radi o odrješenju od kaznene zabrane spomenute u kan. 2367, podijeliti odrješenje bez gore rečene obveze, ali da ipak zahtijeva što se po pravu ima zahtijevati, te naloži primjerenu pokoru i zadovoljštinu za kaznenu zabranu s time, da pokornik iznova upada u kaznenu zabranu, ako unutar primjerenog roka, koji ima odrediti ispovjednik, pokoru ne izvrši i zadovoljštinu ne dade.

GLAVA II.

KAZNENE ZABRANE POSEBICE

Kan. 2255. - § 1. Kaznene su zabrane:

1.° Izopćenje;

2.° Uskrata bogoslužja;

3.° Obustava.

§ 2. Izopćenje može obvezivati samo pojedinačke osobe, pa stoga, ako bi kada bilo izrečeno protiv skupnoga tijela, razumijeva se to tako, da obvezuje svakog pojedinog, koji je sudjelovao kod krivičnog djela; uskrata bogoslužja i obustava mogu obvezivati i zajednicu, kao skupnu osobu; izopćenje i uskrata bogoslužja, i svjetovnjake; obustava, samo duhovnike; uskrata bogoslužja, i mjesto; izopćenje je uvijek kaznena zabrana; uskrata bogoslužja i obustava mogu biti ili kaznene zabrane ili odmazne kazne, ali se u dvojbi predmnijeva da su kaznene zabrane.

2255 § 2: C. 1, *de usuris,* V, 5, in VI°; c. 5, 16, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; Reg. 15, 30, 49, R. J., in VI°; Conc. Trident., sess. VII, *de ref.,* c. 10; sess. XXIII, *de ref.,* c. 10; Pius IX, const. *«Apostolicae Sedis»,* 12 oct. 1869, § V, n. 1.

Can. 2256. - In canonibus qui sequuntur:

1.° Nomine divinorum officiorum intelliguntur functiones potestatis ordinis, quae de instituto Christi vel Ecclesiae ad divinum cultum ordinantur et a solis clericis fieri queunt;

2.° Nomine autem actuum legitimorum ecclesiasticorum significantur: munus administratoris gerere bonorum ecclesiasticorum; partes agere iudicis, auditoris et relatoris, defensoris vinculi, promotoris iustitiae et fidei, notarii et cancellarii, cursoris et apparitoris, advocati et procuratoris in causis ecclesiasticis; munus patrini agere in sacramentis baptismi et confirmationis; suffragium ferre in electionibus ecclesiasticis; ius patronatus exercere.

ART. I.

DE EXCOMMUNICATIONE.

Can. 2257. - § 1. Excommunicatio est censura qua quis excluditur a communione fidelium cum effectibus qui in canonibus, qui sequuntur, enumerantur, quique separari nequeunt.

§ 2. Dicitur quoque *anathema,* praesertim si cum sollemnitalibus infligatur quae in Pontificali Romano describuntur.

Can. 2258. - § 1. Excommunicati alii sunt *vitandi,* alii *tolerati.*

§ 2. Nemo est vitandus, nisi fuerit nominatim a Sede Apostolica excommunicatus, excommunicatio fuerit publice denuntiata et in decreto vel sententia expresse dicatur ipsum vitari debere, salvo praescripto Can. 2343, § 1, n. 1.

2256 2.°: C. 13, X, *de haereticis,* V, 7.

2257 § 1: C. 12-14, D. XVIII; c. 12, C. III, q. 4; c. 3, 21, 27, 32, 37, 107, C. XI, q. 3; c. 2, X, *de exceptionibus,* II, 25; c. 13, X, *qui filii sint legitimi,* IV, 17; c. 40, 59, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 20, X, *de verborum significatione,* V, 40; c. 1, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; c. 1, *de privilegiis,* V, 7, in Extravag. com.; Conc. Trident., sess. XXV, *de ref.,* c. 3; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Inter praeteritos»,* 3 dec. 1749, § 48; Pius VI, const. *«Auctorem fidei»,* 28 aug. 1794, prop. 46, Synodi Pistorien., damn.

2257 § 2: C. 106, C. XI, q. 3; c. 1, *de poenis,* V, 8, in Clem.; Pontificale Rom., tit. *Ordo excommunicandi et absolvendi.*

Kan. 2256. - U kanonima koji slijede:

1.° Razumijevaju se pod nazivom bogoslužja čini bogoslužne vlasti, koji su po uredbi Kristovoj ili Crkvenoj određeni za bogoštovlje i koje mogu izvršivati samo duhovnici;

2.° A nazivom crkvenih časnih čina označuju se: izvršivati službu upravljatelja crkvene imovine; sudjelovati kod suda kao sudac, izvidnik i izvjestitelj, branitelj veze, promicatelj pravde i vjere, bilježnik i ravnatelj pisarne, dostavljač i podvornik, kao odvjetnik i zastupnik u crkvenim parnicama; kumovati kod otajstava krštenja i potvrde; glasovati kod crkvenih izbora; izvršivati zaštitničko pravo.

ČLANAK I.

IZOPĆENJE

Kan. 2257. - § 1. Izopćenje je kaznena zabrana, kojom se neka osoba isključuje iz zajedništva s vjernicima uz učinke, koji su iscrpno naznačeni u kanonima, koji slijede i koje se ne mogu odvajati.

§ 2. Naziva se i *anathema,* osobito ako se izriče u svečanom obliku, kako ga opisuje Rimski Velesvećenički obrednik.

Kan. 2258. - § 1. Od izopćenika jedni se moraju *izbjegavati,* a drugi se smiju *trpiti.*

§ 2. Izbjegavati se mora samo takav, kojega je poimence izopćila Apostolska Stolica, pa je izopćenje javno proglašeno, a u odluci ili presudi je izrijekom rečeno, da ga se mora izbjegavati, uz obdržavanje propisa kan. 2343, § 1, br. 1.

2258 § 1: C. 12, C. III, q. 4; c. 13, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«Ad evitanda»,* a. 1418; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Sutchuen.), 29 apr. 1784.

2258 § 2: Reg. 15, 49, R. J., in VI°; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«Ad evitanda»,* a. 1418.

2259 § 1: C. 67, D. I, *de cons.;* c. 31, X, *de praebendis et dignitatibus,* III, 5; c. 24, 25, X, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum,* V, 33; c. 11, X, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 38; c. 43, 57, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 17, X, *de verborum significatione,* V, 40; c. 8, 11, *de privilegiis,* V, 7, in VI°; c. 24, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; c. 2, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 10, in Clem.; Pius IX, const. *«Apostolicae Sedis»,* 12 oct. 1869, § II, n. 17, § VI, n. 2; S. C. S. Off., instr. (ad Ordinarios Imperii Brasil.), 2 iul. 1878; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Sutchuen.), 29 apr. 1784.

Can. 2259. - § 1. Excommunicatus quilibet caret iure assistendi divinis officiis, non tamen praedicationi verbi Dei.

§ 2. Si passive assistat toleratus, non est necesse ut expellatur; si vitandus, expellendus est, aut, si expelli nequeat, ab officio cessandum, dummodo id fieri possit sine gravi incommodo; ab assistentia vero activa, quae aliquam secumferat participationem in celebrandis divinis officiis, repellatur non solum vitandus, sed etiam quilibet post sententiam declaratoriam vel condemnatoriam aut alioquin notorie excommunicatus.

Can. 2260. - § 1. Nec potest excommunicatus Sacramenta recipere; imo post sententiam declaratoriam aut condemnatoriam nec Sacramentalia.

§ 2. Quod attinet ad ecclesiasticam sepulturam, servetur praescriptum Can. 1240, § 1, n. 2.

Can. 2261. - § 1. Prohibetur excommunicatus licite Sacramenta et Sacramentalia conficere et ministrare, salvis exceptionibus quae sequuntur.

§ 2. Fideles, salvo praescripto § 3, possunt ex qualibet iusta causa ab excommunicato Sacramenta et Sacramentalia petere, maxime si alii ministri desint, et tunc excommunicatus requisitus potest eadem ministrare neque ulla tenetur obligatione causam a requirente percontandi.

§ 3. Sed ab excommunicatis vitandis necnon ab aliis excommunicatis, postquam intercessit sententia condemnatoria aut declaratoria, fideles in solo mortis periculo possunt petere tum absolutionem sacramentalem ad normam Can. 882, 2252, tum etiam, si alii desint ministri, cetera Sacramenta et Sacramentalia.

Can. 2262. - § 1. Excommunicatus non fit particeps indulgentiarum, suffragiorum, publicarum Ecclesiae precum.

2259 § 2: C. 7, C. XI, q. 3; c. 2, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 10, in Clem.; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Sutchuen.), 29 apr. 1784.

2260 § 1: C. 32, 59, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 24, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; c. 1, *de privilegiis,* V, 7, in Extravag. com.; Conc. Trident., sess. XXV, *de ref.,* c. 3; Pius IX, const. *«Apostolicae Sedis»,* 12 oct. 1869, § VI, n. 2; S. C. S. Off., 27 iun. 1838; (Angliae et Hiberniae), 2 iul. 1845; S. C. de Prop. Fide, instr. 4 maii 1774; instr. (ad Vic. Ap. Sutchuen.), 29 apr. 1784; Pontificale Rom., tit. *De confirmandis;* tit. *De ordinibus conferendis;* Rituale Rom., tit. V, c. 1, *de sacramento extremae unctionis,* n. 8. -- Vide etiam Can. 855, § 1.

2261 § 1: C. 6, 7, 109, C. XI, q. 3; c. 2, X, *de ordinatis ab episcopo, qui renunciavit episcopatui,* I, 13; c. 8, X, *de dolo et contumacia,* II, 14; c. 16, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 3-6, X, *de clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante,* V, 27; Pius IX, const. *«Apostolicae Sedis»,* 12 oct. 1869, § V, n. 6; Missale Rom., tit. *De defectibus in celebratione missarum occurrentibus,* c. VIII, *de defectibus dispositionis animae,* n. 1, 5.

Kan. 2259. - § 1. Svakomu je izopćeniku oduzeto pravo pribivati bogoslužju, ali ne propovijedi riječi Božje.

§ 2. Ako izopćenik, koji se smije trpiti pribiva bez učešća, ne mora se otstraniti; ako je takav koji se mora izbjegavati, ima se otstraniti, ili, ako ga se ne može otstraniti, mora se prekinuti bogoslužje, pod uvjetom da se to može učiniti bez veće poteškoće; a od pribivanja s učešćem koje sadržava bilo kakovo sudjelovanje u izvršivanju bogoslužja, mora se isključiti ne samo takav izopćenik, koji se mora izbjegavati, nego i svaki drugi, koji je izopćen bilo izjavnom ili osudnom presudom bilo da je to inače notorno.

Kan. 2260. - § 1. Ni Otajstva ne može izopćenik primati; dapače poslije izjavne ili osudne presude niti Blagoslovine.

§ 2. U pogledu crkvenog pokopa, ima se obdržavati propis kan. 1240, § 1, br. 2.

Kan. 2261. - § 1. Izopćeniku je zabranjeno da dopušteno tvori i podjeljuje Otajstva i Blagoslovine, uz iznimke koje slijede.

§ 2. Vjernici mogu, uz obdržavanje propisa § 3, tražiti zbog svakog pravednog razloga od izopćenika Otajstva i Blagoslovine, osobito ako nema drugih djelitelja, i tada ih tako pozvani izopćenik može podjeljivati i nema nikakove obveze pitati molioca za razlog.

§ 3. No vjernici ne smiju od takovih izopćenika, koji se moraju izbjegavati ni od drugih, kada je uslijedila osudna ili izjavna presuda, osim u smrtnoj pogibli, tražiti kako svetotajstveno odrješenje prema odredbi kan. 882, 2252, tako ni ostala Otajstva i Blagoslovine, kad nema drugih djelitelja.

Kan. 2262. - § 1. Izopćenik ne postaje dionikom kod oproštenja, zagovora, javnih molitava Crkve.

2261 § 2: Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«Ad evitanda»,* a. 1418.

2261 § 3: C. 6, D. XXXII; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«Ad evitanda»,* a. 1418.

2262 § 1: C. 8, X, *de haereticis,* V, 7; c. 28, 38, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; Leo X, const. *«Exsurge Domine»,* 15 iun. 1520, error 23, Martini Luther, damn.; S. C. de Prop. Fide (C. G.), 3 aug. 1818; Rituale Rom., tit. V, c. 6, *Ritus benedictionis apostolicae in articulo mortis,* n. 1.

§ 2. Non prohibentur tamen:

1.° Fideles privatim pro eo orare;

2.° Sacerdotes Missam privatim ac remoto scandalo pro eo applicare; sed, si sit vitandus, pro eius conversione tantum.

Can. 2263. - Removetur excommunicatus ab actibus legitimis ecclesiasticis intra fines suis in locis iure definitos; nequit in causis ecclesiasticis agere, nisi ad normam Can. 1654; prohibetur ecclesiasticis officiis seu muneribus fungi, concessisque antea ab Ecclesia privilegiis frui.

Can. 2264. - Actus iurisdictionis tam fori externi quam fori interni positus ab excommunicato est illicitus; et, si lata fuerit sententia condemnatoria vel declaratoria, etiam invalidus, salvo praescripto Can. 2261, § 3; secus est validus, imo etiam licitus, si a fidelibus petitus sit ad normam mem. Can. 2261, § 2.

Can. 2265. - § 1. Quilibet excommunicatus:

1.° Prohibetur iure eligendi, praesentandi, nominandi;

2.° Nequit consequi dignitates, officia, beneficia, pensiones ecclesiasticas aliudve munus in Ecclesia;

3.° Promoveri nequit ad ordines.

§ 2. Actus tamen positus contra praescriptum § 1, nn. 1, 2, non est nullus, nisi positus fuerit ab excommunicato vitando vel ab alio excommunicato post sententiam declaratoriam vel condemnatoriam; quod si haec sententia lata fuerit, excommunicatus nequit praeterea gratiam ullam pontificiam valide consequi, nisi in pontificio rescripto mentio de excommunicatione fiat.

2262 § 2. 2.°: S. C. S. Off., 19 apr. 1837.

2263: C. 37, C. XXIV, q. 1; c. 7, X, *de probationibus,* II, 19; c. 24, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27; c. 13, X, *de haereticis,* V, 7; c. 10, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 14, in VI°; c. 14, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; S. C. de Prop. Fide (C. P. pro Sin. - Sutchuen.), 26 sept. 1821.

2264: C. 4, 35, 36, C. XXIV, q. 1; c. 24, X, *de sententia et re iudicata,* II, 27; c. 13, X, *de haereticis,* V, 7; c. 1, *de officio vicarii,* I, 13, in VI°; c. 10, *de officio et potestate iudicis delegati,* I, 14, in VI°; Paulus IV, const. *«Cum ex apostolatus»,* 15 febr. 1559, § 5. -- Vide etiam Can. 1628, § 3.

§ 2. No nije zabranjeno:

1.° Vjernicima, da se sukromno za njega mole;

2.° Svećenicima da za njega sukromno i bez sablazni namijene Misu; no ako je to takav, koji se mora izbjegavati, tada samo za njegovo obraćenje.

Kan. 2263. - Izopćenik se ne smije pripustiti crkvenim časnim činima u granicama, koje su na svom mjestu u zakonu određene; ne može nastupiti kao tužitelj u crkvenim parnicama, osim u skladu s odredbom kan. 1654; ne smije vršiti crkvene službe i zvanja, ni služiti se od Crkve prije podijeljenim povlasticama.

Kan. 2264. - Čin poglavarske vlasti, što ga je bilo u izvanjem bilo u unutanjem području izvršio izopćenik, nedopušten je; a ako je bila uslijedila osudna ili izjavna presuda, također i nevaljan, uz obdržavanje propisa kan. 2261, § 3; inače je valjan, dapače i dopušten, ako je zatražen od vjernika prema odredbi spom. kan. 2261, § 2.

Kan. 2265. - § 1. Svaki izopćenik:

1.° Nema pravo birati, predlagati, imenovati;

2.° Ne može zadobiti dostojnosti, službe, nadarbine, crkvene nametne davke, ili bilo koje zvanje u Crkvi;

3.° Ne može primiti redove.

§ 2. Ali čin izvršen protivno propisu § 1, br. 1, 2, ipak nije ništav, osim ako ga je izvršio takav izopćenik, koji se mora izbjegavati ili drugi izopćenik poslije izjavne ili osudne presude; a kada je uslijedila takova presuda, ne može izopćenik valjano zadobiti nijednu prvosvećeničku milost, osim ako je izopćenje spomenuto u prvosvećeničkom otpisu.

2265 § 1. 3.°: C. 26, X, *de rescriptis,* I, 3; c. 23, 53, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28; c. 7, 8, X, *de clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante,* V, 27; c. 37, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. un., *ne sede vacante aliquid innovetur,* III, 8, in VI°. -- Vide etiam Can. 167, § 1, n. 3, § 2; 1470, § 4.

2265 § 2: C. 26, X, *de rescriptis,* I, 3; c. 1, *de rescriptis,* I, 3, in VI°; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. III, n. 6°.

Can. 2266. - Post sententiam condemnatoriam vel declaratoriam excommunicatus manet privatus fructibus dignitatis, officii, beneficii, pensionis, muneris, si quod habeat in Ecclesia; et vitandus ipsamet dignitate, officio, beneficio, pensione, munere.

Can. 2267. - Communionem in profanis cum excommunicato vitando fideles vitare debent, nisi agatur de coniuge, parentibus, liberis, famulis, subditis, et generatim nisi rationabilis causa excuset.

ART. II.

DE INTERDICTO.

Can. 2268. - § 1. Interdictum est censura qua fideles, in communione Ecclesiae permanentes, prohibentur sacris quae in canonibus, qui sequuntur, enumerantur.

§ 2. Prohibitio fit vel directe per interdictum personale, cum personis ipsis usu eorum bonorum interdicitur; vel indirecte per interdictum locale, cum certis in locis eorundem dispensatio vel perceptio vetatur.

Can. 2269. - § 1. Generale interdictum tam locale in territorium dioecesis, reipublicae, quam personale in populum dioecesis, reipublicae, ferri tantum potest a Sede Apostolica vel de eius mandato; interdictum vero generale in paroeciam vel paroeciae populum, et particulare sive locale sive personale, etiam Episcopus ferre potest.

§ 2. Interdictum personale sequitur personas ubique; locale non urget extra locum interdictum, sed in loco interdicto omnes etiam exteri aut exempti, excluso speciali privilegio, illud servare debent.

2266: C. 53, X, *de appellationibus, recusationibus et relationibus,* II, 28.

2267: C. 103, 110, C. XI, q. 3; c. 29-31, 34, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 14, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«Ad evitanda»,* a. 1418; S. C. S. Off., 2 aug. 1893.

2268 § 1: C. 20, X, *de verborum significatione,* V, 40; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Inter praeteritos»,* 3 dec. 1749, § 48.

2268 § 2: C. 16, 17, 24, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°.

Kan. 2266. - Poslije osudne ili izjavne presude oduzeti su izopćeniku prihodi dostojnosti, službe, nadarbine, nametnog davka, zvanja, ukoliko takovo u Crkvi ima; a takovom, koji se mora izbjegavati i sama dostojnost, služba, nadarbina, nametni davak, zvanje.

Kan. 2267. - Vjernici su dužni izbjegavati u pogledu izopćenika, koji se mora izbjegavati, zajedništvo u svjetovnim stvarima, osim ako se radi o ženidbenom drugu, roditeljima, vlastitoj djeci, slugama, potčinjenima, te uopće ako ne ispričava razložan razlog.

ČLANAK II.

USKRATA BOGOSLUŽJA

Kan. 2268. - § 1. Uskrata bogoslužja kaznena je zabrana, kojom se vjernicima, koji inače ostaju u crkvenom zajedništvu, brane bogoslužni čini, nabrojeni u kanonima koji slijede.

§ 2. Zabrana nastupa ili izravno putem osobne uskrate bogoslužja, kada se zabranjuje služiti tima dobrima samim osobama; ili neizravno putem mjesne uskrate bogoslužja, kada se brani dijeljenje i primanje njihovo u stanovitim mjestima.

Kan. 2269. - § 1. Samo od strane Apostolske Stolice ili po njezinom nalogu može se izreći opća uskrata bogoslužja kako mjesna nad područjem biskupije, države, tako i osobna nad pukom biskupije, države; opću pako uskratu bogoslužja nad župom ili nad pukom župe, te djelomičnu bilo mjesnu bilo osobnu, može izreći i Biskup.

§ 2. Osobna uskrata bogoslužja prati osobe posvuda; mjesna ne obvezuje izvan mjesta uskratom udarenog, ali u mjestu udarenom uskratom dužni su joj se pokoriti svi pa i stranci i izuzeti, ako nemaju posebne povlastice.

2269 § 1: C. 2, *de sententia excommunicationis,* V, 10, in Extravag. com.

2269 § 2: C. 24, X, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum,* V, 33; c. 17, X, *de verborum significatione,* V, 40; c. 4, 8, 11, *de privilegiis,* V, 7, in VI°; c. 16, 18, 24, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; c. 1, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 10, in Clem.; Conc. Trident., sess. XXV, *de regularibus,* c. 12; Benedictus XIV, const. *«Ad militantis»,* 30 mart. 1742, § 7.

Can. 2270. - § 1. Interdictum locale sive generale sive particulare non vetat morientibus Sacramenta et Sacramentalia, servatis servandis, ministrare, sed prohibet in loco quodlibet divinum officium vel sacrum ritum, salvis exceptionibus de quibus in § 2 huius canonis et in Can. 2271, 2272.

§ 2. In die Nativitatis Domini, Paschatis, Pentecostes, sanctissimi Corporis Christi et Beatae Mariae Virginis in caelum assumptae interdictum locale suspenditur, et prohibetur tantum collatio ordinum et sollemnis nuptiarum benedictio.

Can. 2271. - Si interdictum fuerit locale generale et interdicti decreto aliud non caveatur expresse:

1.° Permittitur clericis, dummodo non sint ipsi personaliter interdicti, omnia divina officia et sacros ritus in quacunque ecclesia aut oratorio privatim obire, ianuis clausis, voce submissa et campanis non pulsatis;

2.° In ecclesia vero cathedrali, ecclesiis paroecialibus vel in ecclesia quae unica sit in oppido, in iisque solis, permittuntur unius Missae celebratio, asservatio sanctissimi Sacramenti, administratio baptismatis, Eucharistiae, poenitentiae, assistentia matrimoniis, exclusa benedictione nuptiali, mortuorum exsequiae, vetita tamen quavis sollemnitate, benedictio aquae baptismalis et sacrorum oleorum, praedicatio verbi Dei. In his tamen sacris functionibus prohibetur cantus et pompa in sacra supellectili et sonitus campanarum, organorum, aliorumve instrumentorum musicalium; sacrum autem Viaticum ad infirmos privatim deferatur.

Can. 2272. - § 1. In interdicto locali particulari, si interdictum fuerit altare vel sacellum alicuius ecclesiae, nullum sacrum officium seu sacer ritus in eisdem celebretur.

§ 2. Si interdictum fuerit coemeterium, fidelium quidem cadavera sepeliri ibidem possunt, sed sine ullo ecclesiastiro ritu.

2270 § 1: C. 11, X, *de sponsalibus et matrimoniis,* IV, 1; c. 11, X, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 38; c. 43, 57, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 17-19, 24, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; Missale Rom., tit. *De defectibus in celebratione missarum occurrentibus,* c. VIII, *de defectibus dispositionis animae,* n. 5.

2270 § 2: C. 24, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; Martinus V, const. *«Ineffabile»,* 26 maii 1429, § 3.

Kan. 2270. - § 1. Mjesna uskrata bogoslužja bilo ona opća bilo djelomična ne brani obdržavajući što treba podjeljivati Otajstva i Blagoslovine onima, koji su na samrti, ali je njome zabranjeno u mjestu svako bogoslužje ili sveti obred, uz iznimke spomenute u § 2 ovoga kanona i u kan. 2271, 2272.

§ 2. Mjesna je uskrata bogoslužja obustavljena na dan Božića, Uskrsa, Duhova, Tijelova i Velike Gospe, a zabranjeno je samo ređenje te svečani vjenčani blagoslov.

Kan. 2271. - Kada se radi o općoj mjesnoj uskrati bogoslužja, a u odluci kojom je izrečena nije izrijekom drugačije predviđeno:

1.° Dopušteno je duhovnicima, pod uvjetom da nisu sami osobno udareni uskratom bogoslužja, sukromno obavljati sveukupno bogoslužje i svete obrede u svakoj crkvi ili bogomolji, pri zatvorenim vratima, potiho i bez zvonjenja;

2.° A u stolnoj crkvi, župskim crkvama ili u crkvi, koja je jedina u gradu, i to samo u tima, dopušteno je služiti jednu Misu, čuvati Presvetu Euharistiju, krstiti, pričešćivati, ispovijedati, vjenčavati bez vjenčanog blagoslova, pokopati mrtve, ali uz zabranu bilo kakove svečanosti, blagosloviti krsnu vodu i sveta ulja, propovijedati riječ Božju. Ipak je kod tih svetih obrednih čina zabranjeno pjevanje i svaki sjaj u svetom posuđu, te zvonjenje, orguljanje i sviranje drugih glazbala; a sveta se Popudbina mora bolesnicima nositi sukromno.

Kan. 2272. - § 1. Pri uskrati bogoslužja mjesnoj i djelomičnoj, ako je uskratom udaren oltar ili svetište jedne crkve, ne smije se kod njih služiti nikakovo bogoslužje ili sveti obred.

§ 2. Ako je uskratom bogoslužja udareno groblje, mogu se doduše ondje pokapati mrtva tjelesa vjernika, ali bez svakoga crkvenog obreda.

2271 2.°: C. 5, X, *de consuetudine,* I, 4; c. 11, X, *de sponsalibus et matrimoniis,* IV, 1; c. 25, X, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum,* V, 33; c. 11, X, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 38; c. 43, 57, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 17, X, *de verborum significatione,* V, 40; c. 19, 24, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; c. 2, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 10, in Clem.; c. 2, *de sententia excommunicationis,* V, 10, in Extravag. com.; Rituale Rom., tit. II, c. 1, *de sacramento baptismi rite administrando,* n. 27; tit. VI, c. 2, *Quibus non licet dare ecclesiasticam sepulturam,* n. 2.

§ 3. Si latum fuerit in certam ecclesiam vel oratorium:

1.° Si ecclesia fuerit capitularis nec interdictum sit Capitulum, valet praescriptum Can. 2271, n. 1, nisi interdicti decretum praecipiat Missam conventualem celebrari et horas canonicas recitari in alia ecclesia aut oratorio;

2.° Si fuerit paroecialis, servetur praescriptum cit. Can. 2271, n. 2, nisi interdicti decretum aliam ecclesiam pro interdicti tempore eidem substituat.

Can. 2273. - Interdicta civitate, interdicta quoque manent loca accessoria etiam exempta et ipsa ecclesia cathedralis; interdicta ecclesia, interdicta sunt sacella contigua, non vero coemeterium; interdicto sacello, non est interdicta integra ecclesia nec, interdicto coemeterio, interdicta est ecclesia ipsi contigua, sed interdicta sunt omnia oratoria in coemeterio erecta.

Can. 2274. - § 1. Si communitas seu collegium delictum perpetraverit, interdictum ferri potest vel in singulas personas delinquentes, vel in communitatem, uti talem, vel in personas delinquentes et in communitatem.

§ 2. Si primum, servetur praescriptum Can. 2275.

§ 3. Si alterum, communitas seu collegium nequit ius ullum spirituale exercere quod ei competat.

§ 4. Si tertium, effectus cumulantur.

Can. 2275. - Personaliter interdicti:

1.° Nequeunt divina officia celebrare eisve, excepta praedicatione verbi Dei, assistere, passive assistentes non est necesse ut expellantur; sed ab assistentia activa, quae aliquam secumferat participationem in divinis officiis celebrandis, repellantur interdicti post latam sententiam condemnatoriam vel declaratoriam, aut alioquin notorie interdicti;

2.° Prohibentur Sacramenta et Sacramentalia ministrare, conficere et recipere, ad normam Can. 2260, § 1, 2261;

3.° Praescripto Can. 2265 etiam ipsi adstringuntur;

2273: C. 17, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; Reg. 35, 42, 80, R. J., in VI°; c. 2, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 10, in Clem.

§ 3. Ako je udarena stanovita crkva ili bogomolja:

1.° Ako se radi o kaptolskoj crkvi, a Kaptol nije udaren uskratom bogoslužja, vrijedi propis kanona 2271, br. 1, osim ako bi odluka o uskrati bogoslužja propisivala, da se u drugoj kojoj crkvi ili bogomolji mora služiti zborna Misa i izgovoriti kanonski časovi.

2.° Ako se radi o župskoj crkvi, mora se obdržavati propis nav. kan. 2271, br., 2, osim ako bi odluka o uskrati bogoslužja mjesto nje odredila za vrijeme uskrate drugu crkvu.

Kan. 2273. - Kada je uskratom bogoslužja udaren grad, udarena su uskratom i sva pripadna mjesta pa i izuzeta i sama stolna crkva; kada je uskratom bogoslužja udarena crkva, uskratom su udarena i prigrađena svetišta, ali groblje nije; kada je uskratom udareno svetište, nije udarena cijela crkva, niti je onda, kada je uskratom bogoslužja udareno groblje, udarena uskratom u njemu sagrađena crkva, ali su uskratom bogoslužja udarene sve bogomolje koje su u groblju podignute.

Kan. 2274. - § 1. Ako je krivično djelo počinilo udruženje ili zborno tijelo, uskrata se bogoslužja može izreći bilo protiv pojedinih osoba koje su počinile krivično djelo, bilo protiv udruženja kao takvog, bilo i protiv osoba, koje su počinile krivično djelo i protiv udruženja.

§ 2. U prvom navedenom slučaju ima se obdržavati propis kan. 2275.

§ 3. U drugom, ne može udruženje odnosno zborno tijelo izvršivati nijedno duhovno pravo, koje mu pripada.

§ 4. U trećem, učinci se spajaju.

Kan. 2275. - Oni koji su osobno udareni uskratom bogoslužja:

1.° Ne mogu izvršivati bogoslužnih čina niti im pribivati, izuzev propovijedanje riječi Božje; ako prisustvuju bez učešća ne moraju biti otstranjeni; ali od pribivanja s učešćem, koje je spojeno s nekim sudjelovanjem u bogoslužju, imaju se prinudno ukloniti udareni uskratom bogoslužja poslije osudne ili izjavne presude, odnosno oni koji su inače notorno pod tom uskratom.

2.° Zabranjeno im je Otajstva i Blagoslovine podjeljivati, tvoriti ih i primati, prema odredbi kan. 2260, § 1, 2261;

3.° Propisom kan. 2265 vezani su također i oni;

2274 § 3: C. 16, X, *de electione et electi potestate,* I, 6.

4.° Carent sepultura ecclesiastica ad normam Can. 1240, § 1, n. 2.

Can. 2276. - Qui interdicto locali vel interdicto in communitatem seu collegium subest, quin eidem causam dederit, nec alia censura prohibeatur, potest, si sit rite dispositus, Sacramenta recipere, ad normam canonum praecedentium, sine absolutione ab interdicto aliave satisfactione.

Can. 2277. - Interdictum ab ingressu ecclesiae secumfert prohibitionem ne quis in ecclesia divina officia celebret vel eisdem assistat aut ecclesiasticam sepulturam habeat; si autem assistat, non est necesse ut expellatur, nec, si sepeliatur, oportet ut cadaver amoveatur.

ART. III.

DE SUSPENSIONE.

Can. 2278. - § 1. Suspensio est censura qua clericus officio vel beneficio vel utroque prohibetur.

§ 2. Etiam suspensionis effectus separari queunt; sed, nisi aliud constet, in *suspensione* generaliter lata comprehenduntur omnes effectus qui in canonibus huius articuli enumerantur; contra, in suspensione *ab officio* vel a *beneficio* omnes tantum effectus alterutrius speciei.

Can. 2279. - § 1. Suspensio *ab officio* simpliciter, nulla adiecta limitatione, vetat omnem actum tum potestatis ordinis et iurisdictionis, tum etiam merae administrationis ex officio competentis, excepta administratione bonorum proprii beneficii.

2275 4.°: C. 31, X, *de praebendis et dignitatibus,* III, 5; c. 3, 4, X, *de clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante,* V, 27; c. 25, X, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum,* V, 33; c. 11, X, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 38; c. 43, 57, X, *de sententia excommunicationis,* V, 39; c. 17, X, *de verborum significatione,* V, 40; c. 8, 11, *de privilegiis,* V, 7, in VI°; c. 16, 24, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; c. 2, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 10, in Clem.; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. *«Ad evitanda»,* a. 1418; Pius IX, const. *«Apostolicae Sedis»,* 12 oct. 1869, § V, n. 6; S. C. de Prop. Fide, instr. 4 maii 1774; (C. P. pro Sin.), 21 ian. 1789, ad 2; Pontificale Rom., tit. *De confirmandis;* tit. *De ordinibus conferendis.* -- Vide etiam Can. 167, § 1, n. 3, § 2; 855, § 1; 1470, § 4.

4.° Oduzet im je crkveni pokop prema odredbi kan. 1240, § 1, br. 2.

Kan. 2276. - Tko je pod mjesnom uskratom bogoslužja ili pod uskratom nad udruženjem ili zbornim tijelom, a nije ju skrivio, niti ga priječi druga kaznena zabrana, može, ako je za to kako treba spremljen, primati Otajstva, prema odredbi predhodnih kanona, bez odrješenja od uskrate bogoslužja i druge zadovoljštine.

Kan. 2277. -Uskrata ulaska u crkvu sadržava zabranu, da netko ne smije izvršivati u crkvi bogoslužne čine ili im pribivati ili dobiti crkveni pokop; a ako ipak pribiva, ne mora biti otstranjen, niti se mora, ako bude ipak pokopan, ukloniti mrtvo tijelo.

ČLANAK III.

OBUSTAVA

Kan. 2278. - § 1. Obustava je kaznena zabrana, kojom se duhovniku obustavlja služba ili nadarbina ili jedno i drugo.

§ 2. Ni učinci se obustave ne mogu odvajati; no *obustava,* koja je izrečena općenito, obuhvaća, ako nije drugo utvrđeno, sve učinke, koji su nabrojeni u kanonima ovoga članka; naprotiv obustava od *službe* ili od *nadarbine* samo sve učinke jedne i druge vrsti.

Kan. 2279. - § 1. Obustava naprosto *od službe,* a da nije pridano nikakovo ograničenje, brani kako svaki čin bogoslužne i poglavarske vlasti, tako i svaki čisto upravni, koji pristoji po službi, izuzev upravljanje imovinom vlastite nadarbine.

2276: C. 24, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°.

2277: C. 12, X, *de poenitentiis et remissionibus,* V, 38; c. 20, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°.

2278 § 1: C. 20, X, *de verborum significatione,* V, 40; Benedictus XIV, ep. encycl. *«Inter praeteritos»,* 3 dec. 1749, § 48; S. C. de Prop. Fide, instr. 20 oct. 1884, n. 1.

2279 § 1: C. 13, X, *de vita et honestate clericorum,* III, 1.

§ 2. Suspensio:

1.° *A iurisdictione* generatim, vetat omnem actum potestatis iurisdictionis pro utroque foro tam ordinariae quam delegatae;

2.° *A divinis,* omnem actum potestatis ordinis quam quis sive per sacram ordinationem sive per privilegium obtinet;

3.° *Ab ordinibus,* omnem actum potestatis ordinis receptae per ordinationem;

4.° *A sacris ordinibus,* omnem actum potestatis ordinis receptae per ordinationem in sacris;

5.° *A certo et definito ordine exercendo,* omnem actum ordinis designati; suspensus autem prohibetur insuper eundem ordinem conferre et superiorem recipere receptumque post suspensionem exercere;

6.° *A certo et definito ordine conferendo,* ipsum ordinem conferre, non vero inferiorem nec superiorem;

7.° *A certo et definito ministerio,* ex. gr., audiendi confessiones, vel officio, ex. gr., cum cura animarum, omnem actum eiusdem ministerii vel officii;

8.° *Ab ordine pontificali,* omnem actum potestatis ordinis episcopalis;

9.° *A pontificalibus,* exercitium actuum pontificalium, ad normam Can. 337, § 2.

Can. 2280. - § 1. Suspensio *a beneficio* privat fructibus beneficii, excepta habitatione in aedibus beneficialibus, non autem iure administrandi bona beneficialia, nisi decretum vel sententia suspensionis ipsam administrandi potestatem suspenso expresse adimat et alii tribuat.

§ 2. Si, quamvis censura obstet, beneficiarius fructus percipiat, fructus restituere debet et ad hanc restitutionem cogi potest canonicis quoque, si opus sit, sanctionibus.

Can. 2281. - *Suspensio* generaliter lata vel suspensio *ab officio* aut *a beneficio* afficit omnia officia aut beneficia, quae clericus habet in dioecesi Superioris suspendentis, nisi aliud appareat.

2280 § 1: C. 44, X, *de electione et electi potestate,* I, 6; c. 8, X, *de dolo et contumacia,* II, 14; c. 2, *de rebus ecclesiae non alienandis,* III, 9, in VI°.

§ 2. Obustava:

1.° Od *poglavarske vlasti* općenito, brani za oba pravna područja svaki čin poglavarske vlasti i redovne i povjerene;

2.° Od *bogoslužne vlasti,* svaki čin bogoslužne vlasti, koju je netko zadobio bilo po svetom ređenju bilo po povlastici;

3.° Od redova, svaki čin bogoslužne vlasti primljene zaređenjem;

4.° Od *svetih redova,* svaki čin bogoslužne vlasti primljene zaređenjem svetim redovima;

5.° Od *izvršivanja izvjesnoga i određenoga reda,* svaki čin označenoga reda; povrh toga ne smije onaj, tko je pod obustavom ili red podjeljivati i primiti viši, te primljeni poslije obustave izvršivati;

6.° Od *podjeljivanja izvjesnog i određenog reda,* podijeliti isti red, ali ne i niži ili viši;

7.° *Od izvjesnog i određenog službenog posla,* npr. od ispovijedanja, ili od službe, npr. spojene s dušobrižništvom, svaki čin toga posla ili službe;

8.° Od *velesvećeničkog reda,* svaki čin biskupske bogoslužne vlasti;

9.° Od *velesvećeničkih čina,* izvršivanja velesvećeničkih obrednih čina, prema odredbi kan. 337, § 2.

Kan. 2280. - § 1. Obustava od *nadarbine* oduzima nadarbinske prihode, izuzevši stanovanje u nadarbinskoj kući, ali ne i pravo upravljanja nadarbinskom imovinom, osim ako odluka odnosno presuda o obustavi izrijekom oduzima onu, koji je pod obustavom i samu vlast upravljanja i drugomu je daje.

§ 2. Ako bi nadarbenik usprkos kaznenoj zabrani, primao prihode, dužan je prihode povratiti i može na ovu povratu biti, ako treba, prisiljen i kanonskim prinudama.

Kan. 2281. - *Obustava,* koja je izrečena općenito odnosno obustava *od službe* ili od *nadarbine* odnosi se na sve službe ili nadarbine, koje duhovnik ima u biskupiji onoga Poglavara, koji je obustavu nametnuo, osim ako je drugo očito.

2281: C. 37, 40, *de electione et electi potestate,* I, 6 in VI°.

Can. 2282. - Loci Ordinarius nequit clericum suspendere a determinato officio vel beneficio quod in aliena dioecesi reperiatur; sed suspensio latae sententiae, iure communi irrogata, afficit omnia officia vel beneficia in quacunque dioecesi possideantur.

Can. 2283. - Quae de excommunicatione Can. 2265 statuuntur, etiam suspensioni sunt applicanda.

Can. 2284. - Si incursa fuerit censura suspensionis quae vetat administrationem Sacramentorum et Sacramentalium, servetur praescriptum Can. 2261; si censura suspensionis quae prohibet actum iurisdictionis in foro seu interno seu externo, actus est invalidus, ex. gr., absolutio sacramentalis, si lata sit sententia condemnatoria vel declaratoria, aut Superior expresse declaret se ipsam iurisdictionis potestatem revocare; secus est illicitus tantum, nisi a fidelibus petitus fuerit ad normam mem. Can. 2261, § 2.

Can. 2285. - § 1. Si communitas seu collegium clericorum delictum commiserit, suspensio ferri potest vel in singulas personas delinquentes vel in communitatem, uti talem, vel in personas delinquentes et communitatem.

§ 2. Si primum, serventur huius articuli canones.

§ 3. Si alterum, communitas prohibetur exercitio iurium spiritualium quae ipsi, uti communitati, competunt.

§ 4. Si tertium, effectus cumulantur.

2283: C. 8, X, *de consuetudine,* I, 4; c. 26, X, *de electione et electi potestate,* I, 6; c. 8, X, *de aetate et qualitate et ordine praeficiendorum,* I, 14; c. 5, X, *de concessione praebendae et ecclesiae non vacantis,* III, 8; c. un., *ne sede vacante aliquid innovetur,* III, 8, in VI°; Conc. Trident., sess. XIV, *de ref.,* c. 1; Ordo servandus in S. Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae, 29 sept. 1908, Pars II, Normae peculiares, cap. III, n. 6°; Pontificale Rom., tit. *De ordinibus conferendis;* tit. *Ordo suspensionis, reconciliationis, depositionis, dispensationis, degradationis, et restitutionis sacrorum ordinum.* -- Vide etiam Can. 167, § 1, n. 3, § 2; 1470, § 4.

2284: C. 8, X, *de dolo et contumacia,* II, 14; c. 2, 9, X, *de clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante,* V, 27; c. 11, X, *de privilegiis et excessibus privilegiatorum,* V, 33; c. 1, *de sententia et re iudicata,* II, 14, in VI°; c. 1, *de sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti,* V, 11, in VI°; Martinus V (in Conc. Constantien.), const. «*Ad evitanda*», a. 1418; Pius IX, const. «*Apostolicae Sedis*», 12 oct. 1869, § V, n. 6; S. C. C., *Fossanen.,* 10 ian. 1665, ad 1; *Vercellen.,* 17 febr. 1674; S. C. de Prop. Fide (C. P. pro Sin.), 21 ian. 1789, ad 2; Missale Rom., tit. *De defectibus in celebratione missarum occurrentibus,* c. VIII, *de defectibus dispositionis animae,* n. 1, 5; Pontificale Rom., tit. *Ordo suspensionis, reconciliationis, depositionis, dispensationis, degradationis, et restitutionis sacrorum ordinum.*

Kan. 2282. - Mjesni Ordinarij ne može duhovnika staviti pod obustavu od određene službe ili nadarbine, koja se nalazi u drugoj biskupiji; ali obustava unaprijed izrečena, koja je nametnuta općim pravom, odnosi se na sve službe ili nadarbine, koje se posjeduju u bilo kojoj biskupiji.

Kan. 2283. - Ono što je u kan. 2265 propisano glede izopćenja, ima se primijeniti i na obustavu.

Kan. 2284. - Kada se radi o kaznenoj zabrani obustave, koja brani podjelbu Otajstava i Blagoslovina, ima se obdržavati propis kan. 2261, kada o kaznenoj zabrani obustave, koja zabranjuje čin poglavarske vlasti u pravnom području bilo unutarnjem bilo izvanjem, čin je nevaljan, npr. svetotajstveno odrješenje, ako je bila izrečena osudna ili izjavna presuda, ili je Poglavar izrijekom izjavio, da oduzima samu poglavarsku vlast; inače je samo nedopušten, osim ako je zatražen od vjernika prema odredbi spom. kan. 2261, § 2.

Kan. 2285. - § 1. Ako je krivično djelo počinilo duhovničko udruženje ili zborno tijelo, može obustava biti izrečena ili protiv pojedinih osoba, koje su krivično djelo počinile ili protiv udruženja, kao takvog, ili protiv osoba, koje su ga počinile i protiv udruženja.

§ 2. U prvom slučaju, imaju se obdržavati kanoni ovoga članka.

§ 3. U drugom, zabranjeno je udruženju izvršivati ona duhovna prava, koja mu kao udruženju, pripadaju.

§ 4. U trećem, učinci se spajaju.

2285 § 1: C. 40, *de electione et electi potestate,* I, 6, in VI°; c. un., *ne sede vacante aliquid innovetur,* III, 8, in VI°.

2285 § 3: C. 16, X, *de electione et electi potestate,* I, 6; c. un., *ne sede vacante aliquid innovetur,* III, 8, in VI°.

TITULUS IX.

DE POENIS VINDICATIVIS.

Can. 2286. - Poenae vindicativae illae sunt, quae directe ad delicti expiationem tendunt ita ut earum remissio e cessatione contumaciae delinquentis non pendeat.

Can. 2287. - Ab inflictis poenis vindicativis datur appellatio seu recursus in suspensivo, nisi aliud expresse in iure caveatur.

Can. 2288. - Exceptis poenis degradationis, depositionis, privationis officii aut beneficii, et nisi urgeat necessitas reparandi scandalum, prudentiae iudicis remittitur, si reus talis sit ut prima vice post vitam laudabiliter peractam deliquerit, poenae ordinariae per sententiam condemnatoriam inflictae exsecutionem suspendere, ea tamen conditione ut, si reus intra proximum triennium aliud delictum eiusdem vel alterius generis commiserit, poenam utrique delicto debitam luat.

Can. 2289. - Poena vindicativa finitur eius expiatione vel dispensatione ab eo concessa qui legitimam habeat dispensandi potestatem ad normam Can. 2236.

Can. 2290. - § 1. In casibus occultis urgentioribus, si ex observatione poenae vindicativae latae sententiae, reus seipsum proderet cum infamia et scandalo, quilibet confessarius potest in foro sacramentali obligationem servandae poenae suspendere, iniuncto onere recurrendi saltem intra mensem per epistolam et per confessarium, si id fieri possit sine gravi incommodo, reticito nomine, ad S. Poenitentiariam vel ad Episcopum facultate praeditum et standi eius mandatis.

§ 2. Et si in aliquo casu extraordinario hic recursus sit impossibilis, tunc ipsemet confessarius potest dispensationem concedere ad normam Can. 2254, § 3.

2289: Pontificale Rom., tit. *Ordo suspensonis, reconciliationis, depositionis, dispensationis, degradationis, et restitutionis sacrorum ordinum.*

NASLOV IX.

ODMAZNE KAZNE

Kan. 2286. - Odmazne su kazne takove, koje neposredno idu za tim, da se dade zadovoljština za krivično djelo tako, da njihovo opraštanje ne zavisi o tom, da li je kod počinitelja prestala upornost.

Kan. 2287. - Protiv kazni, koje su izrečene kao odmazne, može se uložiti priziv odnosno pritužba s obustavnom moći, osim ako je drugačije u zakonu izrijekom predviđeno.

Kan. 2288. - Ako se radi o takovom krivcu, koji je poslije hvalevrijedno provedenog života po prvi puta počinio kažnjivo djelo, prepušteno je razboritosti sučevoj, odgoditi izvršenje redovite kazne izrečene osudnom presudom, ali samo uvjetno tako, da krivac, ako unutar narednog trogodišta počini drugo krivično djelo iste ili druge vrsti, mora podnijeti kaznu za obadva krivična djela, ali se od toga izuzimaju kazne lišenja duhovništva, svrgnuća, oduzeća službe ili nadarbine, a ne smije postojati hitna nužda popraviti sablazan.

Kan. 2289. - Odmazna kazna prestaje njezinim izvršenjem ili pomilovanjem podijeljenim od strane onoga, koji ima zakonitu vlast dati pomilovanje prema odredbi kan. 2236.

Kan. 2290. - § 1. U slučajevima skrovitim i hitnijim, ako bi krivac obdržavanjem unaprijed izrečene odmazne kazne, s osramoćenjem i sablazni, sam sebe prokazao, može svaki ispovjednik u ispovijedi odgoditi obdržavanje kazne, time da naloži dužnost ponovno se obratiti, barem unutar roka od mjesec dana i putem ispovjednika, ako je to bez veće poteškoće moguće, pod skrivenim imenom, na Sv. Pokorništvo ili na ovlaštenoga Biskupa te se pokoriti njegovim nalozima.

§ 2. A ako bi u kojemu izvanrednom slučaju bilo nemoguće ovako se ponovno obratiti, tada može i sam ispovjednik podijeliti pomilovanje prema odredbi kan. 2254, § 3.

CAPUT I.

DE POENIS VINDICATIVIS COMMUNIBUS.

Can. 2291. - Poenae vindicativae quae omnes fideles pro delictorum gravitate afficere possunt, in Ecclesia praesertim sunt:

1.° Interdictum locale et interdictum in communitatem seu collegium in perpetuum vel ad tempus praefinitum vel ad beneplacitum Superioris;

2.° Interdictum ab ingressu ecclesiae in perpetuum vel ad tempus praefinitum vel ad beneplacitum Superioris;

3.° Poenalis translatio vel suppressio sedis episcopalis vel paroecialis;

4.° Infamia iuris;

5.° Privatio sepulturae ecclesiasticae, ad normam Can. 1240, § 1;

6.° Privatio Sacramentalium;

7.° Privatio vel suspensio ad tempus pensionis quae ab Ecclesia vel ex bonis Ecclesiae solvitur, vel alius iuris seu privilegii ecclesiastici;

8.° Remotio ab actibus legitimis ecclesiasticis exercendis;

9.° Inhabilitas ad gratias ecclesiasticas aut munia in Ecclesia quae statum clericalem non requirant, vel ad gradus academicos auctoritate ecclesiastica consequendos;

10.° Privatio vel suspensio ad tempus muneris, facultatis vel gratiae iam obtentae;

11.° Privatio iuris praecedentiae vel vocis activae et passivae vel iuris ferendi titulos honoris, vestem, insignia, quae Ecclesia concesserit;

12.° Mulcta pecuniaria.

Can. 2292. - Poenalis suppressio aut translatio sedis episcopalis est Romano Pontifici reservata; sedis autem paroecialis, a locorum Ordinariis decerni nequit, nisi cum consilio Capituli.

Can. 2293. - § 1. Infamia est vel iuris vel facti.

2292: C. 25, C. XXV, q. 2; c. 9, X, *de haereticis,* V, 7.

GLAVA I.

OPĆE ODMAZNE KAZNE

Kan. 2291. - Odmazne kazne, koje se u Crkvi mogu nametnuti svima vjernicima prema težini krivičnih djela, osobito su ove:

1.° Mjesna uskrata bogoslužja i uskrata bogoslužja nad udruženjem ili zbornim tijelom za vječita vremena ili na određeno vrijeme ili do volje Poglavareve;

2.° Uskrata ulaska u crkvu za vječita vremena ili za određeno vrijeme ili do volje Poglavareve;

3.° Kazneni premještaj ili dokinuće biskupskog ili župskog sjedišta;

4.° Pravna beščasnost;

5.° Oduzeće crkvenog pokopa, prema odredbi kan. 1240, § 1;

6.° Oduzeće prava primati Blagoslovine;

7.° Oduzeće ili privremena obustava nametnog davka, koji se isplaćuje od strane Crkve ili iz crkvene imovine, ili drugog kojeg prava ili crkvene povlastice;

8.° Otstranjene od izvršivanja crkvenih časnih čina;

9.° Onesposobljenje za crkvene milosti ili zvanja u Crkvi, za koje se ne traži duhovnički stališ, te za postignuće akademskih stupnjeva po crkvenoj vlasti;

10.° Oduzeće ili privremena obustava zvanja, ovlaštenja ili milosti već postignute;

11.° Oduzeće prava prednosti ili kod izbora glasovati i biti biran ili prava nositi počasne naslove, odjeću, odličja, koja je podijelila Crkva;

12.° Novčana globa.

Kan. 2292. - Kazneno je dokinuće ili premještaj biskupskog sjedišta pridržano Rimskom Prvosvećeniku; a glede župskog sjedišta ne mogu mjesni Ordinariji donijeti takovu odluku bez savjeta Kaptola.

Kan. 2293. - § 1. Beščasnost je ili pravna ili činjenična.

2293 § 1: C. 2, C. III, q. 7.

§ 2. Infamia iuris illa est quae casibus iure communi expressis statuitur.

§ 3. Infamia facti contrahitur, quando quis, ob patratum delictum vel ob pravos mores, bonam existimationem apud fideles probos et graves amisit, de quo iudicium spectat ad Ordinarium.

§ 4. Neutra afficit delinquentis consanguineos aut affines, firmo praescripto Can. 2147, § 2, n. 3.

Can. 2294. - § 1. Qui infamia iuris laborat, non solum est irregularis ad normam Can. 984, n. 5, sed insuper est inhabilis ad obtinenda beneficia, pensiones, officia et dignitates ecclesiasticas, ad actus legitimos ecclesiasticos perficiendos, ad exercitium iuris aut muneris ecclesiastici, et tandem arceri debet a ministerio in sacris functionibus exercendo.

§ 2. Qui laborat infamia facti, repelli debet tum a recipiendis ordinibus ad normam Can. 987, n. 7, dignitatibus, beneficiis, officiis ecclesiasticis, tum ab exercendo sacro ministerio et ab actibus legitimis ecclesiasticis.

Can. 2295. - Infamia iuris desinit sola dispensatione a Sede Apostolica concessa; infamia facti cum bona existimatio apud fideles probos et graves, omnibus perpensis adiunctis et praesertim diuturna rei emendatione, fuerit, prudenti Ordinarii iudicio, recuperata.

Can. 2296. - § 1. Si agatur de rebus ad quas assequendas capacitas iure communi statuitur, inhabilitatis poenam infligere una Sedes Apostolica potest.

2293 § 2: C. 9, C. III, q. 5; c. 2, C. III, q. 7; c. 17, C. VI, q. 1.

2293 § 3: C. 9, C. III, q. 5; c. 2, C. III, q. 7; c. 2, 3, 17, C. VI, q. 1; c. 17, X, *de temporibus ordinationum et qualitate ordinandorum,* I, 11; c. 54, X, *de testibus et attestationibus,* II, 20; c. 4, 21, X, *de accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus,* V, 1; S. C. C., *Agrigentina,* 12 dec. 1767, 6 et 30 ian. 1768; *Beneventana,* 18 nov. 1769.

2293 § 4: C. 4, D. LVI; c. 5-7, 10, C. I, q. 4; c. 1, C. XXIV, q. 3; Reg. 15, 22, R. J., in VI°; S. C. S. Off., 3 febr. 1898, ad 1; S. C. C., *Aquen.,* 26 nov. 1650.

istoga Prvosvećenika; njegovu smrt priopćiti Stožerniku Namjesniku u Gradu, koji će o tom posebnim Proglasom obavijestiti Rimski Puk; te će voditi u ime i s pristankom Sv. Zbora, brigu o svemu onomu, što prema stvarnim i vremenskim prilikama bude potrebito za zaštitu prava Apostolske Stolice kao i za valjanu imovinsku upravu.

16. A na Stožernika *Dekana* Svetoga Zbora spada da odmah čim bude od istoga Predstojnika Svete Apostolske Palače obaviješten o Prvosvećenikovoj smrti javi ostalim Stožernicima, da je Apostolska Stolica upražnjena, te ih pozove u Apostolsku Palaču, a isto tako da obavijesti o smrti Prvosvećenikovoj Poslanike inostranih Država, kao i one osobe, koje su njihovi vrhovni poglavari.

17. *Veliki Pokoničar* i njegovi dužnosnici mogu za vrijeme upražnjenja Stolice riješiti i otpremati ono, što je propisano i određeno od bl. usp. Pija XI.[18]

18. Služba *Kancelara S. R. C.* ne prestaje smrću Rimskog Prvosvećenika, ipak se obustavlja otpremanje s njegove strane, dok je Apostolska Stolica upražnjena, Apostolskih Pisama pečatnica. Službovanje pako *Datara* prestaje smrću Prvosvećenikovom posvema.[19]

19. Isto tako prestaje Prvosvećenikovom smrću služba Stožernika *Državnoga Tajnika,* pa ovu službu izvršuje, za vrijeme dok je Stolica upražnjena, Prelat *Tajnik Sv. Zbora.* Za slučaj kad bi ova služba već bila upražnjena ili ako bi se upraznila, dok je Stolica upražnjena, ima isti Sv. Zbor većinom glasova izabrati nekoga za ovu službu, naime za vrijeme dokle bude upražnjenja Apostolska Stolica.

20. Naprotiv služba i poglavarska vlast *Stožernika Namjesnika u Gradu* ne prestaje smrću Rimskog Prvosvećenika. Za slučaj da i sam Gradski Namjesnik umre, dok je Stolica upražnjena, onda će, da vjerni kršćani Grada ne bi zbog toga štetovali u duhovnom pogledu, tadanji Zamjenik rečenoga Namjesnika imati, dok Stolica bude upražnjena, sva i pojedina ovlaštenja, nadležnost i vlast, štono su istomu Namjesniku za izvršivanje njegove Namjesničke službe bilo kako pripadala i kako ih običava rečenomu Namjesniku privremeno podjeljivati sam

[18] Uredba *Quae divinitus* 25. Mart. 1935., n. 12. uspor. Benedikta XIV. Uredbu *Pastor bonus,* Ida April, 1744, §§ 51-55.

[19] Pija IV. Uredba *In eligendis*, § 11.

praedicto quandoque per aliquod tempus, donec scilicet successorem Vicarium deputaverit attribuere solet.[20]

21. Item *Legatorum, Nuntiorum* ac *Delegatorum Apostolicorum* officium et potestas non cessant Sede vacante.

22. Probe autem scientes eo maximo tempore, cum de creando Pontifice agitur, divinam opem per assiduas preces, aliaque christianae pietatis et caritatis opera impensius expetendam, ac promereri satagendum esse; ideo sicuti magnopere commendamus, ita quoque retineri volumus laudabilem morem huc usque observatum, ut defuncti Pontificis *Eleemosynarius secretus* id muneris exercere pergat cum debita S. Collegio Cardinalium subiectione et ab eo dependentia, donec novus Pontifex eligatur, utque eadem pecuniae vis in subventionem eorumdem pauperum et egenorum Sede vacante per ipsum Eleemosynarium dispensetur ac erogetur, quae vivente Pontifice distribui solet, ad quem effectum consueta mandata a tribus Cardinalibus eo tempore in Ordine Prioribus, seu deputatis expediantur.[21]

23. Sede Apostolica vacante, universa civilis potestas Romani Pontificis circa regimen et gubernium Status Civitatis Vaticanae spectat ad S. Cardinalium Collegium, quod tamen leges condere non poterit, nisi urgente necessitate et pro tempore vacationis Sedis, in posterum tantum valituras si novus Pontifex eas confirmare statuerit.[22]

CAPUT IV.

DE SACRIS ROMANIS CONGREGATIONIBUS ET TRIBUNALIBUS EORUMQUE FACULTATIBUS SEDE APOSTOLICA VACANTE.

24. Circa facultates Sacrarum Romanarum Congregationum, Sede vacante, hae, quae sequuntur, normae ab omnibus servandae sunt non obstantibus privilegiis quibusvis.

[20] Clem. XII Const. *Apostolatus officium,* § 17.

[21] Clem. XII Const. *Apostolatus officium,* § 25.

[22] Legge fondamentale dello Stato della Città del Vaticano, 7 giugno 1929, n. 1.

Prvosvećenik, kada se Namjesništvo uprazni za popunjene Stolice, to jest dok ne imenuje Namjesniku nasljednika.[20]

21. Isto tako ne prestaje za upražnjenja Stolice služba i vlast *Poslanika, Nuncija* i *Delegata Apostolskih.*

22. A pošto dobro znamo, da treba osobito u vrijeme, kada se radi o izboru Prvosvećenika, pomoć Božju ustrajnim molitvama i drugim djelima kršćanske pobožnosti i dobrotvornosti što toplije zazivati i nastojati zavrijediti je, zato ne samo uvelike preporučamo, nego to i hoćemo, da se i nadalje obdržava hvalevrijedni običaj, kako se je i do sada obdržavao, da *tajni Milostinjar* pokojnog Prvosvećenika i dalje izvršuje ovu službu u dužnoj podložnosti Sv. Stožerničkom Zboru i u ovisnosti od njega, doklegod se ne izabere novi Prvosvećenik, te da se tako za upražnjenja Stolice po istom Milostinjaru podjeljuje i troši za pomaganje onih siromaha i nevoljnika jednaki iznos novca, koji se običava dijeliti za Prvosvećenikova života, pa u tu svrhu treba da trojica Stožernika, koji su u to vrijeme Prvaci u Redu ili povjerenici izdadu potrebite odredbe.[21]

23. Za upražnjenja Apostolske Stolice pripada sva građanska vlast Rimskog Prvosvećenika u pogledu upravljanja i vladanja u Državi Vatikanskoga Grada, Sv. Stožerničkom Zboru, ali on ipak ne može da izdaje zakone, osim u slučaju hitne nužde i za ono vrijeme, dok je Stolica upražnjena tako, da će i dalje ostati u kreposti samo onda, ako ih novi Prvosvećenik potvrdi.[22]

GLAVA IV.

SVETI RIMSKI ZBOROVI I SUDIŠTA I NJIHOVA OVLAŠTENJA ZA VRIJEME UPRAŽNJENJA APOSTOLSKE STOLICE

24. U pogledu ovlaštenja Svetih Rimskih Zborova, kada je Stolica upražnjena, dužni su svi, bez obzira na bilo kakove povlastice, obdržavati odredbe koje slijede.

[20] Klem. XII. Uredba *Apostolatus officium,* § 17.

[21] Klem. XII. Uredba *Apostolatus officium,* § 25.

[22] Legge fondamentale dello Stato della Città del Vaticano, 7 giugno 1929, n. 1. (Osnovni zakon Države Vatikanskog Grada, od 7. lipnja 1929.).

25. Sacrae Congregationes, eadem Sede vacante, nullam potestatem habent in iis, quae Sede plena facere et expedire non possunt nisi *facto verbo cum Ssmo,* vel *ex audientia Ssmi,* vel *vigore specialium et extraordinariarum facultatum,* quae a Romano Pontifice earumdem Congregationum Praefectis vel Secretariis concedi solent.

26. Facultates vero quae ipsis per Litteras apostolicas attributae sunt, et proinde tamquam ordinariae atque ipsarum Congregationum propriae censentur, eae morte Romani Pontificis non extinguuntur.

27. Volumus tamen ut his facultatibus ordinariis Sacrae Congregationes solummodo in iis gratiis concedendis, quae minoris momenti sunt, libere, pro rei opportunitate, utantur. In iis vero expediendis definiendisque negotiis quae graviora vel controversa esse videntur, illud statuimus ut, si res talis sit, quae in aliud tempus differri valeat, futuro Pontifici reservetur omnino: sin autem nullam admittat moram, tunc S. Collegio concedimus ut committere possit negotium Praefecto et aliquot aliis Cardinalibus eius Congregationis, ad quam Pontifex illud examinandum verisimiliter commisisset, qui, negotio accurate discusso, ea desuper decernere possint, per modum tamen provisionis, donec eligatur Pontifex, quae, iuxta datam sibi a Domino prudentiam, iuribus et rationibus ecclesiasticis custodiendis ac tuendis apta et consentanea censuerint.[23]

28. Tribunal S. R. Rotae et Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae Sede vacante ius dicere pergunt iuxta leges sibi proprias, servatis tamen quae cann. C. I. C., 244 § 1 et 1603 § 2 praescripta sunt.

CAPUT V.

DE EXSEQUIIS ROMANI PONTIFICIS.

29. Romano Pontifice vita functo, Cardinales exsequias pro eius anima de more per novem continuos dies persolvent, nisi forte in illis novem diebus aliquod festum ex praecipuis et magnis incidat, propter cuius observantiam exsequiae intermittendae videantur, vel etiam cau-

[23] Clem. XII Const. *Apostolatus officium,* § 18.

25. Sveti Zborovi nemaju, kada je ista Stolica upražnjena, nikakovu vlast u stvarima koje ne mogu, kada je Stolica popunjena, izvršivati i riješiti, osim pošto *zatraže odluku Njegove Svetosti* ili *po saslušanju* Nj. Svetosti ili *na temelju posebnih i izvanrednih ovlaštenja,* koja Rimski Prvosvećenik običava podijeliti Prestojnicima ili Tajnicima istih Zborova.

26. Ovlaštenja pako, koja su im podijeljena putem Apostolskih pisama, pa se zato smatraju kao redovna i vlastita za iste Zborove, ona smrću Rimskog Prvosvećenika ne prestaju.

27. Hoćemo ipak, da se Sveti Zborovi posluže ovim redovima ovlaštenjima bez daljnjega, prema stanju stvari, samo za podjelbu takovih milosti koje su od manje važnosti. Za rješavanje pako i odluku u takovim predmetima, koji su važniji ili izgledaju spornima, propisujemo, da se, ako se radi o stvari takovoj, koja bi se mogla odgoditi na toliko vremena, ona posvema zadrži za budućega Prvosvećenika, a ako je naprotiv takova, koja ne trpi nikakove odgode, tada dajemo dopuštenje Sv. Zboru, da može predmet povjeriti Predstojniku i nekolicini Stožernika onoga Zbora, kojemu bi ga vjerojatno na ispitivanje povjerio Prvosvećnik, a oni mogu o predmetu, pošto je valjano raspravljen, donijeti rješenje, ali samo s privremenim značajem, dok ne bude izabran Prvosvećenik, i to takovo koje će po danoj im od Gospoda razboritosti, smatrati primjerenim i podnesenim za očuvanje crkvenih prava i gledišta.[23]

28. Sudište Sv. R. Rote i Vrhovno Sudište Apostolske Signature sudovat će i dalje, za upražnjenja Apostolske Stolice, prema svojim poslovnicima, no obdržavajući, ipak ono, što je propisano u kanonima K. K. P., 244 § 1 i 1603 § 2.

GLAVA V.

ZADUŠNICE ZA RIMSKOG PRVOSVEĆENIKA

29. Kad umre Rimski Prvosvećenik dužni su Stožernici otslužiti za njegovu dušu običajne zadušnice kroz devet neprekidnih dana, osim ako bi za ovih devet dana pao koji od osobitih i velikih blagdana, pa bi se smatralo, da treba zbog njegove proslave prekinuti sa zadušnicama:

[23] Klem. XII. Uredba *Apostolatus officium,* § 18.

sa quaedam vere gravis et urgens occurrat quae prudenti Cardinalium iudicio exsequiarum ordinem suspendere cogat: exsequiae autem forte intermissae erunt resumendae, si tempus sufficiat. Tribus vero postremis diebus solemniori ritu exsequiae ipsae celebrabuntur; et ultimo earumdem exsequiarum die a viro ecclesiastico ad hoc deputato habebitur oratio *De Pontifice defuncto.*

30. Tumulationis authenticum instrumentum, si ipsa fiat in Basilica Vaticana, Notarius conficiet Capituli eiusdem Basilicae. Postea vero Clericus unus Rev. Camerae Apostolicae nec non delegatus aliquis a Praefecto secreti Cubiculi defuncti Pontificis separatim documenta conficiant quae fidem faciant peractae tumulationis, primus coram Reverenda Camera Apostolica, alter coram Praefecto Cubiculi.[24]

31. Si contingat Romanum Pontificem extra Urbem supremum diem obire S. Cardinalium Collegii erit omnia opportune disponere pro digna ac decora translatione cadaveris ad Vaticanam Basilicam S. Petri.

[24] Cfr. Pii XI Const. *Ad incrementum,* n. C.

odnosno također i onda, kada bi nastupio kakav doista važan i hitan uzrok, koji bi po razboritom sudu Stožernika tražio da se obustavi red zadušnica: zadušnice pako koje su propuštene moraju se naknadno otslužiti, ako za to bude vremena. A u tri posljednja dana otslužit će se ove zadušnice svečanijim obredom i u posljednji će dan tih zadušnica za to određeni crkveni muž održati govor *O pokojnom Prvosvećeniku.*

30. Vjerovnu ispravu o pokopu, ako je izvršen u Vatikanskoj Bazilici, sačinit će Kaptolski bilježnik iste Bazilike. A poslije će jedan Duhovnik Preč. Apostolske Komore kao i punomoćnik koji, od strane Predstojnika tajnih Odaja pokojnog Prvosvećenika, zasebno sačiniti isprave u dokaz izvršenja pokopa, prvi pred Prečasnom Apostolskom Komorom, a drugi pred Predstojnikom Odaja.[24]

31. Ako bi se dogodilo da Rimski Prvosvećenik umre izvan Grada, dužan je Sv. Stožernički Zbor odrediti sve što treba za dostojan i častan prijenos mrtvoga tijela u Vatikansku Baziliku sv. Petra.

[24] Uspor. Pija XI. Uredbu *Ad incrementum,* n. C.

TITULUS II.

DE ELECTIONE ROMANI PONTIFICIS.

CAPUT I.

DE ELECTORIBUS ROMANI PONTIFICIS.

32. Ius eligendi Romanum Pontificem ad S. R. E. Cardinales unice et privative pertinet, excluso prorsus atque remoto quolibet cuiuspiam alterius Ecclesiasticae dignitatis, aut laicae potestatis cuiuslibet gradus et ordinis interventu.[25]

33. Si quando contingat ut Romanus Pontifex decedat, perdurante celebratione alicuius Concilii generalis, sive Romae illud habeatur, sive in alio quovis orbis terrarum loco, electio novi Pontificis ab uno S. R. E. Cardinalium Collegio semper et exclusive fieri debet, minime vero ab ipso Concilio, cuius acta quae quomodocumque privativum ius Sacri Cardinalium Collegii auso temerario labefactare viderentur, ipso iure irrita declaramus, atque etiam omnino exclusis ab eadem electione peragenda quibuslibet aliis personis cuiusvis, licet ipsius Concilii auctoritate forte deputandis, praeter Cardinales praedictos. Quin imo, ut in eiusmodi electione memorati Cardinales, omni prorsus impedimento submoto et quavis perturbationum et dissidiorum occasione sublata, liberius et expeditius procedere queant, ipsum Concilium in quibuslibet statu et terminis exsistat, statim ab accepto certo nuntio demortui Pontificis, suspensum ipso iure intelligi debet, adeo ut, nulla prorsus interiecta mora, cessare statim debeat a quibuslibet conventibus, congregationibus et sessionibus, et a quibusvis decretis seu canonibus conficiendis, sub poena nullitatis eorumdem, nec ob quamlibet causam, etiamsi gravissima et speciali mentione digna videatur, ulterius progredi, donec novus Pontifex canonice electus illud reassumi et continuari iusserit.[26]

[25] Pii IX Const. *In hac sublimi,* X kal. Septembr. 1871 et *Consulturi,* 10 Oct. 1877; Leonis XIII Const. *Praedecessores Nostri.*

[26] Pii IX Const. *Cum Romanis Pontificibus,* pridie Nonas Dec. 1869; Cod. I. C. can. 229.

NASLOV II.

IZBOR RIMSKOG PRVOSVEĆENIKA

GLAVA I.

IZBORNICI RIMSKOG PRVOSVEĆENIKA

32. Pravo birati Rimskog Prvosvećenika pripada jedino i isključivo Stožernicima S. R. C. tako, da pri tom ne ima nikakova učešća bilo koja druga crkvena dostojnost ili svjetovna vlast bilo kojega stupnja ili reda.[25]

33. Ako bi se kada dogodilo, da Rimski Prvosvećenik umre, dok se održava Opći Sabor, bilo da je to u Rimu, bilo u kojemu drago drugom mjestu na svijetu, ima da izbor novoga Prvosvećenika izvrši jedino Zbor Stožernika S. R. C., a nipošto sam Sabor, pa su od toga da izvrše taj izbor posvema isključene također i sve kojemudrago druge osobe, iako ih je možda za to odredio sam Sabor snagom svoje vlasti, osim rečenih Stožernika. Dapače zbog toga, da bi spomenuti Stožernici mogli što slobodnije i nesmetanije pristupiti tomu izboru bez ikakove zapreke i prigode za pometnju i smetnju, mora se uzeti, da je snagom samoga zakona i sam Sabor, bilo on u kojemudrago stanju i razvoju, odmah pošto stigne sigurna obavijest o smrti Prvosvećenikovoj, obustavljen tako, da bez ikakva odgađanja ima da prekine sve sastanke i sjednice, te odustane od donošenja bilo kojih odluka ili kanona i ne smije rad nastaviti ni zbog kojeg razloga, pa ni onda ako bi se taj smatrao vrlo važnim i posebna spomena vrijednim, doklegod novi kanonski izabrani Prvosvećenik ne izda odredbu, da se produži i nastavi.[26]

[25] Pija IX. Uredbe *In hac sublimi,* X. kal. Septembr. 1871. i *Consulturi,* 10. listopad 1877.; Leona XIII. Uredba *Praedecessores Nostri.*

[26] Pija IX. Uredba *Cum Romanis Pontificibus,* pridie Nonas Dec. 1869; Cod. I. C. can. 229.

34. Nullus Cardinalium, cuiuslibet excommunicationis, suspensionis, interdicti aut alius ecclesiastici impedimenti praetextu vel causa a Summi Pontificis electione activa et passiva excludi ullo modo potest; quas quidem censuras ad effectum huiusmodi electionis tantum, illis alias in suo robore permansuris, suspendimus.[27]

35. Postquam aliquis S. R. E. Cardinalis in Consistorio creatus et publicatus fuit, is statim vocem et ius eligendi Pontificem habet, et consequenter etiamsi cardinalitius galerus nondum illi traditus sit, neque os clausum, vel si clausum fuerit, nondum tamen apertum sit. Etenim huiusmodi claudendi oris ritus ad praecipuam Cardinalium facultatem, quae circa Summi Pontificis electionem versatur, non pertinet sed caeremonia quaedam est, ea de causa introducta, ut Cardinales, antequam in Consistoriis et Congregationibus suffragium ferant, de modestia, quae ab ipsis in his et aliis actibus adhiberi debet, quodammodo admoneantur.[28]

36. Cardinales canonice depositi, vel qui dignitati cardinalitiae, consentiente Romano Pontifice, renuntiaverunt, nullum ius ad electionem habent. Immo, Sede vacante, nec potest S. Collegium restituere et habilitare Cardinales per Papam privatos seu depositos, ne ad vocem quidem.[29]

37. Statuimus etiam, ut cum Pontificem de hac vita migrare contigerit, praesentes Cardinales expectare debeant absentes per quindecim tantummodo solidos dies, facta tamen potestate S. Cardinalium Collegio ingressus in Conclave etiam per alios duos tresve dies proferendi, ea tamen lege ut decem et octo ad summum diebus elapsis,[30] quibus exsequiae defuncti Pontificis celebrantur, Cardinales, quotquot praesentes aderunt, statim Conclave ingredi et ad electionis negotium procedere teneantur.[31]

[27] Clem. V, cap. 2, *Ne Romani,* § 4, *de elect.,* I, 3 in Clem.; Pii IV Const. *In eligendis,* § 29; Greg. XV Const. *Aeterni Patris,* § 22.

[28] Pii V decr. die 26 Ian. 1571; Caeremoniale Greg. XV, § *Porro;* Cod. I. C. can. 233, § 1.

[29] Bonif. VIII, cap. un., *de schismatic.,* V, 3 in Sext.; Pii Litt. *Quamquam,* 29 Septembris 1867.

[30] Pii XI Motu proprio *Cum proxime,* n. 1.

[31] Greg. X, cap. 3, *Ubi periculum,* § 1, *de elect.,* I, 6 in Sext.; Pii IV const. *In eligendis,* §§ 2, 3, 5.

34. Nijedan od Stožernika ne može da bude pod vidom ili iz razloga bilo kakova izopćenja, obustave, uskrate bogoslužja ili druge crkvene smetnje bilo kako isključen od prava birati i biti izabranim; pa sve takove kaznene zabrane i izopćenja obustavljamo samo s tim učinkom, da ne važe pri tom izboru, dok inače ostaju na snazi.[27]

35. Pošto koji Stožernik S. R. C. bude u Konzistoriju proizveden, on odmah ima glas i pravo izbora Prvosvećenika, pa dosljedno i onda, ako mu još nije predan stožernički šešir niti su mu zatvorena usta, odnosno ako su mu zatvorena, ali još nisu otvorena. Ovaj naime obred zatvaranja usta nije potreban za glavno ovlaštenje Stožernikâ, koje se odnosi na izbor Vrhovnog Prvosvećenika, nego je samo svečanosni čin, da se time Stožernici na neki način opomenu, da se prije no što budu davali svoj glas u Konzistorijima i Sastancima, sjete čednosti, koju treba da pokazuju u ovima i u drugim činima.[28]

36. Stožernici koji su kanonski svrgnuti ili koji su se s pristankom Rimskog Prvosvećenika odrekli stožerničkog dostojanstva, nemaju nikakova prava pri izboru. Dapače kada je Stolica upražnjena, ne može ni Sv. Zbor uspostaviti i povratiti u dostojanstvo Stožernike takove, kojima je ovo Papa oduzeo ili ih svrgnuo, pa niti samo u pogledu prava glasa.[29]

37. Određujemo također, da su Stožernici koji su prisutni kada se desi Prvosvećenikova smrt, dužni da čekaju na otsutne samo kroz petnaest potpunih dana tako, da Sv. Stožernički Zbor ima vlast odgoditi ulazak u Konklave još za dva do tri dana, ali s tom zakonskom obvezom, da onda, kada prođe najviše osamnaest dana,[30] u koje se služe zadušnice za pokojnog Prvosvećenika, Stožernici, kolikogod ih je tada prisutno, odmah moraju unići u Konklave i pristupiti.[31]

[27] Klem. V. pogl. 2, *Ne Romani,* § 4, de *elect.,* I, 3 u Klem.; Pija IV. Uredba *In eligendis,* § 29; Grgura XV. Uredba *Aeterni Patris,* § 22.

[28] Pija V. dekr. od 26. siječnja 1571; *Caeremoniale (Svečanosnica)* Grg. XV., § *Porro;* Cod. I. C. can. 233, § 1.

[29] Bonif. VIII., cap. un., *de schismatic.,* V, 3 in Sext; Pii Litt. *Quamquam,* 29. rujan 1867.

[30] Pija XI. Motu proprio *Cum proxime,* n. 1.

[31] Grg. X. cap. 3 *Ubi periculum,* § 1, *de elect.,* I, 6 in Sext.; Pija IV. Uredba *In eligendis,* §§ 2, 3, 5.

38. Si tamen Cardinales absentes supervenerint, re integra, id est antequam Ecclesiae sit de Pastore provisum, in eodem negotio, in illo statu, in quo ipsum invenerint, admittantur.[32]

39. Omnibus autem Cardinalibus in virtute sanctae obedientiae praecipimus et mandamus, ut, postquam per Cardinalem Decanum, vel ipso impedito, per alium Cardinalem, de vacatione Sedis Apostolicae certiores facti, atque ad novi Pontificis electionem advocati fuerint, nisi legitimo impedimento, a S. Cardinalium Collegio recognoscendo, detineantur, indictionis litteris obtemperare, et ad locum eisdem designatum pro perficienda Pontificis electione statim se conferre debeant.[33]

40. Si quis vero forte Conclave intrare noluerit, vel ingressus, absque manifesta infirmitatis causa iuramento medicorum et a maiori parte Cardinalium approbata, exiverit; tunc, ipso minime requisito, nec in eiusdem electionis negotio ulterius admittendo, per alios ad eligendum Summum Pontificem libere procedatur. Si vero, infirmitate superveniente, aliquem eorum e Conclavi exire contingat, ipsa etiam infirmitate durante, poterit, eius suffragio non requisito, ad electionem procedi; sed si ad Conclave, post sanitatem sibi redditam, seu ante, redire voluerit, rursus admittatur.[34]

41. Cardinales omnes et singuli, valetudine non impediti, cum tertio pulsata per loca solita conclavis campanula fuerit, ad scrutinium convenire debent; cui legi si quis non obtemperaverit, latae sententiae excommunicationis poenam incurrat.[35]

42. Tandem ut normae iam traditae[36] de ratione vestimentorum quibus S. R. E. Cardinales, Sede vacante, uti debent, hic opportune recolantur, haec quae sequuntur sunt animadvertenda. Habitus quem vocant *cardinalitium,* eadem Sede vacante, violaceus erit et laneus, sicuti et cappa; eiusdemque coloris fascia serica cum floccis aureis, collare, et caligae; rochetum adhibebitur simplex, opere pinnato ornatum, tum in ore, tum in extremis manicis, quod tamen trium centi-

[32] Greg X, cap. 3, *Ubi periculum,* § 1, *de elect.,* I, 6 in Sext.

[33] Leonis XIII Const. *Praedecessores Nostri.*

[34] Greg. X, cap. 3, *Ubi periculum,* § 1, *de elect.,* I, 6 in Sext.; Pii IV Const. *In eligendis,* § 4.

[35] Greg. XV Const. *Aeterni Patris,* § 17.

[36] S. Congr. Caeremonialis, *Norme ceremoniali per gli Emi Signori Cardinali,* 6 Gennaio 1943, n. 33.

38. Ako bi ipak otsutni Stožernici naknado stigli, za nesvršene stvari to jest dok još istoj Crkvi nije postavljen Pastir, imaju se tomu poslu pripustiti u onomu stanju, u kojemu ga zateknu.[32]

39. Svima pako Stožernicima nalažemo i zapovijedamo u kreposti svete poslušnosti da moraju, pošto budu od Stožernika Dekana ili, ako je on spriječen, od drugoga Stožernika obaviješteni o upražnjenju Apostolske Stolice i pozvani na izbor novoga Prvosvećenika, odazvati se pozivnom pismu, ako nisu zakonito spriječeni, i odmah se uputiti na ono mjesto, koje je označeno za Prvosvećenikov izbor.[33]

40. Ako pako koji ne bi možda htio da uniđe u Konklave ili bi pošto je unišao, izišao, a da tomu nije uzrokom bila očevidna bolest, utvrđena prisegom liječnika i od strane većinom Stožernika; tada ostali treba da bez daljnjega pristupe izboru, a da takvog nije potrebito nikako pozivati niti ga istomu izboru više pripustiti. Ako bi pako koji od njih izišao iz Konklava, jer je obolio, može se, dok njegova bolest traje, pristupiti izboru tako, da on ne glasuje; ali ako bi on, pošto ozdravi ili i prije toga, htio da se povrati u Konklave, mora ga se opet pripustiti.[34]

41. Svi i pojedini Stožernici dužni su, ukoliko nisu zdravstveno spriječeni, doći na glasanje, kada se na običajnim mjestima konklavskim oglasi po treći puta zvonce; tko se ne pokori tomu zakonu, upada u kaznu izopćenja unaprijed izrečenu.[35]

42. Konačno da se i ovdje napomenu kako treba, one već ranije izdane odredbe [36] u pogledu odjeće, kojom se moraju služiti S. R. C. Stožernici za upražnjene Stolice, skreće se pažnja na ovo što slijedi. Odijelo što se naziva *stožerničkim (kardinalicijem),* bit će za upražnjene Stolice isto ljubičaste boje i vuneno, kao i ogrtač; a iste boje i svileni pojas sa zlatnim resama, ovratnik i rukavice; roketa (košuljica) se uzima jednostavna, urešena, s čipkama na donjem dijelu i na kraju ruka-

[32] Grg. X. cap. 3 *Ubi periculum,* § 1, *de elect.,* I, 6 in Sext.

[33] Leona XIII. Uredba *Praedecessores nostri.*

[34] Grg. X. cap. 3, *Ubi periculum,* § 1, *de elect.,* I, 6 in Sext.; Pija IV. Uredba *In eligendis,* § 4.

[35] Grg. XV. Uredba *Aeterni Patris,* § 17.

[36] S. Congr. Caerem., *Norme ceremoniali per gli Emi Signori Cardinali,* 6. siječanj 1943., br. 33.

metrorum altitudinem non excedat; mozzeta sine mantelleto supra rochetum induatur; pileolum et biretum erunt rubricoloris, sed ex lana; galerus usualis rubeus; calcei nigri. Cardinales ex Ordinibus monasticis et mendicantibus assumpti, habitum sibi proprium de more adhibebunt.

In Congregationibus generalibus quae ante Conclave celebrantur, Cardinales uti debebunt rocheto et mozzeta; itemque rocheto et mozzeta durantibus scrutiniis in Conclavi: in sacris functionibus quae Cappellae vocantur, cappam induent.

CAPUT II.

DE CONCLAVISTIS AC DE ALIIS IN CONCLAVI PARTEM HABENTIBUS.

43. Cuilibet Cardinali in Conclavi liberum sit duobus servientibus clericis, vel laicis, vel uno clerico et uno laico, uti; liceat tamen unum tantum eumque laicum in Conclave secum adducere:[37] infirmis autem et graviter affectis, a maiori parte S. Collegii, vel a Cardinali S. R. E. Camerario una simul cum Cardinalibus Capitibus Ordinum, de consensu maioris partis S. Collegii, tertius indulgeri potest.[38]

44. Conclavistae Praelati esse non possunt, neque consanguinei vel affines in primo et secundo gradu Cardinalium, etiamsi expensis eorum viverent, neque eiusdem Ordinis seu Congregationis religiosae: iis autem omnibus ne fas esto in Conclavi aliis Cardinalibus deservire, quamvis cum istis nullum sive consanguineitatis sive affinitatis sive religionis habeant vinculum. Et de qualitatibus Conclavistarum, qui integritate morum, singulari prudentia et insigni erga S. Sedem religione debent esse conspicui, Cardinales deputati ante ingressum in Conclave diligenter inquisitionem habere, et eos approbare, ac post ingressum denuo diligenter inquirere debent.[39]

[37] Pii XI Motu proprio *Cum proxime,* n. II.

[38] Pii IV Const. *In eligendis,* § 16.

[39] Pii IV Const. *In eligendis,* § 17.

va, ali da one ne budu šire od tri centimetra; haljetak (moceta) se mora obući preko rokete bez manteleta; kapica i biret bit će crvene boje ali od vune; šešir običajni crveni; cipele crne. Stožernici imenovani od monaških i prosjačkih Redova, služit će se po običaju vlastitom odjećom.

U općim Sjednicama koje se drže prije Konklava, Stožernici neka nose roketu i mocetu, a isto tako roketu i mocetu za vrijeme glasanja u Konklavu; kod svetih čina što se zovu Capellae, obući će ogrtač.

GLAVA II.

KONKLAVISTI I DRUGI UČESNICI U KONKLAVU

43. Svaki se Stožernik mora u Konklavu zadovoljiti s dva poslužnika duhovnika ili svjetovnjaka, odnosno s jednim duhovnikom i jednim svjetovnjakom;[37] bolesnima pako i vrlo slabima može se od strane većine Sv. Zbora ili od strane S. R. C. Stožernika Komornika zajedno sa Stožernicima Pročelnicima Redova s pristankom većine Sv. Zbora, dopustiti i treći.[38]

44. Konklavistima ne mogu biti Prelati niti srodnici ili svojta Stožernika u prvom i drugom koljenu, pa ni ako žive na njihov trošak, niti pripadnici istoga Reda ili redovničkog Zbora: a svima je ovima zabranjeno da u Konklavu budu posluga drugim Stožernicima, iako s njima nisu ni u kakvoj svezi s obzirom bilo na srodstvo bilo na tazbinu bilo na redovničku družbu. A Stožernici za to određeni dužni su prije ulaska u Konklave pomnjivo ispitati svojstva Konklavista, koji moraju biti odlični: visoke ćudorednosti, posebne razboritosti i nesumnjive odanosti Sv. Stolici, te im dati odobrenje i to ponovno pomnjivo ispitati poslije ulaska.[39]

[37] Pija XI. Motu proprio *Cum proxime,* br. II.

[38] Pija IV. Uredba *In eligendis,* § 16.

[39] Pija IV. Uredba *In eligendis,* § 17.

45. Conclavistae iusiurandum, quod ab ipsis iuxta statutam formulam [40] edi debet, serio ac religiose, pro rei gravitate, praestent. Quam ob rem S. R. E. Camerarii erit cavere, ut ab ipsis praedictum iusiurandum saltem una vel altera die ante ingressum in Conclave emittatur, postquam unusquisque eorum eiusdem iurisiurandi momentum ac formulae sententiam probe intellexerit.

[40] Formula iurisiurandi a Magistris Caeremoniarum atque ab omnibus aliis Conclavistis ecclesiasticis praestandi, una vel altera die ante ingressum in Conclave, coram S. Collegii Secretario, Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto adstante, ad rem deputatis:
«Ego .....
constitutus coram te .....
tactis per me SS. Dei Evangeliis coram me positis, promitto et iuro me inviolabile servaturum esse secretum in omnibus et singulis, quae de novi Pontificis electione in Cardinalium Congregationibus acta vel decreta sint et in Conclavi seu in loco electionis aguntur, scrutinium directe vel indirecte respicientia, quaeque omnia quovis modo cognoverim, adeo ut nec directe, nec indirecte, neque nutu, neque verbo, neque scriptis, vel alias quomodolibet, ipsum mihi violare liceat; itemque promitto et iuro me nullo modo in Conclavi usurum esse instrumentis quibuslibet ad vocem transmittendam vel recipiendam, vel ad imagines luce exprimendas quovis modo aptis, et hoc nedum sub poena excommunicatonis latae sententiae, futuro Pontifici speciali modo reservatae, privative etiam quoad S. Poenitentiariam, sed etiam sub poena privationis cuiuscumque beneficii, pensionis, officii vel muneris ipso facto incurrendae in casu transgressionis. Quod secretum accuratissime ac religiose servabo etiam post peractam novi Pontificis electionem, nisi ab eodem Pontifice peculiaris facultas aut expressa dispensatio mihi concessa fuerit.
«Pariter promitto et iuro nullo modo a quavis civili potestate, quovis praetextu, munus proponendi Veto *seu* Exclusivam, *etiam sub forma simplicis desiderii, esse recepturum, ipsumque hoc* Veto, *qualibet ratione mihi cognitum, patefacturum, sive universo Cardinalium Collegio simul congregato, sive singulis Cardinalibus, sive scripto, sive ore, sive directe ac proxime, sive oblique ac per alios, sive ante ingressum in Conclave, sive ipso perdurante; nullique interventui, intercessioni, aliive cuilibet modo, quo laicae potestates cuiuslibet gradus et ordinis voluerint sese in Pontificis electione immiscere, auxilium vel favorem praestiturum.*
«Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia, quae propriis manibus tango».
Formola del giuramento per i Conclavisti ed altri inservienti laici:
«Io.....
stando dinanzi a .....
toccando colle mie proprie mani i Santi Evangeli, prometto e giuro che osserverò rigoroso e inviolabile segreto su tutte e singole quelle cose, le quali in qualunque modo venissi a conoscere, circa l'elezione del nuovo Pontefice, trattate e definite nelle Congregazioni dei Cardinali, come pure nel Conclave o nel luogo dell'elezione, riguardanti direttamente o indirettamente gli scrutini, e che non violerò in alcun modo questo segreto, nè direttamente, nè indirettamente, nč con parole, nč con scritti, nč con segni, od in altra qualsiasi guisa; inoltre prometto e giuro di non usare nel Conclave di apparecchi radio, di telefono, microfono o di qualsivoglia altro strumento trasmittente o ricevente, e di non usare neppure di macchine fotografiche e cinematografiche, e ciò non solo sotto pena di scomunica, riservata in modo speciale al futuro Pontefice, ad esclusione anche della Sacra Penitenzieria, e da incorrersi senz'altra dichiarazione col solo fatto della violazione del giurato segreto, ma pure sotto altre pene anche gravissime che la stessa Santità Sua potrà infliggermi in caso di trasgressione. Il qual segreto io prometto e giuro che manterrò coscienziosamente anche dopo avvenuta l'elezione del nuovo Pon-

45. Konklavisti moraju ozbiljno i pobožno kako to odgovara ozbiljnost stvari, položiti prisegu, koja je za njih propisana po ustaljenom obrascu.[40] Stoga će S. R. C. Komornik tražiti, da oni ovu prisegu polože barem jedan ili dva dana prije ulaska u Konklave, nakon toga što svaki od njih bude dobro upućen u važnost iste prisege i u značenje obrasca.

[40] Obrazac prisege koju moraju položiti Svečanosni Meštri i svi drugi konklavisti duhovnog značaja, jedan ili dva dana prije ulaska u Konklave, pred Tajnikom Sv. Zbora, u prisutnosti Predstojnika Apostolskih Svečanosti, koji su za to određeni:
»Ja .....
pristupivši pred tebe .....
dotičući se Sv. Božjeg Evanđelja, koje je preda mnom, prisežem i obećajem, da ću nepovredljivo čuvati tajnu u svemu i pojedinom, što je o izboru novoga Prvosvećenika učinjeno i odlučeno u Stožerničkim Sjednicama i u Konklavu ili u mjestu izbora izvršeno, a odnosi se izravno ili neizravno na glasanje, i o svemu što ću bilo kako saznati, tako da ne smijem istu povrijediti ni izravno ni neizravno, ni pokretom ni riječju, ni pismom ni bilo kako drukčije; isto tako obećajem i prisežem, da ne ću upotrijebiti u Konklavu ni na koji način sprave za odašiljanje ili primanje glasa ili bilo kako podesne za snimanje slika svjetlopisnim putem, i to ne samo pod unaprijed izrečenom kaznom izopćenja, na posebni način pridržanog budućem Prvosvećeniku, uz isključenje i Sv. Pokorništva, nego također i pod kaznom oduzeća svake nadarbine, nadarbinskog davka, službe ili zvanja, u koju se u slučaju prekršaja upada tim samim. Ovu ću tajnu točno i zdušno čuvati i poslije izvršena izbora novoga Prvosvećenika, ako mi od istoga Prvosvećenika ne bude podijeljeno posebno ovlaštenje ili izričiti oprost.
»Jednako obećajem i prisižem, da ne ću primiti ni na koji način od bilo koje državne vlasti, ni pod kojim vidom, tu službu da izjavim Veto *ili* Isključnicu, *pa niti u obliku čiste želje, te da ovakav* Veto, *za koji bi saznao koji mu drago načinom, ne ću priopćiti niti cjelokupnom Stožerničkom Zboru kada je na okupu, niti pojedinim Stožernicima, ni pismeno ni usmeno, ni izravno ni neposredno ni neizravno ni po drugima, ni prije Konklava ni za njegova trajanja; i da ne ću pomagati ni pogodovati bilo kakovom posredovanju, preporuci ili bilo čemu drugomu, čime bi se svjetovne vlasti bilo kojega stupnja i reda htjele umiješati u izbor Prvosvećenikov.*
»Tako mi Bog pomogao i ovo sveto Božje Evanđelje, što ga rukama dotičem«.
Obrazac prisege za Konklaviste i druge poslužnike svjetovnjake:
»Ja .....
stojeći pred .....
dotičući se svojim rukama Sv. Božjeg Evanđelja, obećajem i prisežem, da ću nepovredljivu čuvati tajnu u svemu i pojedinom, što ću bilo kako saznati o izboru novoga Prvosvećenika, a bilo je učinjeno ili zaključeno u Stožerničkim Sjednicama, kao i uopće u Konklavu ili u mjestu izbora u svezi izravnoj ili neizravnoj s glasanjem, te da ne ću ovu tajnu povrijediti nikako, ni izravno ni neizravno, ni usmeno ni pismeno, ni znancima ni bilo kako drukčije; nadalje obećajem i prisižem, da u Konklavu ne ću upotrebljavati radio aparate, ni telefona, mikrofona niti koju mu drago drugu spravu za odašiljanje ili primanje, te da ne ću upotrijebiti nikakove fotografske ili kinematografske naprave; a to ne samo pod kaznom izopćenja na posebni način pridržanoga novomu Prvosvećeniku, s isključenjem također i Svetoga Pokorništva, u koju se upada bez daljnje izjave samim tim, što se povrijedi zakleta tajna, nego i pod drugim kaznama pa i najtežima, koje će mi nametnuti ista Njegova Sve-

46. Conclavistae vero, et quicumque alii servientes, e Conclavi, ex causa infirmitatis manifestae et notabilis a medicis iureiurando probatae, et de consensu deputatorum, quorum etiam conscientiam oneramus, et non aliter exituri, nullo modo reverti possunt; sed eorum loco, si necessitas ferat, alii eodem prorsus tempore, quo infirmi exibunt, legitime adprobati et admissi, ac iurisiurandi religione iam adstricti, ingrediantur.[41]

47. Item si quem Cardinalem in Conclavi vita fungi accidat, ipsius Conclavistae statim e Conclavi exire debent neque ad alterius Cardinalis famulatum in eodem Conclavi assumi poterunt.[42]

48. S. Collegii quoque Secretarius, itemque Sacri Palatii Apostolici Sacrista cum uno vel pluribus, ad S. Collegii arbitrium. Clericis coadiutoribus in officio Sacristiae, nec non Praefectus Apostolicarum Caeremoniarum et Magistri Caeremoniarum non plures quam sex Conclave ingrediantur, muneribus quae ad ipsos pertinent vacaturi.

49. Adsint praeterea unus Religiosus pro confessionibus excipiendis, duo Medici, unus Chirurgus, unus Aromatarius cum uno aut duobus servientibus, qui omnes a maiori parte Cardinalium vel a Cardinali S. R. E. Camerario una simul cum Cardinalibus Capitibus Ordinum, de consensu maioris partis Cardinalium, erunt eligendi; aliique Conclavis utilitati atque commoditati servientes, qui tamen plures esse non debent quam quod necessitas postulaverit,[43] quique a Cardinalium Commissione eligentur (cfr. n. 12 *g*).

tefice, a meno che non mi venga su ciò concessa dal medesimo Pontefice una espressa e speciale facoltà di parlare.
«Parimente prometto e giuro che non riceverò in nessuna maniera e da nessuna potestà civile, sotto qualsiasi pretesto, l'incarico di proporre il Veto *o* Esclusiva, *anche sotto forma di semplice desiderio, e che non manifesterò questo* Veto, *in qualunque modo da me conosciuto, nè dinanzi a tutto il S. Collegio dei Cardinali, riunito, nè ai singoli Cardinali, nè per iscritto, nè a voce, nè direttamente e prossimamente, nè indirettamente o per mezzo di altri, nè prima dell'ingresso nel Conclave, nè esso durante, e che non presterò mai aiuto o favore a qualsiasi intervento, intercessione o altro modo qualsiasi col quale le autorità civili di qualunque grado ed ordine volessero immischiarsi nell'elezione del Romano Pontefice.*
«Così Dio mi aiuti e questi Santi Evangeli, che tocco colle mie mani».

[41] Pii IV Const. *In eligendis,* § 24.

[42] Clem. XII Chirogr. *Avendo Noi,* n. 16

[43] Pii IV Const. *In eligendis,* § 18; Clem. XII Const. *Apostolatus officium,* § 13.

46. Konklavisti pako, te svi drugi od posluge, koji bi izašli iz Konklava, i to isključivo samo zbog očevidnog i jačeg oboljenja potvrđenog od liječnika pod prisegom, te s pristankom povjernikâ, koje obvezujemo i u savjesti, ne mogu se nikako više povratiti, nego moraju na njihovo mjesto, ako treba, unići drugi točno u ono vrijeme, u koje će izaći bolesnici, te pošto su već propisno odobreni i pripušteni i vezani položenom prisegom.[41]

47. Isto tako ako bi se desilo, da koji od Stožernika umre u Konklavu, moraju njegovi Konklavisti odmah izaći iz Konklava, te se oni ne mogu u istom Konklavu preuzeti za poslugu drugomu Stožerniku.[42]

48. U Konklave moraju unići i Tajnik Sv. Zbora, kao i Crkvenjak Svete Apostolske Palače s jednim ili više, po volji Sv. Zbora, Duhovnika kao pomoćnika u službi Crkvenjaka, nadalje Pročelnik Apostolskih Svečanosnih čina i Svečanosni Meštri, najviše šestorica njih, da izvršuju službe, koje im pripadaju.

49. Osim toga treba da je prisutan jedan Redovnik za ispovijedanje, dva liječnika, jedan kirurg, jedan ljekarnik s jednim ili dva poslužitelja, a svi ovi treba da budu izabrani od većine Stožernika ili od S. R. C. Stožernika Komornika zajedno sa Stožernicima Pročelnicima Redova uz pristanak većine Stožernika, te druga posluga za korist i udobnost Konklava, ali da nije više osoba no što je potrebno a moraju biti odabrane od strane Stožerničkog Povjerenstva (uspor. br. 12 *g*.).[43]

tost u slučaju prekršaja. Prisižem i obećajem, da ću zdušno čuvati ovu tajnu i po svršenom izboru novoga Prvosvećnika, ako mi ne bude u tom podijeljena od istoga Prvosvećenika posebna i izričita ovlast da govorim.
»Jednako obećajem i prisižem, da ne ću ni na koji način primiti od bilo koje državne vlasti, ni pod kojim vidom tu službu, da izjavim Veto *ili* Isključnicu, *pa niti u obliku čiste želje, te da ovakav* Veto, *za koji bi kojim mu drago načinom saznao ne ću priopćiti niti cjelokupnom Stožerničkom Zboru kada je na okupu, niti pojedinim Stožernicima, ni pismeno ni usmeno, ni izravno ni neposredno ni neizravno ni po drugima, ni prije Konklava ni za njegova trajanja; te da ne ću pomagati ni pogodovati bilo kakovom posredovanju, preporuci ili bilo čemu drugomu, čime bi se svjetovne vlasti bilo kojega stupnja i reda htjela umiješati u izbor Prvosvećenikov«.*
»Tako mi Bog pomogao i ovo sveto Božje Evanđelje, što ga svojim rukama dotičem«.

[41] Pija IV. Uredba *In eligendis,* § 24.

[42] Klem. XII. Ručno pismo *Avendo Noi,* n. 16.

[43] Pija IV. Uredba *In eligendis,* § 18; Klem. XII. Uredba *Apostolatus officium,* § 13.

CAPUT III.

DE INGRESSU IN CONCLAVE.[44]

50. Exsequiis defuncti Pontificis, ut supra, persolutis, et interim Conclavi opportune praeparato, Cardinales, die statuta, in Basilicam Sancti Petri, vel alio pro temporis et loci opportunitate, conveniunt, ubi per Decanum S. Collegii, vel eo impedito per alium ex antiquioribus Cardinalibus, Missa *de Spiritu Sancto* celebratur, et in fine per aliquem Praelatum aut alium virum ecclesiasticum doctum habeatur oratio, qua moneantur, ut, sepositis omnibus privatis affectibus, solum Deum prae oculis habentes, Sanctae Romanae et universali Ecclesiae de Pastore sufficienti et idoneo providere, omni qua possunt brevitate et diligentia curent.

51. Re divina peracta, statim, vel, si Patribus potius libuerit, vespere, fit ingressus in Conclave. Magister Caeremoniarum Crucem Papalem ferens, procedit: quem Cardinales sequuntur, Episcopi primum, deinde Presbyteri, postremo Diaconi, omnes vestibus et mozzeta violaceis laneis cum fascia serica eiusdem coloris et rocheto simplici induti: Crucem praecedunt Familiares Cardinalium, et immediate Cantores Hymnum *Veni, Creator Spirutus* cantantes: post Cardinales sequuntur Praelati, atque ita ordine procedentes, Conclave ingrediuntur, et cum ad Cappellam pervenerint, Cardinalium Decanus apud Altare dicit orationem *Deus qui corda fidelium;* qua finita et ab Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto intimato *extra omnes* a Sacello, praesens Constitutio (praetermissis iis, quae nonnisi res iam peractas respiciunt), iterum legitur; ac iusiurandum, iuxta superius praescriptam formam, ab omnibus Cardinalibus rursus emittitur. Deinde Cardinalis Decanus Cardinales omnes brevi sermone convenientibusque verbis ad electionis negotium rite et recte peragendum hortatur.

[44] Cfr. Caeremoniale Greg. XV.

GLAVA III.

ULAZAK U KONKLAVU[44]

50. Pošto su završene, kako je gore rečeno, zadušnice za pokojnog Prvosvećenika, a Konklave međutim primjereno spremljen, sakupe se Stožernici u Bazilici sv. Petra ili gdje drugdje prema prilikama mjesta i vremena, gdje Dekan Svetoga Zbora, ili ako je on spriječen, drugi koji od starijih Stožernika, služi Misu od *Duha Svetoga,* a na kraju ima koji Prelat ili drugi učeni crkveni muž održati govor, u kojemu će ih opomenuti, da bez obzira na bilo kakve osobne sklonosti, imajući samo Boga pred očima, što im je moguće brže i pomnije, nastoje podati Svetoj Rimskoj i općenoj Crkvi dostojna i sposobna Pastira.

51. Kada je služba Božja završena, ili ako je tako Ocima milije, uvečer, biva ulazak u Konklave. Duhovnik Svečanosnik uzme Papinski Križ i pođe prvi: za njim idu Stožernici, najprije Biskupi, onda Svećenici, konačno Đakoni, svi odjeveni u ljubičastoj vunenoj odjeći i moceti sa svilenim pojasom iste boje i jednostavnoj roketi; ispred Križa ide Posluga Stožernička, a odmah iza nje Pjevači pjevajući Pjesan *Dođi, Duše Stvoritelju;* iza Stožernika slijede Prelati, te ovako u redu polazeći ulaze u Konklave, a kada dođu do Kapele, izgovori Dekan Stožernika pred oltarom molitvu *Bože koji si srca pravovjernih;* pošto je ova dovršena i pročelnik Apostolskih svečanosnih čina objavio *svi napolje* iz Kapelice, ponovno se čita ova Uredba (ispustivši samo ono, što se odnosi na stvari već svršene); te onda ponovno polažu svi Stožernici prisegu prema gore propisanom obrascu. Zatim Stožernik Dekan u kratkom govoru i primjerenim riječima opomene sve Stožernike, da posao oko izbora izvrše ispravno i kako treba.

[44] Uspor. Svečanosnicu Grg. XV.

52. His omnibus absolutis, Praelatus secreti Cubiculi Praefectus, qui est Gubernator Conclavis, et Mareschallus perpetuus S. R. E., qui Conclavis est Custos, iusiurandum emittere debent iuxta statutas formulas[45] coram Cardinali Decano, praesentibus omnibus Cardinalibus, idemque praestant Praelati, quibus Rotarum Conclavis custodia concreditur, videlicet, Archiepiscopi et Episcopi Pontificio Solio Assistentes, Protonotarii Apostolici de numero Participantium, Auditores S. R. Rotae et Praelati Clerici Reverendae Camerae Apostolicae.[46]

53. His expletis, Cardinales ad cellas, sorte inter eos distributas, divertunt, exceptis Cardinalibus in unoquoque Ordine prioribus et Cardinali S. R. E. Camerario, qui in Sacello remanent ut ad clausuram Conclavis procedant.

Interim vero Officiales Conclavis et alii in Conclavi servientes iusiurandum iam emissum (cfr. n. 45) iuxta praescriptas formulas iterum praestant coram S. Collegii Secretario, adstante Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto, ad rem deputatis a Cardinali S. R. E. Camerario, coram quo antea et ab ipsis iusiurandum emittendum est.[47]

54. Tandem postquam ter, iussu Cardinalis Decani, campanula personata fuerit, exclusis omnibus, qui in Conclavi remanere non debent, facibus accensis, tres Cardinales Capita Ordinum et S. R. E. Camera-

[45] Formula iurisiurandi a Praelato Gubernatore Conclavis et a Praelatis quibus custodia Rotarum Conclavis committitur:
«Ego.....
spondeo, voveo et iuro officio meo diligenter ac religiose me esse functurum, secundum praescripta apostolica et normas traditas a Sacro Cardinalium Collegio.
«Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia».
Formola del giuramento per il Maresciallo-Custode:
«Io.....
pometto e giuro di compiere con religiosa fedeltà e diligenza il mio ufficio, secondo le norme stabilite dai Sommi Pontefici e le disposizioni date dal Sacro Collegio dei Cardinali. «Così Dio mi aiuti e questi Santi Evangeli».

[46] Pii XI Const. *Ad incrementum,* nn. XXVII, LXX, CII.

[47] Formula iurisiurandi a Secretario S. Collegii et ab Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto praestandi eadem est ac formula iurisiurandi ab aliis Conclavistis ecclesiastias emittendi (n. 45, not. 4), praeter initium quod ita habebitur:
«Ego.....
tactis SS. Dei Evangeliis coram me positis, promitto et iuro fidelem in omnibus et singulis me futurum Sacro Cardinalium Collegio et diligenter ac religiose officio meo esse functurum. «Item promitto et iuro me inviolabile, etc.».

52. Kada je sve to svršeno, moraju Prelat Predstojnik tajnih Odaja, koji je Upravitelj Konklava i stalni Maršal S. R. C., koji je Čuvar Konklava, položiti prisegu prema propisanom obrascu[45] pred Stožernikom Dekanom u prisutnosti svih Stožernika, a takovu polažu i Prelati, kojima je povjereno čuvanje Prekretnica Konklave, to jest Nadbiskupi i Biskupi Prvosvećeničkog Prijestolja Pristavi, Prabilježnici Apostolski od broja Udionika, Prislušnici S. R. Rote i Prelati Duhovnici Prečasne Apostolske Komore.[46]

53. Pošto je to izvršeno, upute se Stožernici u odaje, koje su im kockom porazdijeljene, izuzev Stožernika Pročelnika pojedinih Redova i Stožernika S. R. C. Komornika, koji zaostanu u Kapelici, da bi pristupili zatvaranju Konklava.

Međutim pako Službenici Konklava i ostala posluga u Konklavu ponovno polažu već jednom (uspor. st. 45) izgovorenu prisegu prema propisanim obrascima pred Tajnikom Sv. Zbora u prisutnosti Pročelnika Apostolskih svečanosnih čina, koje za to odredi Stožernik S. R. C. Stožernik, pred kojim moraju prije toga i sami položiti prisegu.[47]

54. Konačno pošto je po odredbi Stožernika Dekana tri puta dan znak zvoncem i otstrane se svi, koji ne smiju ostati u Konklavu, pomnjivo pretraže, sa zapaljenim bakljama, tri Stožernika pročelnici Redo-

[45] Obrazac prisege za Prelata Upravitelja Konklava i za Prelate kojima se povjerava čuvanje Prekretnica Konklava:
»Ja.....
obećajem, zavjetujem se i prisižem, da ću svoju službu izvršivati zdušno i savjesno, prema apostolskim propisima i odredbama izdatima od Svetog Stožerničkog Zbora.

»Tako mi Bog pomogao i ovo sveto Božje Evanđelje«.
Obrazac prisege za Maršala-Čuvara:
»Ja .....
obećajem i prisežem, da ću izvršivati svoju službu vjerno i savjesno, prema odredbama propisanima od strane Vrhovnih Prvosvećenika i prema uputama izdanima od Svetog Stožerničkog Zbora.
»Tako mi Bog pomogao i ovo Sveto Evanđelje«.

[46] Pija XI. Uredba *Ad incrementum*, br. XXXVII, LXX, CIII.

[47] Obrazac prisege koju mora položiti Tajnik Sv. Zbora i Pročelnik Apostolskih svečanosnih čina isti je kao i obrazac prisege za druge Konklaviste duhovnička značaja (br. 45, bilj. 4), osim početka, koji će biti ovaj:
»Ja .....
dotičući se Sv. Božjeg Evanđelja, što je preda mnom, obećajem i prisižem, da ću u svemu biti vjeran Svetom Stožerničkom Zboru i da ću svoju službu izvršivati zdušno i savjesno.

»Isto tako obećajem i prisižem, da ću nepovredljivo, itd.«

rius, una cum Secretario Conclavis, Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto et Magistris, nec non Architecto Conclavis, latebras et angulos omnes Conclavis diligenter perquirant, ne quis ex iis, qui esse in Conclavi prohibentur, intus remanserit; post haec autem Conclave intus claudatur et claves Cardinali S. R. E. Camerario et Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto concredantur. In Conclavi autem esse possunt Familiares Cardinalium et alii Officiales et Ministri Conclavis, quos superius recensuimus, omnium autem istorum Conclavistarum recognitio fieri debet, ne quis inter illos forte sit ex iis, qui in Conclavi esse non possunt: quae recognitio, ut certius fiat, iubentur Conclavistae omnes intrare Cappellam, et postea singillatim recensentur.

55. Eodem tempore quo intus, Conclave et extra claudatur a Gubernatore et a Mareschallo Conclavis, cum suo uniuscuiusque comitatu, necnon a Decano Praelatorum Clericorum Reverendae Camerae Apostolicae cum Secretario-Cancellario, a Cardinali S. R. E. Camerario deputato, cum Magistris Caeremoniarum et Architectis, debitis antea adhibitis diligentiis et explorationibus: claves autem Mareschallo-Custodi adsignentur.

56. Utriusque peractae clausurae instrumentum respective conficiatur, unum a Praefecto Apostolicarum Caeremoniarum, a Secretario Conclavis et ab ipso Caeremoniarum Praefecto, Notarii munere fungente, subsignandum, testibus adhibitis duobus Caeremoniarum Magistris; aliud ab aliquo e Praelatis Clericis Rev. Camerae Apostolicae simul cum Secretario-Cancellario a Cardinali S. R. E. Camerario deputatis, et quidem in aedibus Mareschalli Conclavis, adstantibus et subscribentibus ipso Mareschallo, Praelato Gubernatore Conclavis, Commissario Generali eiusdem Conclavis, qui debet esse unus e Collegio Advocatorum Aulae Consistorialis,[48] et Gubernatore Civitatis Vaticanae.[49]

[48] Bened. XIV Const. *Inter conspicuos,* IV kal. Septembr. 1744, § 31.

[49] Cfr. Pii XI Const. *Ad incrementum,* n. CII.

va i S. R. C. Komornik zajedno s Tajnikom Konklava, Pročelnikom Apostolskih svečanosnih čina i Meštrima kao i s Arhitektom graditeljem Konklava, sva skrovišta i kutove Konklava, da nije tko od osoba, koje ne smiju biti u Konklavu, ostao unutra; a poslije toga zaključa se Konklave iznutra i ključevi se predadu Stožerniku S. R. C. Komorniku i Pročelniku Apostolskih svečanosnih čina. U Konklavu pako mogu da budu osobe od Stožerničke posluge te ostali Dužnosnici i Službenici Konklava, koje smo gore nabrojili; ipak se mora izvršiti ponovno preispitanje svih tih Konklavista, da među njima nije možda koji od onih, što ne smiju da budu u Konklavu: da bi se ovo preispitanje izvršilo što sigurnije, mora se naložiti svima Konklavistima, da uniđu u Kapelicu, pa se onda jedan za drugim pozivaju.

55. Istodobno kada se Konklave zaključava iznutra, zaključa se i izvana od strane Upravljatelja i od strane Maršala Konklava, koji su tu svaki sa svojom pratnjom, nadalje od strane Dekana Prelata Duhovnika Prečasne Apostolske Komore s Tajnikom-Kancelarom, kojega odredi Stožernik S. R. C. Komornik, zajedno sa Svečanosnim Meštrima i Arhitektima, pošto se prije toga sve što treba pomnjivo ispita i iskuša; ključevi pako povjere se Maršalu-Čuvaru.

56. O jednom se i drugom zatvaranju mora sačiniti odnosna isprava, jedna od strane pročelnika Apostolskih svečanosnih čina, koju moraju potpisati Tajnik Konklava i isti Pročelnik svečanosni kao zapisničar uz dva Svečanosna Meštra kao svjedoka; druga od strane jednoga između Prelata Duhovnika Preč. Apostolske Komore zajedno s Tajnikom-Kancelarom, što ih je odredio Stožernik S. R. C. Komornik, i to u dvornici Maršala, Prelata Upravitelja Konklava, Glavnoga Povjerenika istoga Konklava, koji mora biti jedan iz Zbora Odvjetnika Konzistorijskog dvora[48], te Upravnika Vatikanskog Grada.[49]

[48] Bened. XIV. Uredba *Inter Conspicuos,* IV kal. Septembr. 1774, § 31.

[49] Uspor. Pija XI. Uredbu *Ad incrementum,* n. CII.

CAPUT IV.

DE CLAUSURA CONCLAVIS, AC DE SECRETO SERVANDO IN IIS OMNIBUS QUAE IN CONCLAVI AGUNTUR.

57. Electio Summi Pontificis fieri debet in Conclavi, et eo clauso,[50] sublata tamen nullitate electionis a Gregorio XV (vel alio quovis decreto pontificio) hac de re statuta.

58. Tenentur quoque Cardinales pro tempore deputati, per se vel per alios, cellas Cardinalium et alia Conclavis loca saepius visitare et diligenter perquirere, ne Conclavis clausura ullo modo violetur. Et si quid tale deprehensum fuerit, auctores e Conclavi expellantur et gravibus poenis futuri Pontificis arbitrio plectantur.[51]

59. Clauso Conclavi, nulli ad colloquium cum Cardinalibus vel aliis in Conclavi partem habentibus admittantur, nisi praesentibus Praelatis, quibus Conclavis custodia concreditur, et nisi voce et idiomate intelligibili loquantur. Et si quis forte (quod absit) clam ipsum Conclave ingrediatur, omni honore, gradu, atque officio et beneficio ipso facto privatus exsistat.[52]

60. Volumus item ut epistolae, aut cuiusvis generis scripta, etiam typis edita, tum ad eos, qui in Conclavi sunt (non exceptis ipsis S. R. E. Cardinalibus), tum praesertim e Conclavi ad eos, qui foris sunt, mitti nullatenus possint, nisi prius omnia et singula S. Collegii Secretarii, ac simul Praelatorum, qui ad custodiam Conclavis deputati sunt, examini atque inspectioni subiiciantur. Ab hac regula tamen excipitur litterarum commercium, quod liberum erit atque expeditum, inter Officium Sacrae Poenitentiariae et Cardinalem Poenitentiarium Maiorem in Conclavi degentem; eaeque litterae, sigillo Officii munitae, nulli examini et inspectioni erunt obnoxiae.[53] Absolute autem omnibus in-

[50] Greg. X, cap. 3, *Ubi periculum,* § 1, de *elect.,* I, 6 in Sext.; Greg. XV Const. *Aeterni Patris,* § 1.

[51] Pii IV Const. *In eligendis,* § 15.

[52] Greg. X, cap. 3, *Ubi periculum,* § 1, *de elect.,* I, 6 in Sext.; Pii IV Const. *In eligendis,* § 19.

[53] Pii XI Const. *Quae divinitus,* n. 12.

GLAVA IV.

ZATVORENJE KONKLAVA I ČUVANJE TAJNE U SVEMU ONOMU ŠTO SE ZBIVA U KONKLAVU

57. Izbor Vrhovnoga Prvosvećenika mora biti izvršen u Konklavu, i to u zatvorenom,[50] no dokinuta je ništavost izbora, što ju je po toj stvari propisao Gregorije XV. (ili kojagod druga prvosvećenička odredba).

58. A Stožernici za ono vrijeme određeni, dužni su također, sami osobno ili po drugima ulaziti u Stožerničke odaje i u druga mjesta Konklava, i pomno pregledati, da se na bilo koji način ne povrijedi zatorenje Konklava. A ako bi se nešto takova otkrilo, počinitelji se moraju otstraniti iz Konklava i udariti teškim kaznama po sudu budućega Prvosvećenika.[51]

59. Pošto je Konklave zatvoren, ne smije se nitko pripustiti na razgovor sa Stožernicima ili s drugima koji sudjeluju u Konklavu, osim u prisutnosti Prelata, kojima je povjereno čuvanje Konklava, i to samo tako da se govori razumljivim glasom i jezikom. A ako bi netko (što ne bilo) možda potajno unišao u Konklave, tim samim oduzeta mu je svaka čast, stupanj, te služba i nadarbina.[52]

60. Isto tako hoćemo da se pisma ili pisane stvari koje mu drago vrsti, pa ni tiskane, nikako ne mogu dostavljati niti osobama, koje su u Konklavu (ne izuzimajući ni same S. R. C. Stožernike), a napose ne osobama, koje su vani, doklegod nije sve i pojedino ispitano i pregledano od strane Tajnika Sv. Zbora, a ujedno i od strane Prelata, kojima je povjereno čuvanje Konklava. Ipak se od toga propisa izuzima listovni saobraćaj između Ureda Svetoga Pokorništva i Stožernika Velikog Pokorničara, kada se nalazi u Konklavu, koji će saobraćaj biti slobodan i nesmetan, pa se ovi listovi, providđeni pečatom Ureda, ne će podvrći nikakovu ispitivanju i pregledu.[53] Bezuvjetno pako zabranjujemo svima,

[50] Grg. X. pogl. 3, *Ubi periculum,* § 1, *de elect.,* I, 6 in Sext.; Grg. XV. Uredbu *Aeterni Patris,* § 1.

[51] Pija IV. Uredba *In eligendis,* § 15.

[52] Grg. X. pogl. 3, *Ubi periculum,* § 1, *de elect.,* I, 6 in Sexto; Pija IV. Uredba *In eligendis,* § 19.

[53] Pija XI. Uredba *Quae divinitus,* br. 12.

terdicimus, ne ephemerides quotidianae vel periodicae extra Conclave et in Conclave mittantur. Qui vero contra omnia superius enunciata fecerint, poenae excommunicationis latae sententiae subiaceant.[54]

61. Praeterea, uti iam in supra relatis, tam pro S. R. E. Cardinalibus quam pro Conclavistis, iurisiurandi formulis expressum est, severe praecipimus et mandamus ut ab omnibus in Conclavi partem habentibus secretum religiosissime servetur in iis omnibus, quae ad electionem Romani Pontificis pertineant, et in iis quae in Conclavi, seu in loco electionis agantur. Hinc quaecumque directe vel indirecte secretum violare quomodolibet poterunt, sive verba, sive scripta, sive signa, aut alia quaevis, omnia vitare et cavere omnino tenentur,[55] ita ut hanc legem violantes excommunicationem latae sententiae incurrant, a qua, sicut ab alia quavis et contra quoslibet in hac Constitutione imposita et irrogata, seu infra imponenda et irroganda, poena excommunicationis a nullo, ne a Maiori quidem Poenitentiario, cuiuslibet facultatis vigore, praeterquam a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, absolvi possint.[56]

62. Specialiter autem, sub eiusdem excommunicationis poena Cardinales prohibemus, ne suis Familiaribus seu Conclavistis vei aliis quibusvis ea pandant, quae scrutinium directe vel indirecte respiciant, itemque quae in Cardinalium Congregationibus, sive ante Conclave sive ipso durante habitis, de Pontificis electione acta vel decreta sint.

63. Insuper praecipimus, graviter onerata ipsorum conscientia, S. R. E. Cardinalibus ut secretum huiusmodi servetur etiam post peractam novi Pontificis electionem, neque ullo modo ipsum violari liceat, nisi ab eodem Pontifice peculiaris ad hoc facultas aut expressa dispensatio concessa fuerit. Quod praeceptum extendi volumus ad alios omnes, qui in Conclavi partem habuerunt, si quid forte, bona vel mala fide, de iis, quae in Conclavi gesta sint, cognoverint.

64. Tandem, ut secreto servando strictius consulatur, omnino prohibemus ne in Conclave introducantur, sub quocumque praetextu, instrumenta quae dicunt telegraphica, telephonica, microphonica, radiophonica, photographica, cinematographica et alia huiusmodi.

[54] Greg. X, cap. 3, *Ubi periculum,* § 1, de *elect.,* I, 6 in Sext.; Pii IV Const. *In eligendis,* § 20; Clem. XII Const. *Apostolatus officium,* § 11.

[55] Greg. XV Const. *Aeterni Patris,* § 20.

[56] Greg. XV Const. *Aeterni Patris,* § 19.

da se dnevne novine ili časopisi šalju van iz Konklava ili unutra u Konklave. Oni pako koji bi učinili nešto što se protivi bilo čemu od gore rečenoga, neka potpadnu pod kaznu izopćenja unaprijed izrečenu.[54]

61. Povrh toga kako je to već sadržano u gore navedenim obrascima prisege i za S. R. C. Stožernike i za Konklaviste, strogo nalažemo i propisujemo, da svi oni koji sudjeluju u Konklavu moraju najzdušnije čuvati tajnu o svemu onomu, što se odnosi na izbor Rimskog Prvosvećenika, te o onomu što se dogodi u Konklavu ili u mjestu izbora. Stoga su strogo dužni izbjegavati sve ono, što bi moglo bilo kako izravno ili neizravno povrijediti tajnu i toga se čuvati, bilo da su to riječi, bilo pisma, bilo znakovi ili bilo štogod drugoga,[55] tako da oni koji prekrše ovaj zakon upadaju tim samim u izopćenje, od kojega kao što i od svakoga drugoga i protiv kogamudrago u ovoj Uredbi nametnutoga i udarenoga, ne može, osim u smrtnoj pogibli, dati odrješenja nitko, pa ni sam Veliki Pokorničar, snagom bilo kakvoga ovlaštenja, izim Rimski Prvosvećenik.[56]

62. Napose pako zabranjujemo pod kaznom jednakoga izopćenja, Stožernicima da ne smiju otkrivati svojoj posluzi ili Konklavistima ili bilo komu drugomu ono, što se izravno ili neizravno odnosi na glasanje, isto niti ono što je svršeno ili odlučeno u Stožerničkim Sjednicama održanima bilo prije Konklava bilo za njegova trajanja, a odnosi se na izbor Prvosvećenikov.

63. Povrh toga nalažemo S. R. C. Stožernicima pod teško obvezom u savjesti, da se ova tajna ima čuvati i poslije svršena izbora novoga Prvosvećenika, te da se ona ne smije ni na koji način povrijediti, osim ako bi isti Prvosvećenik podijelio za to posebno ovlaštenje ili izričiti oprost. Ovu odredbu protežemo i na sve druge koji su sudjelovali u Konklavu, ako bi možda nešto saznali, bilo dopuštenim bilo nedopuštenim putem o onomu, što se je dogodilo u Konklavu.

64. Konačno zbog toga da se što strožije osigura čuvanje tajne, bezuvjetno zabranjujemo, da se bilo pod kojim vidom unose u Konklave naprave koje se nazivaju telegrafske, telefonske, mikrofonske, radiofonske, fotografske, kinematografske i druge slične.

[54] Grg. X. pogl. 3, *Ubi periculum,* § 1, *de elect.*, I, 6 in Sext.; Pija IV. Uredba *In eligendis,* § 20; Klem. XII. Uredba *Apostolatus Officium,* § 11.

[55] Grg. XV. Uredba *Aeterni Patris,* § 20.

[56] Grg. XV. Uredba *Aeterni Patris,* § 19.

CAPUT V.

DE FORMA ELECTIONIS.[57]

65. Mane sequenti, post clausum praecedenti nocte Conclave, ac post solitum campanulae sonum, conveniunt Cardinales in eo praesentes, qui infirmitate non sunt impediti, ad designatum Sacellum, et ibi celebrata consueta Missa, et facta Cardinalium Communione, qui se a Sacro peragendo quavis de causa sponte abstinuerint[58] ac postea a Sacrista recitato Hymno *Veni, Creator Spiritus* cum oratione de Spiritu Sancto, necnon a Praefecto Apostolicarum Caeremoniarum instrumentis perlectis utriusque Conclavis clausurae, statim ad negotium electionis procedere debent, quod quidem uno tantum ex tribus, qui infra exponuntur, modis sive formis peragendum est, alioquin electio nullitatis vitio subiacet.

66. Primus modus est, qui quasi *per inspirationem* vocatur, quando scilicet omnes Cardinales, quasi afflati Spiritu Sancto, aliquem unanimiter et viva voce, libere ac sponte Summum Pontificem proclamant; circa quem modum infrascripta notanda sunt.

Primum, haec forma electionis adhiberi potest solum in Conclavi, et eo clauso. Secundo, debet fieri electio secundum hanc formam ab omnibus et singulis Cardinalibus in Conclavi praesentibus, etiam iis, qui ob infirmitatem in cellis detinentur. Tertio, communiter, et nemine eorum dissentiente. Quarto, nullo praecedente de persona speciali tractatu, per verbum *«eligo»* intelligibili voce prolatum, aut scripto expressum, si voce non possit proferri. Exemplum autem huius, potest esse huiusmodi. Si quis e Patribus clauso Conclavi, nullo, ut praefertur, praecedente speciali tractatu, diceret: «Reverendissimi Domini, perspecta singulari virtute et probitate Reverendissimi Domini *N.* iudicarem illum eligendum esse in Summum Pontificem, et ex nunc ego ipsum eligo in Papam». Deinde hoc audito, si ceteri Patres, nemine excepto, sequentes primi sententiam eodem verbo *«eligo»* intelligibili voce prolato, aut, si non potest, in scriptis expresso, eumdem *N.*, de quo nullus specialis tractatus praecessit, communiter eligerent, ipse N. esset canonice electus et verus Papa secundum hanc electionis formam, quae dicitur *per inspirationem.*

[57] Cfr. Caeremoniale Greg. XV.

[58] Pii XI Motu proprio *Cum proxime,* n. III.

GLAVA V.

OBLIK IZBORA[57]

65. Slijedećega jutra, pošto je Konklave prošle noći zatvoren, te na običajni znak zvonca, sakupe se Stožernici koji se u njemu nalaze, a nisu spriječeni bolešću u označenoj Kapelici, te moraju ondje, pošto se otsluži običajna Misa i pričeste oni Stožernici, koji bilo s kojega razloga nisu sami misili,[58] te pošto je potom Crkvenjak izgovorio Pjesan *Dođi, Duše Stvoritelju,* s molitvom od Duha Svetoga te pošto je Pročelnik Apostolskih svečanosnih čina pročitao isprave o jednom i drugom zatvaranju Konklava, odmah pristupiti izbornom činu, koji se mora izvršiti samo na jedan od tri, niže opisana načina ili oblika, inače je izbor ništav.

66. Prvi je način, koji se zove kao *po nadahnuću,* kada naime svi Stožernici kao nadahnuti Duhom Svetim, izviknu nekoga jednodušno i živom riječi za Vrhovnoga Prvosvećenika; glede toga načina vrijedi ovo što slijedi.

Prvo, ovaj se oblik izbora može primijeniti samo u Konklavu i pošto je on zatvoren. Drugo, izbor po ovom načinu mora biti izvršen od svih i pojedinih Stožernika prisutnih u Konklavu, pa i od onih koji se zbog bolesti nalaze u odajama. Treće, jednodušno i bez ičijega protivljenja. Četvrto, tako da se, a da prije toga nije bilo glede osobe nikakova posebna dogovora, jasnim glasom izreče riječ *»biram«* ili da se ona napiše, ako se ne može na glas izgovoriti. Primjer za to može biti ovaj: Ako bi koji od Otaca, pošto se zatvori Konklave, a da nije, kako je već rečeno, bilo nikakova posebna dogovora, rekao: »Prečasna Gospodo, s obzirom na izvanrednu krepost i čestitost Prečasnoga Gospodina *N.* držim, da njega treba izabrati za Vrhovnoga Prvosvećenika i evo ja biram za Papu«. Zatim ako bi se i ostali Oci, čuvši ovo, svi do jednoga poveli za prvim i istom riječi *»biram«* jasnim glasom izgovorenom ili ako se to ne može, napisanom, jednodušno izabrali istoga *N.*, za kojega nije bilo prije nikakova posebna dogovora, taj bi *N.* bio kanonski izabran i pravi Papa po ovom obliku izbora, koji se zovu *po nadahnuću.*

[57] Uspor. Svečanosnica Grg. XV.

[58] Pija XI. Motu proprij *Cum proxime,* n. III.

67. Secundus modus est *per compromissum,* quando scilicet in quibusdam peculiaribus rerum adiunctis, Cardinales ad electionem per hanc formam seu viam procedere volentes, committerent aliquibus ex Patribus eligendi potestatem, ut vice omnium Ecclesiae Catholicae provideant de Pastore, cuius formae praxis debet esse huiusmodi. Primo omnes et singuli Cardinales in Conclavi clauso praesentes, nemine eorum dissentiente, in aliquos ex Patribus (i. e. in tres vel quinque vel septem, non in minorem vel maiorem numerum) compromissum faciunt, exempli gratia in hanc formam: «In nomine Domini, Amen. Anno etc. mense etc. die etc. Nos Episcopi, Presbyteri et Diaconi S. R. E. Cardinales omnes et singuli in Conclavi existentes, videlicet *N. N.* (et singillatim omnes nominentur Cardinales) elegimus, et eligimus per viam procedere compromissi, et unanimiter et concorditer nemine discrepante, eligimus compromissarios *N., N.* et *N.* Cardinales, etc., quibus damus plenariam facultatem et potestatem providendi S. R. E. de Pastore sub hac forma videlicet» (Hic necesse erit ut Cardinales Compromittentes exprimant modum et formam secundum quam Compromissarii debent eligere, et secundum quam electus debet censeri verus et legitimus Papa, ut puta si electi sint tres Compromissarii, declarandum est an ad hoc ut electio sit valida, prius proponere debeant S. Collegio personam ab ipsis nominandam ad Pontificatum, an vero absolute debeant electionem peragere; an omnes tres debeant convenire in unam personam; an vero sufficiat quod duo in unam concordent, et an debeant nominare aliquem de Collegio, vel etiam aliquem extra Collegium, et alia his similia). His autem, vel aliis similibus expressis, addi compromisso debet tempus, ad quod usque volunt Cardinales potestatem Compromissarios habere eligendi, et postea subiunguntur haec verba: «Et promittimus nos illum pro Romano Pontifice habituros, quem DD. Compromissarii secundum formam praedictam duxerint eligendum», vel alia ad formam Compromissariis praescriptam accommodata.

Secundo, completo huiusmodi mandato, Compromissarii ad partem in aliquo loco separato et clauso se conferunt, et de electione facienda tractant, et debet inter eos praemitti protestatio, quod per quamcumque prolationem verborum suum dare consensum non intelligunt, nisi in scriptis illum expresse ponant. Et haec protestatio necessaria est inter Compromissarios, ut verbis humanis et reverentialibus inter se, sine praeiudicio, uti possint.

67. Drugi je način po *izbornom sporazumu,* kada bi naime Stožernici u nekim posebnim prilikama, u nakani da pristupe izboru ovim oblikom ili putem, povjerili vlast birati nekima između Otaca, da oni mjesto svih odrede Pastira Katoličkoj Crkvi, pa se ovaj oblik izbora mora ovako izvršiti. Prvo svi i pojedini Stožernici prisutni u zatvorenom Konklavu, a da se nijedan tomu ne usprotivi, načine izborni sporazum za nekoliko Otaca (t. j. za tri ili pet ili sedam tako da taj broj ne bude ni manji ni veći), i to na primjer u ovom obliku: »U ime Gospodnje. Amen. Godine itd., mjeseca itd., dana itd., Mi Biskupi, Svećenici i Đakoni S. R. C. Stožernici svi i pojedini u Konklavu prisutni, naime *N.N.* (i svi se Stožernici pojedinačno imenuju) odlučismo i odlučujemo postupati putem izborna sporazuma, pa jednoglasno i jednodušno, bez ičijega protivljenja, izabiremo za nosioce izbornoga sporazuma *N., N.* i *N.* Stožernike, itd., kojima dajemo punu vlast i ovlaštenje, da odrede Pastira S. R. C. u ovom obliku« (Ovdje moraju Stožernici označiti način i oblik, po kojemu Nosioci izbornoga sporazuma moraju izvršiti izbor i po kojemu se izabrani ima smatrati pravim i zakonitim Papom, kao recimo, kada su izabrana tri nosioca, tada se mora reći, da li su oni za to, da izbor bude valjan, dužni najprije Svetom Zboru priopćiti osobu, koju hoće da izaberu za Papu, ili pako da li treba da izbor bezuvjetno svrše; da li se sva trojica moraju složiti u jednoj osobi ili je naprotiv dosta, ako se dvojica slože u jednoj osobi, te da li moraju uzeti nekoga, koji je član Zbora ili također nekoga izvan Zbora, te drugo tomu slično). Kada je ovo ili tomu slično u sporazumu izraženo, treba mu dodati i vrijeme, do kojega hoće Stožernici, da Nosioci izbornog sporazuma imaju vlast birati, pa se onda primetnu ove riječi: »A mi obećajemo, da ćemo onoga smatrati Rimskim Prvosvećenikom, koga po ovomu obliku odluče izabrati GG. Nosioci izbornog sporazuma«, ili druge u skladu s oblikom, koji bude Nosiocima izbornog sporazuma propisan.

Drugo, pošto je povjerba ovako dovršena, otiđu Nosioci izbornog sporazuma zasebno u koje odijeljeno i zatvoreno mjesto, da rasprave o izboru, što se ima izvršiti, a dužni su da sebi međusobno izjave, da se ne može uzeti, da su dali svoj pristanak bilo kojim riječima koje će izreći, doklegod ga izričito ne izraze pismeno. Ova je pako predhodna izjava između Nosilaca izborna sporazuma za to potrebita, da oni bez primisla mogu među sobom upotrebljavati uljudne i uglađene riječi.

Tertio, facta per Compromissarios electione secundum formam eis praescriptam, et in Conclavi promulgata, electus per huiusmodi viam compromissi, est canonicus et verus Papa.

68. Tertius et ordinarius modus, seu forma electionis Romani Pontificis est, quae vocatur *per scrutinium.* Qua in re plenissime confirmamus legem iam latam ac per plura deinde saecula semper religiosissime servatam, qua nempe statutum est ut ad validam Romani Pontificis electionem requirantur duae saltem ex tribus partibus suffragiorum,[59] eandem tamen modo innovamus quatenus decernimus ut duabus ex tribus suffragiorum partibus unum insuper addatur suffragium, alioquin electio sit ipso iure nulla atque irrita, ita ut ille tantummodo Romanus Pontifex habendus sit in quem duae saltem ex tribus partibus Cardinalium, uno plus, in Conclavi praesentium per decreta schedularum suffragia convenerint.

Quod autem decretum inducendum et observandum iubemus ut quaelibet praecaveatur occasio dubitandi ne in duabus tertiis partibus suffragiorum suffragium ipsius Electi numerari queat, cum nemo unquam sive scrutinii sive compromissi via procedatur, seipsum eligere, seu suffragium sibi dare ullatenus possit: electi tamen persona, si in Conclavi sit, debeat in numerum Cardinalium computari.[60]

69. Scrutinii autem ritus continet tres actiones: alteram, quae *antescrutinium,* alteram, quae *scrutinium,* et tertiam, quae *post-scrutinium* appellari potest.

70. *Antescrutinii* actus sunt quatuor, videlicet: praeparatio schedularum; extractio Scrutatorum, Deputatorum pro votis infirmorum et Recognitorum, per sortem; scriptio schedularum; earum complicatio.

71. Schedularum praeparatio et distributio ad Magistros Caeremoniarum pertinet, qui eas singulis Cardinalibus saltem duas vel tres distribuent.

72. Forma autem schedulae, quoad eius figuram attinet, erit altera parte latior hoc est plus lata, quam longa. In medio autem anterioris eius partis, continere debet haec verba, typis impressa, ubi fieri potest, alioquin unius manu scripta:

[59] Alex. III in Concil. Later. cap. 6, *Licet de vitanda, de elect.,* I, 6; Greg. XV Const. *Aeterni Patris,* § 1.

[60] Greg. XV Const. *Aeterni Patris,* § 2.

Treće, pošto Nosioci izbornog sporazuma izvrše izbor na način, koji im je bio propisan, te pošto se proglasi u Konklavu, ovim putem izborna sporazuma izabrani, kanonski je i pravi Papa.

68. Treći i redovni način ili oblik izbora Rimskog Prvosvećenika je onaj, što se zove *po glasovanju.* U toj stvari u potpunosti potvrđujemo i obnavljamo zakon, koji je već od Predšasnika Naših bio mudro zaveden i onda kroz vjekove najsavjesnije obdržavan, a kojim je propisano, da se za pravovaljani izbor Rimskog Prvosvećenika traže barem dvije trećine glasova,[59] ipak ovim ovaj zakon dopunjujemo ukoliko određujemo, da dvjema trećinama glasova mora biti pridodan još jedan glas, inače je izbor snagom samoga zakona nevaljan i ništav, tako da se ima smatrati izabranim za Rimskog Prvosvećenika samo onaj, za kojega glasovnicama u tajnom glasovanju od prisutnih u Konklavu Stožernika glasuje barem dvije trećine više jedan.

A propisujemo, da se ova odredba zavede i obdržaje, kako bi se uklonio povod sumnji, da li se među dvije trećine glasova ne nalazi i glas onoga koji je izabran, budući da nitko nikada i nikako ne može za sebe samoga glasovati bilo da se izbor izvršuje putem glasanja bilo putem izborna sporazuma: no ipak se osoba izabranoga, ako je u Konklavu, mora računati u broj Stožernika.[60]

69. A izborni red sadrži tri činidbe, koje se nazivaju: prva *predizbor,* druga *izbor,* a treća *doizbor.*

70. *Predizbor* sačinjava četiri čina, to jest: priprema glasovnica, izvlačenje kockom Ispitača, Povjerenika za glasanje bolesnih i Preispitača; pisanje glasovnica; njihovo preklapanje.

71. Priprema i razdioba glasovnica spada na Svečanosne Meštre, koji će od ovih porazdijeliti pojedinim Stožernicima barem po dvije ili tri.

72. Oblik pako glasovnice, što se tiče njezina lika, ima biti takav da bude s jednom stranicom šira to jest više široka, nego što je duga. U sredini pako gornjega njezina djela, mora sadržavati ove riječi, po mogućnosti naštampane, inače napisane istim rukopisom:

[59] Aleks. III. u Sab. Later. pogl. 6, *Licet de vitanda, de elect.,* I, 6; Grg. XV. Uredba *Aeterni Patris,* § 1.

[60] Grg. XV. Uredba *Aeterni Patris,* § 2.

Eligo in Summum Pontificem Reverendissimum Dominum meum D. Cardinalem.....

Exemplar ergo huius schedulae scrutinii hoc erit:

Eligo in Summum Pontificem Rev.mum D. meum D. Card. .....

73. Secundus actus antescrutinii est extractio Scrutatorum, Deputatorum pro votis infirmorum, et Recognitorum: quae extractio, antequam ad scrutinium procedatur, sorte facienda est, hoc modo. In uno sacculo, aut vase, publice ponantur tot schedulae vel si magis placet, spherulae ligneae palam numeratae, quot sunt Cardinales praesentes in Conclavi cum eorum nominibus: deinde per ultimum Diaconum extrahantur primo Scrutatores tres, postea tres Deputati pro votis infirmorum, qui brevitatis gratia Infirmarii appellari possunt, ac tandem Recognitores, de quorum omnium officio inferius suo loco scribetur. Quod si in extractione Scrutatorum, Infirmariorum et Recognitorum, extracti fuerint Cardinales, qui ob infirmitatem aliudve impedimentum muneribus praedictis satisfacere non possint, alii non impediti, loco illorum, extrahantur. Peracta vero extractione, schedulae, seu spherulae eorum, qui extracti fuerunt, in sacculum, seu in vas iterum coniiciantur.

74. Tertius actus antescrutinii est schedularum scriptio. Hic, antequam, videlicet, Cardinales nomen eligendi in schedulis scribere coeperint, Secretarius S. Collegii et Magistri Caeremoniarum debent ab aula discedere, ita ut tempore scrutinii Cardinales soli in Cappella remaneant.

Porro, post eorum egressum ex aula, ultimi Cardinalis ordinis Diaconorum erit ostium Cappellae claudere: ac generatim ipsum, quotiescumque opus fuerit, aperire et claudere, exempli gratia, quum Cardinales Infirmarii ad vota infirmorum colligenda pergunt ac postea quum ad Cappellam redeunt, vel ob quamcumque aliam necessitatem.

75. Schedularum scriptio ab unoquoque Cardinali secreto fiet, in media parte schedulae scribendo nomen illius, quem eligit, charactere tamen, quantum fieri potest, alterato, ne manus scribentis facile cognosci possit; et caveat ne plura nomina in schedula scribat quia suffragium esset nullum.

Biram za vrhovnoga prvosvećenika prečasnoga gospodina mojega g. stožernika.....

Dakle će primjerak takove glasovnice biti ovakav:

Biram za Vrhovnoga Prvosvećenika Preč. G. mojega g. Stožer. .....

73. Drugi je predizborni čin izvlačenje Ispitača, Povjerenika za glasanje bolesnih i Preispitača: ovo se izvlačenje mora izvršiti kockom prije no što se pristupi glasanju, i to ovako. Metne se javno u jednu vrećicu ili posudu toliko ceduljica ili ako se hoće, drvenih kuglica pred svima izbrojenih, koliko ima u Konklavu prisutnih Stožernika, s njihovim imenima: zatim neka zadnji Đakon izvlači najprije tri ispitača, onda tri Povjerenika za glasanje bolesnih, koji se kratkoće radi mogu zvati Bolničarima, te konačno Preispitači, a o službi svih ovih bit će govora niže dolje na svojemu mjestu. Za slučaj da kod toga izvlačenja Ispitača, Bolničara i Preispitača budu izvučeni Stožernici, koji zbog bolesti ili druge kakove zapreke ne mogu udovoljavati spomenutim dužnostima, moraju se mjesto ovih izvlačiti drugi, koji nisu spriječeni. A pošto se izvrši izvlačenje, moraju se ceduljice ili kuglice onih, koji su izvučeni, opet baciti u vrećicu, odnosno u posudu.

74. Treći je predizborni čin pisanje glasovnica. Ovdje, to jest prije no što Stožernici i započmu da pišu ime onoga, koga će birati, moraju Tajnik Sv. Zbora i Svečanosni Meštri izaći iz dvornice, tako da u vrijeme glasanja ostanu u Kapelici sami Stožernici.

Tada mora, pošto su oni izašli iz dvornice, zadnji Stožernik iz Reda Đakona zaključati vrata Kapelice: te je uopće dužan otvarati i zaključavati, kadgod to bude potrebito, na primjer kada Stožernici bolničari pođu uzeti glasovnice bolesnih i kada se poslije toga vraćaju u Kapelicu ili zbog kojegod bilo potrebe.

75. Ispisivanje glasovnica mora svaki od Stožernika izvršiti potajice, te u sredini glasovnice napisati ime onoga, kojega bira, ali pismom, po mogućnosti, iskrivljenim, da se rukopis ne može lahko prepoznati; a neka pazi na to, da ne upiše u glasovnicu više imena, jer bi tada glas bio ništav.

Exemplar schedulae scriptae esto:

Eligo in Summum Pontificem Rev.mum
.....
D. meum D. Card. Baronium

76. Quartus actus antescrutinii est schedularum complicatio, quae fiet in medio uniuscuiusque schedulae, ita ut schedula ipsa fere ad latitudinem pollici redigatur, prout ex figura, quae hic exempli gratia ponitur, conspici potest.

Eligo in Summum Pontificem Rev.mum
(locus plicaturae)
.....
D. meum D. Card. Baronium

Haec de antescrutinio sufficiant; ceterum, quod attinet ad Cardinales infirmos, aut aliter impeditos, inferius suo loco dicetur.

77. Sequitur secunda actio, quae nomine *scrutinii* appellata fuit. Octo sunt huius actionis actus videlicet: delatio schedulae, iurisiurandi praestatio, positio schedulae in calicem, schedularum mixtio, earum numeratio, scrutinii publicatio, schedularum in filum insertio, earum depositio seorsum.

78. Delatio schedulae, et duo sequentes actus, qui melius simul describuntur ob eorum connexionem, hoc modo fient. Quilibet Cardinalis, ordine praecedentiae servato, propriam schedulam, postquam illam scripserit et complicaverit, duobus primis digitis dexterae manus sumet, ac elevata manu palam deferet ad Altare, penes quod stant Scrutatores, et in quo est calix magnus ad recipiendas schedulas paratus et patena coopertus; ibique genuflectens aliquantulum orabit; deinde surgens, alta et intelligibili voce, iurabit in hanc formam quae in tabella super Altari posita descripta habetur:

Kao primjerak glasovnice neka bude:

Biram za Vrhovnoga Prvosvećenika Preč.
.....
G. mojega G. Stožer. Baronija

76. Četvrti je predizborni čin preklapanje glasovnica, što valja učiniti po sredini svake glasovnice, tako da glasovnica zadobije po prilici širinu palca, kako se to može vidjeti po obliku, što ga ovdje primjera radi donosimo:

Biram za Vrhovnoga Prvosvećenika Preč.
(mjesto preklapanja)
.....
G. mojega G. Stožer. Baronija

Toliko o predizboru; ostalo još, što se odnosi na bolesne Stožernike, ili inače spriječene, bit će izloženo na svojemu mjestu niže dolje.

77. Slijedi druga činidba, koja je nazvana imenom *glasanja.* Na ovu činidbu spada osam čina, to jest: donos glasovnice, polaganje prisege, spuštanje glasovnice u kalež, miješanje glasovnica, njihovo brojanje, objava glasanja, nizanje glasovnica na konac, njihovo uklanjanje.

78. Donos glasovnice, te dva naredna čina, što će se radi njihove sveze najbolje opisati zajedno, izvršuju se ovako. Svaki od Stožernika, po redoslijedu prednosti, mora svoju glasovnicu, pošto ju je ispunio i preklopio, uzeti s dva prva prsta desne ruke, pa je uzdignutom rukom javno donijeti pred Oltar, kraj kolega stoje Ispitači i na kojemu je veliki kalež pripremljen za to, da se u nj stave glasovnice, a pokriven je pliticom; i ondje će klečeći malko moliti; zatim će stojeći, jasnim i razgovijetnim glasom priseći ovim riječima, što su napisane na pločici postavljenoj na Oltar:

Testor Christum Dominum, qui me iudicaturus est, me eligere, quem secundum Deum iudico eligi debere.

Post haec schedulam in patenam ponet, et per patenam mittet in calicem; quo facto inclinabit se ad Altare, et ad suum locum revertetur.

79. Haec servanda erunt, si Cardinalis ad Altare pergere possit: nam si ob infirmam valetudinem non possit, et praesens in Cappella sit, ultimus Scrutator ad eum accedet; et Cardinalis infirmus, postquam schedulam in loco suo, secreto, ut supra dictum est, confecerit, praevio iureiurando praedicto, ipsam complicatam eidem Scrutatori tradet, qui eam palam deferet ad Altare, et sine oratione et iureiurando in patenam ponet, et per eam in calicem mittet.

80. Si vero aliqui Cardinales infirmi sint in suis cellis, tres Cardinales Infirmarii, ut supra extracti, ad eos accedent cum capsula altitudine unius palmi, in cuius superiori parte sit rima, seu foramen, eius magnitudinis, ut per illud schedula complicata possit per suam latitudinem intus capsulam transmitti; quam capsulam antequam Scrutatores Infirmariis tradant, palam aperient, ut ceteri Cardinales possint eam inanem et vacuam conspicere, deinde claudent, et clavem ponent super Altare; deinde Infirmarii cum capsula clausa, et cum parvo disco sufficientes schedulas continente, ad unumquemque eorum accedent; et infirmi acceptas ex disco schedulas secreto scribent et complicabunt, et praevio iam dicto iureiurando in capsulam per rimam mittent; quod si infirmi scribere non possint, sive aliquis ex tribus Cardinalibus Infirmariis, sive alius ex ordine tamen clericali, cuiuslibet Cardinalis infirmi vel Infirmariorum arbitrio deligendus, praestito de secreto servando in manibus ipsorum Infirmariorum iureiurando,[61] praedicta faciet: atque hi advertere debent quod non solum iurisiurandi vinculo tenentur servare secretum, sed etiam in excommunicationem latae sententiae, si contrafecerint, incurrent. His peractis, Infirmarii ad Cappellam revertentur cum capsula, quam Scrutatores aperient, et schedulas in ea contentas palam numerabunt: et tot repertas, quot sunt

[61] Formula huiusmodi iurisiurandi haec erit:
«Ego N. spondeo, voveo ac iuro me fideliter impleturum munus ab Emo Cardinali N. mihi commissum schedulam eius nomine et vice conscribendi, et inviolabile secretum semper servaturum de iis quae in ea continentur, sub poenis in Constitutione Pii XII Vacantis Apostolicae Sedis, *diei octavi Decembris anni millesimi nongentesimi quadragesimi quinti statutis.*
«Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia».

Prisižem Kristom Gospodinom, koji će mi suditi, da biram onoga, za kojega držim po Bogu, da ga moram birati.

Tada će staviti glasovnicu na pliticu, te s plitice spustiti u kalež; pošto je to izvršio, poklonit će se prema Oltaru i povratit će se na svoje mjesto.

79. To će se tako obdržavati, kada Stožernik može da ide do Oltara, jer ako toga zbog slaba zdravlja ne može, a prisutan je u Kapelici, zadnji će Ispitač poći do njega; a bolesni Stožernik, pošto je glasovnicu na svojemu mjestu, tajno, kako je gore rečeno, priredio, izgovorivši prije toga prednju prisegu, predat će je preklopljenu istomu Ispitaču, koji će je javno odnijeti na Oltar, te bez molitve i prisege staviti na pliticu i s nje spustiti u kalež.

80. Ako se pako neki od Stožernika nalaze bolesni u svojim odajama, otići će do njih trojica Stožernika Bolničara, označena kako je gore rečeno, izvlačenjem, sa škrinjicom za dlan visokom, koja ima na gornjoj strani prorez ili otvor te veličine, da se kroz nj može ubaciti u škrinjicu preklopljena glasovnica po svojoj širini; ovu će škrinjicu Ispitači prije nego što je predadu Bolničarima, pred svima otvoriti, tako da ostali Stožernici mogu vidjeti, da je prazna i da u njoj nema ništa, zatim će je zaključati i ključ staviti na Oltar; tada će Bolničari otići sa škrinjicom i s malenom zdjeličicom u kojoj je stavljeno dosta glasovnica, do svakoga od njih; a bolesni će napisati tajno glasovnice uzevši ih iz zdjeličice, pa ih preklopiti i uz već spomenutu prisegu spustiti u škrinjicu kroz otvor; za slučaj da bolesnici ne mogu sami pisati, izvršit će to kojigod od trojice Bolničara ili bilo tko drugi, no svakako osoba duhovnička, koju će sebi izabrati svaki pojedini Stožernik ili će to učiniti Bolničari i ona ima položiti u ruke Bolničara prisegu, da će čuvati tajnu;[61] svi ovi trebali da drže na umu da nisu samo prisegom vezani na tajnu, nego da će povrh toga upasti u izopćenje unaprijed rečeno, ako bi je prekršili. Pošto se sve ovo izvrši, povratit će se Bolničari u Kapelu sa škrinjicom, koju će Ispitači otvoriti i pred svima prebrojiti u njoj sadržane glasovnice, pa našavši toliko koliko je bole-

[61] Obrazac ove prisege bit će ovaj:
»Ja N. obećajem, zavjetujem se i prisižem, da ću vjerno izvršiti dužnost, koju mi je povjerio Uzor. Stožernik N., da mjesto njega i u njegovo ime ispunim glasovnicu, te da ću zauvijek čuvati nepovređenu tajnu o onomu, što ona sadržava, pod kaznama predviđenima u Uredbi Pija XII. Vacantis Apostolicae Sedis, *od osmoga Prosinca godine tisuću devet sto četrdeset i pete.*
»Tako mi Bog pomogao i ovo Sveto Božje Evanđelje«.

infirmi, ponent singillatim in patenam, et per patenam simul omnes in calicem.

Ne autem nimis in longum protrahatur scrutinii actio, Infirmarii poterunt proprias schedulas post Decanum conficere et in calicem ponere, deinde dum ceteri Cardinales scrutinium agunt, ad infirmos pergere ad accipienda eorum suffragia eo modo, quo proxime ante dictum est.

81. Quartus actus scrutinii est schedularum permixtio, quae fiet per primum Scrutatorem, calice in quo ipsae schedulae positae fuerunt, patena cooperto, pluries agitato.

82. Quintus actus est numeratio schedularum, quae palam fiet per ultimum Scrutatorem, capiendo singillatim unamquamque schedulam ex calice, eamque ponendo in alium, qui ad hoc paratus sit, calicem vacuum. Quod si numerus schedularum non respondeat numero Cardinalium, omnes comburendae sunt, et iterum, idest secunda vice, ad suffragia statim est deveniendum. Si vero numerus schedularum numero Cardinalium respondeat, prosequendi sunt alii actus scrutinii.

83. Sextus actus est publicatio scrutinii, quae per Scrutatores, qui sedent ad mensam ante Altare positam, fiet hoc modo. Primus Scrutator accipiet unam schedulam, eamque explicabit, et viso in ea schedula electi nomine, eam tradet secundo Scrutatori, qui pariter, eodem electi nomine perspecto, eamdem tradet tertio, qui illam alta et intelligibili voce perleget, ut omnes Cardinales praesentes notare possint suffragium in folio impresso, quod penes se habebunt cum nominibus omnium Cardinalium: notabit autem iuxta nomen Cardinalis ex schedula recitati. Idem faciendum erit de ceteris schedulis in calice positis, usque ad ultimam. Quod si in scrutinii publicatione inveniant Scrutatores duas schedulas ita complicatas ut ab uno tantum datas fuisse appareat, si quidem unus et idem in utraque electus fuerit, schedulae praedictae habebuntur et notabuntur pro uno suffragio, si vero diversi fuerint nominati, neutrum suffragium validum erit; scrutinium tamen neutro casu vitiatur. Ceterum suffragia praedicta, finita scrutinii publicatione, a Scrutatoribus iuxta nomina Cardinalium, qui ea obtinuerunt, in unam summam redigentur, vel in separato folio notabuntur, hoc modo: *Reverendissimus D. Cardinalis A habet suffragia* 20, *et Reverendissimus D. Cardinalis B habet suffragia* 15, et sic de aliis; quod fit ne Cardinales, cum opus est, cogantur semper numerare suffragia, quae iuxta nomina Cardinalium notarunt.

snika, stavit će ih jednu po jednu na pliticu, a s plitice sve zajedno u kalež.

Da se pako izborni čin ne bi odviše oduljio, mogu Bolničari sačiniti svoje glasovnice odmah poslije Dekana i metnuti ih u kalež, pa zatim dok ostali Stožernici izvršuju glasanje, otići do bolesnika da uzmu njihove glasove onako, kako je to malo prije rečeno.

81. Četvrti je čin glasanja miješanje glasovnica, koje ima izvršiti prvi ispitač tako, da nekoliko puta isprekrene kalež, u koji su bile stavljene glasovnice, pokriven pliticom.

82. Peti je čin brojanje glasovnica, koje ima izvršiti pred svima zadnji Ispitač uzimajući iz kaleža jednu po jednu glasovnicu i stavljajući je u drugi, u tu svrhu spremljeni kalež. U slučaju da broj glasovnica nije jednak broju Stožernika, moraju se sve spaliti, te se onda mora ponovno, to jest po drugi puta, odmah izvršiti glasanje. Ako pako broj glasovnica odgovara broju Stožernika, imaju da slijede ostali čini glasanja.

83. Šesti je čin objava glasanja, koju izvršuju Ispitači, što sjede za stolom postavljenim pred Oltarom, i to ovako. Prvi Ispitač uzet će jednu glasovnicu, pa će je rasklopiti, te će je vidjevši ime biranoga na toj glasovnici, predati drugomu Ispitaču, koji će je, pošto je i on pregledao ime biranoga, predati trećemu, koji će je pročitati podignutim i razgovijetnim glasom tako, da svi prisutni Stožernici mogu pribilježiti glas na tiskanoj listi s imenima svih Stožernika, što će imati uza se; a zabilježbu će učiniti kod imena Stožernika pročitana s glasovnice. Isto se tako mora urediti i s ostalim glasovnicama, što se nalaze u kaležu, sve do posljednje. U slučaju da Ispitači pronađu kod objave glasanja dvije glasovnice tako preklopite, da je očito da ih je samo jedan predao, ako bi na obima bio biran jedan te isti, rečene glasovnice smatrat će se i ubilježiti kao jedan glas, no ako bi sadržavale različita imena, ne će biti valjanim nijedan od ova dva glasa, ali glasanje zadržava u oba slučaja svoju krepost. Uostalom treba da Ispitači, pošto je objava glasanja završena, rečene glasove zbroje po imenima Stožernika, koji su ih dobili, odnosno da ih ubilježe na zasebnom listu ovako: *Prečasni G. Stožernik A ima* 20 *glasova, a Prečasni G. Stožernik B ima* 15 *glasova* i tako redom; to treba zato učiniti, da Stožernici ne moraju svaki puta brojati glasove, koje su pribilježili uz imena Stožernika.

84. Septimus actus scrutinii est schedularum in filum insertio, quae ut schedulae ipsae cautius conservari possint excogitata fuit. Haec autem insertio fiet per ultimum Scrutatorem, inserendo schedulam unamquamque, postquam eam perlegerit, acu cum filo ad hunc effectum parato, in loco, ubi est verbum «Eligo».

85. Octavus et postremus scrutinii actus est depositio schedularum seorsum, quae similiter fiet per ultimum Scrutatorem, qui, finita insertione omnium schedularum in filum, capita fili nodo iunget, et schedulas omnes ita colligatas in alium calicem vacuum, vel in mensa seorsum ponet.

86. Sequitur tertia et postrema actio, quae *post-scrutinium* appellata fuit, cuius actus tres sunt, videlicet: numeratio suffragiorum, eorum recognitio, et schedularum combustio.

Primus itaque actus est numeratio suffragiorum, quae fiet per Scrutatores semper, sive secuta sit electio, sive non: et si quidem secuta non sit electio, ut sciatur, quod in eo scrutinio non habetur Papa; si vero secuta sit, ut constet de canonica Pontificis electione. Fiet autem haec numeratio suffragiorum hoc modo. Scrutatores in unam summam redigent suffragia, quae quilibet nominatus in Pontificem obtinuit, et si invenerint nullum ex nominatis ad duas tertias partes suffragiorum, uno insuper addito suffragio, pervenisse, non habetur Papa in illo scrutinio; si vero invenerint aliquem ex nominatis duas saltem tertias partes suffragiorum, uno insuper addito suffragio, obtinuisse, electio Papae habetur, et quidem canonice valida.

Secundus actus postscrutinii est recognitio, quae per Recognitores, sive secuta sit electio, sive non, fiet inspiciendo tam schedulas scrutinii, quam suffragiorum annotationes factas per Scrutatores, ut per huiusmodi recognitionem constare possit an Scrutatores sincere et fideliter muneri suo satisfecerint.

Tertius, et postremus actus postscrutinii est combustio omnium schedularum, quae semper et palam per Scrutatores fiet, statim post recognitionem, sive electio sit secuta, sive non, antequam Cardinales discedant ab aula, arcessitis interim ab ultimo Cardinali Diacono, et adiuvantibus, Secretario Conclavis et Praefecto cum Magistris Caeremoniarum. Si tamen secundum scrutinium, iuxta ea quae inferius praescribentur, peragendum sit, tunc combustio schedularum primi scrutinii nonnisi in fine una cum schedulis secundi scrutinii facienda erit.

84. Sedmi je čin glasanja naticanje glasovnica na konac, što je za to zavedeno, da bi se što sigurnije sačuvale same glasovnice. Ovo naticanje izvršuje zadnji Ispitač natičući svaku pojedinu glasovnicu, pošto ju je pročitao, iglom na konac priređen u tu svrhu, na mjestu gdje je riječ »*Biram*«.

85. Osmi i posljednji čin glasanja je uklanjanje glasovnica, što također izvršuje zadnji Ispitač, koji će, pošto se dovrši s naticanjem svih glasovnica na konac, načiniti čvor na oba kraja konca, pa sve tako skupljene glasovnice staviti u drugi prazni kalež ili na stol postrance.

86. Slijedi treća i posljednja činidba, koja se zove *poslijeizbor,* a koju sačinjavaju tri čina, to jest: brojanje glasova, njihovo preispitivanje i spaljivanje glasovnica.

Prvi je dakle član brojanje glasova, što ga izvršuju Ispitači uvijek, bilo da je uslijedio izbor bilo da nije; i to ako nije uslijedio izbor, da se znade, da iz toga glasanja nema Pape; a ako je uslijedio, da se ustanovi, da je kanonski izabran Prvosvećenik. Izvršuje se pako ovo brojanje glasova ovako: Ispitači zbroje glasove, što ih je svaki kao Papa imenovani dobio, pa ako ustanove da nijedan od imenovanih nije postigao dvije trećine glasova i povrh toga još jedan glas, ne ima iz toga glasanja Pape; no ako ustanove, da je jedan od imenovanih dobio barem dvije trećine glasova i povrh toga još jedan glas, izvršen je izbor Pape, i to kanonski valjano.

Drugi je čin poslije izbora preispitanje, koje će izvršiti, bilo da je došlo do izbora bilo da nije, tako da pregledaju izborne glasovnice i zabilježbe o glasovima, što su izvršili Ispitači, da se ovim preispitanjem ustanovi, da li su Ispitači izvršili svoju dužnost savjesno i vjerno.

Treći i posljednji je čin poslijeizbora spaljivanje svih glasovnica, što uvijek i pred svima izvršuju Ispitači, odmah poslije preispitanja, bilo da je došlo do izbora bilo da nije, prije nego što Stožernici otiđu iz dvorane, i to pošto je međutim zadnji Stožernik Đakon dozvao Tajnika Konklava i Pročelnika sa Svečanosnim Meštrima da pri tom pomažu. No ako se mora, prema onomu što će biti propisano niže dolje, izvršiti drugo glasanje, tada se imaju glasovnice prvoga glasanja spaliti istom pri kraju zajedno s glasovnicama drugoga glasanja.

87. Omnibus et singulis Cardinalibus in virtute sanctae oboedientiae praecipimus ut, ad secretum tutissime servandum, omne genus scripturas quas de exitu uniuscuiusque scrutinii apud se habeant, una cum schedulis comburendas tradant.

88. In Praedecessorum Nostrorum, ac praecipue Gregorii XV, Constitutionibus, ad expeditiorem electionem habendam statutum fuerat ut, scrutinio publicato, si electio per consensum tunc duarum tantum partium in eo facta non fuerit, statim antequam ad alios actus deveniretur, Cardinales possent, semel in quolibet scrutinio, accedere alicui ex illis, qui in eodem scrutinio saltem unum suffragium validum obtinuissent, dummodo is non esset, qui ab ipsomet Cardinali fuerat in scrutinio nominatus. Cum tamen huiusmodi forma *accessus* non parum esset ad exequendum difficilis, praesertim quoad ea, quae schedularum inspectionem, aperitionem et collationem spectabant, immo cum in praesens, attenta nova schedularum forma per Nos inducta, fere impossibilis evaderet. Nos, Praedecessoris Nostri Pii X ordinationem confirmantes, qui et huic incommodo occurrere et nihilominus optatae electionis accelerationi nullimode officere cupiit, iterum statuimus ac praescribimus ut loco ipsius accessus, semel tam mane quam vespere, post completum iuxta huc usque exposita scrutinium, si quidem in eo secuta non sit electio, Cardinales statim ad novum scrutinium peragendum procedere debeant, in quo rursus suffragia sua ferant, iis, quae in primo scrutinio lata sunt, minime computatis. Volumus autem ut in hoc secundo scrutinio iidem ac in primo ritus serventur, ita tamen ut Cardinales non teneantur novum emittere iusiurandum, neque novos eligere Scrutatores, Infirmarios et Recognitores sed quae in primo scrutinio quoad haec praestita sunt, sine renovatione valeant etiam pro secundo.

89. Et haec omnia, quae de scrutinii ritibus sunt exposita, servanda erunt diligenter a Cardinalibus in omnibus scrutiniis, quae singulis diebus peragi debent mane post solitam Missam, et Hymnum *Veni, Creator Spiritus* cum oratione de Spiritu Sancto, et post meridiem, hora opportuna, pariter post Hymnum *Veni, Creator Spiritus* et orationem de Spiritu Sancto.[62]

90. Quod si electio aliter celebrata fuerit, quam in *scrutinio* per secreta schedularum suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclavi praesentium, uno insuper addito suffragio; vel per viam *compromissi* ab

[62] Greg. XV Const. *Aeterni Patris,* § 17.

87. Svima i svakom pojedinom Stožerniku zapovijedamo pod obavezom svete poslušnosti, da u tom cilju da se tajnost što sigurnije očuva, predadu sve svoje pismene bilješke, koje se odnose na posljedak glasanja, da se spale zajedno s glasovnicima.

88. U Uredbama Naših Predšasnika, a napose Gregorija XV., bilo je propisano, da Stožernici mogu poradi bržeg izbora, kada se objavi glasanje i u njemu nije došlo do izbora saglasnošću dviju trećina, odmah i prije nego što se dalje nešto učini, pristupiti, i to jedanput iza svakoga glasanja, kojemu od Stožernika, koji je kod istoga glasanja dobio barem jedan valjani glas, pod uvjetom da to nije isti, za kojega je odnosni Stožernik glasovao kod izbora. No kako ovaj oblik izborna *pristupanja* nije bilo lahko izvesti, osobito u pogledu onoga, što je bilo potrebito za ispitanje, otvaranje i poređivanje glasovnica, dapače je sada, s obzirom na novi od Nas zavedeni oblik glasovnica, postao gotovo nemoguć, to Mi, potvrđujemo odredbu Našega Predšasnika Pija X., koji je htio ukloniti tu nepriličnost, a da ipak ne umanji željeno požurenje izbora, ponovno određujemo i propisujemo, da su Stožernici dužni, da mjesto toga izbornog pristupanja, izvrše jedanput jutrom i večerom, nakon što su izvršili glasanje onako, kako je gore propisano, a da u tom glasanju nije došlo do izbora, to da odmah pristupe ponovnom glasanju, u kojemu će još jednom predati svoje glasove, a da se kod toga ne broje nikako glasovi, koji su predani pri prvom glasanju. Hoćemo pak da se u ovom drugom glasanju izvrši sve ono, što se obdržava u prvomu, samo da Stožernici ne moraju ponovno položiti prisegu niti izabrati nove Ispitače, Bolničare i Preispitače, nego da ono što je glede toga učinjeno u prvom glasanju, ima vrijediti i kod drugoga.

89. A sve ovo, što je izloženo u pogledu izborna čina, dužni su Stožernici točno obdržavati kod svih glasanja, koja se moraju izvršiti svakim danom ujutro poslije običajne Mise i Himna *Dođi, Duše Stvoritelju,* s molitvom o Duhu Svetom i poslije podne, u zgodno vrijeme, isto tako poslije Himna *Dođi, Duše Stvoritelju,* i molitve Duhu Svetom.[62]

90. U slučaju ako bi se izbor izvršio drukčije, a ne *glasanjem* po glasovnicama s glasovima od dvije trećine Stožernika prisutnih u Konklavu tako, da povrh toga ima još jedan glas; niti putem izborna *sporazu-*

[62] Grg. XV. Uredba *Aeterni Patris,* § 17.

omnibus Cardinalibus similiter in Conclavi praesentibus, nemine dissentiente, initi et ita ut nemo seipsum elegerit; vel quasi per *inspirationem,* nullo praecedente de persona speciali tractatu, omnium pariter Cardinalium praesentium in Conclavi, communiter, nemine itidem dissentiente, per verbum *«eligo»* intelligibili voce prolatum aut scripto, si voce non potuerit, expressum; nulla sit et invalida eo ipso absque ulla declaratione, et ita electo nullum ius tribuat.[63]

91. Quae de praecedentibus electionem et de ipsa electione Romani P[illegible] [illegible]tenus dicta sunt, haec omnia servanda esse declaramus e[illegible] [illegible]ingat vacationem Sedis Apostolicae occurrere per renuntiationem Summi Pontificis.

CAPUT VI.

DE IIS, QUAE SERVANDA VEL VITANDA SUNT IN ELECTIONE ROMANI PONTIFICIS.

92. Simoniae crimen, tam divino quam humano iure detestabile, in electione Romani Pontificis omnino sicut reprobatum esse constat, ita et Nos reprobamus atque damnamus,[64] huiusque criminis reos poena excommunicationis latae sententiae innodamus; sublata tamen irritatione electionis simoniacae, quam Deus avertat, a Iulio II (vel alio qualicumque decreto pontificio) statuta, ut praetextus amputetur impugnandi valorem electionis Romani Pontificis.

93. Item sub eadem poena excommunicationis latae sententiae prohibemus ne quis, etiamsi Cardinalatus honore fulgeat, vivente Romano Pontifice et eo inconsulto tractare de ipsius Successoris electione, aut aliquod suffragium polliceri, vel hac de causa privatis conventiculis factis aliquid deliberare et decernere praesumat.[65]

[63] Greg. XV Const. *Aeterni Patris,* § 19.

[64] Iulii II Const. *Cum tam divino,* XIX kal. Febr. 1505.

[65] Symmachus Papa in Synod. Rom., c. 2, D. 79; Pauli IV Const. *Cum secundum Apostolum,* XVII kal. Ian. 1558.

ma sklopljenoga od svih u Konklavu isto tako prisutnih Stožernika, a da se nijedan nije tomu usprotivio i da tako nijedan nije izabrao sebe samoga; niti kao po *nadahnuću* tako da su isto tako svi u Konklavu prisutni Stožernici, a da nije prije toga bilo nikakova posebna dogovora glede osobe niti se je tomu ondje nijedan usprotivio, skupno izrekli razumljivim glasom riječ *»biram«* ili je napisali, ako je koji od njih nije mogao izgovoriti; taj je izbor tim samim nevaljan bez ikakove daljnje izjave, te ne daje tako izabranomu nikakova prava.[63]

91. Sve što je do sada rečeno u onomu što predhodi izboru i o samom izboru Rimskoga Prvosvećenika, to se, izjavljeno ovim, mora obdržavati i u tom slučaju, kada se dogodi, da se Apostolska Stolica uprazni odrekom Vrhovnoga Prvosvećenika.

GLAVA VI.

ŠTO SE IMA OBDRŽAVATI ODNOSNO IZBJEGAVATI KOD IZBORA RIMSKOG PRVOSVEĆENIKA

92. Zločinstvo simonije, štono je žigosano i božanskim i ljudskim zakonima, i Mi zabranjujemo i osuđujemo tako, kako je ono i prije bilo strogo zabranjeno pri izboru Rimskog Prvosvećenika,[64] pa počinitelje takva zločinstva udaramo kaznom izopćenja unaprijed izrečenom; no dokida se ništavost simonijačkog izbora, kojega ne dao Bog, što ju je bio pripisao Julije II. (ili ma koja druga prvosvećenička odluka), da se omogući pod tom izlikom napadati valjanost izbora Rimskog Prvosvećenika.

93. Isto tako zabranujemo pod istom kaznom izopćenja, da se nitko, ma bio i u stožerničkoj časti, ne usmjeli voditi za života Rimskog Prvosvećenika i bez njegova odobrenja, pregovore o izboru njegova Nasljednika ili kakav glas obećati ili u tom pogledu donositi u privatnim sastancima kakove zaključke ili odluke.[65]

[63] Grg. XV. Uredba *Aeterni Patris,* § 19.

[64] Julija II. Uredba *Cum tam divino,* XIX kal. Febr. 1505.

[65] Simaho Papa u Rim. Sinodi, c. 2, D. 79; Pavla IV. Uredba *Cum secundum Apostolum,* XVII kal. Jan. 1558.

94. Quae autem a Praedecessoribus Nostris et praesertim a Pio X[66] de civili *Veto* seu *Exclusiva,* uti vocant, in electione Summi Pontificis edicta et sancita fuerunt, ut omni externo interventu remoto, plenae libertati in Summo Pastore eligendo consulatur, ea omnia, hic omni ex parte atque integre renovantes, confirmata esse volumus. Quamobrem iterum in virtute sanctae oboedientiae, sub interminatione divini iudicii et poena excommunicationis latae sententiae, omnes et singulos S. R. E. Cardinales, tam praesentes quam futuros, pariterque Secretarium S. Collegii Cardinalium aliosque omnes in Conclavi partem habentes, prohibemus ne, quovis praetextu, a quavis civili potestate munus recipiant *Veto* sive *Exclusivam,* etiam sub forma simplicis desiderii, proponendi, ipsumve hoc *Veto,* qualibet ratione sibi cognitum, patefaciant sive universo Cardinalium Collegio simul congregato, sive singulis purpuratis Patribus, sive scripto, sive ore, sive directe ac proxime, sive oblique ac per alios, sive ante Conclave sive ipso perdurante. Quam prohibitionem extendi volumus ad omnes interventus, intercessiones aliosque modos quoslibet, quibus laicae potestates cuiuslibet gradus et ordinis voluerint sese in Pontificis electione immiscere.

95. Cardinales praeterea abstineant ab omnibus pactionibus, conventionibus, promissionibus aliisque quibuscumque obligationibus, quibus adstringi possint ad suffragium alicui vel aliquibus dandum vel non dandum; quae omnia et singula, si de facto intervenerint, etiam iureiurando adiecto, nulla et irrita, neque ad eorum observantiam quemquam teneri decernimus, et contra facientes ex nunc latae sententiae excommunicationis poena innodamus. Tractatus tamen pro electione habendos, Sede vacante, vetare non intelligimus.[67]

96. Pariter interdicimus ne Cardinales, antequam ad electionem deveniant, capitula conficiant, seu quaedam communi consensu statuant, ad quorum observantiam sese adstringant, si ad Pontificatum assumantur; quae item, si de facto intervenerint, etiam iureiurando adiecto, nulla et irrita declaramus.[68]

97. Iisdem denique, quibus Decessores Nostri, vocibus, S. R. E. Cardinales vehementer hortamur ut in eligendo Pontifice, nulla propensione animi vel aversione ducti, nullius inclinati gratia aut obsequio,

[66] Const. *Commissum Nobis,* 20 Ian. 1904.

[67] Greg. XV, cap. 3, *Ubi periculum,* § 4, *de elect.,* I, 6 in Sext.; Pii IV Const. *In eligendis,* § 26; Greg. XV Const. *Aeterni Patris,* § 18.

[68] Pii IV Const. *In eligendis,* § 3; Greg. XV Const. *Aeterni Patris,* § 18.

94. A sve ono, što su propisali i utvrdili Predšanici Naši, a napose Pijo X.[66] o državnom *Vetu* ili *Isključnici,* kako se kaže, pri izboru Vrhovnog Prvosvećenika, da se isključi svaki izvanjski utjecaj i osigura potpuna sloboda kod izbora Vrhovnog Pastira, to hoćemo da ovdje bude ponovno u cijelosti i potpunoma potvrđeno. Stoga ponovno zabranjujemo pod obavezom svete poslušnosti, pod prijetnjom suda Božjega i kazne izopćenja unaprijed izrečene, svima i svakom pojedinom Stožerniku S. R. C. i sadanjima i budućima, isto tako Tajniku Sv. Stožerničkog Zbora i svima drugima sudionicima u Konklavu, da bilo pod kojim vidom ne preuzmu od strane bilo koje državne vlasti dužnost predložiti *Veto* ili *Isključnicu,* pa niti u obliku obične želje, odnosno da takav *Veto,* ma saznali za to bilo kojim načinom, saopće bilo cjelokupnom Stožerničkom Zboru zajedno sabranomu bilo pojedinima od Grimiza Ocima, ni pismeno ni usmeno, ni izravno i neposredno, ni neizravno i po drugima, ni prije Konklava ni za njegova trajanja. Hoćemo da se ova zabrana protegne na sva posredovanja, molbe i na sve drugo, čime bi se ma koje svjetovne vlasti kojeg mu drago stupnja i reda htjele umiješati u Prvosvećenički izbor.

95. Povrh toga treba da Stožernici budu daleko od svakog pregovaranja, ugovaranja, obećavanja i bilo kakovog drugog obvezivanja, kojima bi se vezali, da nekomu ili nekima dadu ili ne dadu glas; za sve to i za svako pojedino od toga, ako bi se ipak dogodilo, određujemo da je nevaljano i ništavo, ma bila dodana i prisega, pa nitko nije dužan da izvrši tako nešto, a sve one, koji se u tome ogriješe, udaramo ovim kaznom izopćenja. Time ipak ne želimo zabraniti svaki razgovor o izboru za vrijeme, dok je Stolica upražnjena.[67]

96. Isto tako zabranujemo, da Stožernici prije nego što će pristupiti izboru, nešto uglave ili sporazumno utvrde, čime bi se obavezali, da će se toga držati, ako budu podignuti na Prvosvećeništvo, pa sve to, ako bi se zaista dogodilo, isto tako proglašujemo nevaljanim i ništavim, sve da je tomu i prisega bila dodana.[68]

97. Konačno sasvim onako kako što su to učinili Predšasnici Naši, i Mi najozbiljnije opominjeno Stožernike S. R. C., da se kod izbora Prvosvećenika ne dadu voditi nikakovom naklonjenošću ili nenaklo-

[66] Uredba *Commissum Nobis,* 20 Jan. 1904.

[67] Grg. XV., pogl. *Ubi periculum,* § 4, *de elect.,* I, 6 in Sext.; Pija IV. Uredba *In eligendis,* § 26; Grg. XV. Uredba *Aeterni Patris,* § 18.

[68] Uredba Pija IV. *In eligendis,* § 3; Grg. XV. Uredba *Aeterni Patris,* § 18.

non intercessione in saeculo potentium, non vi vel metu vel aura populari moti, sed unice Dei gloriam et Ecclesiae bonum prae oculis habentes, in eum sua vota conferant, quem universali Ecclesiae fructuose utiliterque gubernandae prae ceteris idoneum in Domino iudicaverint.[69]

98. Cum vero fideles non tam humanae industriae subsidiis, etsi sollicitae, inniti debeant, quam in humilis devotaeque orationis instantia sperare, huic adiicimus sanctioni, ut in omnibus civitatibus, ceterisque locis saltem insignioribus, ubi primum de Pontificis obitu nuncium pervenerit, a Clero et populo, solemnibus pro eo exsequiis celebratis, singulis diebus (donec Romanae Ecclesiae de suo Pastore fuerit provisum) humiles assiduaeque preces fundantur ad Dominum, ut Ipse, qui concordiam facit in sublimibus suis, sic efficiat eorumdem Cardinalium corda in eligendo concordia, ut provisio celeris, unanimis et utilis (prout animarum salus exigit, et totius orbis requirit utilitas) ex ipsorum unanimitate sequatur. Et ne tam salubre praesentis sanctionis edictum, ignorantiae negligi praetextu contingat, praecipimus ut Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et alii Ecclesiarum Praelati, ceterique, quibus officium est enuntiare verbum Dei, Clerum et populum, propter hoc specialiter frequentius congregandos, in suis sermonibus ad supplicum precum suffragia pro celeri et felici exitu tanti negotii frequentanda solerter excitent, et ipsis eadem auctoritate non solum orationum frequentiam, sed observantiam (prout circumstantiae pensandae suaserint) ieiuniorum hortentur.[70]

99. Electum vero haeredem et Successorem Nostrum rogamus, ne muneris arduitate deterritus ab eodem subeundo se retrahat, at potius divinae voluntatis consilio humiliter se subiiciat: nam Deus qui imponit onus, manum etiam Ipse supponet, ne ei ferendo sit impar; is enim qui oneris est auctor, Ipse est administrationis adiutor; et ne sub magnitudine gratiae succumbat infirmus, dabit virtutem qui contulit dignitatem.[71]

[69] Greg. X, cap. 3, *Ubi periculum,* § 4, *de elect.,* I, 6 in Sext.; Pii IV Const. *In eligendis,* § 26; Greg. XV Const. *Aeterni Patris,* § 23; Clem. XII Const. *Apostolatus officium,* § 5; Pii IX Const. *Licet per Apostolicas;* VI Idus Sept. 1874; Leonis XIII Const. *Praedecessores Nostri;* Pii X Const. *Commissum Nobis.*

[70] Greg. X, cap. 3, *Ubi periculum,* § 5, *de elect.,* I, 6 in Sext.

[71] Leonis XIII Const. *Praedecessores Nostri.*

njenošću svojega srca, da se ne podadu utjecaju ničije milosti ili odanosti, da se ne obaziru ni na molbe svjetovnih mogućnika niti na kakovu silu ili strah ili javno mišljenje, nego da imajući pred očima jedino slavu Božju i dobro Crkve, dadu svoje glasove onomu, za kojega sude u Gospodu, da je više od drugih sposoban, da uspješno i korisno upravlja cjelokupnom Crkvom.[69]

98. A kako treba da se vjernici ne uzdaju toliko u snagu ljudskog pregnuća, pa bilo ono i najpomnjivije, koliko da ufanje svoje polože u moć ponizne i pobožne molitve, pridodajemo ovoj naredbi to, da se u svim gradovima i ostalim mjestima barem većima, odmah čim stigne vijest o Prvosvećenikovoj smrti, izvršuju od Duhovništva i puka, pošto se otsluže svečene zadušnice, svakim danom (doklegod Crkva Rimska ne dobije Pastira) ponizne i ustrajne molitve Gospodu, da On koji slogu podjeljuje s visina, složi tako pri izboru i srca Stožernička, da se njihovom jednodušnošću svrši (kako to i traži spasenje duša i korist cijeloga svijeta) popunjenje brzo, jednodušno i korisno. A da se ne dogodi, da se taj tako spasonosni propis ove naredbe, zanemari poradi nepoznavanja, zapovijedamo, da Parijarsi, Nadbiskupi, Biskupi i drugi Prelati Crkava, te svi ostali, kojima je dužnost da propovijedaju riječ Božju, pomnjivo potiču Duhovništvo i puk, koje u tu svrhu treba češće sakupiti, u svojim govorima, da se mole bez prestanka za brzi i sretni izhod tako velika posla, te da ih s istom vlašću opominju ne samo, da se ustrajno mole, nego i da obdržavaju (ukoliko im to prilike dopuštaju) postove.[70]

99. A izabranoga baštinika i Nasljednika Našega molimo, da tu službu u strahu pred njezinom težinom, ne otkloni, nego neka se rađe podvrgne odluci Božje volje; jer Bog koji mu pruža teret, pružit će i svoju ruku, da taj teret može podnijeti; od koga naime dolazi teret, od toga dolazi i pomoć da se snosi, pa da se ne skrši slab čovjek pod ogromnom milosti, dat će i snagu onaj tko je podijelio i dostojanstvo.[71]

[69] Grg. X. pogl. 3, *Ubi periculum,* § 4, *de elect.,* I, 6 (in Sext.; Pija IV. Uredba *In eligendis,* § 26; Grg. XV. Uredba *Aeterni Patris,* § 23; Klem. XII. Uredba *Apostolatus Officium,* § 5; Pija IX. Uredba *Licet per Apostolicas,* VI Ida Sept. 1874; Leona XIII. Uredba *Praedecessores Nostri;* Pija X. Uredba *Commissum Nobis.*

[70] Grg. X., pogl. 3, *Ubi periculum,* § 5, *de elect.,* I, 6 in Sext.

[71] Leona XIII. Uredba *Praedecessores Nostri.*

CAPUT VII.

DE ACCEPTATIONE ET PROCLAMATIONE ELECTIONIS NEC NON DE CONSECRATIONE ET CORONATIONE NOVI PONTIFICIS.

100. Post electionem canonice factam, ab ultimo Cardinali Diaconi accitis in aulam Conclavis S. Collegii Secretario, Praefecto Apostolicarum Caeremoniarum atque duobus Caeremoniarum Magistris, consensus electi per Cardinalem Decanum nomine totius S. Collegii his verbis: *Acceptasne electionem de te canonice factam in Summum Pontificem?* requiratur.[72]

101. Hoc consensu praestito intra terminum, quatenus opus sit, prudenti arbitrio Cardinalium per maiorem votorum numerum determinandum, illico electus est verus Papa, atque actu plenam absolutamque iurisdictionem supra totum orbem acquirit et exercere potest.[73] Hinc, si quis litteras super negotiis quibuscumque confectas, quae a Romano Pontifice ante coronationem suam emanaverint, audeat impugnare, excommunicationis sententia, ipso facto incurrendae, eum innodamus.[74]

102. De acceptatione novi Pontificis et de nomine ab Eo assumpto, Cardinali Decano interrogante: *Quo nomine vis vocari?* instrumentum conficitur, Praefecto Apostolicarum Caeremoniarum Notarii munere fungente, testibus adhibitis Secretario S. Collegii et duobus Caeremoniarum Magistris.

103. Deinde, actis de more agendis, iuxta Caeremoniale Romanum, Cardinales primam *«adorationem»* Summo Pontifici Electo de more exhibent: qua expleta et hymmo *Te Deum* decantato, populo expectanti novus Romanus Pontifex a Priore Cardinalium Diaconorum publicatur,[75] pauloque post ipse Pontifex Apostolicam Benedictionem *Urbi et Orbi* impertit. Sequitur deinde secunda *«adoratio»*, quam, cappis violaceis induti, Cardinales peragunt.

---

[72] Caeremoniale Rom., lib. I, tit. I, de *Conclavi et Electione Papae,* § 34.

[73] Cod. I. C., can. 219.

[74] Clem. V, cap. 4, *De sent. excomm.,* V, 10, in Extravag. comm.

[75] Caerem. Rom., lib. I, tit. I, *de Conclavi et Electione Papae,* § 35; Cod. I. C., can. 239, § 3.

GLAVA VII.

PRIMANJE I PROGLAŠENJE IZBORA, TE POSVEĆENJE I KRUNIDBA NOVOGA PRVOSVEĆENIKA

100. Pošto je izbor kanonski izvršen, dozove zadnji Stožernik Đakon u dvoranu Konklava Tajnika Sv. Zbora, Pročelnika Apostolskih svečanosnih čina i dvojicu Svečanosnih Meštara, a Stožernik Dekan mora izabranoga zapitati u ime cijeloga Zbora, da li prihvaća izbor,[72] i to ovima riječima: *»Primaš li izbor za Vrhovnoga Prvosvećenika, što je kanonski izvršen za tebe?«*

101. Ako je ovaj pristanak dan u roku, koji će se, bude li trebalo, prema razboritom sudu Stožernika odrediti većinom glasova, odmah je izabrani pravi Papa, te stvarno stječe punu i neograničenu poglavarsku vlast i može je izvršivati.[73] Stoga svakoga, tko bi se usudio da ne prizna pisma sačinjena u bilo kojim stvarima, a koja je izdao Rimski Prvosvećenik prije svoga krunjenja, udaramo unaprijed izrečenim izopćenjem.[74]

102. O tom, da je novi Prvosvećenik prihvatio izbor i o imenu, što ga je uzeo, pošto ga je Stožernik Dekan upitao: *Kako se hoćeš zvati?,* sačini se isprava i pri tom izvršuje službu bilježnika Pročelnik Apostolskih svečanosnih čina, a svjedoci su Tajnik Sv. Zbora i oba Svečanosna Meštra.

103. Zatim, pošto se svrši što je u običaju prema Rimskom Ceremonijalu, Stožernici učine po običaju prvo *»poklonstvo«* Izabranom Vrhovnom Prvosvećeniku; Kad je to izvršeno i otpjevana himna *Tebe Boga hvalimo,* Prvak Stožernika Đakona objavi novoga Rimskoga Prvosvećenika puku koji na to čeka,[75] a malo za tim sam Prvosvećenik podijeli Apostolski Blagoslov *Gradu i Svijetu.* Tada slijedi drugo *»poklonstvo«* što ga izvrše Stožernici odjeveni u ljubičaste ogrtače.

---

[72] Caeremoniale Rom., knj. I, nasl. I, *de Conclavi et Electione Papae (o Konklavu i Izboru Pape),* § 34.

[73] Kod. K. P., kan. 219.

[74] Klem. V., pogl. 4, *De sent. excomm.,* V, 10 Extravag. comm.

[75] Caerem. Rom., knj. I., nasl. I., *de Conclavi et Electione Papae,* § 35; Kod. K. P., kan. 239, § 3.

104. Si Electus extra Conclave degit, normae sunt observandae quae habentur in Caeremoniali Romano lib. I, tit. I, *De Conclavi et Electione Papae* § 37.

105. Omnibus tandem rite expletis de mandato novi Pontificis aperitur Conclave, tum intus, tum extra; huiusque aperturae consuetum conficitur instrumentum ut de clausura sancitum est superiori n. 56. Aperto autem Conclavi illi admittuntur qui, de more, electo Pontifici pro adoratione introduci solent.

106. Ad tertiam adorationem peragendam Cardinales ab Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto erunt intimandi cum Summus Pontifex statuerit.

107. Quod si electus nondum sit Presbyter vel Episcopus, a Decano S. Collegii Cardinalium, qui tunc pallio utitur, ordinabitur et consecrabitur:[76] quod privilegium, absente Cardinali Decano, competit Subdecano, eoque etiam absente, antiquiori Cardinali Episcopo suburbicario.[77]

108. Tandem per Cardinalem Protodiaconum Pontifex coronatur,[78] et cum Sibi placuerit Patriarchalis Archibasilicae Lateranensis, possessionem, ritu praescripto, capit.

Haec igitur tota rei causa graviter considerata, atque etiam Decessorum Nostrorum exemplis permoti, statuimus et praescribimus, decernentes preesentes has Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet in praemissis ius vel interesse habentes, vel habere praetendentes quomodolibet illis non consenserint, nec ad ea vocati sive auditi fuerint, aut ex quibuslibet aliis causis, impugnari minime posse, sed easdem semper ac perpetuo firmas, validas et efficaces exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere ac iis ad quos spectat et pro tempore spectabit suffragari, et ab eis respective et inviolabiliter observari debere, ac irritum et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

[76] Caerem. Rom., lib. I, tit. II, *De ordin. et consecrat. novi Pontificis,* § 13.

[77] Cod. I. C., can. 229, § 2.

[78] Caerem. Rom., lib. I, tit. II, *De ordin. et consecrat. novi Pontificis,* § 18.

104. Ako se Izabrani nalaze izvan Konklave, moraju se obdržavati odredbe, koje su sadržane u Rimskom Ceremonijalu, knj. I., nasl. I., *O Konklavu i Izboru Pape* § 37.

105. Konačno, kada je već sve izvršeno, otvara se po odredbi Novoga Prvosvećenika Konklava, i to i iznutra i izvana; o tom se otvaranju sačini običajna isprava, kako je to gore u t. 56 propisano za zatvaranje. A pošto je Konklava otvorena, pripuštaju se na poklonstvo novome Prvosvećeniku one osobe, koje se po navadi običavaju uvađati.

106. Pročelnik Apostolskih svečanosnih čina obavijestit će Stožernike o tom, kada će po odredbi Vrhovnog Prvosvećenika učiniti treće poklonstvo.

107. U slučaju ako izabrani još nije Svećenik ili Biskup, zaredit će ga i posvetiti Dekan Sv. Stožerničkog Zbora,[76] koji se tom prilikom služi palijem; ova povlastica pripada, kada je Stožernik Dekan otsutan, Dodekanu, a ako je i on otsutan, najstarijemu Stožerniku podgradskom Biskupu.[77]

108. Na kraju izvršuje Stožernik Protođakon Prvosvećenikova krunidba,[78] a Prvosvećenik, kada Mu to bude po volji, uzima, propisanim obredom, u posjed Patrijaršijsku Nadbaziliku Letaransku.

Sve ovo dakle, pošto smo cijeli ovaj važni predmet ozbiljno promotrili, određujemo i propisujemo, s tom odlukom da se ovo Pismo i ono što je u tom pismu sadržano, ne može ne priznati, pa ni radi toga, što nisu dali svoga pristanka takove osobe, koje u pogledu u tom pismu izloženom predmetu imaju neko pravo ili zanimanost ili tvrde da to imaju, a nisu bili pozvani i u tom saslušani, niti poradi kojih mu drago drugih razloga, nego da pismo postaje i ostaje uvijeke i za vazda čvrsto, valjano i kreposno, te da zadobiva i ima svoje potpune i cjelovite učinke i obavezuje one, kojih se tiče i kojih će se s vremenom ticati, te se ima od njih obdržavati u svakom obziru i nepovredljivo, pa je ništavo i uzaludno sve što bi u toj stvari, bilo kojom vlašću, bilo znalice bilo neznalice, pokušao učiniti.

[76] Caerem. Rom., knj. I., nasl. II., *De ordin. et consecrat. novi Pontificis,* § 13.

[77] Kod. K. P., kan. 239, § 2.

[78] Caerem. Rom., knj. I., nasl. II., *De ordin. et consecrat. novi Pontificis,* § 18.

Volumus etiam Nostras has Litteras legi coram omnibus in primis Congregationibus post obitum Pontificis haberi solitis, ut supra (n. 12 *a)*; rursus post ingressum in Conclave, ut supra (n. 51); item cum quis ad purpurae honorem fuerit evectus, interposito sacramento de religiose retinendis iis, quae in praesenti Constitutione decreta sunt.

Non obstantibus, quatenus opus sit, per Romanos Pontifices Praedecessores Nostros editis Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, quas omnes et singulas abrogatas, ut supra, declaramus, ceterisque etiam individua ac specialissima mentione et derogatione dignis, contrariis quibuslibet.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae constitutionis, ordinationis, abrogationis, mandati, innodationis, admonitionis, inhibitionis, praecepti, voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo quinto, die octavo mensis decembris, in festo Conceptionis immaculatae Beatae Mariae Virginis, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. XII

Hoćemo također, da se ovo Naše Pismo pročita pred svima u prvim Sjednicama, koje se po običaju drže poslije Prvosvećenikove smrti, kao što je gore (t. 12 *a*) rečeno; i ponovno poslije ulaska u Konklave, kao gore (t. 51); isto tako onda kada bude netko podignut na čast grimiza i položi zakletvu, da će se zdušno držati svega, što je u ovoj Uredbi propisano.

Bez obzira, ako je to potrebito, na Uredbe izdane od Rimskih Prvosvećenika Predšasnika Naših i na Apostolske odredbe, što ih sve i svaku pojedinu proglašujemo, kako je gore rečeno, dokinutima, i bez obzira na sve drugo koje mu drago protivno, iako bi bilo vrijedno, da se i pojedinački i sasvim posebice spomene i dokine.

Nikomu dakle od ljudi nije slobodno ovu stranicu Naše Uredbe, odredbe, dokinuća, naloga, vezanja, opomene, zabrane, zapovijedi, volje prekršiti ili se usmjeliti lahkoumno joj se usprotiviti. A ako bi se netko usudio, da to pokuša učiniti, neka znade, da će pasti u nemilost svemogućega Boga i blaženih njegovih Apostola Petra i Pavla.

Dano u Rimu, kod Svetoga Petra, ljeta Gospodnjega tisuću devetsto četrdesetpete, na dan osmoga prosinca, na Svetkovinu Neoskvrnjenog Začeća Blažene Marije Djeve, Prvosvećeništva Našega godine sedme.

PIJO PP. XII.

DOCUM. II.

CONSTITUTIO BENEDICTI PP. XIV

«Cum illud», 14 Decembris 1742.

Cum illud semper plurimum formidaverit Ecclesia Catholica, ne indignis quibusque, et extra sacerdotale meritum constitutis, cum animarum, et Dominici gregis custodia crederetur; quia totius familiae status, et ordo nutat, si quod requiritur in corpore, non invenitur in capite: Hinc canonicis sanctionibus, ac praesertim Sanctae Tridentinae Synodi Decretis provide consultum est, regimen ecclesiarum parochialium iis esse committendum, quorum omnis aetas a puerilibus exordiis ad perfectiores annos per disciplinae ecclesiasticae stipendia ita cucurrisset, ut de illorum supra alios provectione, ac potiori doctrinae, morum, ac diuturni laboris suffragio, nefas esset dubitare. Quia vero perniciosa apud plurimos opinio sensim invaluit, Tridentini Decretis non praescriptam esse dignioris electionem; sed caveri tantummodo, ne indignis ecclesiae parochiales, aliaque beneficia, quibus cura imminet animarum, conferrentur; san. mem. Innocentius XI Praedecessor Noster erroneam doctrinam a vera, et sincera Patrum mente longius deflectentem damnavit, et edocuit, quam prudens, ac diligens esse debeat Pastoralis officii dispensatio,

§ 1. Ad tramites idcirco eiusdem Sanctae Synodi, usu receptum est, occurrente parochialis ecclesiae vacatione, quae libere ab Ordinario conferenda sit, concursum institui, ut, habita in eo de cuiuslibet aetate, moribus, doctrinae, et sufficientia, solerti inquisitione, Episcopus eligat quem caeteris magis idoneum iudicaverit.

DOKAZN. II.

UREDBA BENEDIKTA PP. XIV.

»Kako je nad tim«, 14. prosinca 1742.

Kako je nad tim uvijek Crkva Katolička najviše strepila, da se ne bi dušobrižništvo i pastirstvo Stada Gospodnjega povjerilo bilo kojim osobama, što nisu toga dostojne i nisu podignute u čast svećeničku; jer se stanje cjelokupne obitelji i red pokoleba, ako onoga, što se od tijela traži, nema kod glave: Stoga je kanonskim propisima, a napose odlukama Svetoga Tridentskoga Sabora određeno vrlo brižno, da se uprava župskih crkava mora povjeriti takovima, koji su sav svoj vijek od djetinjstva pa do zrelih godina u stezi crkvene službe proveli tako, da ne postoji dvojba o tom, da su time, što nadvisuju druge s većom izobrazbom i dugotrajnijim radom, zaslužili da budu promaknuti. Jer je međutim kod mnogih pomalo prevladalo pogubno mišljenje, da Tridentskim Odlukama nije bilo propisano, da se mora izabrati dostojniji, nego da se traži samo to, da se župske crkve i druge nadarbine, s kojima je spojena dužnost dušobrižništva, ne podijele nedostojnima; bl. usp. Inocent XI. Pretšasnik Naš osudio je ovu pogrješnu nauku, koja je daleko od ispravno i pravo shvaćenog mišljenja Otaca, pa je iznio svoju nauku o tom, koliko mora biti izvršivanje Pastirske službe skopčano s mudrošću i marom.

§ 1. U skladu je dakle s odredbama istoga Svetoga Sabora zavedeno, da se onda, kada se uprazni župska crkva, koju ima Ordinarij podijeli slobodnom podjelbom, održi natjecaj, da Biskup, pošto se u njemu pomno ispita doba, vladanje, znanje i valjanost svakoga, izabere onoga, za koga smatra da je od ostalih sposobniji.

§ 2. At quia contingere quandoque potest quod favore, vel gratia, vel minus aequo iudicio, minus digni dignioribus praeponantur, san. me. Pius V Noster Praedecessor, ne quid in huiusmodi electione esset inordinatum, atque praepostenum, edita saluberrima Constitutione, licere voluit iniuste in concursu reiectis, interposita ad Metropolitanum, vel Episcopum viciniorem, vel Sedem quandoque Apostolicam appellatione, praeelectum ad novum examen provocare, et ecclesiam alteri non rite collatam, novo facto meritorum periculo, si ita ius esset, vindicare. Et ne frivolae appellationis diffugio locus esset, provide ibidem cautum est; dictae appellationi in devolutivo tantum deferri oportere, non suspensa, aut quoquo modo retardata praeelecto ab Ordinario parochialis ecclesiae possessione.

§ 3. Consultissimae huiusmodi leges eum in finem institutae, ne in tanti momenti re imperiti magistris, novi antiquis, rudes praeferantur emeritis, violatae sunt hominum fraude et malitia, ipsa medela vulnus exasperantium. Saepissime enim reiecti ab Ordinario, dictae Constitutionis obtentu, in vocem appellationis facile prorumpere, et, minus legitima concurrente causa, electos ab Episcopo ad novum examen provocare consueverant, illosque praeterea, relicta gregis, et ecclesiae custodia, longum iter arripere, et diuturni laboris, temporis, et pecuniae impensa exhaustos, litem in secunda, tertia, et ulteriori quandoque instantia sustinere cogebant.

§ 4. Quin etiam experientia compertum est, magno iustitiae detrimento litem ipsam absolvi. Quandoquidem ii, qui examini se subiecerant, atque in primaevo concursu, utpote legitimarum institutionum nescii, reiecti fuerant, longa postmodum decurrente lite, sedulam litteris ex industria navantes operam, praeferri aliis merebantur et acerbe succensebant Episcopo iudici quidem adeptae, non autem adipiscendae peritiae, per iniuriam se fuisse reiectos.

§ 5. Hinc apud bene moratos homines, et iustitiae vindices, frequens querelarum occasio: quibus sedandis cum Congregatio Concilii Tridentini interpres omne studium, diligentiamque conferret; Nobis, qui Secretarii munere fungebamur, mandatum est, ut sermone, typis postea vulgato, rem sedulo expendere, ingruentis mali originem et apta eidem avertendo remedia investigare pro viribus niteremur. Sensus hac de re Nostros explicantes, vitio potissimum laborare comperuimus praxim examinis oretenus habiti, nec scriptis consignati: electi siquidem ad

§ 2. No jer bi se katkad moglo dogoditi, da uslijed pristranosti, ili naklonosti, ili nepravedne ocjene, manje dostojni budu pretpostavljeni dostojnijima, htio je Pretšasnik Naš bl. uspom. Pijo V., da se kod toga izbora ne sluči ništa neurednoga i neispravnoga, izdavši o tom vrlo spasonosnu Uredbu, da onima, koji su kod natjecaja nepravedno odbijeni, bude slobodno uložiti priziv na Metropolitu, ili na najbližega susjednog Biskupa, ili katkad i na Apostolsku Stolicu, te tako izazvati onoga, koji im je pretpostavljen na novi ispit, te crkvu, koja nije drugomu valjano podijeljena, ako bi zakon to tražio, pošto se izvrši ponovni ispit o sposobnostima, osigura za sebe. A da ne bi bilo mjesta pribjegavanju prizivu iz obijesti, bilo da je ondje ispravno predviđeno, da rečeni priziv ne treba da ima obustavne moći, pa da se time za onoga, kojega je pred njim izabrao Ordinarij, ne obustavlja, ili bilo kako ne odugovlači uzimanje župske crkve u posjed.

§ 3. Ovi vrlo mudri zakoni, koji su uvedeni u tu svrhu, da u tako važnoj stvari ne budu neznalice pretpostavljeni naučiteljima, novajlije starijima; neprokušani zaslužnima, pogaženi su lukavošću i zloćom ljudi, štono su trovali ranu melemom samim. Prečesto su naime takovi odbijeni od Ordinarija, pozivajući se na rečenu Uredbu, običavali udariti u galamu, da ulažu priziv, pa one, koje je Biskup izabrao, bez zakonitog razloga, izazivati na novi ispit; a time su ih povrh toga prisilili, da pođu, napuštajući čuvanje crkve i stada, na dugački put, te da izmučeni dugim poslom, utroškom vremena i novca, tjeraju parnicu u drugoj, trećoj pa katkada i u daljnjoj molbi.

§ 4. Uz to je iskustvo pokazalo, da se i sama parnica znade završiti s nemalom povredom pravednosti. Kako su se naime takovi, koji su se bili podvrgli ispitu, pa su kod prvog natjecanja bili odbijeni, jer nisu znali propisane nauke, poslije zavrijedili da se pretpostave drugima, pošto su se za vrijeme dugotrajne parnice namjerice dali na učenje, pa su onda žučljivo napadali Biskupa, koji je prosuđivao njihovo tadanje, a ne njihovo buduće znanje, da su bili nepravedno odbijeni.

§ 5. Zbog toga je često dolazilo do toga, da su se na to tužili ljudi čestiti i za pravdu zauzeti; kada je stoga Zbor tumačitelja Sabora Tridentskog na svaki način nastojao i tražio da se tomu stane na put, povjereno je Nama, koji smo obnašali službu Tajnika, da uložimo sve sile na to, da se stvar pomno ispita i ustanovi, odakle ovo napadno zlo potiče, te pronađe način, kojim će se ukloniti, što je i učinjeno u govoru, koji je kasnije objavljen tiskom. Izlagajući Naše mišljenje u toj stvari, našli smo, da se pogrješka nalazi u prvom redu u tom, što se ispit

curam animarum ab Ordinario collatore, et ad iteratum examen coram alio iudice provocati, ius legitimae collationis tueri non poterant certo, ac permanenti testimonio iam probatae idoneitatis; sed a novi examinis alea, subeunda coram iudice appellationis, gestarum rerum prorsus ignaro, tota res pendere videbatur. Quocirca gravi iustitiae detrimento recepta in foro erat opinio, provocari posse ad alium iudicem, nullo exhibito indebitae reiectionis documento. Quod quidem cum a sacrorum canonum censura longius aberraret, facile huic corruptelae occurri posse censuimus, si certa primum, et apte disposita habendi examinis forma praescriberetur; si quaestiones examinatis propositae, et consentaneae illorum responsiones, totaque rei gestae series in scriptis redigeretur; et si acta demum totius concursus ad iudicem appellationis integra asportarentur.

§ 6. Inita a Nobis consilii ratio non solum arrisit Congregationi, illam die 16 Novembris 1720 ratam habenti; sed etiam Pontificii iudicii accessione roborata fuit a Clemente XI ecclesiasticae disciplinae vindice, et assertore eximio. Utque locorum Ordinarii ea omnia filiali, quo par erat, obsequio, et diligentia exequerentur, iis datae sunt die 10 Ianuarii 1721 opportunae litterae nostro calamo exaratae, eiusdemque Pontificis sensu et oraculo comprobatae, quarum tenorem, etsi alias praelo commissum, et insertum in Bullario dicti Clementis Praedecessoris Nostri, congrue hic duximus referendum.

§ 7. *Reverendissime Domine uti Frater. Quo parochiales ecclesiae dignioribus personis gubernandae traderentur, statuit ut notum est Sacrosancta Tridentina Synodus sess. 24 cap. 18, ut, vacante ecclesia parochiali, indiceretur, et fieret concursus; ac, postquam concurrentes ab Episcopo, vel eius Vicario Generali, atque ab Examinatoribus saltem tribus, examinati, et approbati essent, Episcopus eum eligeret, quem aetate, moribus, doctrina, prudentia, aliisque rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam necessariis, et opportunis, digniorem caeteris, magisque idoneum iudicaret. Adiecitque ad hanc Concilii sanctionem validius confirmandam, re, et nomine sanctissimus Pontifex Pius V, quod, si unquam Episcopus minus habilem, postpositis magis idoneis, elegisset, possent ii, qui reiecti essent a mala eiusmodi electione ad Metropolitanum, vel, si ipse eligens Metropolitanus, aut exemptus foret, ad viciniorem Ordinarium, ut Sedis Apostolicae Delegatum, vel alias ad ipsam Sedem Apostolicam appellare, ac praeelectum ad novum examen coram ipso appellationis iudice, et eius Examinatoribus, provocare; ea tamen cautione, ut appellatio non in suspensivo, sed in devolutivo esse deberet; quemadmodum in eius Constitu-*

obavlja usmeno: oni naime, koji su od strane Ordinarija podjelitelja bili izabrani za dušobrižnike, pa sada ponovno pozvani na ispit pred drugim sucem, nisu mogli obraniti pravo zakonite im podjelbe sigurnim i neprikosnovenim svjedočanstvom o tom, da je njihova sposobnost već dokazana; nego je izgledalo, da sve zavisi od slučajnosti novoga ispita, koji se je morao polagati pred novim prizivnim sucem posve neupućenim u ono, što je prije bilo. U toj je stvari bilo na veliku štetu pravde prihvaćeno mišljenje, da se može prizvati na drugog suca, a da nije potrebita nikakova dokaznica za to, da je netko nepropisno odbijen. Budući da to ni izdaleka ne odgovara odredbama svetih kanona, držali smo, da se toj zloporabi može najbolje stati na kraj tako, da se prije svega propiše točan oblik i raspored ispita; da se pitanja ispitanicima postavljena, te odnosni njihovi odgovori i sve što je učinjeno zabilježi pismeno; te da se onda pred prizivnim sucem donesu spisi cjelokupnog natjecaja.

§ 6. Ovaj naš savjet i prijedlog primio je ne samo Zbor, koji ga je dne 16. studenog 1720. odobrio; nego je potvrđen i naknadom Prvosvećeničkom odlukom od strane Klementa XI. odličnog zaštitnika i branitelja crkvene stege. A da mjesni Ordinariji sve to i izvrše, kako treba, u sinovskoj poslušnosti i maru, upravljeno im je dana 10. siječnja 1721. primjereno pismo, koje je izišlo iz našega pera, a potvrđeno je pristankom i odlukom istoga Prvosvećenika, pa ga cijeloga, iako je i inače tiskom objavljeno, te uvršteno u Bularij rečenoga Klementa Pretšasnika Našega, smatramo potrebitim ovdje iznijeti.

§ 7. *Prečasni Gospodine Brate. Da bi se župske crkve na upravu davale sposobnijim osobama, odredio je, kako je poznato, Sveti Sabor Tridentski u sjedn. 24, pogl. 18, da se mora, kada se župska crkva uprazni, oglasiti izvršiti natječaj; te da Biskup, pošto natjecatelji budu od strane Biskupa, ili njegovog Glavnog Namjesnika i barem trojica Sinodskih Ispitatelja ispitani i odobreni, izabere onoga, kojega bude smatrao s obzirom na dobu, vladanje, znanje, razboritost, te druge stvari za upravljanje upražnjenom crkvom potrebite i prilične, od drugih dostojnijim i sposobnijim. Da ovomu Saborskom propisu dade što veću snagu, nadodao je ne samo imenom no i stvarno sveti Prvosvećenik Pijo V. odredbu, da mogu, u slučaju kad bi Biskup izabrao manje sposobnoga, zapostavivši sposobnije, oni, koji su odbijeni protiv takovog neispravnog izbora prizvati na Metropolitu, ili, ako je izbor izvršio sam Metropolit, odnosno takav koji je izuzet, na najbližega susjednoga Biskupa, kao Punomoćnika Apostolske Stolice, ili inače na samu Apostolsku Stolicu, pa protiv njega izazvati izabranoga na novi ispit pred samim prizivnim sucem i njegovim Ispitateljima; no time, da to nema obustavne snage, nego da je bez odgodne moći; kako je to opširnije izloženo u njegovoj Uredbi, brojem tride-*

tione, quae trigesima tertia est, latius cavetur; concludendo, quod, constito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque revocato, parochialis ecclesia magis idoneo conferatur.

Cum autem neque Concilii Decreto, neque Pontificis Bulla examinis in concursu peragendi forma, seu methodus ulla certa, ac peculiaris servanda proponatur; difficile dictu est, quanta examinum, aliorum alibi diverstias, extiterit, atque hinc occasio querelarum. Nam alicubi, cum non eaedem omnibus quaestiones, non iidem casus propositi fuissent: erant identidem, qui vel in iudicio, vel extra conquererentur, sibi quidem postpositis difficiliores, praeelecto autem faciliores ad solvendum quaestiones obtigisse. Alibi vero eaedem quidem omnibus quaestiones propositae fuerunt, sed neque hae, neque datae a concurrentibus responsiones, scripto, seu litteris consignabantur. Cumque postmodum, nec raro contingeret, ut e postpositis quispiam, iure Bullae supradictae, novum ad examen coram iudice appellationis, eiusque examinatoribus, electum provocaret: S. Congregatio usque ab anno 1603 considerans gravamen non alia ratione, quam novo examine, probari posse; provocationem ad novum examen censuit admittendam, gravamine nec dum probato, et requisitis tantummodo probationibus in subsequenti iudicio: in quo, probato, per novum examen appellantis, gravamine quoad doctrinam, probanda superest eiusdem prae iam electo in reliquis ad regendam ecclesiam requisitis praestantia, ut de maiori alterutrius ad parochialis ecclesiae gubernium idoneitate sententia ferri possit: cum non continuo, si quis est doctior, is etiam aptior, seu magis idoneus ad id regimen habeatur, vel etiam habendus sit. Quam Sacrae Congregationis sententiam scriptores, et tribunalia laudarunt. Aliis demum in dioecesibus laudabilis invaluit consuetudo, ut eaedem quaestiones, iidemque casus proponantur; ac (ne qua detur ansa Cancellario quidquam suo marte addendi, minuendi, mutandi) ut ipsimet concurrentes, qui interrogati fuerint, quaeque responderint, sua manu perscribant.

Atque Ordinarii, qui morem hunc longe optimum in examinando tenuere, Sacrae deinde Congregationi etiam, atque etiam considerandum reliquerunt, his qui sic examinati essent, atque postpositi, in posterum, ut solent, appellantibus, indulgenda, nec ne, statim electi novum ad examen provocatio, nulla gravaminis praerequisita probatione, videretur; cum isti ex actis primi examinis gravamen doctrinae facile alioquin probare possent; quod alii aliter nimirum examinati, probare, nisi secundo seu novo examine, non poterant. Nec defuere alii probitatis, ac peritiae in administrandis diu ecclesiis laude praestantes, qui monerent, fraenum aliquod huiusmodi appellantium licentiae tandem iniiciendum, eorumque iam ni-

set i trećoj; uz završnu odredbu, da se župska crkva, kada bude utvrđeno, da je sud onoga, koji je izvršio prvotni izbor bio nerazborit, te bude poništen, podijeli sposobnijemu.

No kako nije ni u Saborskoj Odluci ni u Prvosvećeničkoj Pečatnici za taj natjecajni ispit bio propisan oblik, odnosno nikakav točan i poseban ispitni red; teško je i nabrojiti, na koliko se je raznolike načine, kako gdje, taj ispit izvršivao, a odatle povod tužbama. Jer se je ovdje ondje događalo, budući da se nisu svima davala ista pitanja i slučajevi na rješenje, da su se neki, bilo sudbeno bilo vansudbeno žalili, kako su njima, koji su odbijeni, bila zadana težja pitanja na rješenje, a onomu, koji je izabran, lakša. Drugdje pako davala su se doduše svima ista pitanja, ali se ni pitanja ni odgovori, što su ih dali natjecatelji, nisu bilježila napismeno ili u spisima. Kako se je po tom, i to nerijetko, događalo, da je bilo koji od odbijenih izazvao izabranoga, po pravu gore spomenute Pečatnice, da novi ispit pred prizivnim sucem i njegovim ispitačima; Sveti je Zbor, počam od godine 1603. dalje, videći da se osnovanost žalbe ne može drukčije utvrditi, nego samo putem novoga ispita, rješavao, da se pozivanje na novi ispit ima pripustiti, sve da osnovanost žalbe nije bila utvrđena, pa da se zato ona utvrdi kod drugomolbenog suda; a kod ovoga, ako se utvrdi putem novoga ispita prizivatelja, da je žalba osnovana u pogledu znanja, ima se povrh toga još i to utvrditi, da li on nadvisuje već izabranoga i u pogledu ostaloga, što je potrebno kod uprave one crkve, kako bi se mogla izreći presuda o tom, koji je od te dvojice za upravu župske crkve sposobniji: jer tim, što je netko učeniji, nije on zato ujedno i prikladniji odnosno sposobniji za tu upravu, odnosno ne mora se zato takovim smatrati. Ovu su rješidbu Svetoga Zbora pohvalili pisci i sudišta. U nekim je konačno biskupijama zaveden hvalevrijedni običaj, da se svima dadu na rješenje ista pitanja i isti slučajevi; te da natjecatelji (kako bi se spriječilo, da Ravnatelj pisarne od svoje strane štogod doda, ispusti, izmijeni), kojima su pitanja postavljena, sami napišu svojom rukom ono, što odgovaraju.

Pa su onda takovi Ordinariji, koji su se kod ispita držali ovoga sigurno najboljega načina, opetovano molili Zbor, da skrene pažnju na to, da izvidi, da li se ubuduće ima takovima, koji su na taj način ispitani i onda odbijeni, odmah dopustiti, ili ne, pozivanje izabranoga na novi ispit, a da se ne traži nikakav dokaz o osnovanosti žalbe; budući da bi takovi osnovanost žalbe u pogledu znanja mogli bez daljnjega lahko utvrditi na temelju spisa o prvom ispitu; što drugi naime drugačije ispitani nisu mogli utvrditi, osim drugim odnosno novim ispitom. A bilo je dosta i drugih osoba, istaknutih čestitošću, te dugogodišnjom hvalevrijednom upravom crkava, koji su izjavljivali, da bi končano trebalo nekako obuzdati slobodu ovakovih prizivatelja,

mis crebras novum ad examen provocationes esse reprimendas; quippe quae vix unquam sine magno ecclesiarum damno contingunt. Nam cum novum examen coram iudice appellationis longe procul a parochia peragendum sit; electus ab Episcopo, qui provocatur, parochiam, quam possidet, cogitur interea temporis deserere, eamque Oeconomo, vel Vicario cuipiam, veluti sponsam ignotis custodibus, relinquere, sponso non parumper, sed diu sane abfuturo; dum nempe implicita, ut fit, lite, terna etiam vel quaterna, alia ex aliis, examina, super praestantia primum doctrinae, tum deinde aliorum, quae ad integrandam idoneitatem opportuna sunt, contentiose multiplicentur, et commode, ne dicam otiose, transigantur, antequam deliberari possit utri concurrentium parochia sit adiudicanda.

Ad tollendam eiusmodi non minus querelarum, quam incommodorum occasionem, Sacra Congregatio Concilii Tridentini interpres, postquam rem omnem a capite repetitam in gemina sessione I Octobris, et 16 Novembris 1720 summo studio recognovit, tandem, Sanctissimo etiam annuente, statuit (quod per praesentes litteras encyclicas exequitur) omnes, et singulos Episcopos, aliosque Praelatos, penes quos sit ius, et auctoritas faciendi concursum, hortari, ut examen eiusmodi instituere non graventur, quale iam et multae dioeceses, et Urbs ipsa observat, atque Apostolica etiam Dataria postulat; sive, cum, Sede vacante vacat ecclesia aliqua parochialis, cuius collatio ad Sedem Apostolicam pertineat; sive cum vacat parochialis aliqua, ut dicitur, iuxta Decretum; sive demum, cum, vacante in collegiatis, aut cathedralibus ecclesiis dignitate aliqua maiori, annexam habente curam animarum, faciendus est concursus, atque ad Apostolicam Datariam transmittendus, ut notum est, atque in litteris, quae de ordine Sanctissimi, tunc a Dataria prodeunt, clare praescribitur.

Vacante itaque ecclesia parochiali, quae conferenda sit per concursum, atque hoc solitis formulis indicto, haec quae sequuntur, ex Sacrae Congregationis sententia, consilio, suasione, servanda proponuntur.

1. *Primum nempe, ut assignentur eaedem omnibus concurrentibus quaestiones, iidem casus, idemque textus Evangelii, super quo sermonis aliquid perscribant, ad probandam dicendi pro concione facultatem.*

2. *Alterum, ut casus, et quaestiones resolvendae dictentur omnibus eodem tempore, atque omnibus pariter eodem tempore textus Evangelii tradatur.*

3. *Tertium, ut certum, idemque omnibus spatium temporis constituatur, intra quod casus resolvant, quaestionibus respondeant, conciunculam componant.*

te ograničiti njihova toliko učestala pozivanja na novi ispit; jer se to jedva kada događa bez velike štete za crkve. Kako se naime novi ispit mora položiti pred prizivnim sucem daleko od župe, od Biskupa izabrani, koji se poziva, prisiljen je u međuvremenu ostaviti župu, koju posjeduje, pa je ostaviti na brizi Upravitelja, ili kojem god Namjesniku, kanoti zaručnicu nepoznatim čuvarima, dok zaručnik izbiva ne zakratko, nego zaista za dugo vrijeme; dok se međutim, kako to već biva u zamršenoj parnici parbenom zagriženošću ne izredaju jedno za drugim po tri, pa i po četiri ispita, najprije o tom, čije je znanje veće, a zatim o svemu drugomu, što je za potpunu sposobnost od potrebe, i polako, da ne kažem bezbrižno, ne posvršavaju prije no što može pasti odluka o tom, kojemu od natjecatelja valja dosuditi župu.

Da se otstrani povod ovakovim žalbama, a jednako i neprilikama Sveti je Zbor tumačitelj Tridentskog Sabora, pošto je cijelu stvar u dvije sjednice 1. listopada, te 16. listopada 1702. ponovno s kraja na kraj najpomnjivije razmotrio, konačno, i s odobrenjem Njegove Svetosti, zaključio (što ovom okružnicom evo izvršuje), da pozove sve i pojedine Biskupe i druge Prelate, kojima pripada pravo i vlast izvršivati natjecaj, te ispit udese onako, kako ga drže i mnoge biskupije i sam Grad, te kako to traži i Apostolska Datarija; bilo kada se uprazni, za vrijeme upražnjenja Stolice, koja župska crkva, a njezina podjelba spada na Apostolsku Stolicu; bilo kada se uprazni koja župska, kako se kaže, prema Dekretu; bilo konačno, kada se uprazni u zbornim ili stolnim crkvama koja viša dostojnost, s kojom je skopčano dušobrižništvo, pa se mora izvršiti natjecaj, te podnijeti Apostolskoj Datariji, kako je poznato i kako je jasno propisano u pismu, što ga je Datarija tada izdala, po odredbi Njegove Svetosti.

Kada se stoga uprazni župska crkva, koja se mora popuniti putem natjecaja, te pošto je on prema uobičajenom obrascu oglašen bio, imaju se po odluci, savjetu, preporuci Svetoga Zbora obdržavati odredbe, koje slijede:

1. *Prvo, naime, da se svima natjecateljima moraju zadati ista pitanja, isti slučajevi, te iste riječi iz Evanđelja, o kojima imaju napisati neku propovijed, da pokažu svoju sposobnost za duhovne govore.*

2. *Drugo, da se slučajevi i pitanja, koja treba riješiti, kazivaju u pero istodobno svima, te da se isto tako svima istodobno predadu riječi iz Evanđelja.*

3. *Treće, da se odredi izvjesno, te svima jednako odmjereno vrijeme, unutar kojega moraju slučajeve riješiti, na pitanja odgovoriti, izraditi malu propovijed.*

4. *Quartum, ut eodem concurrentes omnes in conclavi claudantur, unde, quandiu scribent (dabitur enim omnibus scribendi copia) nemo eorum egredi, nequc alius quispiam eo ingredi possit, nisi postquam scripta confecerint, et exhibuerint.*

5. *Quintum, ut omnes sua quisque manu tum responsa, tum sermonem scribant, subscribantque.*

6. *Sextum, ut responsa quidem latine, sermo autem ea, qua ad populum haberi solet, lingua scribatur.*

7. *Postremum, ut unumquodque responsum, et unusquisque sermo, cum ab unoquoque concurrentium exhibebitur, non solum ab eo, qui scripsit, atque a Cancellario concursus, verum etiam ab Examinatoribus, et ab Ordinario, vel eius Vicario, qui concursui interfuerint subscribatur.*

Peracto secundum hanc formulam concursu, collataque ei, qui magis idoneus, ac dignior iudicatus fuerit, ecclesia parochiali, non admittatur appellatio, aut a mala relatione Examinatorum, aut ab irrationabili iudicio Episcopi, nisi intra decem dies a die collationis interponatur.

Si quis autem hoc intra spatium appellaverit, actaque concursus petat ad iudicem appellationis transferenda; mittantur vel acta originalia concursus clausa, et obsignata, vel certe unum aliquod authenticum eorum exemplum, a Cancellario concursus, atque altero notario collatum, et auscultatum coram Vicario, vel alio in ecclesiastica dignitate constituto, quem eligat Ordinarius, ad quem etiam notarii Cancellario adiungendi electio pertinebit; necnon ab Examinatoribus Synodalibus, qui concursui interfuerunt, subscriptum.

Ex quibus actis, vel authentico eorum exemplo, nisi gravamen quoad doctrinam probet is, qui sic, ut praemittitur, examinatus, aut a mala relatione Examinatorum, aut ab irrationabili iudicio Episcopi appellaverit, novum ad examen provocandi facultatem a Sacra Congregatione frustra postulabit.

Quemadmodum et in ludicio appellationis persequi ius suum frustra tentabit is, qui forte se gravatum doleat quoad reliqua, nisi, interposita mature, ut dictum est, appellatione ab irrationabili iudicio Episcopi, gravamen quoad illa ostenderit, vel ex actis primi concursus, vel saltem ex attestationibus, et documentis extraiudicialibus etiam, sed non levibus.

4. *Četvrto, da svi natjecatelji imaju biti zaključani u istoj sobi, iz koje za vrijeme, dok pišu (jer se svima mora dati što treba za pisanje), ne smije nijedan od njih izlaziti niti tko drugi onamo ulaziti, doklegod nisu završili pismene sastavke, te ih predali.*

5. *Peto, da su svi dužni svaki vlastitom rukom pisati i odgovore i propovijed, te se potpisati.*

6. *Šesto, da se odgovori moraju napisati latinskim jezikom, a propovijed onim, u kojemu se obično drži puku.*

7. *Konačno, da svaki odgovor i svaka propovijed, što će ih pojedini natjecatelji predati, bude potpisan ne samo od onoga, koji ih je napisao i od Ravnatelja natjecaja, nego i od Ispitača, te od Ordinarija, odnosno od njegovog Namjesnika, koji su prisustvovali natjecaju.*

Pošto je natjecaj po ovomu obrascu izvršen, te pošto je župska crkva podijeljena onomu, koji je proglašen sposobnijim i dostojnijim, ima mjesta prizivu bilo protiv nepravedne ocjene Ispitača, bilo protiv nerazborite odluke Biskupove, samo onda, ako je podnešen unutar deset dana računajući od dana podjelbe.

A ako bi tko unutar ovoga roka uložio priziv, ima ujedno zatražiti, da se spisi natjecaja podnesu prizivnom sucu; moraju se otpremiti ili izvorni spisi natjecaja sami u zatvorenom i zapečaćenom omotu, ili svakako koji njihov ovjereni prijepis, koji će sravniti Ravnatelj natjecaja zajedno s drugim bilježnikom, te ga provjeriti pred Namjesnikom, odnosno pred drugom kojom osobom u crkvenom dostojanstvu, koju će Ordinarij odrediti i na koju spada i to, da izabere bilježnika uz Ravnatelja; k tomu ga moraju potpisati oni Sinodski Ispitači, koji su prisustvovali ispitu.

Ako onaj, koji je ovako, kako je gore izloženo, ispitan, uloži priziv bilo protiv nepravedne ocjene Ispitača, bilo protiv nerazborite odluke Biskupove, i ne dokaže iz ovih spisa odnosno njihovog ovjerenog prijepisa, da je njegova žalba u pogledu ocjene znanja osnovana, ne će moći dobiti od Svetoga Zbora ovlaštenja za pozivanje na novi ispit.

Isto tako ne će moći pred prizivnim sudištem potraživati svojega prava onaj, koji bi se možda žalio zbog nepravde u nečemu drugomu, ako ne može obrazložiti, pošto je valjano, kako je gore rečeno, uložio priziv protiv nerazložne odluke Biskupove, da je njegova žalba osnovana, bilo iz spisa prvoga natjecanja bilo na temelju svjedodžaba i dokaznica i vansudbenih, ali svakako ne bezvrijednih.

Atque ita quidem sensit Sacra Congregatio, et Sanctissimus assensit.

At si quis tamen Ordinariorum aliter, ac supra descriptum est, concurrentium examina instituere perrexerit, perget et Sacra ipsa Congregatio more pristino appellantibus, qui se gravatos dixerint, provocationem ad novum examen, nulla gravaminis praevia probaione, indulgere. Interim tamen, ne harum litterarum memoria dilabatur, vult eadem Sacra Congregatio, eas in uniuscuiusque Ordinarii Cancellaria perpetuo conservari. Cuius interea consilium, tum voluntatem, tum ego omnibus significo. Amplitudini Tuae fausta omnia e coelo precor. Romae hac die 10 Ianuarii 1721.

Amplitudinis Tuae

Uti frater
P. M. Card. CORRADINUS, *Praefectus.*

P. LAMBERTINUS, *Secretarius.*

§ 8. Quantum recte dispensandis ecclesiasticis muneribus, administrandae iustitiae, componendis dissidiis, continendisque in officio clericis proficeret saluberrima praemissarum legum institutio, satis superque experientia comperuimus, cum Anconitanam primum ecclesiam, ac deinde Bononiensem sponsam nostram paterna charitate cominus amplecteremur. Freti siquidem dictarum legum praesidio, digniores parochiis, et curae animarum praefecimus: tantaque, benedicente Domino, id accidit animorum consensione, ut nemo questus sit, traditum minus digno celsioris loci praemium, vel minus iuste alteri credita vacantis ecclesiae gubernacula.

§ 9. At quia certis admonemur indiciis, non ita id aliis Episcopis contigisse; imo non deesse, qui privatis abrepti studiis, saepe declinare, ac redarguere iudicium Episcopale praesumant: Nos propterea solliciti de implendis, prout decet, muneris Nostri partibus, nonnulla praefatis litteris addenda, nonnulla vero tacite, breviterque ibidem tradita, clarius explicanda censuimus, ut recte omnia, atque ex ordine peragantur.

§ 10. Moerentes igitur audivimus, quod in plerisque dioecesibus, etsi recepta sit laudabilis, firmiterque custodienda consuetudo in scriptis

Tako je dakle Sveti Zbor riješio i Njegova Svetost potvrdila.

No ako bi ipak koji od Ordinarija i dalje ispite s natjecateljima izvršivao drugačije no što je gore opisano, tada će i Sveti Zbor i dalje dopuštati kao i prije prizivateljima, koji se budu žalili, pozivanje na novi ispit, a da nikako ne moraju dokazati, da je njihova žalba osnovana. Međutim pako hoće isti Sveti Zbor, da se, kako ovo pismo ne bi palo u zaborav, ono trajno čuva u Uredovnici svakog pojedinog Ordinarija. Saopćujući time svima njegovu odluku i volju, želim Tvojemu Gospodstvu svako dobro s nebesa. U Rimu, dne 10. siječnja 1721.

Gospodstvu Tvojemu

kano brat
P. M. KARD. CORRADINI, *Predstojnik.*

P. LAMBERTINI, *Tajnik.*

§ 8. Koliko je prespanosno nalaganje gore izloženih propisa tomu pridonijelo, da se uspješno urede crkvene razmirice, te da se zadrže duhovnici u službi i srede dužnosti pri izricanju pravde, iskusili smo dosta i prekodosta, dok smo držali u duhovnom zagrljaju očinskom ljubavi najprije crkvu Jakinsku, a zatim Bolonjsku, zaručnicu našu. Upirući se naime na valjane ove zakone, podjeljivali smo župe i dušobrižnistvo dostojnijima; i to se je svršavalo, s blagoslovom Gospodnjim, u tolikoj jednodušnosti, da se nije potužio nitko, da je manje dostojni nagrađen boljim mjestom ili da je drugomu nepravedno povjerena uprava upražnjene crkve.

§ 9. No kako raspolažemo sigurnim obavijestima, da to nije isto tako pošlo za rukom drugim Biskupima; dapače ima takovih, koji se, držeći se silom svoje pameti, usuđuju da otklone i napadnu Biskupsku odluku: odlučili smo stoga Mi u brizi, da izvršimo, kako treba, dužnosti Naše, da gore izloženom pismu ponešto pridodamo, te ponešto, što je u njemu samo prešutno i nakratko sadržano, jasnije rastumačimo, da bude sve ispravno i u redu svršeno.

§ 10. Saznali smo dakle nažalost, da se u vrlo mnogim biskupijama, premda je u njima usvojen hvalevrijedani običaj, koga se valja čvrsto

redigendi examen concurrentium, nihilominus Examinatorum suffragia in sola litterarum peritia versantur, nec illorum exquiritur sententia de clericorum aetate, institutione, gravitate, et honestate morum, prudentia, muniis antea exercitis, et an tales demum sint, qui oves suas verbo, et exemplo iuvare possint. Quam devia sit huiusmodi praxis a Tridentini semita, is plane intelliget, qui expendet verba relata *cap. 18, sess. 24, de Reformat.: Peracto deinde examine, renuntientur quotcumque ab his idonei iudicati fuerint moribus, doctrina, prudentia, et aliis rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam opportunis.* Idque probe noscens Congregatio eiusdem Concilii interpres, pluries edixit, Examinatores suo deesse muneri, si doctrinae tantum iudices essent, nec inquirerent, qui prae aliis, probitate morum, laboribus, praestito antea ecclesiae obsequio, caeterisque dotibus ad officium parochi cumulate obeundum necessariis, essent idonei, et commendabiles.

§ 11. Absoluto examine, ut cuique satis compertum est, sit tantummodo potestas Examinatoribus renuntiandi quotquot regendae ecclesiae idoneos iudicaverint, reservata uni Episcopo electione dignioris, quemadmodum sancitum est a Tridentino illis verbis: *Ex hisque Episcopus eligat, quem caeteris magis idoneum iudicaverit:* At si quem clericorum forte contigerit appellare a mala relatione Examinatorum, quorum cura unice versata fuerit in exquirenda doctrina, non facta uno eodemque tempore solerti etiam investigatione aliarum qualitatum, quae Pastoris congruant officio, ordo iudicii secumferet: ut etiam iudex, ad quem provocatum fuit, in sola doctrinae indagine immoretur: nec sine gravi animarum detrimento, et disciplinae iniuria, praeficiatur ecclesiae, qui litteris magis posset, licet caetera minus aptus, et quandoque indignus; contra vero arceatur ille, qui licet impar doctrinae merito, attamen moribus, gravitate, prudentia, probato nomine, diuturno ecclesiae famulatu, ac multiplici virtutum laude praecellit.

§ 12. Factum praeterea satis extirpandis abusibus non videtur, si tam Episcopus, quam Examinatores, coniunctis studiis, industriae nervos omnes intenderint in conferenda concordi iudicio Ecclesia personae, quae licet scientia, et iitteris alteri concedat, maiori tamen caeterarum qualitatum eminet ornamento; siquidem postpositus, suae nimium fidens doctrinae, ab irrationabili iudicio Episcopi non raro appellat; causaque ad iudicem appellationis delata, idem totus est in perquirenda maiori doctrina, ac reparando gravamine litterato homini irrogato, nusquam librato aliarum virtutum pondere, quae in appellante desi-

držati u pogledu sastavljanja pismenog zapisnika o ispitu, kraj toga traži od Ispitača samo to, da se izjave o uspjehu s obzirom na znanje, a ne traži se od njih mišljenje u pogledu duhovnikove dobi, naobrazbe, valjanog i čestitog vladanja, razboritosti, prije izvršivanih zvanja, te o tom konačno, da li se radi o takovima, koji će moći unaprijediti svoje ovce riječju i primjerom. Koliko se to, gdje se ovako radi, ne slaže s odredbama Tridenta, shvatit će svatko, tko pročita riječi sadržane u *pogl. 18, sjed. 24, o Obn.: Zatim pošto je ispit dovršen, objavit će se oni, koji budu pronađeni, da su prikladni s obzirom na vladanje, znanje, razboritost i ostalo, za upravu upražnjenom crkvom.* I zato je Zbor istoga Sabora tumačitelj znajući dobro za to, više puta izrekao, da Ispitači ne ispunjuju svoju dužnost, ako sude samo o znanju, a ne ispituju, koji su pred drugima, u pogledu čestitog vladanja, radova, dosadanje crkvene službe, te ostalih dobrih svojstava zajedno s drugima potrebite za župničku službu, dostojni i hvalevrijedni.

§ 11. Pošto je ispit dovršen, pripada Ispitačima, kako je svima poznato, samo ta vlast, da objave one, koje su pronašli sposobnima za upravu crkve, a jedino je Biskupu pridržan izbor dostojnijega, kako je to propisao Trident ovim riječima: *A između ovih ima Biskup izabrati onoga, kojega smatra od drugih sposobnijim.* No kada se možda desi, da koji duhovnik uloži priziv protiv nepravedne ocjene Ispitača, a njihov se posao sastojao samo u tom, da ispitaju znanje, a da nisu istodobno pomno ispitivali i druga svojstva, koja su za Pastirsku službu potrebita; tada sudski postupak sobom donosi to: da se prizivni sudac može dati samo na preispitavanje u pogledu znanja: pa se tako može dogoditi da se na veliku štetu duša postavi na upravu crkve onaj, koji doduše više znade, premda je u ostalom manje vrijedan, a katkada i nevrijedan; naprotiv pako da bude odbijen onaj, koji se, iako je slaboga znanja; odlikuje ipak vladanjem, ozbiljnošću, razboritošću, dobrim glasom, dugogodišnjom službom u crkvi, raznovrsnim krepostima.

§ 12. Povrh toga ne izgleda, da je za uklanjanje zloporaba dovoljno učinjeno time, da i Biskup i Ispitači složnim silama svu svoju pažnju i nastojanje uprave na to, da se Crkva podijeli takovoj osobi, koja se premda za drugom zaostaje znanjem i učenošću, ističe ipak time, što se više odlikuje drugim svojstvima; zapostavljeni naime, pouzdavajući se previše u svoju učenost, nerijetko ulaže priziv protiv nerazložnog suda Biskupovog; pa kada spor bude iznešen pred prizivnoga suca, ovaj vodi brigu samo o tom, da stvar preispita u pogledu opsega u znanju i da li treba popraviti nepravdu učenom čovjeku nanešenu, a da uopće

derantur: lugentque ut plurimum vigiles Ecclesiarum Antistites exitum huiusmodi appellationis, intimeque dolent, parochias doctis, non aptis Pastoribus, ut dictum est, regendas committi.

§ 13. At si iudex etiam appellationis (quod raro evenit) tantum tribuens scientiae, quantum satis, maiori, et accuratiori examine inquirat, qui mores hominum sint, quae gravitas, prudentia, qui suscepti antea labores, quae virtutum specimina, quae demum totius anteactae vitae ratio, pascendo gregi consentanea: tot iudici exhibentur attestationes ab appellante ex industria collectae, ut, revocato Episcopali iudicio, tamquam irrationabili, non vereatur iudex succurrere eidem appellanti, quem tam copiosa, tamque conspicua probitatis adiuvant documenta.

§ 14. Demum cum praecipue Episcopis, tanquam in specula constitutis, pateant subditorum excessus, contingere solet, ut in concursu tam inspecta scientia, quam moribus, ille idoneus ab Examinatoribus renuntietur, cui foeda aliqua vitii labes, ac criminis macula iniusta sit, omnibus, praeterquam Episcopo, occulta. Si Episcopus, iusta suadente causa, crimine non revelato, eumdem criminosum tacitus praeterierit, aliumque immunem a sorde praeelegerit, illico postpositus, simulato gravamine, provocat ad superiorem iudicem criminis ignarum, et consueto diffugio appellationis, evehitur ad pastorale fastigium, qui non potest consulere populo, sed nocere, nec praestare regimen, sed augere discrimen.

§ 15. Ne igitur improbi ingenii homines remedium appellationis ad iustitiae praesidium institutum, callide traducant ad iniquitatis defensionem: optimum factu aliquibus fortasse videretur, si appellatione quavis sublata, cura praeficiendi rectores animarum prorsus relinqueretur Episcopis, rationem villicationis suae Christo iudici tantum reddituris. Verum nullo pacto probare id possumus, quod adversaretur menti Concilii Tridentini, tacite permittentis appellationem in devolutivo a mala relatione Examinatorum, quemadmodum innuere videntur verba illa: *Nec praedictorum Examinatorum relationem, quominus executionem habeat, ulla devolutio et appellatio, etiam ad Sedem Apostolicam, sive eiusdem Sedis Legatos, aut Vice-Legatos, aut Nuntios, seu Episcopos, aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas interposita impediat, aut suspendat.* Cui sanctioni respondet etiam Constitutio Piana admittentes appellationem in devolutivo ab irrationabili iudicio Episcopi.

ne uzima u obzir druge vrline, kojih prizivitelj nema; i prečesto kod takvoga priziva kraći kraj izvuku brižljivi Predstojnici Crkava, i požale u duši, što se župe na upravu podjeljuju učenim, a ne, kako je rečeno, prikladnim Pastirima.

§ 13. No ako prizivni sudac (što se rijetko kad događa) uzimajući koliko treba u obzir znanje, i podvrgne ispitu više i točnije, kakovo je vladanje tih ljudi, kakova im je ozbiljnost, razboritost, kakove su poslove prije svršavali, koje vrline imaju, te da li im je konačno bio sav njihov dosadanji život u skladu s pastirskom službom, koju traže; doprinose se sucu tolike svjedodžbe, što ih prizivatelj baš zato sakupi, da se sudac ne ustručava dokinuti Biskupovu odluku kao nerazložnu i udovoljiti takovom prizivatelju, za koga govore tolike i tako sjajne dokaznice.

§ 14. Konačno jer u prvom redu Biskupi, kano da stoje pred ogledalom, uočavaju prestupke potčinjenih, znade se dogoditi, da Ispitači kod natjecaja proglase i u pogledu znanja i u pogledu ponašanja, sposobnim takvoga, koji je uprljan ružnom nekom manom i zlodjelom, štono je nepoznato svima, osim Biskupu. Ako Biskup, ne otkrivajući iz opravdanog razloga njegovog zlodjela, mimoiđe šuteći takvoga prestupnika, te izabere drugoga čestitoga, smjesta zapostavljeni, hineći da mu je učinjeno krivo, prizove na višega suca, koji ne zna za zlodjelo, pa bude, kako već takovi prizivi obično svršavaju, postavljen u uzvišenu pastirsku službu takav, koji ne će moći puku koristiti, nego će mu biti na štetu i ne će graditi, nego prije razgrađivati.

§ 15. Zato dakle, da ljudi pokvarene ćudi, ne okreću priziva, štono je uveden kao pravni lijek u zaštitu pravde, u obranu zloće: bilo bi najbolje, tako će možda neki misliti, da se dokine svaka mogućnost priziva i sva briga oko imenovanja dušobrižnika posvema prepusti Biskupima, koji će jednom samomu Kristu sucu davati račun o svojemu upravljanju. No Mi nikako ne možemo da usvojimo ono, što je u protivnosti s mišljenjem Sabora Tridentskoga, koji prešutno dopušta protiv nepravedne ocjene Ispitača priziv bez obustavne moći, kako je to, čini se, natuknuto u onim riječima: *A ocjenu spomenutih Ispitača ne može spriječiti ili obustaviti od izvršenja nikakav prijenos ni priziv, pa bio on podnešen i na Apostolsku Stolicu, odnosno na Poslanike iste Stolice, ili Doposlanike, ili Nuncije, ili Biskupe, odnosno Metropolite, Primase ili Patrijarhe.* A s tom je odredbom u suglasju i Uredba Pijeva, koja dopušta protiv nerazložnog suda Biskupovog priziv bez obustavne moći.

§ 16. Qua de re, ut in huiusmodi negotio apte omnia atque composite paragantur, officii Nostri esse duximus, eum vobis, ven. Fratres, gerendarum rerum ordinem praescribere, quem longo usu utilem agnovimus instituendis animarum rectoribus, qui credito sibi gregi praeesse, et prodesse possint.

I. Episcopus, habita notitia vacationis ecclesiae, statim, ad praescriptum Tridentini, idoneum in ea deputet Vicarium, cum congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione, qui onera ipsius ecclesiae sustineat, donec ei de rectore provideatur.

II. Publico evulgetur edicto notitia concursus, congruo, et ab Episcopo praefinito tempore celebrandi: eodemque edicto omnes clare, et aperte moneantur, ut interim decurrente termino assignato, coram Cancellario Episcopali, vel altero ab Episcopo deputando, suarum qualitatum, meritorum, et munerum probationes, attestationes tam iudiciales, quam extraiudiciales, aliaque id genus documenta, quae fraude vacent, exhibeant. Alioquin, dicto termino elapso, documenta huiusmodi, quaecumque, et qualiacumque ea sint, nullatenus recipientur.

III. Eveniente die concursus, a Cancellaria Episcopali singulorum merita, qualitates, et requisita (ut vocant), incorrupta fide deprompta a iuribus tempore habili exhibitis, in scriptis summatim redigantur: porro copia epitomes tradetur non solum Episcopo, vel Vicario Generali vices illius obelunti, sed singillatim omnibus Examinatoribus ad concursum adscitis, ut cum de scientia, tum de vita, moribus, aliisque regendae ecclesiae necessariis dotibus ferant iudicium.

IV. Die praestituta ab Episcopo habeatur concursus, servata accurate in omnibus forma tradita in supra relatis litteris anno 1721 editis, totaque rerum in eo gestarum series scriptis diligenter enucleetur. Porro Examinatores, ad assequendam certam, et indubiam coniecturam scientiae, postquam diligenter expenderint singulorum peritiam in evolvendo, explicandoque oretenus aliquo ecclesiasticae doctrinae capite, vel a SS. Patribus, vel a Sacro Concilio Tridentino, vel a Catechismo Romano excerpto, ac pari diligentia libraverint a quolibet scripto datas responsiones quaestionibus propositis; et postquam demum deprehenderint qua quisque polleat gravitate sententiarum, et elegantia sermonis in conciuncula scripto exarata, et textui evangelico, vel alteri dato themati accommodata: parem, ni forte maiorem solertiam

§ 16. Stoga smo smatrali, da je dužnost Naša, kako bi kod toga posla bilo sve izvršeno prikladno i uredno, vama, preč. Braćo, propisati onaj način postupka, o kojemu smo se uvjerili dugotrajnom porabom, da je podesan za postavljanje takovih dušobrižnika, koji će moći povjerenom si puku biti i na čelu i od koristi.

I. Biskup mora, odmah, čim primi obavijest, da je crkva upražnjena, za nju postaviti, prema odredbi Tridenta, prikladnoga Namjesnika, doznačivši mu po svom sudu primjereni dio prihoda, da on preuzme dužnosti iste crkve, dok se ne postavi za nju ravnatelj.

II. Ima se raspisati javnim oglasom natjecaj, koji će se obaviti u primjerenom roku, što ga ima Biskup unaprijed označiti; a u istom oglasu moraju se svi jasno i razumljivo pozvati, da međutim dok teče označeni rok, podnesu Ravnatelju Biskupskom, ili drugomu, koga će Biskup odrediti, dokaze, svjedočanstva i sudska i vansudska, te druge slične valjane dokaznice u pogledu svojih svojstava, zasluga i zvanja. Inače, pošto rečeni rok izmine, ne smiju se više nikako primiti ovakove dokaznice, bile one koje i kakove mu drago.

III. Kada osvane dan natjecanja ima od strane Biskupske Pisarnice biti sačinjen pismeno pregledni iskaz za svakog pojedinog prema njegovim u propisano vrijeme iznešenim pravima, u pogledu zasluga, svojstava, te, kako se kaže, potrebnosti, sve to točno i vjerno; nadalje se ima primjerak toga izvatka predati ne samo Biskupu odnosno Glavnom Namjesniku, ako ga on zamjenjuje, nego i svakom pojedinom Ispitaču od onih, što su pozvani k natjecaju, da dadu ocjenu kako o znanju, tako i o životu, vladanju i drugim svojstvima, koja su za upravu crkvom potrebita.

IV. Na određeni se dan ima održati natjecaj, i to držeći se u svemu onoga oblika, koji je opisan u gore iznešenom pismu od godine 1721., a cijeli se tok svega, što je urađeno mora najtočnije pismeno zabilježiti. Nadalje dužni su Ispitači, pošto su u tu svrhu, da se sigurno i nesumnjivo uvjere o njihovom znanju, svakog pojedinog pomno ispitivati da usmeno izloži i protumači koje poglavlje iz crkvene nauke, uzeto bilo iz Sv. Otaca, bilo iz Svetoga Sabora Tridentskog, bilo iz Rimskog Katekizma, te pošto su jednako pomnjivo ocijenili pismene odgovore, što su ih pojedini izradili o zadanim pitanjima; i pošto su konačno vidjeli, koliko vrijede iznešene misli i kakovu su pokazali govorničku vještinu u maloj propovijedi, što su je isto tako izradili pismeno prema zadanim riječima Evanđelja ili drugom kakovom zadatku; i upotrijebiti isto

Examinatores adhibeant in perscrutandis aliis qualitatibus, regimini animarum consentaneis; morum honestatem inquirant, gravitatem, prudentiam, praestita hactenus Ecclesiae obsequia, acquisitam in aliis muneribus laudem, aliaque spectabilium virtutum ornamenta, doctrinae arcto foedere consocianda; hisce omnibus coniunctim expensis, inhabiles per sua suffragia reiiciant, et idoneos Episcopo renuntient.

V. Absoluto concursu ab Episcopo, vel, eo impedito, a Vicario Generali una cum Examinatoribus Synodalibus non paucioribus quam tribus, notula compendiaria requisitorum antea distributa tradatur Cancellario, qui illam comburat, vel penes acta secreto custodiat, et nemini ostendat, nisi de mandato Episcopi, vel eius Vicarii Generalis. Subinde vero Ordinarius, cum primum ei libuerit, eligat ex approbatis digniorem, nec illi possessio, ullo appellationis vel inhibitionis obtentu, retardetur.

VI. Si quem clericorum appellare contigerit a mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili iudicio Episcopi: coram iudice appellationis acta concursus integra omnino producat; et iudex, nisi illis visis, et gravamine comperto, sententiam non pronunciet. Praeterea in ferenda sententia, ac reparando gravamine, idem iudex innitatur solummodo probationibus ab actis elicitis, tam respectu doctrinae, quam aliorum meritorum. Quia vero a publica indictione, usque ad diem habiti concursus, tantum temporis intercessit quantum satis fuit commode exhibendis necessariis iuribus, attestationibus, requisitis, aliisque meritorum documentis; idcirco, ut quaevis via fraudibus praecidatur, volumus, ac districte mandamus, ne dictae attestationes, fides tam iudiciales, quam extraiudiciaies, et documenta quaecumque studiose conquisita, et post concursum, ut aiunt, expiscata, ullo modo recipiantur. Non obstantibus supra memoratis litteris, a Congregatione Concilii Tridentini interprete anno 1721 editis, quibus, ad praemissorum effectum in hac parte derogamus, illis tamen in reliquis, una cum omnibus in eis contentis, firmiter in suo robore permansuris.

VII. Ubi vero Episcopus, posthabito uno, vel altero ex approbatis, ecclesiam contulerit magis idoneo ob aliquam sibi ipsi tantum notam causam, quam censeat significari oportere iudici appellationis ad detergendam iniustae fortasse praeelectionis notam: familiaribus litteris iudicem certiorem efficiat, inviolabilis secreti lege adiecta. Nemo sit,

takovu, ako ne još veću pažnju na to, da ispitaju i druga svojstva, što su za dušobrižništvo važna; treba da ispitaju čestitost u vladanju, ozbiljnost, razboritost, dosadanju službu u Crkvi, pohvale stečene u drugim službama, te druge odlike u dobrim krepostima, štono treba da su nerazdružno spojene sa znanjem; kada su sve to zajedno ocijenili, imaju glasovanjem odbiti nesposobne, a sposobne objaviti Biskupu.

V. Pošto je natjecaj dovršen mora se ranije porazdijeljeni pregledni iskaz o potrebnostima od strane Biskupa, odnosno, ako je on spriječen, od Glavnog Namjesnika a tako i od Sinodskih Ispitača, kojih treba da su najmanje trojica, povratili Ravnatelju, koji će ga spaliti, ili sa spisima zadržati u tajnosti i nikomu ga ne pokazati, osim po nalogu Biskupovom ili njegovog Glavnog Namjesnika. A nakon toga, neka Ordinarij, čim prije bude htio, izabere među odobrenima dostojnijega, a ovomu se uzimanje u posjed ne može braniti pod nikakovom izlikom priziva ili zabrane.

VI. Ako se desi, da bi koji duhovnik uložio priziv protiv nepravedne ocjene Ispitača, ili protiv nerazložne odluke Biskupove: dužan je iznijeti pred prizivnog suca natjecajne spise u cijelosti, a sudac ne smije izreći presude, dok nije uzeo u njih uvid i utvrdio, da je žalba osnovana. Uostalom dužan je sudac, da se pri izricanju presude i udovoljavanju žalbi osloni isključivo na dokaze uzete iz spisa, kako u pogledu znanja, tako i u pogledu drugih svojstava. A kako je bilo od dana, kada je natjecaj oglašen, pa do dana, kada je održan na raspoloženju toliko vremena, koliko je bilo dovoljno da se bez poteškoća podnesu potrebite pravne dokaznice, svjedodžbe, potražnice, te druge isprave o osposobi; stoga, da se spriječi svaka podvala, hoćemo i strogo propisujemo, da se nikako ne smiju primati takove svjedodžbe, dokaznice bilo sudske bilo vansudske, te kojemudrago isprave navalice posabrane i poslije natjecaja, što kažu, upecane. Bez obzira na gore navedeno pismo, što ga je izdao godine 1721. Zbor tumačitelj Sabora Tridentskoga, koje u tom dijelu dokidamo, da gornja odredba ostane u punoj kreposti, dok ono u svemu ostalomu, zajedno sa svima svojim odredbama zadržava i dalje potpunoma svoju krepost.

VII. U slučaju pako, gdje je Biskup, zapostavljajući jednoga ili drugoga između odobrenih, crkvu podijelio sposobnijemu iz razloga, koji je samo njemu poznat i za koji drži, da ga treba priopćiti prizivnom sucu, da se tako ukloni vid nepravedne pristranosti: obavijest će o tom sucu sukromnim pismom uz obvezu, da se ima nepovredno držati tajna. Ne

qui hanc praxim Nostrae tribuat solertiae, cum illa profluat a Tridentini Decretis. *Sessione etenim 24, cap. 20 de Reform.* ita disponitur: *praeterea si quis in casibus a iure permissis appellaverit, aut de aliquo gravamine conquestus fuerit, seu alias, ob lapsum biennii, de quo supra, ad alium iudicem recurrerit, teneatur acta omnia coram Episcopo gesta ad iudicem appellationis expensis suis transferre,* EODEM TAMEN EPISCOPO PRIUS ADMONITO, UT SI QUID EI PRO CAUSAE INSTRUCTIONE VIDEBITUR, POSSIT IUDICI APPELLATIONIS SIGNIFICARE.

Et quamvis iure Nobis timendum sit, ne dicta praxis monendi iudicem, a quo appellatum est, in more olim posita, hac tempestate obsoleverit, et a foro recesserit; attamen Episcopus (ut dictum est) si ex causa sibi tantum, et non aliis nota, quae tamen approbari digna sit, ecclesiam contulerit; illam iudici appellationis, datis secreto litteris, denunciet, et aperiat. Sciant porro iudices, delatas ab Episcopo causas, et rationes, inviolabilis secreti fide esse custodiendas, nec parvipendendum esse testimonium illius Pastoris, cui divino mandatur eloquio, oves suas agnoscere. Facile enim credi non potest, Episcopos suae non minus, quam alienae salutis adeo immemores, ut non deterriti divini interminatione iudicii, odio vel favore moveantur; et in Sacrorum Canonum singularem iniuriam, *dicant malum bonum, bonum malum, ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras.*

Si vero Episcopo fuerit suspecta fides iudicis, ad quem appellatum est, nec eidem revelanda censuerit huiusmodi occulta rationum momenta: illa significet secretis litteris S. R. E. Cardinali Praefecto pro tempore Congregationis Concilii, qui nec consilio, nec auctoritate deerit, quo minus a iudice appellationis debitus iustitiae locus tribuatur.

§ 17. Praeterea quia aequitati etiam convenit, causas appellationis, quae magno litigantium dispendio, et Ecclesiae pernicie, immortales quandoque existunt, quanta fieri potest brevitate terminari: idcirco ubi a iudice appellationis lata sit sententia, quae praeelectioni factae ab Episcopo omnino sit conformis, nullus pateat novae appellationi aditus, sed auctoritate rei iudicatae controversiae finis imponatur. Sin vero iudex appellationis aliter, quam Ordinarius, pronunciaverit; liceat praeelecto ab Episcopo, qui causa cecidit, ad alium iudicem appellare, firmiter interim retenta parochialis ecclesiae possessione. Tandem

može nitko takav postupak pripisivati Našoj sitničavosti, jer on slijedi iz Odluka Tridentskih. *U sjednici naime 24, pog. 20 o Obn.* propisano je ovo: *Povrh toga ako je tko u slučajevima, kada to dopušta zakon, uložio priziv, ili se je žalio da mu je u nečem učinjeno krivo, ili je inače, pošto je izminulo dvogodište, o kojemu se govorilo gore, prizvao na višega suca, dužan je sve što je stavljeno u zapisnik pred Biskupom, dostaviti na svoj trošak prizivnom sucu.* ALI IPAK MORA BISKUP PRIJE TOGA BITI UPOZOREN, DA MOŽE PRIZIVOM SUCU SAOPĆITI ONO, ŠTO BI ZA POSTUPAK U PARNICI SMATRAO POTREBITIM.

Iako Nas s pravom podilazi bojazan, da je u suvremenoj jurnjavi palo u zaborav i iz sudovanja izčezlo, da se tako, kako je gore rečeno i kako je to nekoć bilo običajno, upozori sudac, od kojega se priziva; neka ipak Biskup (kako je gore rečeno), kada je podijelio crkvu iz razloga, koji je poznat samo njemu, a ne i drugima, a ipak je takova, da zaslužuje odobrenje, taj razlog priopći i otkrije prizivnom sucu u tajnomu listu. A suci treba da znaju, da su dužni one uzroke i razloge, koje im je Biskup dostavio, držati pod obvezom nepovredne tajnosti, te da ne smiju omalovažiti svjedočanstvo onoga Pastira, kojemu je Božjom odredbom nametnuta dužnost, da poznaje svoje ovce. Teško se naime može vjerovati, da bi se Biskupi ne misleći nikako ni na svoje ni na tuđe spasenje i ne bojeći se kazne od suda vječnosti, dali voditi mržnjom ili naklonošću; te počinili prema Svetim Kanonima sasvim posebnu nepravdu, *time da za zlo kažu, da je dobro, a za dobro da je zlo, praveći tako od tmine svijetlo, a od svijetla tminu.*

Ako bi pako pouzdanost suca, na kojega ide priziv, bila sumnjiva, pa bi smatrao, da mu ne smije otkriti ovakove skrovite razloge; neka ih onda priopći u tajnom listu S. R. C. Stožerniku tadanjem Predstojniku Zbora Saborskog, koji ne će štediti ni savjetom ni nalogom, da bi prizivni sudac zadovoljio pravdi.

§ 17. Osim toga budući da to i pravičnosti odgovara, da se što je moguće kraćim postupkom privedu kraju prizivne parnice, štono su gdjekad na veliku nevolju parničara i na štetu Crkve besmrtne; zato neka u slučaju, gdje je prizivni sudac izrekao presudu, koja u svemu potvrđuje suglasno s Biskupom učinjeni izbor, ne bude nikako mjesta novomu prizivu, nego da je ona time dokrajčena i postala pravomoćnom. Ako bi pako prizivni sudac stvar riješio drugačije no Ordinarij, slobodno je izabranom od Biskupa, koji je podlegao, uložiti priziv na drugoga suca, a međutim zadržava župsku crkvu potpunoma u

postquam tertius quoque iudex sententiam dixerit, ne partes ultra modum graventur laboribus, et expensis, praesertim quia agitur de cura animarum, cui damnosum est, certi Pastoris destitui solatio; is legitimum regendae ecclesiae ius obtineat, cui duae conformes assistunt sententiae, nec ullum novae appellationis remedium succumbenti suffragetur.

§ 18. His sane regulis, quamvis appellatio sublata non sit, satis tamen praesidii comparatum esse arbitramur ecclesiasticae disciplinae, ac recto gerendarum rerum ordini. Unum superest, ut proposita hactenus media debitae executioni mandentur; Eumque in scopum locorum Ordinarii vigilantiam suam desiderari non patiantur. Ferendum quippe non esset, ad nostri Apostolatus auditum novas in diem deferri querelas, ac submovendis abusibus novas implorari leges, ab iis, qui iam praestitutas negligunt et contemnunt.

§ 19. Demum cum non raro contingat, ecclesias parochiales, dignitates, canonicatus, aliaque beneficia curam animarum habentia, a Sede Apostolica esse conferenda; vel quia vacaverint in mensibus reservatis, vel quia ex alio capite dictae Sedi reservata sint; Nos Praedecessorum Nostrorum vestigiis inhaerentes, praecipimus, et mandamus, ut uno vel altero eveniente casu, concursus ab Episcopo sine ullo discrimine indicatur nulla ad hunc actum petita venia, vel licentia, quam Nostris hisce litteris sibi tributam Episcopi intelligant.

§ 20. Absoluto concursu, si res sit de beneficiis curatis, *quae tantum ratione mensium reservata sint,* Episcopus inter approbatos eligat magis idoneum, et Datariae significet, nec acta concursus transmittat, nisi a Dataria cum id opportunum duxerit, requirantur. Sin vero dicta beneficia, quibus cura imminet animarum, e*x alio quovis capite quam mensium Apostolicorum,* Sanctae Sedi reservata sint; eo sane casu, veteri non immutato more, abstineat Episcopus a ferendo dignioris iudicio, et acta concursus ultro Datariae exhibeat.

§ 21. Licebit tamen Ordinariis, pro suo arbitrio, familiaribus litteris Datario scriptis, eidem denunciare personam, quam censent regendae ecclesiae magis idoneam, eumdemque commonere an occulta aliqua, et in actis iuste reticita subsit causa, quae cuipiam obstet ad beneficium curatum obtinendum. Nos ipsi postmodum ab hac Sede omnium principe, et magistra, luculento edocebimus exemplo, quanti fa-

posjedu. Konačno kada je i treći sudac izrekao presudu, da se dalje ne nametnu parničnim stankama poslovi i troškovi, osobito zato, što se radi o dušobrižništvu, pa je štetno da ono ostaje bez sigurnog Pastira; onomu neka pripadne pravo upravljanja crkvom, kojemu budu u prilog dvije saglasne presude, pa onomu, koji je podlegao, ne može više pomoći nikakav pravni lijek i novi priziv.

§ 18. Bez sumnje će na temelju ovih pravila, po našem mišljenju biti ipak, iako nije dokinuto pravo priziva, dovoljno osigurana crkvena stega i potrebiti poredak. Preostaje samo još jedno, da se izloženi propisi zdušno izvrše; u tom cilju neka mjesni Ordinariji ne propuste održavati svoju budnost. Jer ne bi trebalo trpiti, da Apostolstvo naše mora iznova čuti s dana u dan pritužbe i moljakanja, da se zloporabe uklone novim zakonima, i to od strane onih, koji one, što su već izdani, zanemaruju i preziru.

§ 19. Na posljetku jer se nerijetko dešava, da se župske crkve, dostojnosti, kanonikati i druge nadarbine spojene s dušobrižništvom imaju podijeliti od strane Apostolske Stolice; bilo zato što su upražnjene u pridržanim mjesecima, bilo zato što su s drugoga naslova rečenoj Stolici pridržane; Mi slijedeći u tom Pretšasnike Naše, zapovijedamo i nalažemo, da Biskup ima bilo da se radi o prvom bilo o drugom slučaju, raspisati natjecaj bez ikakove razlike, a da za taj čin ne treba tražiti nikakvog dopuštenja ili dozvole, a Biskupi treba da znadu, da im je to ovom pismom podijeljeno.

§ 20. Kada natjecaj bude dovršen, neka Biskup, ako se radi o dušobrižničkim nadarbinama, *koje su samo na osnovu mjeseci pridržane,* izabere između odobrenih sposobnijega i to priopći Datariji, a natjecajne spise ne mora dostaviti, ako ih Datarija, bude li to smatrala potrebitim, ne zatraži. No ako su rečene nadarbine, koje su skopčane s dušobrižništvom, pridržane Svetoj Stolici, *s bilo kojega drugoga naslova, izim Apostolskih mjeseci,* u tomu će se slučaju Biskup dakako, prema starom običaju, koji i dalje ostaje, uzdržati od toga, da označi dostojnijega, pa će Datariji bez daljnjega podnijeti natjecajne spise.

§ 21. Bit će ipak Orindarijima slobodno, ako hoće, u sukromnom listu upravljenom Dataru, istomu označiti osobu, za koju drži da je za upravljanje crkvom sposobnija, te ga upozoriti, ako bi postojao kakav skroviti, u spisima opravdano prešućeni razlog, koji bi nekomu smetao, da dobije dušobrižničku nadarbinu. A u vezi s time Mi ćemo sami s ove Stolice, prvakinje i učiteljice sviju, pokazati očitim primjerom,

ciendum sit episcopale iudicium, quantoque vos honore prosequamur, venerabiles Fratres, in partem Nostrae sollicitudinis evocatos, quibus interim Apostoiicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romae apud S. Mariam Maiorem die XIV Decembris MDCCXLII, Pontificatus Nostri anno tertio.

---

koliko treba cijeniti biskupsko mišljenje i kakovo Vam iskazujemo poštovanje, časna Braćo, kao sudionicima brige Naše, kojima međutim najsrdačije podjeljujemo Apostolski blagoslov.

Dano u Rimu kod Sv. Marije Velike dana XIV. prosinca MDCCXLII., Prvosvećeništva Našega godine treće.

DOCUM. III.

CONSTITUTIO BENEDICTI PP. XIV

«Sacramentum Poenitentiae», 1 Iunii 1741.

Sacramentum Poenitentiae, quam secundam, post naufragium deperditae gratiae, tabulam sancti Patres apte nuncuparunt, Nos licet immerentes ad universi dominici gregis curam superna dispositione vocati, omne studium, et pastoralem sollicitudinem adhibere tenemur, ne quod post amissam baptismi innocentiam datum est divina benignitate perfugium, per daemonum fraudem et hominum Dei beneficiis perverse utentium malitiam, naufragis ac miseris peccatoribus luctuosum evadat exitium; et quod in salutem, et curationem animarum, a Deo, qui dives est in misericordia, institutum est, execrabili scelestorum quorumdam sacerdotum improbitate, in earum perniciem, atque interitum vertatur.

§ 1. Dudum quidem a fel. record. Gregorio Papa XV Praedecessore Nostro per suas litteras in forma Brevium sub datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem die XXX Augusti MDCXXII, Pontificatus sui anno secundo, sapienter provisum fuit contra quoscumque sacerdotes audiendis confessionibus deputatos, ad turpia et inhonesta sollicitantes; et deinceps successivis temporibus, ad earum litterarum interpretationem ac declarationem, plura subinde a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium adversus haereticam pravitatem generalium Inquisitorum sub die XI mensis Februarii Anno Domini MDCLXI, prodierunt decreta, et a rec. mem. Alexandro PP. VII pariter praedecessore Nostro in Congregatione Generali Sanctae Romanae Universalis Inquisitionis die XXIV Septembris MDCLXV coram eo habita, inter alias ab Evangelica veritate, et sanctorum Patrum doctrina alienas et dissonas propositiones, sexta videlicet, et septima, huc revocandae, damnatae, et prohibitae fuerunt. Nos

DOKAZN. III.

UREDBA BENEDIKTA PP. XIV.

»Otajstvu Pokore«, 1. lipnja 1741.

Otajstvu Pokore, štono su ga sveti Oci nazvali drugom daskom poslije brodoloma, u kojemu je izgubljena milost, dužni smo Mi, iako smo odredbom Svevišnjega nezasluženo pozvani voditi brigu za cjelokupno stado Božje, posvetiti sve svoje nastojanje i pastirsku skrb, da ono, što je po milosrđu Božjem dano da nakon izgubljene poslije krštenja nevinosti utočištem bude, prevarom đavolskom i zloćom ljudi, koji zlorabe dobročinstva Božja, ne postane žalosnom propasti za brodolomce i jadne grješnike; te da se ono, štono je Bog u velikom svom milosrđu ustanovio da služi za spas i ozdravljenje duša, ne izrodi nevaljanštinom ponekih opakih svećenika i bude na njihovu nesreću i propast.

§ 1. Već je davno prije bl. uspom. Grgur Papa XV. Pretšasnik Naš izdao svojim pismom u obliku Brevea s nadnevkom u Rimu kod Svete Marije Velike, dana XXX. kolovoza MDCXXII., Prvosvećeništva njegovog godine druge, mudru odredbu protiv bilo kojih za ispovijed ovlaštenih svećenika, koji bi zavađali na nečiste i sramotne stvari; a iza toga je tokom vremena Zbor Časne Braće Naše Svete Rimske Crkve Stožernika općih Inkvizitora protiv zloće krivovjerja s nadnevkom od XI. mjeseca veljače godine Gospodnje MDCLXI., izdao za tumačenje i objašnjenje onoga pisma više odluka, a jednako je pošt. uspom. Aleksandar PP. VII. Pretšasnik Naš u Općoj Sjednici Svete Rimske i Sveopće Inkvizicija držanoj u njegovoj prisutnosti dana XXIV. rujna MDCLXV., osudio i zabranio među drugim stavcima, koje su u protivnosti s evanđeoskom istinom i naukom Svetih Otaca, šesti i sedmi, na koje naime treba ovdje ukazati. Mi dakle razmišljajući ozbiljno o tom od kolike je važnosti za vječni spas duša, da se

— *celebratio:* eam celebrare soli sacerdotes possunt, 802, cf. 2322 n. 1; quibus non licet concelebrare, duobus casibus exceptis, 803, quique tenentur celebrare pluries in anno, 805, sed nonnisi semel in die, duobus diebus exceptis, 806 § 1, cf. 2321; celebrare autem non possunt, etsi contriti, si conscii sibi sint peccati mortalis, nisi deficiente copia confessarii et urgente necessitate, et si ita celebrent quamprimum debent confiteri, 807; item si ieiunium naturale a media nocte non servaverint, 808, cf. 2321; convenit ut piis precibus ad celebrandum sese disponant, 810; debent autem mini-

[Missa]:
strum adhibere, 813 § 1, qui non sit mulier, nisi, etc., 813 § 2, et deferre vestem convenientem et sacra ornamenta praescripta, 811 § 1, non autem pileolum et annulum, 811 § 2, nec uti sacerdote assistente, nisi, etc., 812; quid de sacerdote extraneo ecclesiae in qua postulat celebrare, 804; quid de Missae applicatione, 809, 2262 § 2 n. 2; offerri autem debet Missae sacrificium ex pane et vino cui modicissima aqua miscenda est, 814; qualis debeat esse panis, 815 § 1, 816, quale vinum, 815 § 2; nec una materia sine altera consecrari potest, 817; utendum sacerdoti lingua liturgica sui ritus, 819, et accurate ac devote servandae rubricae sine ullo additamento precum aut caeremoniarum, 818; celebrari autem potest Missa omnibus diebus a celebrantis ritu non exclusis, 820; qua hora inchoari vel finiri possit, 821; celebrari autem debet super altari consecrato et in ecclesia vel oratorio, 822 § 1, 1193, cf. 1249, 1194-1195, etiam alius ritus catholici, deficiente altari proprii ritus, 823 § 2, non vero in ecclesia violata, 1173 § 1; quid si violatio accidat tempore Missae, 1173 § 2; neque in templis haereticorum, etc., 823 § 1; de indulto altaris portatilis, 822 §§ 2-4; de altaribus papalibus, 823 § 3; de Missarum eleemosynis vide **Stipendia Missarum.**
— *conventualis* quotidie a quolibet Capitulo in choro celebranda est cum cantu, 413 §§ 1, 2; qui tamen omitti ab hebdomadario tunc potest, cum Episcopus vel alius eius loco pontificaliter celebrat in ecclesia, 413 § 3; applicanda autem est pro benefactoribus in genere, 417 § 1; quid de eleemosyna pro hac Missa, 417 §§ 2, 3; quid de eo, qui eodem die tenetur et Missam conventualem et Missam pro populo celebrare et applicare, 419 § 2; in nocte Nativitatis Domini inchoari potest media nocte, 821 § 2.
— *exsequialis* vide **Funera.**
— *in mari* celebrare non licet ei quoque, qui indulto gaudet altaris portatilis, 822 § 3, sed necessarium est speciale privilegium, quod obtinent a iure S. R. E. Cardinales, 239 § 1 n. 8.
— *ordinationis* vel consecrationis episcopalis semper debet celebrari ab ipso ministro ordinationis vel consecrationis, 1003, et in ea omnes ad maiores ordines promoti tenentur sacram communionem recipere, 1005.
— *pro populo:* an et quando applicari debeat ab Episcopis, 339, 315 § 2 n. 1; a Vicariis et Praefectis Apostolicis, 306; ab Episcopis titularibus, 348 § 2; a Vicario Capitulari, 440; a parochis et quasi-parochis, 466, cf. 306, 339; a vicariis adiutoribus, 475 § 2, vel cooperatoribus, 476 § 6; ab eo qui eodem die tenetur etiam applicare Missam conventualem, 419 § 2.
Missae: *fundatae:* 826 § 3, 1551 § 2.
— *ad instar manualium:* 826 § 2, 840 § 2, 841 § 2.
— *manuales:* 826 § 1, 831, 834 § 2, cf. 841 § 1, 840 § 1, cf. 2324, 843 § 1, 844.
Missiones apud acatholicos: universa earum cura Sedi Apost. reservatur, 1350 § 2; vide **Praefecti Apostolici, Vicarii** *Apostolici,* etc.
Mixta religio vide **Matrimonia mixta.**
Monachi: praecedentia, 491 § 1.
Monasteria: *monialium:* 497, cf. 496, 512 § 1 n. 1 § 2 n. 1.
— *sui iuris:* 494 § 1.
Moniales: quae, 488 n. 7; quibus subdantur, 499, 500, 615; ius Ordinarii loci in eas, etiam exemptas, quoad administrationem bonorum, 535 § 1; earum privilegia, 613 § 2, 1770 § 2 n. 2; an et qua ratione professae a votis simplicibus cedere possint administrationem suorum bonorum aut de eorum usu et usufructu disponere, 580 § 3; de ssma Eucharistia intra earum chorum vel septa non asservanda, 1267; an valeant in ecclesia canere et qua ratione, 1264 § 2; de clausura vide **Clausura;** de earum confessionibus vide **Confessarii** *religiosorum;* quinam morientibus Sacramenta debeat administrare, 514 § 2; quinam demortuis funus peragere, 514 § 4, 1230 § 5; de earum dimissione, 647, 651, 652 § 2, 653; poenae huc referendae, 2388.
Monitio: est remedium poenale, 2306 n. 1; quando adhibendum, 2307, 1946 § 2 n. 2; etiam poenitentiis addi potest, 2313 § 2; potest esse secreta vel publica, 2309 § 1; quomodo publice facienda, 2309 § 2, 2143 § 1; de ea constare debet et quomodo, 2309 § 5, 2143 § 2.
Monitiones: quod attinet ad censuras, 2233 § 2; ad dimissionem religiosorum, 649, 656 n. 2, 658-663; ad procedendum contra clericos non residentes, 2168, aut concubinarios, 2176, cf. 2143.
Monstra vide **Ostenta.**
Mors vide **Obitus.**
Mortis periculum: quod attinet ad baptismum, 752 §§ 2, 3, 759 § 1; ad s. communionem recipiendam, 864; ad confessiones, 882, 892 § 2, 2252; ad extremam unctionem, 940, 941; ad matrimonium, 1019 § 2, 1043, 1044, 1046, 1098; tempore interdicti, 227 § 1.
Motiva in sententia exprimenda, 1873 § 1 n. 3 § 2, 1894 n. 2, cf. 1605 § 1.
« Motu proprio »: quid haec clausula importet, 45-46.

Mulcta pecuniaria: poena vindicativa, 2291 n. 12; quae iure communi infligitur, quomodo eroganda, 2297.
Mulieres: optandum ut in ecclesia sint separatae a viris, 1262 § 1; debent esse capite cooperto et modeste vestitae, 1262 § 2; confraternitatibus adscribi non possunt, nisi ad lucrandas indulgentias et gratias spirituales, 709 § 2; earum confessiones ubinam et quomodo audiendae, 910 § 1; an possint Missae ministrare, 813 § 2; in causis Sanctorum agere debent per procuratorem, 2004 § 1; poenae in earum raptores, 2353.
Munera: a iudicibus non acceptanda, 1624, 1941 § 2, 2037 § 1.
— *ecclesiastica* vide **Beneficia, Clerici, Officia.**
Munia sacerdotalia usurpantes: 2322.
Musica: quaenam ab ecclesiis arcenda et leges liturgicae circa eam servandae, 1264 § 1.
Muti: quod attinet ad indulgentias, 936; ad matrimonium, 1088.
Mutilantes graviter: irregularitas, 985 n. 5; poenae, 2354.
Mutuae petitiones vide **Reconventio.**

Nativitas D. N. I. C. (Festum): permittuntur tres Missae, 806 § 1; qua hora inchoari potest Missa et quae, 821 §§ 2, 3; suspenditur interdictum, 2270 § 2.
Navigantes: quod attinet ad confessiones, 883.
Necessitas: quod attinet ad ingressum in religionem, 542 § 2; ad imputabilitatem delicti, 2205 §§ 2, 3; ad poenas, 2218 § 2.
Necrologia: quod attinet ad probationes in causis Sanctorum, 2033 § 2.
Negligentia: Episcopi circa visitationem dioecesis, 274 n. 5; parochi in officiis paroecialibus, 2182-2185, cf. 454 § 5, 2382; clerici circa ritus et caeremonias praescriptas, 2378, in adeundo officio ecclesiastico, 188 n. 2; Capituli circa confectionem statutorum, 410 § 3, in eligendo Vicario Capitulari, 432 § 2, cf. § 3, in adimplendis oneribus causae piae, 2348; de cooperatoribus ob negligentiam in suo officio relate ad delictum, 2209 § 6.
Negotiatio vide **Mercatura.**
Neophyti sunt impediti ad ordines, 987 n. 6.
Nominatio: Episcoporum, 329 § 2; indigni ad officia, etc., 2391 § 3, 2392, 2393; parochi, 455 § 1; vide **Electio, Institutio** *canonica.*
Notarius: assumptio, 373, cf. 372 § 3, 503, 139 § 2; obligationes, 1621 § 1, 1622, 1623, 1625 §§ 2, 3, 2144; officium, 1585 §§ 1, 2, 1645 § 3, 1755 § 2 n. 1, 1773 § 1, 1811, 1874 § 5, 2142; remotio, 373 § 5.
— *in causis Sanctorum,* 2013-2017, 2037 §§ 1, 3, 5, 2040 § 2, 2046, 2055, 2056 § 2, 2093 § 2, 2094.
Novae nuptiae: 1142-1143, 1121-1126, 1987.
Novitiatus: eius domus constitutio, 554, 564 § 1; ingressus in eum quibus permittendus vel denegandus et a quibus, 543, 542, 544, cf. 2352, 2411 (vide **Litterae** *testimoniales*); eius initium, 552 § 2, cf. 2412 n. 2, 553; quomodo peragendus ad validitatem, 555, 558, ad liceitatem, 556, 561 § 2, 564, 565; exacto novitiatu vel ad professionem admittendus novitius vel dimittendus, et quid in dubio idoneitatis, 571 § 2, cf. 2411; dimitti autem potest a Superioribus vel a Capitulo quavis iusta de causa, et ipse quoque libere potest religionem deserere, 571 § 1; an in casu debeat ipse religioni compensare expensas, 570 § 1, et religio debeat ipsi restituere ea quae attulit, 570 § 2; an novitii possint esse patrini, 766 n. 4, 796 n. 3; an possint ad ordines promoveri, 567 § 2; an suis bonis renuntiare valeant, 568; de eorum confessariis, 566, 891; de bonorum administratione durante novitiatu et de testamento ante professionem libere condendo in Congregationibus religiosis, 569; de eorum privilegiis, 567 § 1, sepultura et funere, 1221 §§ 1, 2; an rursus novitiatus peragendus a transeunte in aliud monasterium eiusdem ordinis, 633 § 3, aut in aliam religionem, 633 § 1, aut a religioso saecularizato, qui ex privilegio apostolico rursus recipiatur, 640 § 2; de novitiatus interruptione, 556 §§ 1, 4; vide **Institutio** *novitiorum.*
Nullitas: *actorum* vide **Actio.**
— *attentatorum:* 1855.
— *matrimonii* vide **Causae** *matrimoniales,* **Novae nuptiae.**
— *professionis religiosae:* quandonam habeatur, 572; an professio nulla convalescat, 586 §§ 1, 2; quid si dubitetur de valore professionis, 586 § 3; poena, quae huc refertur, 2387.
— *sententiae:* 1880 n. 3, cf. 1902 n. 3; 1892-1894, 1897.
Nunciatio novi operis: 1676 §§ 1, 3, 1677.
Nundinae prohibitae in ecclesiis, 1178, et diebus festis de praecepto, 1248.
Nuntii Apostolici vide **Legati Rom. Pont.**
Nuntius vide **Apparitores.**

Obiecta pietatis: indulgentiae iis annexae quando cessent, 924 § 2.
Obiectiones *in causis Sanctorum:* undenam eruendae, a quibus proponendae, discutiendae, diluendae, 2070, 2072, 2078-2080.
Obiectum iudicii vide **Contestatio litis.**
Obitus: de morte Rom. Pontificis durante Concilio Oecumenico, 229.
Oblationes: quod attinet ad associationes pias, 691 §§ 2, 5, ad administrationem Sacramentorum, 1507 § 1, 736; quae fiunt in commodum paroeciae, missionis, etc., 1182 §§ 2, 3.

Obligationes: beneficiariorum, 1472-1483 (vide **Beneficiarii**); clericorum, 124-144 (vide **Clerici**); Episcoporum, 338-346 (vide **Episcopi**); patrinorum, 769, 797; religiosi ad ecclesiasticam dignitatem promoti vel paroeciam regentis, 626-631; religiosorum, 592-612, cf. 626-631 (vide **Religiosi**); sodalium in communi viventium sine votis, 679; ex iureiurando, 1317, 1319 (vide **Iusiurandum**); ex acceptis stipendiis Missarum, 828-830, 833, 834, 839 (vide **Stipendia Missarum**); ex voto, 1310, 1311, 1315.
Obreptio: quod attinet ad rescripta, 42 § 2, cf. 1054, 2361; vide **Rescripta.**
Obsessi vide **Exorcistae.**
Obstacula: quod attinet ad introductionem causae beatificationis, 2038.
Obstetrices: quod attinet ad formam baptismi addiscendam, 743; ad respondendum in iudicio, 1755 § 2 n. 1; ad inspectionem corporalem, 1979 §§ 2, 3, 1980, 1981.
Occultantes: in ordine ad delictum, 2209 § 7.
Occupantes officium, etc., propria auctoritate, 2394.
Odium plebis in ordine ad remotionem parochi, 2147 2 n. 2, 2157.
Oeconomus: *religiosus:* variae species, nominatio, munus, 516 §§ 2-4; poenae in illegitime alienantem, 2347 nn. 2, 3.
— *sede episcopali vacante:* constitutio, 432 §§ 1, 2, 3, 433 §§ 2, 3; officium, 442; cessatio a munere, 443; ius ad retributionem, 441 n. 1; redditio rationum ab eo facienda novo Episcopo, 444.
— *Seminarii:* 1358, 1359 § 2.
Officia Curiae Romanae: 260-264.
Officia: *beneficialia:* 146; vide **Beneficia.**
— *consistorialia:* 260.
— *divina:* quae, 2256 n. 1; ubinam celebrari possint vel non, 716, 717 § 1, 1165 § 1, 1171, 1191, 1193-1195, 1173 § 1, 2270 § 1, 2271, 2272, et a quibus, 2259, 2275 n. 1; ius Ordinarii designandi horas ad ea perficienda, 1171; de eorum celebratione in ecclesiis religiosorum, 609, § 3; vide **Rectores** *ecclesiarum.*
— *ecclesiastica:* quid, 145; non obtinentur valide sine provisione canonica, 147 § 1; quid ea sit, 147 § 2; nec incompatibilia, 156 § 1; nec de iure non vacantia conferri possunt, 150; an de iure vacantia sed non de facto, 151; quaenam sint cum alio incompatibilia, 156 § 2; quaenam dicantur vacare, 183-195; collatores quinam, 152, cf. 2393; quibus conferenda vel non, 153, 149, 130 § 2, 157, 626, 154, 642, 2265 § 1 n. 2 § 2, 2266, 2275 n. 3, 2283, 2294; scripto conferenda, 159; nec simoniace, 729, cf. 2392; intra quod tempus, 155; poenae contra officia, etc., propria auctoritate occupantes aut officii, etc., non vacantis collationem acceptantes, 2394, 2395; an possit Ordinarius aliquando aliquem prohibere ab huiusmodi officiorum exercitio, 1956, 1958, cf. 2222 § 2; officiorum amissio habetur: privatione (vide **Privatio**), amotione (vide **Amotio**), translatione (vide **Translatio**), lapsu temporis ad quod officium commissum est, reductione ad statum laicalem (vide **Reductio** *clericorum ad statum laicalem*), tandem renuntiatione, 183 § 1; et qui clericum ad officium elegerunt, postulaverunt aut praesentaverunt, nequeunt eum officio privare aut ab eo revocare seu amovere aut ad aliud transferre, 195; non habetur resoluto iure collatoris, 183 § 2; quinam possit officio renuntiare, 184; quando renuntiatio sit ipso iure irrita, 185-187; tacitae renuntiationes a iure ipso admissae, 188; iusta causa ad renuntiationem requiritur, 189 § 1; intra quod tempus admittenda vel reiicienda, 189 § 2; renuntiatio quando inducat officii vacationem, 190 § 1; an renuntians debeat et quandiu in officio permanere, 190 § 2; an renuntiantem poenitere possit, 191 § 1; acceptatio renuntiationis quando et quibus nota fieri debet, 191 § 2; qui beneficiis, iidem officiis aut priventur ipso iure aut privandi sint aut privari possint, vide **Beneficia ecclesiastica.**
— *paroecialia* vide **Paroeciae.**
— *saecularia* clericis interdicuntur, 139 § 3, cf. 121; vide **Clerici.**
Officiales: *confraternitatum* vide **Confraternitates.**
— *SS. Romanarum Congregationum:* 120 § 2, 243 § 2, 2344.
— *Curiae:* poenae in eos subornantes, 2497.
Officialis Curiae: eius constitutio, 1573 § 1; unum constituit tribunal cum Praelato loci 1573 § 2; possunt ei dari adiutores (vide **Officiales**), 1573 § 3; qualitates officialis et vice-officialium, 1573 § 4; cessatio a munere, 1573 §§ 5, 6; quid si officialis ipse eligatur Vicarius Capitularis, 1573 § 7; officialis officium, 1577 § 2, 1578, cf. 1871 §§ 1, 3, 1954; de exceptione suspicionis contra ipsum, 1614 § 1; de excusatione a choro, 421 § 1 n. 3.
Officii (S.) Congregatio in causis ad eam spectantibus quomodo procedit, 1555 § 1; quaenam ei reservantur causae matrimoniales, 1962, contra s. ordinationem, 1963.
Officium divinum, seu Horae canonicae: obligatio clericorum maiorum ordinum, 135, choralium, 413, religiosorum, 610.
Olea sacra: quaenam in administratione quorumdam Sacramentorum adhibenda, 734; quomodo et ubi asservanda, 735, 946; de eorum benedictione tempore interdicti, 2271 n. 2, 2272 § 3.
Oleum infirmorum vide **Extrema unctio.**
Onera: de adimpletione onerum beneficiis, etc.,

[**Onera**]:
annexorum, 1475, 1549 § 1, 1187, 2345; de eorum reductione, 1551, 1517.
— *Missarum*: de eorum reductione inferioribus Ordinariis prohibita, 1517 § 2, et Sedi Apost. reservata, 1551 § 1; quomodo indultum ea reducendi sit intelligendum, 1551 §§ 2, 3; vide **Stipendia Missarum.**
Onus probandi: incumbit asserenti, 1748 § 1; quando ab eo asserens relevatur, 1747, 1751, 1827.
Opera: *pia* vide **Instituta ecclesiastica.**
— *pietatis:* quod attinet ad indulgentias lucrandas, 931, 935.
— *servilia* diebus festis prohibita, 1248.
Operarii: omnium, praesertim vero clericorum et religiosorum, obligationes erga ipsos, 1524.
Oppignoratio bonorum ecclesiasticorum, 1538.
Oppositio tertii: quid, 1898; quomodo fieri potest, 1899 § 1; quid requiratur, 1899 §§ 2-4; quomodo urgenda, 1900; effectus, 1901.
Optio: in collegio Cardinalium, 236; in Capitulis, 396 § 2; 422 § 3.
Oratio mentalis: convenienter adhibenda a clericis, 125 n. 2; religiosis, 595 § 1 n. 2; alumnis Seminarii, 1367 n. 1; non sufficiens ad indulgentias lucrandas, 934.
Orationes vocales, seu pietatis exercitia, requisitae ad indulgentias, 934; non permittendae in ecclesiis vel oratoriis sine expressa licentia Ordinarii loci, 1259 § 1; vide **Preces.**
Oratoria: quid, 1188 § 1; alia publica, et quaenam, 1188 § 2 n. 1; alia semi-publica, et quaenam, 1188 § 2 n. 2; alia privata, et quaenam, 1188 § 2 n. 3, 1190; publica reguntur iure ecclesiarum, 1191; vide **Ecclesiae.**
— *privata:* constitutio, 1196; de Missis in ipsis celebrandis vel non, 1194, 1195; oratoria Cardinalium et Episcoporum, licet privata, fruuntur tamen iuribus et privilegiis oratoriorum semi-publicorum, 1189; oratoria autem Cardinalium sunt quoque exempta a visitatione Ordinarii, 239 § 1 n. 18; de iure Ordinarii visitandi oratoria, 1382; vide **Reliquiae.**
— *semi-publica:* erectio, 1192; quaenam in eis divina officia celebrari valeant, 1193.
Ordinarii: quinam veniant in iure, 198 § 1, cf. 368 § 2; Ordinarius proprius quis, 94.
— *locorum:* quinam, 198 § 2; de iuribus et obligationibus Vicarii Generalis vide **Vicarii** *Generales;* aliorum praecipuum ius et officium est, et maxime generale, gubernare dioecesim tum in spiritualibus tum in temporalibus cum potestate legislativa, iudiciaria et coactiva ad normam sacrorum canonum exercenda, 335, 323 §§ 1, 2, 314, 315, 294; eorum iura et obligationes in particulari circa archiva dioecesana vide

[**Ordinarii**]:
Archivum; circa associationes pias vide **Associationes piae;** circa beneficia vide **Beneficia ecclesiastica;** circa bona temporalia vide **Administratio, Alienatio, Bona temporalia** *ecclesiastica*, etc.; circa clericos vide **Clerici,** etc.; circa ecclesias vide **Ecclesiae, Aedificatio ecclesiae, Consecratio,** etc.; circa fundationes pias vide **Fundationes piae;** circa funera vide **Funera:** circa iudicia ecclesiastica vide **Forum, Iudex,** etc.; circa legata pia vide **Legata pia,** etc.; circa librorum censuram vide **Censura praevia librorum;** circa librorum prohibitionem vide **Libri;** circa libros dioecesanos vide **Libri** *Curiae,* **Libri** *ecclesiarum,* **Libri** *paroeciales;* circa officia ecclesiastica vide **Officia** *ecclesiastica;* circa oratoria vide **Oratoria;** circa poenas vide **Causae** *criminales,* **Poenae,** etc.; circa praedicationem vide **Concionatores, Conciones;** circa processiones vide **Processiones;** circa religiosas mulieres vide **Clausura, Confessarii** *extraordinarii,* **Confessarii** *religiosorum,* **Dos, Moniales, Novitiatus, Professio** *religiosa,* etc.; circa reliquias vide **Reliquiae;** circa Sacramenta vide singula *suis locis;* circa scholas vide **Catechesis, Institutio** *puerorum,* **Scholae,** etc.; circa tributa vide **Tributa dioecesana.**
Ordinarius originis: 90, 641 § 1.
Ordinati: a Rom. Pontifice, 952; ab excommunicato, etc., 2372; ritu orientali, 1004; titulo missionis, 981 § 1; simoniace, 2371; debent recipere testimonium authenticum peractae ordinationis, 1010 § 2.
Ordinatio sacra: per eam ordo constituit Christifideles in gradibus potestatis ordinis, 109, eosque distinguit a laicis, 948; ordines maiores seu sacri et minores, 949; quid verbis ordinare, ordo, ordinatio veniat in iure, 950; quinam ordinarius minister, quinam extraordinarius, 951, 239 § 1 n. 22; an is extra proprium territorium valeat ordines conferre, 1008; a quo quis ordines recipere debet, 955-957, 962; a quo eos recipere nefas est, 2372; quid de religiosis, 587, § 2; 964-967, cf. 2410; quisnam valide, quisnam licite eos recipit, 968-970, 567 § 2, 587 § 2, 2265 § 1 n. 3, 2275 nn. 2, 3, 2283, 2294; ordines nonnisi ei conferendi de cuius canonica idoneitate moraliter certo constet, 973; in quibus ea consistat, 974; quae aetas praerequiratur, 975; quae scientia, 976; quomodo conferendi, idest non per saltum, 977, servatis interstitiis, 978, et si agatur de ordinibus maioribus non sine titulo canonico, 974 § 1 n. 7, 979-982, cf. 2373 n. 3; non conferendi irregularibus, 983-991 (vide **Irregularitas**); quomodo canonica idoneitas comprobanda, 992-1000 (vide **Examen, Litterae** *testimoniales,* **Publicationes** *pro sacra ordinatione*); de spiritualibus

[**Ordinatio sacra**]:
exercitiis praemittendis, 1001; de ritibus et caeremoniis in sacra ordinatione servandis, 1002-1005; ordinationes generales haberi debent publice, in ecclesia loci digniore, praesente clero, 1009 § 1; ordinationes particulares etiam in aliis ecclesiis, imo et in oratorio domus episcopalis aut Seminarii aut domus religiosae, 1009 § 2; ordinationes ad tonsuram et minores ordines etiam in oratoriis privatis, 1009 § 3; quaenam sint legitima ordinationum tempora, 1006; si quando ordinatio iteranda est vel ritus quidam supplendus, id secreto fieri potest et extra tempora, 1007; de adnotatione et testimonio peractae ordinationis (vide **Adnotatio, Documenta, Libri** *Curiae,* **Libri** *paroeciales*); de accusatione susceptae ordinationis, 1993-1998 (vide **Causae** *contra sacram ordinationem*); de clerico qui metu gravi coactus ordinationem recepit, 214; de delictis et poenis in administratione vel susceptione ordinum, 2364, 2370-2374 (vide **Consecratio** *episcopalis,* **Litterae** *dimissoriae,* etc.).
Ordo servandus in cognitione causarum, quae ad tribunal deductae sunt, 1627.
Ordo regularis: qui, 488 n. 2; de eius privilegiis, 613.
Organum: tempore interdicti, 2271 § 2.
Orientales seu catholicos ritus orientalis generatim Codex non respicit, etc., 1; an confirmationis sacramentum conferre ipsis possit sacerdos latinus qui indultum illud conferendi habet, 782 § 4; an presbyteri orientales possint illud conferre infantibus latini ritus, 782 § 5; quid de admittendo vel non sacerdote orientali extraneo ecclesiae in qua vult celebrare, 804; quid de orientalibus absolvendis a sacerdote ritus latini, 881 § 1; an Episcopus latinus possit ordines conferre iis qui ad ritum orientalem pertinent, 955 § 2; an clericus ritus orientalis possit ritu latino ad superiores ordines promoveri, 1004; de orientalibus catholicis cum catholicis latinis matrimonium contrahentibus quoad formam servandam, 1099 § 1 n. 3; de catholico orientali admittendo vel non ad novitiatum in religioso instituto latino, 542 n. 2, cf. 2411; an et quibus cautelis Ordinarii possint orientales admittere ad stipem colligendam in sua dioecesi, 622 § 4.
Orphanotrophia vide **Instituta ecclesiastica.**
Ostenta semper baptizanda, saltem sub conditione, et quid in dubio unusne an sint plures homines, 748.

Pactum inire de immodico emolumento vel rei litigiosae parte vindicata advocatis vel procuratoribus non licet, 1665; pactum vero matrimonium contrahentium, sive

[**Pactum**]:
explicitum sive implicitum, de educanda prole extra catholicam Ecclesiam iniquum est, et qua poena puniatur, 2319 § 1 n. 2 § 2; quid de pacto ab Episcopo inito cum ordinando in sacris titulo canonico carente de non petendis alimentis, 980 § 3.
Pallae: ante lotionem nonnisi a clericis tangendae, 1306 § 1; a quibus abluendae, 1306 § 2.
Pallium: quid significet, et intra quod tempus a Metropolita petendum, 275; quid de Metropolita qui pallium nondum recepit, 276; quis illud imponat, 239 § 3; quando Metropolita eo uti potest, 277; quid si illud amiserit vel ipse ad aliam Sedem transferatur, 278; an pallium commodari, donari aut testamento relinqui possit, et quid de eo in casu mortis, 279.
Panis: azymus an fermentatus adhibendus in celebratione Missae, 816; in communione fidelium, 851; in Viatico morientibus administrando, 866; sub sola specie panis communio ministranda, 852.
Paramenta sacra: in celebratione Missae deferenda et quae, 811; de eorum benedictione, 1304, 1305.
Parentes: gravissima obligatione tenentur curandi prolis educationem omnimodam et eius bono etiam temporali providendi, 1113; quare tenentur curare eius instructionem catecheticam, 1335, 1372 § 2, cf. 2319 § 1 nn. 2-4 § 2; prohibentur suos filios baptizare, nisi, etc., 742 § 3, aut patrini munere fungi, sive in eorum baptismo, 765 n. 3, sive in confirmatione, 795 n. 3; iudicare debent de filiorum sufficienti dispositione ad primam communionem, 854 § 4; eorum nomine, si minores sunt, agere et respondere debent in iudicio, 1648; illicite ad religionem admittuntur, si eorum opera ad filios alendos vel educandos necessaria sit, 542 n. 2, cf. 2411; pro defunctis filiis impuberibus possunt ecclesiam funeris et coemeterium eligere, 1224 § 1; vide **Educatio prolis.**
Parochi: qui, 451 § 1; quinam parochis in omnibus aequiparentur, 451 § 2; de cappellanis militum, 451 § 3; quisnam parochus proprius, 94; quando parochus est persona moralis haec retinet curam habitualem, actualis vero demandanda est vicario, 452 § 2; parochi qualitates, 453; de eius inamovibilitate vel amovibilitate, 454, nominatione et institutione, sede plena, 455 §§ 1, 3, sede vacante, 455 § 2; quid in parochiis concreditis religiosis, 456; de quasi-parochis, 457; intra quod tempus debet Ordinarius parochiae providere, 458; debet eam conferre magis idoneo ad eam regendam, 459 § 1; quomodo id debet iudicare, 459 §§ 2-4; unus parochus unam

[Parochi]:
habeat paroeciam, 460 § 1, et in una paroecia unus parochus constituatur, 460 § 2; a quo momento obtinet curam animarum 461; functiones parocho reservatae quae, 462, 738 § 1, 848 § 1, 850; eius ius ad praestationes legitimas vel consuetas, 463 § 1; quibus maiores exigere nequit, 463 § 2, et quae ipsi cedunt, etsi alter paroeciale officium expleverit, nisi, etc., 463 § 3; pauperibus vero gratuitum ministerium ne deneget, 463 § 4; quinam parocho subdantur, 464 § 1, et an Episcopus possit aliquos eximere, 464 § 2; a iure exemptum est Seminarium, in quo parochi munia, excepta re matrimoniali, obit rector vel eius delegatus, 1368.
— obligationes: emittendi professionem fidei et quando, 461; residendi in domo paroeciali, 465 § 1, exceptis duobus ad summum mensibus vacationis, nisi, etc., 465 § 2, et diebus quibus vacat spiritualibus exercitiis, 465 § 3; quid de parocho a paroecia abeunte, 465 §§ 4-6; applicandi Missam pro populo, 466 (vide **Missa** *pro populo*); celebrandi officia divina, oves suas cognoscendi, etc., 467 § 1, ac praesertim administrandi Sacramenta et curandi, quod attinet ad baptismum: ut infantes quamprimum baptizentur et de hac obligatione fideles monendi, 770; ut fideles, praesertim obstetrices, medici, etc., addiscant rectum baptizandi modum, 743; ut baptizandis christianum nomen imponatur, 761; ad confirmationem: ut fideles opportuno tempore ad eam accedant, 787; ad Eucharistiam: ut nec pueri indispositi ad eam accedant, nec dispositi ab ea abstineant, 854 § 5; ut fideles frequenter, etiam quotidie, ad eam accedant, 863; ad poenitentiam: ut fideles, qui velint peccata sua confiteri, eum praesto habeant, 892 § 1; ad extremam unctionem: ut fideles sine ea non decedant, 468 § 1, 939, 514 § 3; ad ordinem: ut praescriptae pro ordinatione publicationes rite fiant, 998, et litterae testimoniales de ordinandi moribus et vita ad Curiam transmittantur, 1000 § 1; ad matrimonium: ut praescriptae investigationes et publicationes peragantur, 1019-1031 (vide **Examen, Publicationes** *matrimoniales*); ut nupturientes afferant testimonium baptismatis et plerumque confirmationis, 1021; ut doceantur sponsi sanctitatem matrimonii, etc., 1033; ut de hoc ipso et de matrimonii impedimentis populus edoceatur, 1018; ut sponsi nuptialem benedictionem accipiant, 1101 § 1; infirmos visitandi et adiuvandi, 468 § 1; advigilandi ne quid contra fidem et mores in suos irrepat, praesertim in scholis, et fovendi opera caritatis, etc., 469; conficiendi et asser-

[Parochi]:
vandi libros paroeciales, 470 §§ 1-3, et curam habendi paroecialis archivi, 470 § 4; verbum Dei populo nuntiandi diebus dominicis ceterisque per annum festis de praecepto, 1344 § 1, et habitualiter per seipsum, 1344 § 2; statis temporibus institutiones catecheticas pueris praesertim et adultis habendi, 1330-1332, in quo aliorum opera uti potest et aliquando debet, 1333 § 1; clerici autem et religiosi debent eum in hoc adiuvare, nisi, etc., 1333 § 2, 1334; curandi ut decimo quoque anno sacrae missiones ad populum habeantur, 1349; fovendi puerorum ecclesiasticam vocationem, 1353; olea sacra ab Ordinario petendi et diligenter asservandi, 735, 946; monendi fideles de periculo et damno lectionis librorum pravorum, 1405 § 2; administrandi oblationes factas in commodum paroeciae, nisi, etc., 1182 §§ 2, 3; vigilandi ne sacrae reliquiae, occasione maxime hereditatum, vendantur, 1289 § 1; denuntiationes delictorum forte sibi a fidelibus factas scripto consignandi et Ordinario deferendi, 1936.
— an et quinam ad Synodum dioecesanam invitandi, 358 § 1 nn. 6, 7; possunt in casibus singularibus et iusta de causa suos etiam absentes et peregrinos praesentes a lege de observantia festorum, ieiunii vel abstinentiae dispensare, 1245 § 1; non autem ab aliis legibus, sive generalibus sive peculiaribus, 83; possunt ab ecclesiis quoque non paroecialibus Eucharistiam pro infirmis desumere, si, etc., 483 n. 2; obtinent ordinariam iurisdictionem ad confessiones audiendas fidelium, 873 § 1, quos toto tempore paschali absolvere etiam possunt a casibus quos quoquo modo Ordinarii sibi reservaverint, 899 § 3; secretum officii accurate servare debent nec tenentur quoad ea, quae sub ipso cadunt, iudici interroganti respondere et veritatem fateri, 1755 § 2 n. 1; de praecedentia inter parochos, 478 § 1; nequeunt parochi processiones novas inducere vel consuetas transferre aut abolere, 1294 § 1; nec sese ingerere in administrationem bonorum associationum piarum, earum quoque, quae in suo territorio erectae sunt, 691 § 1; nec fungi possunt munere Vicarii Generalis, 367 § 3; prohiberi ab Ordinario possunt ex gravi causa a confessionibus audiendis, sed habent contra hoc recursum in devolutivo ad Sedem Apost., 880 § 2; in sacro ministerio, praesertim in confessionibus audiendis, libenter utantur opera religiosorum, 608 § 2; et acatholicos quoque in sua paroecia degentes sibi habeant commendatos, 1350 § 1; si quando habeant vicarium adiutorem vel vicarios coopera-

[Parochi]:
tores, quaenam sint cum ipsis eorum relationes, 475 § 3, 476 § 7; vide **Baptismus, Infantes, Oblationes, Pueri.**
— poenae in parochos delinquentes, 2337 § 1, 2382, 2383, 2408; de modo procedendi: in amotione parochorum inamovibilium, 2147-2156, vel amovibilium, 2157-2161; aut in parochorum translatione, 2162-2167 (vide **Translatio**); aut contra parochum non residentem, 2168-2175 (vide **Residentiae lex**), vel concubinarium, 2176, 2177, 2180, vel negligentem in suis officiis paroecialibus, 2182, 2185.
— *consultores:* nominatio, 385 § 1; numerus, 385 § 2; substitutio, 386; cessatio a munere, 387; remotio, 388, 2144 § 2; munus, 389, 2144 § 1, 2153 § 1, 2154 § 1, 2165; possunt simul esse examinatores synodales, non autem in eadem causa, 390.
— *religiosi:* sunt semper amovibiles et quomodo, 454 § 5, 631 § 3, 2152 § 2; quinam eos praesentat, quinam instituit, 456; in quibus ab Ordinario loci, in quibus a superiore religioso dependeant, 630 § 2, 631 § 1; de eorum obligationibus, 630 §§ 1, 4, 631 § 3; cuinam bona acquirant, 630 § 3; a quo, si muneri suo deficiant, puniri possunt, 631 § 2.
Paroeciae: constitui debent in unaquaque dioecesi, 216 §§ 1, 3, non divisae pro diversitate sermonis aut nationis seu in familias aut personas, sed in diversas partes territorii, 216 § 4; debent autem suam dotem habere, 1415 §§ 1, 2, sed si praevideantur habiturae necessaria, etiam sine dote constitui possunt, 1415 § 3; non sunt erigendae in ecclesiis religiosarum quarumlibet, 609 § 2; erigendae sunt tanquam inamovibiles, nisi, etc., eaeque in amovibiles transformari non possunt, amovibiles vero possunt inamovibiles declarari et quomodo, 454 § 3; conferri debent sacerdotibus magis idoneis, 459 § 1 (vide **Parochi**); habere unaquaeque debet pro posse Confraternitates ssmi Sacramenti et doctrinae christianae, 711 § 2, et suum coemeterium, nisi, etc., 1208 § 1; paroeciae obnoxiae sunt tributo pro Seminario, 1356 § 1; quaenam, si ecclesia paroecialis sit simul cathedralis vel collegialis vel religiosa vel alicuius confraternitatis, sint relationes inter parochum et Capitulum vel religiosos aut sodales confraternitatis, 415, 609 §§ 1, 3, 716 §§ 2, 3; vacanti paroeciae Ordinarius provideat saltem intra sex menses, nisi, etc., 458; durante vero vacatione constituat in ea vicarium oeconomum, 472 n. 1; vacare autem possunt omnibus modis, quibus vacant cetera beneficia, et praeterea declaratione Ordinarii sive ex renuntiatione a parocho facta ad invitationem

[Paroeciae]:
Ordinarii, 2150 § 1; sive ex lato decreto amotionis, 2153 § 3, 2161 § 1; sive ob non servatam a parocho residentiam, 2169, 2175; sive ob recusatam a parocho translationem ab Ordinario ei impositam, 2167; sed si parochus ab his decretis recursum interposuit ad Sedem Apost., interim Ordinarius paroeciam alteri stabiliter conferre non potest, 2146 § 3; paroeciae titulus, si ecclesia paroecialis ob necessitatem reduci debuit ad usum profanum, in aliam ecclesiam transferendus est, 1187; quales censeri debeant paroeciae viciniores, Ordinarii in Synodo vel extra Synodum tempestive determinent, 472 n. 2; de divisione, suppressione, translatione, unione paroeciae, vide **Divisio, Suppressio, Translatio, Unio.**
Pars dispositiva sententiae, 1874 § 4, cf. 1894 n. 2.
Partes in causa: debent habere legitimam personam standi in iudicio, ut ad causam discutiendam admittantur, 1646, secus sententia inter eas lata nullitatis insanabilis vitio laborat, 1892 n. 2; debent personaliter comparere sive ad iusiurandum praestandum, sive ad respondendum interrogationibus, exceptis, etc., 1746, et iudici legitime interroganti respondere tenentur et fateri veritatem, nisi agatur de delicto ab ipsis commisso, 1743 § 1; possunt autem ordinarie assistere iuriiurando testium, 1767 § 2, quod ut ipsis remittatur, si de suo iure mere privato agatur, consentire possunt, 1767 § 3, non vero examini, nisi id iudex permittat, 1771, quo in casu petere etiam possunt a iudice ut ipse novas testibus interrogationes proponat, 1773 § 2; recognitioni quoque iudiciali assistere possunt, nisi id iudex prohibeat, 1809; an admitti possint ad moderatam disputationem coram iudice ut aliquid ad causam pertinens illustretur, 1866; possunt etiam renuntiare actis processus, actor autem etiam instantiae litis, 1740 § 1; vide **Actor, Iudex, Renuntiatio, Reus,** etc.
Participatio fructibus delicti an constituat delictum, 2209 § 7.
Particulae consecratae vide **Species consecratae.**
Passio: in ordine ad imputabilitatem delicti, 2206, ad poenas, 2229 § 3 n. 2.
Paternitas: quis praesumitur pater, 1115 § 1.
Patriarchae: hic titulus nullam secumfert specialem iurisdictionem, 271; vocandi sunt ad Concilium Oecumenicum, 223 § 1 n. 2; praecedentia, 280; de iniicientibus violentas manus in ipsos, 2343 § 3.
Patrini: vide **Baptismus, Confirmatio.**
— *duellantium* vide **Duellum.**

Patrocinium gratuitum: quibus concedendum et quomodo, 1914-1916, 1631.
Patroni: vide **Ius** *patronatus*.
— *nationum*, etc., quomodo constituantur, 1278; an eorum dies festi sint de praecepto, 1247 § 2.
Pauperes: ipsis debent parochi gratuitum ministerium praestare, 463 § 4; praesertim quod attinet ad eorum funus et sepulturam, 1235 § 2; vide **Patrocinium gratuitum.**
Peccata vide **Poenitentia, Reservatio.**
Peccatores publici: ab Eucharistia arcendi, 855; quid si petant ad matrimonium admitti, 1066; arcendi a sepultura ecclesiastica, 1240 § 1 n. 6, 1241; an valide recipiantur in associationes pias, 693 § 1.
Pensiones: personales non veniunt in iure nomine beneficii, 1412 n. 4; an et quas possint Ordinarii imponere beneficiis, 1429 §§ 1, 2; quomodo hae cessent et an pensionarii possint eas alienare, 1429 § 3; de pensione vel aequivalenti concedenda parocho renuntianti, 2154, 2161; eius privatio vel suspensio infligi potest in poenam, 2291 n. 7, 2298 n. 6; non tamen si clericus ad eius titulum ordinatus est, nisi, etc., 2299 § 3; quinam iis privati aut privandi, 2266, 2322, 2336 § 1, 2343 § 2 n. 3, 2345, 2360 § 2; quinam ad eas inhabiles, 2265 § 1 n. 2; promoti ad dignitatem cardinalitiam amittunt pensiones, 235.
Pentecostes: ea die suspenditur interdictum, 2270 § 2.
Peregrinatio recensetur inter praecipuas poenitentias, 2313 § 1 n. 2.
Peregrini: quinam, 91; quod attinet ad obligationem ex lege ecclesiastica, 14 § 1; ad baptismum, 738 § 2; ad absolutionem sacramentalem, 881 § 1; ad indulgentias, 927; ad forum, 1562 § 1.
Peremptio: rescripti, 61; instantiae litis, 1736-1739, 1741, 1850.
Periculum: animae vel corporis ex proprio coniuge, 1131 § 1; fidei vel religionis, 1935 § 2; infamiae, 1755 § 2 n. 2; perversionis coniugis vel prolis, 1060.
Periti: quando eorum opera utendum, 1792, 1808; a quonam designandi, 1793 §§ 1, 2; numerus, 1793 § 3; munus, 1794, cf. 1743 § 3; quinam designandi, 1795; recusatio, 1796; quomodo munus suscipere censeantur, 1797 § 1; quid si susceptum munus dimiserint aut non impleverint, 1798; quid ex peritis iudex requirat, 1799, 1800; quomodo periti munus suum exsequi debeant, 1801, 1802; quid si periti discrepent inter se, 1803 § 1, aut facti sint suspecti vel non idonei, 1803 § 2; de peritia a iudice simul cum causae adiunctis aestimanda et de iudicis decisione, 1804; de expensis et honorariis peritorum, 1805; de peritis in causis Sanctorum, 2031, 2036 § 1, 2037 § 3,
[**Periti**]:
2088 § 3, cf. 2093 § 2, 2118, 2119, 2122 §§ 2-4; de peritis in causis matrimonialibus, 1976-1982; vide **Inspectio** *corporalis*.
Periuri: in ordine ad testimonium in iudicio ferendum, 1757 § 2 n. 1, 1795 § 2; in ordine ad poenas, 2323.
Permutatio: beneficiorum, 1487, 1488; rerum sacrarum, 1539 § 1, 727-730; titulorum ad latorem, 1539 § 2.
Permixtio epularum, 1251 § 2.
Perquisitio scriptorum in causis Sanctorum, 2042-2048.
Personae: aliae physicae, aliae morales: in Ecclesia quomodo quis constituatur persona, 87; quomodo constituantur personae morales, 100 § 1; hae aliae collegiales, aliae non collegiales, 99; collegialis constitui non potest nisi ex tribus membris, 100 § 2, sed constituta manet, donec unum supersit, in quod recidit in casu ius omnium, 102 § 2, proinde natura sua perpetua est, at exstingui potest et quomodo, 102 § 1; quid de actibus personae moralis sive collegialis sive non, 101; ius habent acquirendi, retinendi et administrandi bona temporalia, 1495 § 2, 1498, 1499 § 1, et minoribus aequiparantur, 100 § 3; quid de ipsarum bonis diviso ipsarum territorio, 1500, aut ipsis exstinctis, 1501; de ipsis quod attinet ad iudicia, 1649, 1557 § 2 n. 2; de poenis eas afficientibus, 2255 § 2, 2274, 2285, 2291 n. 1.
Perterrefacientes: quoslibet ad impediendas litteras, etc., Sedis Apostolicae eiusque Legati, poenae, 2333.
Perturbationes publicae: iis opem ferre clerici vetantur, 141 § 1.
Petra sacra vide **Altare.**
Philosophia: quaenam sectanda in religionibus clericalibus, 589 § 1; in Seminariis, 1366 § 2; quanto tempore ipsi vacandum, 589 § 1, 1365 § 1.
Phrenetici: quod attinet ad baptismum, 754 § 4.
Pileolus: sacerdos in Missa abstineat a pileolo, et quinam ab hac regula eximantur, 811 § 2; praeter Episcopos uti possunt pileolo violaceo Abbates vel Praelati nullius, 325, non autem abbates de regimine, 625.
Pluralitas: beneficiorum vide **Beneficia;** delictorum, 2234.
Poenae: ius Ecclesiae eas infligendi, 2214 § 1; quomodo a praelatis ecclesiasticis hoc iure utendum, 2214 § 2; poena quid, 2215; poenarum genera in Ecclesia, 2216; divisiones, 2217; quid spectandum in decernenda poena, 2218 § 1; an quae excusant a *gravi* imputabilitate sed non ab omni, excusent a poena, etiam in foro externo, 2218 § 2; poenarum interpretatio, 2219 § 1; quid in dubio de iustitia poenae inflictae, 2219

[**Poenae**]:
§ 2; an poenae extendi possint, 2219 § 3; quinam possint poenas legi vel praecepto adnectere, quinam poenas statutas applicare, 2220; quibus legibus possunt hi poenas adnectere et an etiam poenam lege statutam aggravare, 2221; an possit puniri transgressor legis nullam poenam annexam habentis, 2222 § 1; quid in dubio de delicto aut de eius praescriptione, 2222 § 2; quando possit iudex poenam determinatam augere, 2223 § 1; an ab ea infligenda possit aliquando abstinere vel eius applicationem differre aut determinatam temperare, 2223 §§ 2, 4; quid in casu plurium delictorum, 2224; de modo infligendi poenam, 2225; quinam poena teneantur, 2226 §§ 1, 3, et qua poena, 2226 § 2; ubinam et an etiam resoluto iure Superioris, 2226 § 4; quinam lege poenali non comprehendantur, 2227, § 2, et in quosnam unus Rom. Pont. potest poenam infligere aut declarare, 2227 § 1; quid requiratur ex parte delicti ad incurrendam poenam lege statutam, 2228; de causis a poena excusantibus, 2229, 2230; de pluribus ad delictum concurrentibus, 2231; an ut quis poena obligetur requiratur sententia declaratoria, 2232; quid ad poenam infligendam requiratur, 2233 § 1; de reo plurium delictorum, 2234; de delicto frustrato et de conatu delicti quoad poenam, 2235; quinam possit poenam remittere, 2236; quid circa poenas latae sententiae iuris communis possint Ordinarii in casibus publicis, 2237 § 1, vel in occultis, 2237 § 2; quid inficiat poenae remissionem, 2238; quomodo ea remittenda, 2239; de praescriptione actionis criminalis, 1702-1704; poenae quaecunque antiqui iuris, quarum in Codice nulla mentio fit, sunt abrogatae, 6 n. 5.
— *medicinales* vide **Censurae.**
— *vindicativae:* quaenam, 2286; quaenam afficere possunt omnes fideles, 2291; quaenam solos clericos, 2298; ab iis inflictis datur recursus in suspensivo, 2287; an et quando iudex suspendere possit earum exsecutionem, si reus primo deliquerit, et quid si ipse intra proximum triennium iterum delinquat, 2288; finiuntur earum expiatione vel dispensatione, 2289, cf. 2236, 2237; an, quando et qua ratione confessarius potest in foro sacramentali obligationem servandae poenae suspendere, 2290 § 1, aut etiam a poena dispensare, 2290 § 2.
Poenitentia: hoc sacramento remittuntur fideli disposito peccata post baptismum admissa, 870; ipsius minister est solus sacerdos, 871, qui potestatem obtineat iurisdictionis sive ordinariam, sive delegatam, 872, cf. 2366; vide **Absolutio, Confessarii, Confessio, Iurisdictio, Parochi,** etc.
Poenitentiae: in Ecclesia delinquentes plectuntur non solum poenis et remediis poenalibus, sed etiam poenitentiis, 2216 n. 3; praecipuae poenitentiae quaenam, 2313; imponuntur, ut delinquens vel poenam effugiat, 2312 § 1, 1952, vel poenae contractae absolutionem aut dispensationem recipiat, 2312 § 1, 2248 § 2; imponi possunt etiam per modum praecepti extra iudicium, 1933 § 4, 2229 § 4.
Poenitentiarius maior: 258.
Ponens vide **Relator.**
Pontificalia: ea exercere quid importet in iure, 337 § 2; quinam possint ea exercere et intra quos limites: Cardinales S. R. E., 239 § 1 n. 15, 240 § 3; Legati Rom. Pontificis, 269 § 3; Metropolitae, 274 n. 6; Episcopi, 337 §§ 1, 3; Abbates vel Praelati nullius, 325.
Portio paroecialis: parocho debita, quoties fidelis non funeratur in ecclesia sua paroeciali, 1236; ex quibus detrahenda, 1237 §§ 1, 2, et qua quantitate, 1237 § 3; vide **Funera.**
Positiones: seu articuli vel quaesita, a quibus exhibendae, 1745 § 1; quae regulae servandae in positionibus exarandis, admittendis et parti proponendis, 1745 § 2.
— *in causis Sanctorum* praeparandae ad probandam validitatem processus apostolici, 2099, cf. 2131; parandae pro congregatione antepraeparatoria super heroicitate virtutum vel super martyrio, 2106; super miraculis, 2121; item pro congregatione praeparatoria, 2109, 2122 §§ 1, 2; item pro congregatione generali, 2113, 2123.
Possessio: quibus remediis seu actionibus fulciatur, 1693, 1696, 1698; an simplex detentio iisdem iuvari possit, 1694; possessor rei alienae, lite contestata, desinit esse bonae fidei, et quid exinde, 1731 n. 3; contra quemlibet possessorem qui res metu vel dolo extortas possidet, institui potest actio rescissoria, 1685 n. 2; quid si duo dicant se possidere, 1697.
— *beneficii, officii, dignitatis,* etc.: nemo eam propria auctoritate capere potest, aut, si requiratur, non emissa professione fidei, 1443 § 1; quinam eam concedant, 1443 § 2; quomodo a beneficiariis ordinarie capienda, 1444 § 1; ab Administratore Apostolico, 313; ab Episcopo residentiali, 334 § 3; ab Episcopo dioecesis Coadiutore, 353, et intra quod tempus, 1444 § 2; an etiam per procuratorem, 1445; de effectu possessionis, 1472; de eius effectu si pacifice continuata fuerit per integrum triennium, 1446; quid de postulante beneficium ab alio pacifice possessum, 1447; quid de eo qui beneficium, etc., propria auctoritate occupat, 2394, vel de eo qui illud acceptat et patitur se in eius possessionem immitti, 2395.

[**Possessio**]:
— *centenaria:* inducit praesumptionem concessi privilegii, 63 § 2; requiritur ad praescriptionem bonorum, etc., Sedis Apost., 1511 § 1.
Postulantes vide **Postulatus.**
Postulatio: in quantum dicit modum subsidiarium electionis quid sit et quando haberi possit, 179 § 1; an eam facere possint compromissarii, 179 § 2; quid ad eam requiratur, 180; intra quod tempus ad superiorem mittenda, 181 § 1, et quid si missa non fuerit, 181 § 1; postulationis effectus, 181 § 3; an revocari possit, 181 § 4; quid si a superiore fuerit reiecta, 182 § 1, vel admissa, 182 §§ 2, 3; an in electionibus capitularibus religiosorum permittatur, 507 § 3.
Postulator: in causis Sanctorum quis dicatur, 2004 § 2; quinam debeat esse, 2004 § 3; de mandato postulatoris alieno nomine agentis, 2006, 2008; an singuli pro singulis causis admittendi et an possint vice-postulatores sibi constituere, 2005; eorum munus, 2007; postulator non potest esse testis in ea causa, et quid si munus penitus dimiserit, 2027 § 2 n. 2; non debet certior fieri quinam sint designati in causa periti, 2031 n. 3; iusiurandum calumniae emittere debet, 2037 § 4; item iusiurandum de perquisitione scriptorum a se diligenter facienda et postea de ea diligenter peracta, 2047 § 1; cavere debet ne occasione introductionis causae quidquam fiat in honorem Servi Dei quod publicum cultum redoleat, 2084 § 2.
Postulatus: quinam eum ante novitiatum peragere debeant et ad quod tempus, 539 § 1; ad quod tempus eum prorogare possint Superiores maiores, 539 § 2; de modo et loco eum peragendi, 540; an aliquid pro expensis exigi possit a postulantibus, 570 § 1; omnia quae attulerint postulantibus reddenda, si religionem relinquant, 570 § 2.
Potestas: sive ordinis, 948, sive iurisdictionis in Ecclesia est, 196; eaque a solis clericis obtineri potest, 118.
— *coactiva:* nativo et proprio iure ad Ecclesiam in suos pertinet, 2214 § 1; quomodo a Superioribus ecclesiasticis exercenda, 2214 § 2.
— *delegata* vide **Delegati.**
— *episcopalis* vide **Episcopi, Ordinarii** *locorum.*
— *iudicialis* vide **Delegati, Iudex, Iurisdictio.**
— *ordinaria* vide **Iurisdictio.**
— *ordinis:* nequit aliis demandari, nisi id expresse sit concessum, 210.
Praecedentia: normae generales, 106; in specie: Cardinalium super alios quoslibet, 239 § 1 n. 21, et inter se, 233, 236, 237; Legati Rom. Pontificis, 269 § 2; Patriarchae,

[**Praecedentia**]:
Primatis, Archiepiscopi, 280; Episcopi, 347, Vicarii Generalis in dioecesi, 370 § 1; Capitulorum et dignitatum, canonicorum, etc., 408; vicarii foranei, 450 § 2; parochi et vicariorum, 478; cleri saecularis, 491 § 2; religiosorum, 491 § 1; associationum piarum, 701; patroni, 1455 n. 3; privatio iuris praecedentiae annumeratur poenis vindicativis communibus, 2291 n. 11.
Praeceptum: quando urget, 24; potest adhiberi ut remedium poenale, 2306 n. 3; quando ut tale dandum, 2310.
Praedicatio verbi Dei vide **Catechesis, Concionatores, Conciones, Episcopi, Evangelium, Parochi.**
